BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE ZARAGOZA

SIGNATURA: I – 93

Caracciolus Robertus. Sermones. Lugduni. 1500.

26-8

N. 250.

250 I 69
93

Sermones preſtantiſſimi viri Roberti de litio: ordinis minorũ: ſacre theologie pfeſſoris: põtificis aquinatis.

- 1 · De aduentu.
- 2 · De quadrageſima: de pnia.
- 3 · De timore iudiciorũ dei.
- 4 · De diuina charitate.
- 5 · De immortalitate aie rõnalis.
- 6 · De beatitudine ſanctorũ.
- 7 · De precipuis feſtis beate Marie.
- 8 · Et quibuſdã alijs videlicet. de ſctõ Joſeph. de bona ſpe. de virginitate. de patiẽtia. de predeſtinatiõe. de iudicio peſtilentie. de morte. et de catenis pctõrum.

It in festo ascensionis ... a ff. 238 · A.

It in festo pentecostes ... 74 · a ff. 291 · b.

It in festo sanctissime trinitatis ... 76 · a ff. 290 · d.

It in festo sacratissimi corporis domini ... 67.

It de eodem quere sup. Sabbato post dominicam in passione et feria 2 et 3 et 4 post dominicam in palmis, ubi habes plura et multa de hac materia · a ff. 202

N. 21.396

Tabula ſermonū Roberti de litio de aduentu dñi: natiuitate: aliiſq; feſtis ſubſequentibus/circūciſione/z epiphania.

Dñica. I. aduentus: de lapſu hominis: z de cognitione Ade: qua cognouit xpm eſſe incarnādū pro ſalute generis humani: que aliter hēri nō poterat: niſi xps icarnaret. Ser. I.

Feria. ij. eiuſdē dñice: de ardēti deſiderio ſanctoꝝ patrū veteris teſtamenti auide cupientiū xpm incarnari. Sermo .II.

Feria. iij: de reuelationibus factis mentibus ꝓphaꝝ de incarnatiōis myſterijs: z qualiter ꝓphe ꝑdixerunt multipliciter chriſtum fore venturū. Sermo .III

Feria. iiij: de electione virginis btē in matrem xpi: ex qua ſola naſci voluit: que magis grata deo fuit ꝙ quecumq; alie ſancte mulieres. Sermo .IIII.

Feria. v: de perpetua virginitate ſctē marie virginis: que fuit vera mater dñi noſtri ieſu chriſti. Sermo .V.

Feria. vi: de annūciatiōe dñi nři ieſu xpi: facta per angeluz/glorioſe virgini marie: de ſtupendis myſterijs huius annūciatiōis: et ꝑconijs digniſſimis vgis bñdicte. Ser. VI

Sabbato: de mirabili cōceptiōe filij dei ieſu xpi: z qualiter virgo glorioſa ipm ↄcepit in vtero ſuo verū deū z verum hominē: z de his que occurrunt circa hanc conceptionē cōſideranda. Sermo .VII.

Dñica. ij. aduentus: de diuinitate ieſu xpi: qui ſicut fuit verus z perfectus homo: ita fuit ver⁹ z perfectus deus. qd ſi quis nō crederet: abſq; dubio periret: q2 ita debemus credere xpm deū. vt etiā non negemus hoiem: z ita ipm hominez tenemur ↄfiteri/vt etiā deū eſſe nō dubitemus. Sermo .VIII.

Feria. ij. dñice. ij. de gloria z ſublimitate verbi incarnati: cōtra hereticos qui xpm dei filiū ita cōfeſſi ſunt: vt eū inferiorē patre: ac minorē dixerūt. Sermo .IX.

Feria. iij. de hūanitate xpi: ↄtra hereticos qui dicūt xpm nō fuiſſe hoiem. Ser. X.

Feria. iiij. ꝙ ſolus filius dei carnē aſſumpſit: z nō alie pſone trinitatis. Ser. XI.

Feria. v. cōtra iudeos qui dicunt xpm eſſe vēturum. Sermo .XII.

Feria. vi. de fide firma qua debemus xpm cognoſcere. Sermo .XIII.

Sabbato. de ſequela xpi: ↄtra falſos xpianos: qui dicūt ſe in xpm credere: quē tamen operibus virtutū nolunt imitari: vnde in xpo mento ſcādalizant. Sermo. XIIII.

Dñica. iij. aduentus: de predicatiōe iohis baptiſte: qua chriſtum dei filium publice predicauit. Sermo .XV.

[illegible] dñice. iij. aduētus. de ſatiſfactiōe Sermo .XVI.

Feria. iij. de penalitatibus z defectib⁹ aſſumptis a xpo. Sermo .XVII.

Feria. iiij. de moribus ieſu xpi: z qualiter animā ſuam benedictā cum paſſionibus regulauit. Sermo .XVIII

Feria. v. de grā capitis noſtri: quāř ieſus grā eſt caput oīm noſtrū. Sermo. XIX.

Feria. vi. de ſcia ieſu xpi. Sermo. XX.

Sabbato de potētia xpi. Ser. XXI.

Dñica. iiij. aduētus: de clamore iohis quali ↄgruo tpe xpz clamitat. Sermo. XXII

In natiuitate dñi nři ieſu xpi: de poſſibilitate/qualitate/z iocunditate incarnationis verbi dei. Sermo .XXIII

In feſto ſancti ſtephani prothomartyris: de eodem. Sermo .XXIIII

In feſto ſci Joh. euāg: de eo. Ser. XXV.

In feſto innocētū de eiſdē. Ser. XXVI.

In feſto ſci ſilueſtri: de eodē. Ser. XXVII

In feſ. circūciſiōis dñi: d e. Ser. XXVIII

In feſto ephie dñi: de eadē. Ser. XXIX

Alia tabula predicationū de aduētu xpi. eiuſdē Magiſtri Roberti ↄtinēs ꝓpoſitiōes ꝑncipales circa q̄s verſant omes ſermones.

Jeſus ab Adam cognit⁹. Fructus. I.
Jeſus deſideratus. Fructus. II
Jeſus ꝓphis cognitus. Fructus. III
Jeſu Maria mater. Fructus IIII
Jeſu matris virginitas. Fructus. V.
Jeſus annūciatus. Fructus. VI
Jeſus vtero clauditur. Fructus. VII.
Jeſus eſt filius dei. Fructus. VIII
Jeſus magnificatus. Fructus. IX.
Jeſus homo pficitur. Fructus. X.
Jeſus in mundū mittit. Fructus. XI.
Jeſus veniſſe viſus eſt. Fructus. XII.
Jeſus fide cognoſcit. Fructus. XIII.
Jeſus eſt imitandus. Fructus. XIIII
Jeſum iohes predicat. Fructus. XV
Jeſus ſatiſfactor. Fructus. XVI.
Jeſus defectus ſuſtinens. Fructus. XVII.
Jeſus rectus morib⁹. Fruct⁹. XVIII
Jeſus caput ꝓponitur. Fruct⁹. XIX.
Jeſus eſt ſciens oia. Fructus. XX.
Jeſus potenter operās. Fructus. XXI.
Jeſum Johes clamitat. Fruct⁹. XXII.
Jh̄s letanter naſcit. Fructus. XXIII.
Jeſum ſtephan⁹ videt. Fruct⁹. XXIIII
Jeſus Johem diligit. Fructus. XXV.
Innocētes p xpo occidūt. Fruct⁹. XXVI.
Jeſus ſacerdotes appellat. Fruct⁹. XXVII
Jeſus eſt circūciſus. Fruct⁹. XXVIII
Jeſuz adorāt reges. Fruct⁹. XXIX

Roberti de litio/ex ordine minorū in theologia peritiſſimi: vbi dei in hac etate oratoris eloquētiſſimi: predicatiōes/a pma dñica de aduētu quotidie incluſiue vſq; ad quartā: z de feſtiuitatibus a natiuitate dñi vſq; ad epiphaniā feliciter incipiunt.

Dñica prima aduētus: de lapſu hominis z de cognitiōe Ade: qua cognouit xpm eſſe incarnadū p ſalute gnis hūani: q aliť haberi nō poterat: niſi xps incarnaret. Ser. I

Jeſus ab Adā cognit⁹. Fructus. I

Nox ꝑceſſit dies aūt appropinquauit. Verba ſunt doctoris gētiū ad ro. xiij. c. z i epl'a hodierna. Nihil vnicuiq; tā coueniēs eſſe pōt ad ſeipſuz incitandū/ad dilectionē ſummi dei ꝙ frequens cogitatio ſuoꝝ beneficioꝝ q ex munere liberalitatis ſue/cōcedere voluit rationali creature. Inter que illud vnū ꝑfecto ſtupēdum ac memoria eſſe dignū cenſeo: ꝙ ſeipm veſtire forma mortalitaſ nře voluit. Stupēdum quippe eſt: in carne viſibili/apparuiſſe deū pro redēptione z ſalute hoim. Quapropter ſtatuit ſctā mater eccl'ia/hoc tpe aduentus huiuſmodi myſteria colēdiſſima deuotiſſime celebrare. vt fideles cūcti vigiles fiāt: ne quippiā velint: deſiderent/amētq; preter dilectū Jeſum oīm ſaluatorē. Ob qd in ſequētibus ſermōibus equū eſſe arbitrat⁹ ſum/aliqd dicere de aduētu dñi nři Jeſu xpi in carnē. Hodierna vero die/mente reuocabo ad incarnatiōis noticiā: quā intelligemus ſub vnica ꝓpoſitione que eſt: Jeſus ab Adā cognitus. In ipſo em̄ patre gnis humani/initiū cepit oīm perditio: qd nox ꝑceſſit. z tñ p xpm inuēta eſt ſalus: z ſibi/z oibus electis qui ciues eſſe debēt in celeſti hieruſalē. Qd Paulus declarat: cū dicit: dies aūt/ſcz lumē grē. z gaudiū reſurrectiōis appropinquauit. Ad quod meli⁹ intelligendū/in pnti ſermōe tres ↄcluſiones erunt declarande.

Prima/dicit veritatis.
Secunda/dicit qualitatis.
Tertia/dicit remiſſibilitatis.

Qualiter verum eſt ꝙ deus nō cōdidit hominez in his penalitatibus z miſerijs: quas videmus. ſed propter peccatum in illas cecidit/ſic exigente diuina iuſtitia.

Capitulum, I

Prima ↄcluſio dicit veritatis. In q philoſophantiū quorundā impugnādus eſt error. Inter quos etſi plerīq; varia dixerūt: vel de mūdi eternitate vt Ariſtoteles. viij. phiſicoꝝ. vel de infinitate vt Anaſarcus z Democrit⁹ q/put valerius. li. viij. cōmemorat/de cupiditate glie: infinitos mūdos fore dixerūt. vel de mūdi nouitate. vt quidā alij: fuere tamē nōnulli. qui profeſſi ſunt ex tpe a deo mūduz factū fuiſſe: homines vo nequaꝙ per pctm̄ cecidiſſe: ſ eos a principio generatiōis fuiſſe eiuſdē cōditionis. cui⁹ ſunt in hoc tpe calamitatis z luct⁹. Quod ſi verū eſſet: facillime ſequeret ꝙ ob nullā culpā neceſſariū erat ex parte hominis incarnari filiū dei. Dicūt ergo oēs doctores catholici humanā naturā lapſam ab illo ſtatu/in quo fuit ab opifice ſummo cōdita. Qd probatur quadruplici ratione.

Primo rōne diuine clemētie.
Secūdo rōne diuine ſapientie.
Tertio rōne diuine iuſticie.
Quarto rōne diuine cōdecentie.

Prima ratio dicit diuine clemētie. Nā nihil ꝓcedere debet a ſumma clemetia z bonitate: qd nō ſit magis inclinabile ad iuſticiā z veritatē ꝙ ad malitiā: z magis propinquus ad bonū ꝙ ad malū. Sed ſenſus z cogitationes hoim proni ſunt ad malū ab adoleſcētia ꝓut ſcribit Geñ. viij. c. z notat. xij. q. i. in. c. omis etas. Ergo in illa corruptiōe in qua nūc fuit hūana natura a ſumma bonitate producta. Inſup. Nihil ꝓcedit a ſumma bonitate dignū maledictiōe. Sed multe ſunt in nobis paſſiōes maledictiōe digne: ſicut patet i Job iij. c. z in lege maledicebāť ſteriles mulieres. Nō apparet itaq; humanā naturā in hoc ſtatu fuiſſe cōditā: ſed in alio a quo cecidit p peccatū. Secūda ratio dicit diuine ſapiētie. Vbicūq; em̄ eſt ſumma ſapiētia: ibi eſt ſumma pulchritudo. ſicut Augu. exponit in li. de trini. Sed a ſumma pulchritudine nihil procedit fedū aut turpe: nihil/qd rōnalem offendat intellectū. Sed in hoie ratiōe vtēte ſunt defectus naturales: de quib⁹ naturaliter erubeſcit: z multa deteſtabilia ſm rōnem: ergo talia nō fuerūt condita in humana natura. Relinquit itaq; ꝙ eſt lapſa. Tertia ratio dicit diuine iuſticie. Nam nullus affligit pena/niſi precedat culpa. Sed paſſio inuoluntaria in rōnali creatura eſt pena: ergo nullo modo talis paſſio fuiſſet in hoie anteꝙ ꝑceſſiſſet culpa. Quarta ratio dicit diuine con

deccẽtie. Dicit enĩ Anſel.in.li. Cur deus hõ.
c.ix. Deo aũt nequaꝗ̃ eſtimaꝛ conuenire: vt
creaturã quã fecit iuſtã ad beatitudinẽ: ſine
peccato miſerã eſſe cogat. Hominẽ aũt inui-
tũ mori miſerũ eſt. Si ergo deus exigit: moꝛ
tẽ ab hoĩe: ſub ſtatu ſub quo eſt: ergo eſt ſub
culpa. Sed ꝯtra has ratiões arguũt philo
ſophi. pmo ſic. Omne cõpoſitũ ex contrarijs
eſt diſſolubile. Dicit enĩ Auicẽ. Cõtraria ſem
per appetũt ire in regiões diuerſas. Sed coꝛ
pus Ade in ſtatu prime cõditiõis fuit compo
ſitũ ex ꝯtrarijs. ergo per naturã fuit diſſolubi
le ⁊ coꝛruptibile. Sed tale eſt modo coꝛpus
humanũ. ergo ꝑ coꝛruptibilitatẽ nõ ꝓbatur
ſtatus nature lapſe. Itẽ. Omne cõtinuũ eſt
diuiſibile. Coꝛpus Ade in pma cõditiõe erat
cõtinuũ: ergo erat diuiſibile. Secũdo ar-
guũt ꝙ coꝛpus illud erat ſẽſificatũ. ergo erat
ſenſitiuũ doloꝛis: qꝛ ſicut dicit Aug. doloꝛ eſt
ſenſus diuiſionis impatiẽs. Nõ ergo ſenſus
doloꝛis ⁊ pene pꝛobat ſtatũ nature lapſe.

Tertio arguũt. qꝛ dicit Aug. ſup Geñ. ad
litterã. Adã nõ manducauit de pomo: eo ꝙ
crederet eſſe deũ: ſ; ne ſuas delitias: cõtriſta
ret. ſ. vxoꝛẽ. ſicut Salomon adoꝛauit idola.
iij. reg. xi. ne cõtriſtaret vxoꝛes ſuas. Ex his
patet ꝙ Eua erat triſtabilis in ſtatu prime
cõditionis. Sed triſtitia eſt paſſio affligens
animã. Relinquitur ergo ꝙ ſtatus prime cõ
ditionis eſt ſtatus paſſibilitatis aĩe ⁊ coꝛpo-
ris. Quarto arguũt: qꝛ ſicut dicit Ioh. Da
maſ. ꝯcedit deus iuſtos incidere in calamita
tes. pꝛopter multas cauſas. Una eſt: vt cam
(que in ipſo iuſto latet) virtutẽ alijs manifeſtã
faciat: vt Iob. i. c. Alia eſt. vt nõ ex recta con-
ſciẽtia eleueꝛ per ſupbiã. vt in Paulo. ij. ad
Coꝛ. xij. c. Alia pꝛopter eruditionẽ alioꝛũ: vt
alij erudiãtꝛ: vt in Lazaro Luc. xvi. Alia ꝓ-
pter gloꝛiã dei: nõ ꝓpter pꝛopꝛiũ aut parẽtũ
pctm̃. vt in ceco a natiuitate. Iohannis. ix.
Alia ꝓpter zelũ alterius vite: vt in martyri-
bus. ad Heb. xi. Ergo nõ eſſet incõueniẽs eti
am ſi homo nõ peccaſſet habere penalitates
que eũ oꝛdinaret ad maioꝛẽ gloꝛiã: ad maiꝰ
meritũ ⁊ ad maioꝛẽ coꝛonã. Uerũ hec omĩa
friuola ſunt ſi cõſideremus illud. qd̓ Hugo d̓
ſctõ Uic. dicit in li. de ſacris: vbi diſtinguit
tres ſtatus humane nature.

- Primus eſt nature a deo cõdite.
- Secũdus eſt nature lapſe.
- Tertius eſt nature bte.

In pꝛio ſtatu huit hõ poſſe peccare: ⁊ poſſe
nõ peccare: ⁊ in eodẽ ſtatu hũit poſſe mori ⁊
poſſe nõ mori ſic poſſe peccare ⁊ poſſe nõ pec
care: qm̃ i hoc ſtatu nõ eſt peccãdi ⁊ moꝛiẽdi
neceſſitas. Et h̓ fuit pma hũani coꝛpis immoꝛ
talitas. In ſcdo ſtatu hȝ poſſe moꝛi ⁊ nõ poſ-
ſe nõ moꝛi: ſic poſſe peccare ⁊ nõ poſſe nõ pec
care: qm̃ in hoc ſtatu eſt peccãdi ⁊ moꝛiendi
neceſſitas. In t̓tio vo ſtatu hẽbit poſſe nõ mo
ri: ⁊ nõ poſſe moꝛi: ſicut poſſe nõ peccare: ⁊ nõ
poſſe peccare qm̃ ad hũc ſtatũ ptinet moꝛiẽdi
⁊ peccãdi ĩpoſſibilitas. Ad pmũ g̃ obiectũ
dicendũ eſt ſm̃ Hug. pꝛefatũ ꝙ homo ante
peccatũ natura moꝛtalis ⁊ paſſibilis fuit: q̃
tamẽ ex beneficio creatiõis pꝛecedẽte: ⁊ ꝓpꝛio
ſtudio ſubſequẽte facere potuiſſet vt nõ mo-
rereꝛ: adeo ꝙ in Adã erat poſſibilitas ad diſ-
ſolutionẽ ⁊ coꝛruptionẽ: tamẽ cũ potẽtiã eui
tandi omnẽ defectũ. In ſtatu vero moderno
eſt poſſibilitas cũ neceſſitate ineuitabili. Hoc
idẽ dicit Aug. in li. de queſtiõibꝰ noui ⁊ vete-
ris teſtamẽti. Deus inq̃t hominẽ fecit q̃ ꝙ̃-
diu nõ peccaret immoꝛtalitate vigeret vt ip-
ſe ſibi auctoꝛ eſſet aut ad vitã aut ad moꝛtẽ.
Et idẽ de baptiſmo paruuloꝝ ait. Fiebat oꝛ
do iuſticie: vt ſicut aĩa dño ſuo ita coꝛpus ei
obediret. Et iterũ. xiij. li. de ciui. dei. c. iij. di-
cit. Fatendũ eſt quidẽ pmos hoĩes ita fuiſſe
inſtitutos: vt ſi nõ peccaſſent nullũ genꝰ moꝛ
tis experirenꝛ. Sed eoſdẽ pmos peccatoꝛes
ita fuiſſe mulctatos vt etiã q̃cq̃d ex eoꝝ ſtir
pe eſſet exoꝛtũ: eadem pena teneretur obno-
xiũ. Nõ enĩ aliud ex eis ꝙ̃ qd̓ ipſi fuerãt na-
ſcereꝛ. Pꝛo magnitudine q̃ppe culpe illiꝰ na-
turã damnatio mutauit in penis vt qd̓ pena
liter pceſſit in peccãtibꝰ hoĩbꝰ pmis: etiã na
turaliter ſequereꝛ in naſcentibus ceteris. Et
idẽ in hyponoſticon. Uide moꝛtẽ nõ a deo
auctoꝛe ſed erroꝛe vite veniſſe hoĩbus in pa-
radiſo delitiarũ poſitis. Idipſuȝ cõfirmat au
ctoꝛitas ſacre ſcripture. Uñ. Sap. pmo dicꝛ
Deus moꝛtẽ nõ fecit: ſed impij manibꝰ ⁊ v̓bis
accerſierũt illã. Et in. ij. c. Geñ. clara eſt ſnĩa
cõminãtis dei. Quacũqȝ die comederis ex eo
moꝛte moꝛieris. i. moꝛti obligatus eris: vel
moꝛiendi neceſſitatẽ incurres: ſm̃ Augꝰ. ſup
Geñ. ad litterã. Et idẽ. xiiij. li. de ci. dei. c. xx
vi. Uiuebat itaqȝ homo in paradiſo ſicut vo-
lebat ꝙ̃diu hoc volebat quod deus iuſſerat.
Uiuebat fruẽs deo ex quo bono bo-
nus erat. Uiuebat ſine vlla egeſtate: ita ſem-
per viuere habẽs in poteſtate. Cibus aderat
ne eſuriret: potus ne ſitiret: lignũ vite ne illũ
ſenecta diſſolueret. Nihil coꝛruptiõis in coꝛ
poꝛe; vel ex coꝛpoꝛe vllas moleſtias vllis

eius ſenſibus ingerebat. Nullus intrinſecus
moꝛbus: nullus ictus metuebaꝛ extrinſecꝰ.
Sũma in carne ſanitas tota in animo tran-
quillitas. hec ille. Neqȝ hanc impaſſibilitatẽ
innocẽtie dicimus vnã ⁊ eandẽ impaſſibilita
ti gl̓ioſe. qꝛ ſm̃ Sco. in. ij. diſt. xix. q. vna. illa
impaſſibilitas gl̓ioſa priuat actũ ⁊ potẽtiaȝ
patiendi. Hec vero tm̃ actũ ⁊ nõ potentiam.
Hec magiſter in ſcdo. Neqȝ inſup credere de
bemus in eo ſtatu impaſſibilẽ hominẽ oĩno
fuiſſe: qꝛ vt ſctũs Tho. declarat pma parte.
q. xcvij. ar. ij. duplex eſt paſſio. Una cõiter di
cta ſm̃ quãcũqȝ imutationẽ etiaȝ ſi ptineat
ad pfectionẽ nature cõdite: ⁊ ſm̃ hãc paſſibi
lis erat homo ⁊ ſm̃ animã ⁊ ſm̃ coꝛpus. Se
cunda eſt paſſio ꝓpꝛie dicta. Et ſic pati dicꝛ
qd̓ a ſua naturali diſpoſitione remoueꝛ. Paſ
ſio enĩ eſt effectus actiõis. In rebꝰ aũt natu
ralibus ꝯtraria agũt ⁊ patiũtur adinuicem:
quoꝝ vnũ remouet alterũ a ſua naturali di-
ſpoſitiõe. ⁊ de hac paſſiõe dicit Damaſcenꝰ
ꝙ paſſio eſt motus pter naturã. Hoc modo
in ſtatu inocẽtie impaſſibilis fuit. Qd̓ etſi vi
deꝛ impoſſibile: tñ oñdere poſſumus ex mul-
tis ſctoꝝ exemplis qui diſpenſatiue ⁊ etiam
ſpeciali priuilegio hoc impaſſibilitatis donũ
diuinitꝰ acceperũt. Quidnã fuit illud ſtupen
dũ pꝛodigiũ de tribus pueris in ardẽtẽ foꝛ-
nacẽ miſſis: quos tamẽ flãma nedũ nõ cõbuſ
ſit: ſed cũ foꝛnax eſſet accẽſa nimis: nec in mi
nimo leſi plaudebãt deũ in medio flãmaruȝ
poſiti benedicẽtes. Daniel. iij. c. Quid de Io
na dicemꝰ: q̃ in vẽtre ceti diebꝰ tribus ⁊ no-
ctibus habitauit. tandẽ poſt triduũ illeſus ex
iuit. Ione. ij. c. Quid de Moyſe qui. xl. diebꝰ
⁊ xl. noctibꝰ habitauit in mõte ſine cibo: vt le
gẽ mereret accipe. vt Exo. xxiiij. hꝛ. Quid de
Iohe euãgeliſta q̃ in dolio feruẽtis olei miſ-
ſus nocumentũ vllũ nec ſenſit: ⁊ venenũ foꝛ-
tiſſimũ bibens quo duo ante ipm̃ bibẽtes in-
terẽpti fuerãt ſine detrimẽto eſt inuentus:
His ⁊ alijs taȝ veteris ꝙ̃ noui teſtamẽti du
cimur vt credamꝰ nõ eſſe impoſſibile: qd̓ de
natura inſtituta in ſcripturis narraꝛ. Fuit
ergo pmus homo creatꝰ in ſtatu impaſſibili-
tatis ſicut viſuȝ eſt prius: qui ꝑ peccatũ ſe et
omnes moꝛtales fecit ⁊ moꝛti ſubiugauit.
His viſis ⁊ declaratis exeat in campũ pmus
humani gñis pater. ipſeqȝ lamẽtabiliter di-
cat. O filij gñis humani. o moꝛtales cuncti
paſſibiles: miſeri: ignoꝛãtes: pleni luctu: cala
mitatibus: laboꝛibꝰ: anguſtijs. amaritudini
bus: infirmitatibus: moleſtijs. curis: pturba
tionibus: varijs feditatibus: ⁊ erubeſcẽtijs.
quis vos mecũ ad tot mala dãnauit? Quid
nã experimini in hac vita erũnoſa pꝛeter ge-
mitus ⁊ ſuſpiria? Unde tot incõmoda vene-
runt vobis? O deus benigne: o creatoꝛ admi
rabilis. talia nõ ptractaſſes nobiſcũ niſi me
peccatoꝛẽ cũ omĩ poſteritate mea iuſticia tua
punire voluiſſes. Heu me. Ego ſum ille pecca
toꝛ magnus. Ego ſum ille diuine maieſtatis
cõtemptoꝛ. Ego qui tantã ruinã ſup omnes
induxi gñatiões mũdi. Eram a deo mire cõ-
ditus: ſapiẽtia naturali illuſtratus: collocatꝰ
in paradiſo delitiarũ. dñs aĩalũ piſciũ ⁊ vo-
latiliũ: liber abſqȝ omĩ ſeruitute: ad deũ cõtẽ
plandũ habilis: ⁊ idoneus ad ꝓcreandũ fili-
os benedictos. Et ego qꝛ deũ meũ deſerui: de
paradiſo eiectus ſum in hãc vallẽ lachꝛyma
rũ: vt cũ ſudoꝛe veſcar pane meo ego ⁊ omĩes
qui a me deſcẽſuri ſunt. Quibꝰ oĩbus ſicut ⁊
mihi clauſa eſt poꝛta celi: ⁊ nõ poſſumus ali-
quo merito noſtro videre faciẽ filij dei. Ceci-
dit ergo dignitas noſtra: ⁊ natura bene inſti
tuta coꝛrupta eſt: nõ tm̃ penaliꝛ ſ; etiã culpa
liter: qd̓ oĩs indubitanter credere teneñꝛ de
neceſſitate ſalutis.

De qualitate pcti pꝛimoꝛuȝ parentũ: ⁊ qd̓
pꝛincipale peccatũ hoĩs eſt ꝙ lapſus fuit in
oĩbus lȝ alia peccata ꝯcurrerint. Cap. II

s Ecunda ꝯcluſio dicꝛ qualitatis. Nã
ſolet quoꝛundã animꝰ nõ ſine ratiõe
mirari quale fuit illud pꝛimoꝝ paren
tũ peccatũ: ob qd̓ tam ſeue crudeliterqȝ deus
humanũ genꝰ puniuit: de quo quattuoꝛ opi-
niones inueniuntur a doctoꝛibus ſacre theolo
gie aſſignate ⁊ denotate.

Prima eſt ꝙ fuit ſuperbia.
Secũda eſt ꝙ fuit auaritia.
Tertia eſt ꝙ fuit gula.
Quarta eſt ꝙ fuit inobedientia.

Prima opinio q̃ eſt ꝙ fuit ſupbia ꝯfirmaꝛ
Eccl̓iaſtici. x. c. Initiũ omĩs pcti eſt ſupbia.
Et iteꝝ Eccli. xxv. A muliere initiũ factũ eſt
pcti. ergo mulier ꝑpetrauit peccatũ ſupbie.
Itẽ Augu. in l. de v̓ginitate. Diabolus inq̃t
in celo voluit eſſe ſicut deꝰ: cadens aũt pſua-
ſit homini ſimilitudinẽ ſue voluntatis. Item
Augꝰ. ad Oꝛoſiũ. Elatus Adã ſuaſiõi ſerpẽ
tis obediens pceptũ cõtempſit. Et idẽ ſuper
Geñ. Inſuit mẽti Ade amoꝛ quidã pꝛopꝛie
poteſtatis: ⁊ quedã de ſe ſuperba pſumptio.
Secũda opinio ꝓbaꝛ. pmo per tex. Geñ.
iij. Eritis ſicut dij. ⁊c. Hoc pmo cecidit in mẽ
tẽ mulieris. ſ. appetere multitudinẽ ſciẽtie

pluſq̄ opoꝛtet qḋ eſt pctm̄ auaritie ſꝫ Gre-
go. Ergo illud fuit pctm̄ auaritie. Tertia
opinio ꝯfirmaṫ.qꝛ vt dicit tex.Gen̄.iij.c.Ui-
dit mulier lignū q̄ eſſet pulchꝛū viſu ꝛ adve
ſcendū ſuaue.Et.xxxv.di.in.c.Sexto die ſcri
biṫ.Gula a paradiſo regnātē expulit.Et Hie
ronym⁹ ꝯtra Jouinianū. Sollicite prouidē
dum eſt:vt quos ſaturitas a paradiſo expu-
lit eſuries reducat. Quarta opinio habeṫ
ex eo qḋ dicit Paulus ad ro.v. q̄ vni⁹ hoīs
inobediētia peccatoꝛes ꝯſtituti ſunt multi.
Et Aug.in li.de vera religiōe. Adam ꝑpter
trāgreſſionē obediētie de paradiſo eiect⁹ eſt.
Et ſup Gen̄.ad litterā iterū dicit. Nō potu-
it melius ꝛ diligēti⁹ cōmendari q̄tū malum
ſit inobediētia.cū ideo reus iniq̄tatis factus
eſt homo qꝛ eā rem tetigit ꝯtra ꝓhibitiones
quā ſi nō ꝓhibitus tetigiſſet nō vtiqꝫ peccaſ-
ſet. Has opiniōes oēs ꝯcoꝛdat dns Bon̄.
in xxij.diſt.ſcḋi li.ar.i.q.i.vbi oñdit q̄ princi
pale pctm̄ hoīs per qḋ lapſus eſt fuit inobe-
dientia Ade.ꝛ ad hāc conatus eſt diabolus
adducere hoīem. Sed qm̄ nemo operaṫ ad
malū aſpiciēs nec appetit malū:niſi ſub ſpe-
cie boni.ideo dare dep̄hendens diabolus q̄
nō poſſꝫ mulierē p̄cipitare niſi apponeret ali
quod appetibile:illā temptādo ꝓpoſuit ad q̄
oīs homo naturaliter inclinaṫ. Naturaliṫ
em̄ oīs hō inclinaṫ ad btitudinē:que eſt bo
nū glorioſuꝫ: delitioſuꝫ ꝛ copioſuꝫ. Unde ho
mo naturaliter appetit excellētiā:ſufficiētiā
ꝛ letiaā.Et ī ordinato appetitu taliū ꝯſiſtit
iuſticia:in inordinato vero culpa. Gula enī
eſt inordinatus appetitus cibi ſuauiter refi-
cientis.Auaritia eſt inordinatus appetitus
ſufficiētie.Superbia eſt inordinat⁹ amoꝛ ex-
cellentie.Diabolus ergo p̄mo ꝓmiſit mulie-
ri dignitatis excellētiā:cū dixit. Eritis ſicut
dij. Secūdo ſubiunxit cognitiōis abundātiā:
ſciētes bonū ꝛ malū. Poſtremo p̄tendit ſua
uitatis experientiā:cū oſtendit lignū pulchꝛ
viſu:ꝛ ad veſcendū ſuaue. Quia ergo mulier
diabolo cōſenſit in appetēdo primo eſſe ſicut
deus:fuit ſupba. Deinde appetēdo ſcire bo-
nū ꝛ malū: fuit auara. Poſtremo experiēdo
ſuauitatē ligni vetiti:fuit guloſa.Et in h̄ fuit
trāſgreſſiōis rea:ꝛ inobediētie culpa īuoluta
Nec eſt incōueniēs plura genera peccatoꝛuꝫ
ſm ꝓgreſſum cōcurrere ad vnū flagitiū per
petrandū.hec Bon̄.Comedit itaqꝫ Adaꝫ de
ligno vetito cōtra imperiū diuine maieſtatis
Paruipēdit preceptū altiſſimi dei:q̄ ei māda
uerat vt ei obediret:ꝛ cognoſceret ipm̄ regeꝫ
celoꝝ:ꝛ oīm creaturarū.Qḋ equidē nō mini
mū non paruū:nō deniqꝫ leue crimē putādū
eſt.Unde augu.xiiij.de ciui.dei.c.xij.ait. Nō
debet exiſtimare q̄ſq̄ leue ac paruū fuiſſe il-
lud cōmiſſuꝫ:qꝛ in eſca factū ē: nō quidē ma
la nec noxia: niſi quia ꝓhibita. Neqꝫ em̄ q̄c-
q̄ mali de⁹ in illa tante felicitatis paradiſo
crearet:atqꝫ plātaret. Sed obediētia cōmen
data eſt in p̄cepto: que virtus in creatura rō
nali mater eſt oīm cuſtoſqꝫ virtutū.Et īfra
Hoc itaqꝫ devno cibi gn̄e nō edēdo vbi alioꝝ
tanta copia ſubiacebat:tā leue p̄ceptū ad ob
ſeruandū tam breue ad memoria retinendū:
vbi preſertim nondū volūtati cupiditas reſi-
ſtebat:qḋ de pena trāſgreſſiōis poſtea ſubſe
cutū eſt tanto maioꝛi iniuſticia violatū eſt:
q̄to faciliꝰ poſſet obſuantia cuſtodiri. hec
ille.Cur itaqꝫ miramur ſi indignatus eſt de⁹
qui magn⁹:imenſus:glioſus:ſapiētiſſimus:
oīpotēs:colēdus:adoꝛandus,ꝛ timendus:
tot beneficia indulſerat prothoplaſto ſi ab ip
ſo cōtemptus eſt.O repꝛobanda hūana ſup-
bia:q̄d fuit cōtemnere deū?O temeraria pre-
ſumptio humane mētis q̄d:q̄d:quid eſt calca
re preceptū atqꝫ mandatū regis eterni?Nō-
ne lex ipa nature clamat:q̄ diuinoꝝ manda
toꝝ p̄uaricatoꝛes digni ſūt moꝛte?Preuari-
catus eſt Adā ꝛ ꝑpter inobedientiā ad moꝛ-
teꝫ eſt condemnatus.

Qualiter de⁹ remittere voluit pctā hoīs:ꝛ
non angeli:ꝛ qualiter myſterium incarnatio
nis fuit Ade reuelatum. Capitulū. III

Tertia ꝯcluſio dicitur remiſſibilitatis
Licet em̄ tam enoꝛme fuerit illud de
lictū:vt p illud diuina iuſticia damna
uerit totū genus humanū:veruntamē nolu-
it clementiſſimus de⁹ in ira cōtinere miſeri-
coꝛdias ſuas:quoniā decreuit ac liberauit ho
mini p̄dito ꝛ penitēti:per filij ſui incarnatio-
nē ſuccurrere.Super quo dubi⁹ ſolet eſſe ani
mus:cur magis humanū genus ſaluū factū
eſt: ꝛ remiſſionē accepit: q̄ angelica natura
p̄uaricatrix. Quod rationabile eſſe demon-
ſtrāt doctoꝛes dicētes: pctm̄ hoīs fuiſſe re-
miſſibile: angeli vero oīno irremiſſibile. Qḋ
probaṫ quattuoꝛ cōuenientijs.

Prima eſt pꝛopꝛietas liberi arbitrij
Secunda conditio nature.
Tertia oꝛdo diuine iuſticie.
Quarta cōgruitas miſericoꝛdie.

Prima cōueniētia diciṫ libertas arbitrij
In libero arbitrio ſꝫ magiſtrū.xxiiij.di.ſcḋi
eſt facultas volūtatis ꝛ rationis tā in homi

ne q̄ in angelo.tamē differēter.Nā quātum
ad volūtatē differt homo ꝛ āgelus:qꝛ liberū
arbitriū hoīs ante electionē volūtatis ꝛ poſt
electionē ſe habet mutabiliter. Angeli vo etſi
ante electionē ſe habet mutabiliter poſt ele-
ctionē tn̄ ſe habet īmutabiliter.Et hac ratōe
in ſummo gradu eſt liberū arbitriū in deo. in
infimo aūt gradu eſt in hoīe. Si ergo eſt libe
rū arbitriū in angelo neceſſe eſt vt ſit medio
modo ſe habēs:ꝛ ita diciṫ liberū arbitriū in
eo mutabiliter ſe habere ad bonū ante electio
nē:ꝛ īmutabiliter poſt. Pōt em̄ eligere ꝛ nō
eligere.ſed q̄cquid illud ſit ſiue bonū ſiue ma-
lū:nō poteſt illud deteſtari poſtq̄ elegerit.
Ex quo patet q̄ nō pōt penitere ſiue p peni-
tentiā culpā delere q eſt deteſtatio mali. Et
ita relinquiṫ q̄ culpa eius nō pōt deleri ſicut
culpa hoīs. Itē quātū ad ꝓprietatē ratiōis
patet:qꝛ in libero arbitrio eſt iudiciū de bo-
no:ſꝫ differēter in hoīe ꝛ angelo: qꝛ ſicut di-
cit Dio⁹.intellectus angeli deifoꝛmis eſt. et
hoc eſt qꝛ ſup tempus. ꝛ ita accipit totuꝫ ſi-
mul.ꝛ nō poſt hoc illud. vel illud ex illo. Et
ideo diciṫ angelus intellectualis ſubſtantia.
Sed intellectus hoīs eſt in tp̄e. ꝛ ideo confe
rēdo accipit. Unde nō accipit totū ſimul. ſed
vnū poſt aliud ꝛ vnū ex alio. ſicut ex p̄miſſis
accipit cōcluſionē.Et ideo homo diciṫ rōna-
lis ſubſtātia:qꝛ ratio eſt virt⁹ collectiua vni⁹
ex alio. Qualis ergo cōparatio eſt ſimplicis
ad cōpoſitū:ꝛ puncti ad lineā in eſſendo: ta-
lis cōparatio eſt intellectus angelici ad intel
lectū hoīs in intelligendo ꝛ iudicādo. Cū er-
go iudiciū fiat ab intellectu. patet q̄ angel⁹
ſm ſtatū ſue cōditiōis iudicat de re nō in tē-
poꝛe:ſꝫ de re tota ſimul:ꝛ in iudicādo de ipſa
videt eā totā ſimul:ergo rectiſſime iudicat.
Si ergo in iudicando peccat.ptꝫ q̄ peccat ex
certiſſima malitia. Ex quo nullo mō pōt ex-
cuſari.Nō aūt ſic eſt de hoīe qui cū totā rem
ſimul nō videat poteſt decipi in ſuo iudicio.
Et ideo cū pctm̄ eius aliquo mō poſſit excu-
ſari:nō eſt irremediabile. Unde Gen̄. vi. Nō
p̄manebit ſpūs me⁹ id eſt indignatio mea in
hoīe in eternū qꝛ caro eſt. Secūda cōueniē
tia eſt cōditio nature:quā tangit Anſelmus
in.ij.li.cur de⁹ homo. Homo p aliū hominē
qui nō eſſet ſui gn̄is nō debuit reparari. Et
cū nō ſint oēs angeli eiuſdē gn̄is. patet q̄
nō fuit poſſibilis hec reparatio in angelo ſi-
cut in hoīe. Inſup ex cōditiōe pcti tā hoīs
q̄ angeli variaṫ pctm̄:ꝛ q̄tuꝫ ad genus.ꝛ q̄
tū ad circūſtantiā.ꝛ q̄tuꝫ ad occaſiōes.Quā
tū ad genus tam homo q̄ angelus peccauit
per ſupbiā.ſꝫ differēter qꝛ ſupbia hoīs fuit in
appetitu oīſciētie dei:ſupbia angeli in ap
petitu oīpotētie.Oīpotētiā aūt ſuā nū-
q̄ voluit de⁹ cōicare alicui creature:ideo an-
gelus appetijt illud ad qḋ nullo mō erat oꝛ-
dinatus.Oīſcientiā aūt ſuā voluit de⁹ cōi
care creature.ad illā em̄ eſt hō oꝛdinat⁹ ī glia
ideo pctm̄ hoīs eſt remiſſibile.pctm̄ vero an
geli nō.Quātū vo ad circūſtātiā pcti eſt dif-
ferētia qꝛ in Adā fuit aliq̄ ignoꝛantia. quia
pctm̄ qḋ erat moꝛtale credidit eſſe veniale ſꝫ
Aug. ꝛ habuit pꝛopoſitū penitēdi ꝛ petendi
veniā de illo pctō. Angeli vo nō. Quātū ad
occaſionē peccati eſt differentia: qꝛ angelus
p ſe peccauit.Adā vo alio ſuggerēte. Ter-
tia cōueniētia diciṫ ꝯgruitas diuine iuſticie.
Nā in homine vno erat tota ſpecies hūana
multiplicāda.Sed in angelo peccāte nō erat
tota natura angelica.Et ꝑpter hoc diuine iu
ſticie ꝯgruū fuit hoīem expiare ꝛ nō angelū.

Quarta ꝯueniētia eſt ex parte diuine miſe
ricoꝛdie cui nō erat cōdecēs vt nihil beatifica
retur in hūana natura ad btitudinē oꝛdina-
tū. Datū ergo eſt tēpus ex dei liberaliſſima
miſericoꝛdia homini lapſo petēdi veniam de
pctō ꝛ de eo agendi pn̄iam. Puto em̄ q̄ poſt
expulſionē de paradiſo Adā pater noſter cō-
uertit ſe ad lamēta pn̄ie:ꝛ xp̄m venturū ſum
ma deuotiōe excoluit:quē incarnādū cogno-
ſcebat. Nā eccl'ia ſcā ponit eū in numero ſcō
rū:qḋ eſſe nō poſſet ſine fide mediatoꝛis. qḋ
Aug.in li. de coꝛreptiōe ꝛ gr̄a teſtaṫ dicens.
Illa fides ſana eſt qua credim⁹ nullū hoīem
ſiue maioꝛis,ſiue parue etatis liberari a con-
tagiōe moꝛtis ꝛ obligatiōe pcti: niſi p vnum
mediatoꝛē dei ꝛ hoīm ieſuꝫ xp̄m.Scḋm aūt
doctrinā ſcti Tho. ſcḋa ſcḋe.q.ij. via hoībus
veniēdi ad btitudinē eſt myſteriū xp̄i incar-
nationis qḋ ante ſtatū pcti homo cognouit:
ſed explicite ſm q̄ oꝛdinabaṫ ad cōſumma-
tionē glie:nō aūt ſm q̄ oꝛdinabaṫ ad libera
tionē a pctō p paſſionē ꝛ reſurrectionē:qꝛ hō
nō fuit p̄ſcius pcti futuri.Videṫ aūt incarna
tiōis xp̄i p̄ſci⁹ fuiſſe ex eo qḋ dixit. Pꝛopṫ hoc
relinquet homo patrē ſuū ꝛ matrē ſuā ꝛ ad-
herebit vxoꝛi ſue. Gen̄.ij.Et hoc ab apl'o pau
lo ad ephe.v.c. diciṫ ſacrm̄ magnū eē ī xp̄o ꝛ
eccl'ia.Qḋ quidē ſacrm̄ nō eſt credibile p̄muꝫ
hominē ignoꝛaſſe. Poſt pctm̄ vo explicite il
lud myſteriū cognouiſſe.nulli dubiū eſſe de-
bet:ſꝫ q̄ oꝛdinabaṫ ad ſalutē hoīs p paſſionē
ꝛ reſurrectionē. Un̄ ꝛ habuit Adā cognitio-

nē ſalutis ſue in ieſuꝫ naſciturū de carne ſua.
Quiſnā explicet quāta deuotiōe omi tpe vi⸗
te ſue adā cū lachrymis ⁊ ſuſpirijs deū incar
nari expoſtulauerit? O Adā cōis paṫ qd feci
ſti? Cur peccaſti? Cur offendiſti legē dei? Heu
me inqt peccaui: erraui. Sed dei filꝰ bonita
te ſua reſtituet vobis incarnatōe ſua bñdicta
quicqd ego ꝑdidi in ꝓſumptiōe mea. O pec⸗
catores nō paueatis. Habemꝰ reparationē.
Nō conqueramꝰ amplius de adā: imo cātemꝰ
cū Grego. O felix culpa q̄ talē ac tm̄ meruit
habere redēptorē. Fuimꝰ in tenebris ꝑ pctm̄
⁊ iā ſumꝰ in luce grē ꝑ ꝟbū incarnatū. Cuiꝰ
beneficio ꝯſequi valeamꝰ ſplendorē glie: in
qua xp̄s viuit ⁊ regnat in ſcl'a ſcloꝝ. Amen.

Feria ſcd'a poſt dn̄icā .i. aduētus de ardē⸗
ti deſiderio ſctōꝝ patrū veteris teſtamenti
auide cupientiū xp̄m incarnari. Sermo. II
Jeſus deſideratus. Fructus. II

Ex ꝓceſſit. Iterum

n vbi .ſ. Cogimur ad cor noſtrum
inflāmandū in amorē bñdicti Je⸗
ſu xp̄i in celo ſedētis ad dexterā pr̄is: ex vehe
mēti ꝯſiderio illo q̊ ſci pr̄es veteris teſtamēti
ꝑ mlta curricula annoꝝ ſuccēſi ardētiſſimis
ſuſpirijs depcabāṫ ipꝫ icarnādū. Qd deuotꝰ
Bern. ꝯſiderās ſmone .ij. ſup cātica ait. Ar⸗
dorē deſiderij patrū ſuſpirātiū xp̄i in carne
preſentiā frequētiſſime cogitās: cōpungor et
ꝯfundor in memetipo ⁊ vix cōtineo lachry⸗
mas: ita pudet torporis miſerabiliū tempoꝝ
hoꝝ. Cui nāqꝫ nr̄m tm̄ ingerat gaudiū gra⸗
tie huiꝰ exhibitio: q̄tuꝫ ſctis veteribꝰ accēde
rit deſideriū ꝓmiſſoꝝ. hec ille. Idcirco nr̄a
incitatiōe proſeq̄ volētes incarnatiōis bene
ficiū: in p̄nti ſermone de ipa dicturi ſumꝰ ſub
vno fructu q̄ eſt. Jeſus deſideratꝰ. Pro cuiꝰ
declaratōe tres ꝯcluſiōes occurrūt ꝓponēde

Prima dicitur occaſiōis.
Secunda retardationis.
Tertia meritationis.

Qualiter xp̄s voluit incarnari: et ſi nō pec
caſſet hō an fuiſſet icarnatꝰ. Cap. .I.

p Rima ꝯcluſio dicitur occaſionis. In q̄
videdū eſt ſi pctm̄ ſolū fuit incarnati
onis occaſio ⁊ ꝑcipua ratio: vel ſi ad⸗
huc homo nō peccaſſet: aliqua alia cauſa dei
filꝰ icarnaſſet. Et circa hoc tres ſūt opiniōes

Prima dicitur ſuſtentabilis.
Secunda probabilis.
Tertia cōmendabilis.

Prima opinio dicitur ſuſtētabilis. q̄ eſt quo
rundā magiſtroꝝ dicētiū ꝙ de incarnatiōe
eſt loq̄ dupliciter. Eſt eñ incarnatio carnis
aſſumptio. Pōt ergo eſſe ſermo de carne aſſū
pta. Aut q̄tū ad ſubſtātiā: aut q̄tū ad defe⸗
ctū paſſibilitatis ⁊ mortalitatis. Si loq̄mur
de incarnatiōe q̄tū ad defectū paſſibilitatis
⁊ mortalitatis: dicūt ꝙ ſi homo nō peccaſſet
xp̄s carnē mortalē nō aſſumpſiſſet. Sed ſi lo
quamur de incarnatiōe ſm̄ ꝙ dicit aſſumpti
onē hūane nature ſimpliciter: etiā ſi hō non
peccaſſet xp̄s incarnatus eēt. Nā incarnatio
facit ad ꝑfectionē totiꝰ vniūſi in hoc ꝙ ꝯple
tionē dat humano gn̄i quātū ad tria.

Primo q̄tū ad illud qd reſpicit naturam.
Scd'o q̄tū ad illud qd reſpicit grām.
Tertio q̄tū ad illud qd reſpicit gliam.

Quātū ad ꝑmū in icarnatiōe eſt ꝯſūmatio
modoꝝ educēdi hoīeꝫ in eſſe. Quadruplex nā
qꝫ eſt modus educēdi hoiem in eſſe.

Nec de viro nec de muliere. vt Adam.
De viro ſine muliere. vt Eua.
De viro ⁊ muliere. vt ceteri hoies.
De muliere ſine viro. vt xp̄s.

Ergo ſi homo ſtetiſſet: fuiſſet incarnatio:
q2 ſi nō eſſet filij dei incarnatio: tūc vnꝰ mo⸗
dus ꝓductiōis deficeret. ⁊ ſic vniūſus eēt im
ꝑfectus. Vñ dicit Aug. in li. de li. ar. ꝙ vniū⸗
ſus habet tantā ꝑfectionē ꝙ nemo pot rōna
biliter aliquam imꝑfectione inuenire in eo.

Secūdo incarnatio facit ad ꝑfectionē ho⸗
minis q̄tū ad illud qd reſpicit grām. Nam
xp̄s eſt caput ecclie nō ſolū ſm̄ diuinā natu⸗
rā: ſꝫ etiā ſm̄ hūanā. vt oñdit Aug. ſup Joh.
Sed ſi hō nō peccaſſet adhuc xp̄s eēt caput
ecclie. ergo aut filꝰ dei ſe incarnaſſet: aut ec⸗
cleſia remāſiſſet acephala. Inſup ſi homo la
pſus nō eſſet: nihilominꝰ fuiſſet ſacrm̄ matri
monij. Si igiṫ ſacrm̄ mr̄imonij in coiūctione
ſexuū ſignificat coiūctionē xp̄i ⁊ ecclie q̄tuꝫ
ad naturaꝝ vnionē ꝓpter inſeꝑabilitatē. vt
dr̄ ad Ephe. v. Ergo ſi hō ſtetiſſet. aut ſacrm̄
mr̄imonij eſſet falſuꝫ ſignū. vel filꝰ dei fuiſſꝫ
incarnatus. Tertio incarnatio facit ad cō
plementū hoīs q̄tū ad illud qd reſpicit gl'aꝫ
Nā ſm̄ Aug. de ſpū ⁊ aīa. totū hoiem aſſum
pſit xp̄s vt totū beatificaret. Sed ſi hō non
eſſet lapſus: erat totꝰ btificabilis. ergo xp̄s
fuiſſet incarnatus. His rōnibꝰ adherētes di
cūt quidā indubitāter ꝙ ſtāte adhuc natura
in terminis ſue ꝯditiōis: etſi nūq̄ fuiſſet la⸗
pſa: ꝙ dei filius fuiſſet incarnatꝰ: nō vt redē⸗
ptor. ſed vt glorificator. Secūda opinio dr̄
ꝓbabilis: que primā oīno negat. Dicit enim

ꝙ ſi hō nō peccaſſet nūq̄ xp̄s carnē ſumpſiſ⸗
ſet: q2 hec magis ꝯcordat pietati fidei. Nā ꝑ
cedēs opio q̄ dicit ꝙ deū cōueniebat incarnari
ꝓpter ꝑfectionē vniuerſi: deū inter ꝑfectiōeꝫ
vniuerſi ꝯcludit. qd incōuenietiſſimū eſt: q2
incarnatiōis myſteriū eſt ſup oēm vniūſum:
ſiue q̄tū ad naturā: ſiue q̄tū ad gliaꝫ. Dicit
nāqꝫ philoſophꝰ in .xi. ꝑme phīe. Deus ſuper
oēm vniuerſi ordinē ponēdus eſt. Et ad il
lud qd adducitur de modo educēdi hoiem dice
re poſſumus: ꝙ quartꝰ ille modus q̊ eductus
eſt xp̄s nō eſt de ꝑfectiōe vniuerſi: nec ex hoc
ſequitur ꝙ ſi talis modus nō fuiſſet ꝙ vniuer⸗
ſum ſua ꝑfectiōe careret. Sicut eñ nō pōt ar
gui impfectio vniūſi q̄tū ad ſuſcitatiōeꝫ mor
tui quā deꝰ nō feciſſet ſi hō nō peccaſſet. Poſ
ſet etiā dici ꝙ de illo mō ꝓductiōis nō argui
tur veritas incarnatiōis: q2 deꝰ potuiſſet ꝓ⸗
ducere hoiem de muliere abſqꝫ viro: q̄ tamen
nō eſſet deꝰ. Ad illud qd dicebatur ꝙ incar⸗
natio facit ad ꝑfectionē hoīs q̄tum ad illud
qd reſpicit grām: q2 xp̄s eſt caput ecclie: dice
re poſſumꝰ ꝙ duplex eſt capitis proprietas.
Una q̄ attēditur ſm̄ ꝯformitatē ad membra.
Alia q̄ attēditur ſm̄ donoꝝ gratuitoꝝ influen
tiā. Rōne ꝑme ꝓprietatis xp̄us eſt caput ec⸗
cleſie inquātū deꝰ: ⁊ rōne huiꝰ principaliter
tenet rōnē capitis. Et ideo dato ꝙ incarna⸗
tus nō eſſet: ecclia hoīm capite non careret.
Habuiſſet eñ tūc caput deū: ſicut nūc ecclia
angeloꝝ. De alio ꝟbo quod adducebatur
de matrimonio r̄ndere poſſumus ꝙ mr̄imo
niū duplicē habet ſignificationē. Significat
eñ coiūctionē dei ad eccleſiam ſm̄ charitatē
⁊ ſignificat coniunctionē ſm̄ vnionē in perſo⸗
ne vnitate. Utrāqꝫ harū ſignificationū habꝫ
ſm̄ ſtatū lapſum. Alterā vero habuiſſet ſi ho
mo ſtetiſſet. Et ideo nō eſſet falſuꝫ ſignū. Si
cut eñ mr̄imoniū nūc eſt in officiū ⁊ in reme
diū: tūc aūt ſolū in officiū: ſic habet duplex ſi
gnificatū nūc: tūc aūt vnū. De eo vero qd
vltimo dicebatur .ſ. de glia q2 totū aſſumpſit:
dicūt iſti qui tenēt hāc opinionē ſecūdā: ꝙ il⸗
la nō eſt ratio ꝑcipua: ſed annexa principali:
pro eo ꝙ ſi nunq̄ deus incarnatus eſſet hō
glorificationē corporis ſui ex viſiōe dei perfe
cte ⁊ totaliter habuiſſet. Viſio eñ xp̄i corpo⸗
ralis ſpectat nō ad eſſentialē cōpletionē bea⸗
titudinis: ſed ad quoddā accidētale gaudiū.
Et hoc patet q2 alij ſenſus btificantur vt viſus
⁊ tñ obiecta ſibi correſpōdētia nō habebūt: ſi
cut tactus guſtus. ⁊c. Gloria nanqꝫ ſenſuum
exteriorū erit ꝑ redūdantiā delectatiōis ve⸗
niētis ex parte ſuperiori a viſione dei: cuiꝰ vi
ſio adeo reficit: vt nihil vltra neceſſarium ſit
aīe ad eius btitudinē. Unde multū derogare
videtur ſummo bono q̄ dicit ipm̄ non ſufficere
abſqꝫ bono creato ſibi adiūcto ad hoiem ꝑfe
cte beatificādū. Hec Boñ. i. di. tertij li. ar. ij.
q. ij. Tertia opinio dicitur cōmēdabilis: q̄ di
cit xp̄m natū fuiſſe: vt hoiem ꝑditū redime⸗
ret: nec curat iueſtigare ea q̄ potuiſſent eueni
re hoīe ſtāte. Sed grās dat deo q̄ tā benigne
voluit ꝓuidere homini ꝑdito. Dicit nāqꝫ Au
guſt. in li. de ꝟbis dn̄i. Venit filius hoīs que
rere ⁊ ſaluū facere qd perierat. Si hō nō pec
caſſet: filꝰ hoīs nō veniſſet. Et idē ſup Joh.
Nulla cauſa fuit veniēdi xp̄o dn̄o: niſi pctō⸗
res ſaluos facere. Tolle morbos: tolle vulne⸗
ra: ⁊ nulla eſt cauſa medicine. Et idē ſup illo
ꝟbo Matthei ꝑmo. Ipſe eñ ſaluū faciet po
pulū ⁊c. Si ergo hō nō peccaſſet: ꝟgo nō pe⸗
periſſet. Et idē ſup illud Johā. xi. Dn̄e ecce
quē amas infirmatur. Si pctōres dn̄s nō ama
ret: ad terrā de celo nō deſcēdiſſet. Et idē ſup
pſalmos. ſup illo ꝟbo. Infixus ſum in limo
ꝓfūdi. dixit. Utinā maneret hō in eo qd deꝰ
fecit. Si eñ maneret in eo qd deꝰ fecit: nō in
limo infixus eſſet quē deꝰ genuit. Et leo pa⸗
pa in ſmōe. Si homo ad imaginē ⁊ ſilitudi
nē dei factus in ſuo honore māſiſſet: creator
mūdi creatura nō fieret: neqꝫ ſempiternꝰ tē⸗
poralitateꝫ ſubiret: aut eq̄lis deo pr̄i dei filꝰ
formā ſerui aſſumeret. Et Paulꝰ .i. ad Timo
the. i. Xp̄s ieſus venit in mūdū pctōres ſal⸗
uos facere. Iſta nobis cordi eſſe debēt q̄ dā⸗
nato hūano gn̄e propter pctm̄ voluit dei filꝰ
incarnari vt ipſuꝫ redimeret. O imenſa am⸗
plitudo diuine charitatis. O ꝓfunda boni⸗
tas ſummi dei. Peccauimus nos oēs cecidi⸗
muſqꝫ in captiuitatē inferni: ⁊ ipe vt nos re
dimeret miſit nō angelū: nō archāgelū: non
deniqꝫ aliā creaturā: ſed vnigenitū filiū ſuū.
Audiat tr̄a intelligat celū: imo audiat. Joh.
iij. nouū iocūdū: nouū feliciſſimū: nouū amo
roſiſſimū. Sic deus dilexit mundū: vt filium
ſuū vnigenitū daret: vt oīs q̄ credit in illū nō
pereat: ſed habeat vitā eternā. Et ad ephe. ij.
Propter nimiā ſuā charitatē: inqt apl's: qua
dilexit nos deus: miſit filiū ſuū in mundū vt
ſaluetur mūdus ꝑ ipm̄. Qd Greg. conſiderās
admirādo cātabat. O ineſtimabilis dilectio
charitatis. vt ſuū redimeres filiū tradidiſti.
Quid ſuauius: qd dulcius pōt audiri? O pec
catores ingrati diligite xp̄ꝫ quos iā redemit
quem patres antiqui illū redempturū expe⸗

etantes toto corde dilexerunt.

Qualiter xp̄s cōueniēti tp̄e incarnat⁹ eſt: ⁊ ꝙ rōnabilr tm̄ diſtulit icarnari. Cap̄.II

s Ecūda ꝯcluſio dicit̄ retardatōis. In carnari equidē volēs dei filius: nō id fecit ſlico poſt pctm̄ nec paulopoſt: ſed poſt ſextum millenariū in ſexta etate mūdi. Mirū certe quare hoc largū donū nō accelerauerit. Uerūtamē nō ſine rōe credendū eſt factū eſſe. qꝛ vt ſcribit̄ Eccliaſtes.iij. Oīa tempus hñt. Poſſunt aūt huius tarditatis rationes tres aſſignari.

Prima rō fuit ꝓter pcti punitionē.

Secūda ꝓpter morbi curationē.

Tertia ꝓpter xp̄i incarnādi cōmēdatiōeꝫ.

Prima rō. ⁊c. Nā in hoc manifeſtat̄ diuine vltionis ſeueritas ꝯtra pctm̄: ꝙ clamores ⁊ luctus hoim tanto tp̄e ſuſtinuit: anteꝗ̄ vellet deſcēdere. Fecit autē hoc qꝛ diuina iuſticia nihil inultū relinquit. Secūda ratio fuit ꝑꝑ morbi curationē. Nā pmū pctm̄ qd hō cōmiſerat ex ſupbia ꝓuenerat: ideo p humilitatē liberandus erat. Qd fieri debuit vt homo ſe infirmū agnoſceret: ⁊ liberatore indigere. Un̄ glo. ſup eplam ad Gal. iij. c. dicit. Magno ꝯſilio factū eſt. vt poſt hois caſum nō ilico dei fili⁹ mitteret̄. Reliqt em̄ deus hominem prius in libertate arbitrij in lege nāli vt ſic vires ſuas cognoſceret: vbi cū deficeret legē accepit. Qua data inualuit morbus: non legis ſꝫ nature vitio: vt ita cognita infirmitate ſua clamaret ad medicū. ⁊ grē quereret auxiliū. Tertia ratio fuit ꝓpter xp̄i incarnādi cōmēdationē. Debebat nāqꝫ illud bñficiū cōmēdari qd neceſſariū erat. debebat cōmendari p multos ꝓnūciatores. Ob qd debebāt pcedere figure ꝓphetie ⁊ alia que in veteri teſtamēto relatu digna ſunt: de qbus in ſequētibus diffuſius dicem⁹. Quib⁹ impletis miſit deus filiū ſuū. ſm̄ illud apl̄i ad Gal. iiij. At vbi venit plenitudo tp̄is miſit de⁹ filiū ſuum. Et nō imerito tēpus incarnatiōis dicit̄ tēpus plenitudinis: qm̄ in incarnatiōe eſt facta plena pticipatio diuinitatis. Un̄ ad Col. ij. In ipſo habitat ois plenitudo diuinitatis In incarnatiōe reparata eſt angeloꝝ ruina In incarnatiōe hō plene a culpa liberat̄ ad Col. i. In ipſo cōplacuit oēm plenitudinē inhabitare ⁊ p eū recōciliari. In incarnatione facta eſt plena pticipatio boni neceſſarij: boni veritatis ꝗ̄tū ad intellectū: ⁊ boni gratie ꝗ̄tuꝫ ad affectū. Iohā. i. De plenitudine ei⁹ oñes accepim⁹. O ꝗ̄ felix ⁊ btā dici pōt hec etas nr̄a. O vere aureū ſeculū in quo experimur dulcedinē incarnati vbi filij dei: quaꝫ p multa annoꝝ milia expectātes petierūt adā pater nr̄e gentis: Noe vir iuſtus: Abraā per obedientiā placēs deo: Iſaac māſuetus: Iacob cōtemplator: Moyſes rectus ⁊ dilectus deo. Dauid ſm̄ cor dñi electus: Eſaias ſerra ſecatus: Daniel in lacū leonū miſſus aliiqꝫ amici dei pr̄iarche ⁊ ꝓphete. Reges in ppl̄o dei diuinitus pfecti: aliiqꝫ ꝗ̄ plurimi illoꝝ tp̄e. Hinc eſt ꝙ ſaluator dicebat loquēs diſcipulis ſuis. Luce. x. Bti oculi qui vidēt q̄ vos videtis. Dico em̄ vobis qꝛ multi ꝓphete ⁊ reges voluerūt videre ⁊ nō viderūt q̄ vos videtis: ⁊ audire q̄ vos auditis ⁊ nō audierunt. Sed heu inquā qꝛ eſt ſonnolenta mens humana ad talia cōtemplādū. Pauci equidē reperiunt̄ q̄ cogitare velint copioſuꝫ fructū quē ſuſceperūt ſuſcipiūt ⁊ ſuſcipere poſſent ex bñficio incarnati ieſu. O mens dura: o creatura rōnalis. o negligens aīa. o aīa ſonnolēta. o aīa dormiēs. o aīa pigra. expgiſcere queſo ⁊ ꝯtemplare ꝙ adā vixit annis nongētis ⁊ triginta. vt ſcribit̄ Gen̄. v. ⁊ ſemꝑ in ſacrificijs. in orōnibus: in diuino cultu clamabat. Ueni ieſu. ⁊ nō potuit ipm̄ videre: quinimo moriēs ad loca tenebrarū deſcēdit. Idipſuꝫ fecit Seth filius ei⁹ viuēs annis nonagintis xij. in eadē fide ⁊ deſiderio mediatoris. Hoc oñes alij iuſti ab Adā vſqꝫ Noe clamaūt ⁊ nō potuerūt obtinere. Interficit̄ Abel innocens: ⁊ clamauit ei⁹ ſanguis ad viuentē deū: ⁊ tamē celū cōſcendere nō voluit: ⁊ detruſus eſt in limbo. Indignat⁹ eſt de⁹ ꝯtra iniquitatē mūdi tp̄e Noe. ob quā oēs diluuio pdidit: ⁊ tm̄ Noe cū ſuis ob iuſticiā mūdiciā ⁊ puritatē in arca ſaluatus eſt. Et cū oibus diebus vite ſue xp̄m deſideraſſet videre non potuit: et nonagēteſimo ac qnquageſimo anno etatis ſue moriēs Gen̄. ix. luce diuina priuatus eſt Abraā vt deo ꝓpt⁹ obediat filiū ꝓpriū imolare ſatagit. xp̄ꝫ icarnādū ſēꝑ deſiderās. ⁊ qd voluit nō obtinuit: ⁊ cēteſimo ſeptuageſimoqnto anno moriens in ſenectute bona. Gen̄. xxv. deſcēdit ad inferos. Ibi Iſaac. ibi Iacob. ibiqꝫ oēs illoꝝ tp̄oꝝ: vſqꝫ ad mortem xp̄i. O infelix peccator. vis cognoſcere ſerenitatē: trāquillitatē ⁊ gratiā tp̄is nr̄i: vide fine coꝝ q̄ xp̄o volūt adherere. Lapidat̄ ſtephanus ⁊ clamat. video celos aptos. Comburit̄ Laurēti⁹. ⁊ igne morit̄. ⁊ ſtatim volat ad celum. Longū pfecto ſatis eſſet apl̄oꝝ omniū martyrū cōfeſſoꝝ atqꝫ virginū ſimilia narrare.

re. Sed illud vnū pretereundū nō eſt: qd oēs ad imitationē deuotionēqꝫ gratioſiſſimi Ieſu xp̄i inducere pōt. Crucifigit̄ latro q̄ multa flagitia ꝑpetrauerat: ⁊ xp̄o ſe cōmendās. eadē die in paradiſo recipit̄. Currite peccatores ad fontē gratie ieſum xp̄m: q̄ clamabat in tēplo Iohā. vij. Si qs ſitit veniat ad me ⁊ bibat. Nō obeſt nobis pcedēs tarditas rōnalis incarnationis ieſu xp̄i.

De imenſitate bñficij incarnatiōis: ⁊ qualiter ſe habent ad illud merita ſanctorum patrum. Capitulū. III

t Ertia ꝯcluſio dicit̄ meritatiōis. In qua pie videre poſſum⁹ an xp̄i incarnatio fuit ex mera grā. ⁊ an illa impetrauerūt ſctōꝝ patrū ⁊ eccl̄ie merita. Nam Paulus dicit ad Titū. iij. c. Appuit benignitas ⁊ hūanitas ſaluatoris nr̄i dei: nō ex operibus iuſticie q̄ fecimus nos. Uerumtm̄ dicere poſſumus ſm̄ doctrinā Bon̄. in. iij. di. iij. ar. ij. q. i. de beneficio incarnationis tripliciter reſpondendo.

Primo ꝗ̄tuꝫ ad circūſtantiā.

Secundo ꝗ̄tum ad efficaciam.

Tertio ꝗ̄tuꝫ ad ſubſtantiā vel eſſentiam.

Primo ſi loqmur ꝗ̄tuꝫ ad circūſtantiam tp̄is: pōt ꝯcedi abſqꝫ calūnia ꝙ cadat ſub merito pcedētis eccl̄ie. Scti em̄ pr̄es flagrātiſſimis deſiderijs meruerūt incarnatiōis accelerationē. Scdo ſi loqmur de bñficio incarnatiōis ꝗ̄tū ad efficaciā: ſic cū eius efficacia eſſet duplex ſm̄ ꝙ ordinabat̄ ad liberationeꝫ a ſeruitute diaboli: ⁊ a reatu carēcie viſionis dei: ⁊ ad ereptionē de ſtatu culpe: quodā mō cadit ſub merito. quodā mō nō. Quātū ad liberationē a reatu carētie diuine viſiōis ⁊ captiuationis diaboli. hoc meruerūt ſcti pr̄es ⁊ cadit ſub merito. Quātū vo ad ereptioneꝫ de ſtatu culpe. nō cadit ſub merito: niſi qs large ſumat meritū cōgrui ⁊ nō cōdigni. Tertio ſi loqmur de illo bñficio ꝗ̄tū ad ſubſtātiā vel eſſentiā: eſt dicendū ꝙ cadat ſuꝑ ſanctoꝝ patrū merita. Propter qd nō eſt iuſte retributiōis ſꝫ dignatiōis eminētiſſime. Nā ſi cōgregēt̄ in vnū hūilitas oim̄ ſctōꝝ: nunꝗ̄ poterit in minimo cōparari illi hūilitati qua dī fili⁹ apparere voluit in forma ſerui ⁊ habitu inuētus vt homo. Si colligant̄ oīa ſuſpiria: oēs lachryme: oēs pene: oēs cruciat⁹: oēs pnie. oīa gn̄a mortis etiā quecūqꝫ paſſi ſunt ſcti ꝓpter xp̄m: ⁊ collocent̄ ex vna pte ex altero vero latere ponat̄ vna lachryma xp̄i vl̄ naſcētis: vel fugiētis per egypti nemora. vl̄ orātis: vel patiētis: vel moriētis: plus illa lachryma vna valet ex fornaceo illo corde ꝓueniens: ꝗ̄ oīa illa bona q̄ diximus ⁊ cogitare poſſumus in quibuſdā ſctis ⁊ electis ⁊ amicis dei. Hic Hiero. ad Damaſū papā de filio pdigo ait. Que maior pōt eſſe clemētia ꝗ̄ vt dei filius: fili⁹ hois putaret̄: nouē menſiū faſtidia ſuſtineret: part⁹ expectaret aduentū: p ſingulas adoleret etates: ⁊ poſt cōtumelias vocū. alapas: flagella: ⁊ crucis p nobis fieret maledictū: vt nos a maledicto legis abſolueret. hec ille. Iuſte ergo ⁊ rōnabiliter aīa nr̄a ſitire debet ad Ieſuꝫ in gl̄a coronatū: quē ſcti pr̄es in nocte legis deſiderauerūt incarnādū: qꝛ dies grē nobis appropinquauit. qua mediante facilis eſt nobis acceſſus ad btāꝫ eternāqꝫ vitā: in qua xp̄s ſaluator ſeculi viuit et regnat in eternū. Amen

Feria t̄tia poſt pmā dñicā aduēt⁹ de reuelatiōibus factis mētib⁹ ꝓphetarū de incarnationis myſterijs. ⁊ qualiter ꝓphete predixerūt ml̄tipliciter xp̄m fore vētuꝝ. Sermo. III

Ieſus ꝓph̄is cognitus. Fructus. III

n Ox pceſſit. ⁊c. Placuit quondā altiſſimo deo celi icarnatiōis myſteria ꝓphetarū mentibus reuelare: vt p ipſoꝝ voces inſtrueret̄ humanū genus de veritate incarnati vbi. Nullus equidē excuſare ſe pōt: ſi ieſū nō credat: ſi eū nō colat: ſi illū toto corde nō amplexat̄. Cuius aduentū pceſſerūt tot ꝓphetarū oracula ⁊ teſtimonia. Firmat̄ em̄ vniuſcuiuſqꝫ mens in fundamento vitatis: cū ſenſerit de xp̄o vēturo prophetas clamare ac pdicare. Quapropter in pn̄ti ſmone de incarnatione vbi loq volētes cōſiderabim⁹ illas ſupnas reuelatōes quas habuerūt ꝓphete. colligemus qꝫ ea q̄ dicturi ſumus ſub vno fructu: qui eſt. Ieſus ꝓphetis cognit⁹. Ad cuius declarationē tres ꝯcluſiōes occurrūt declarāde. quarū

Prima vocat̄ diffinitio.

Secūda vocat̄ multiplicatio.

Tertia vocat̄ teſtificatio.

De ꝓphetia qd eſt: ⁊ qualiter nō pōt eſſe naturalit̄: ꝯtra opinionē illoꝝ qui dixerūt ꝙ hō poſſet naturalit̄ ꝓphetare. qd ſi verū eſſet ꝓpheticū teſtimoniū nō eēt ꝯueniēs. Cap̄. I

p Rima ꝯcluſio vocat̄ diffinitio. In q̄ cōueniēs eſt ſcire qd eſt ꝓphetia: qꝛ niſi hoc clare intelligeret̄: nō ſatis eēt incarnationē xp̄i magnificare: ex quo fuit a ꝓphetis ꝓnūciata. Scdm̄ ergo Caſſiodorū;

ꝓphetia eſt diuina inſpiratio: rerūq̄ euētus īmobili veritate demōſtrās. Ex qua diffinitiōe habem⁹: ꝙ illa cognitio quā habuerūt ꝓphete eſt ſupnaturalis ⁊ diuinit⁹ inſpirata. Unde .ij. Petri.i. Nō em̄ volūtate hūana allata eſt aliqñ ꝓphetia: ſed ſpūſctō inſpirati locuti ſunt ſcti dei hoīes. Et in hoc interimit error ipſoꝝ q̄ dixerūt ꝓphetiā eſſe a natura. Nā vt Aug. dicit .ij. ſup Geñ. ad litterā: quidā voluerūt dicere ꝙ hūana natura haberet quandā vim diuinatiōis in ſeipa. Et hoc videt̄ eſſe ſm opinionē Platonis q̄ poſuit. ꝙ aīe hñt oīm rerū cognitionē ꝑ participationē idearū. Sed iſta cognitio obumbrat̄ i eis ꝑ cōiūctionē corporis in q̄buſdā plus: in quibuſdā vero minus ſm corpis puritatē diuerſam. Et ſꝫ hoc dicūt ꝙ corpa hñtia aīas nō multū obtenebratas ex corporū vnione: poſſunt futura ꝓcognoſcere ſm p̄mā ſcientiaꝫ.

Sed ꝯtra hoc obijcit Aug. ꝙ nō ſemꝑ pōt vim diuinatiōis habere aīa cū ſemꝑ velit. Sed q̄ verius videt̄ ꝙ aīa ex ſenſibus cognitionē acq̄rat. Oīs em̄ cognitio ortū habet a ſenſu ſm Ariſtotelē. Ideo melius eſt dicendū ꝙ ꝓcognitionē futurorū hoīes nō habēt: ſꝫ acq̄rere poſſunt ꝑ viā experimētalē in qua iuuant̄ ꝑ naturalē diſpoſitionē: ſꝫ quā in homine inuenit̄ ꝑfectio virtutis imaginatiue: ⁊ claritatis intellectiue. Et tñ hmōi ꝓcognitio futuroꝝ differt a p̄ma que habet̄ ex reuelatione diuina. Prio quidē q̄ p̄ma pōt eſſe quorūcūq̄ euentuū. hec aūt ꝓcognitio q̄ naturalit̄ haberi pōt eſt circa quoſdā effectus ad quos ſe pōt extendere hūana experiētia. Scdo q̄ p̄ma ꝓphetia eſt circa imobilē veritatē: non aūt ſcda: ſꝫ pōt ſubeſſe falſuꝫ. Hinc eſt ꝙ dicit Nico. de lira ſup ps. in p̄ncipio. ꝙ propheta ſm hōis interp̄tatiōe dicit̄ q̄ſi procul fans: q̄a denūciat ea q̄ ſunt ꝓcul ſeu remota a naturali cognitiōe hūana. Iſidorus ꝟo libro .x. ethymol. dicit ꝙ ꝓphete in veteri teſtamēto vocabant̄ vidētes: q̄ videbāt ea que abſcōdita erāt. Et gētilitas appellabat eos vates a vi mētis. Scdm̄ ꝟo Nico. de lira triplex eſt gradus coꝝ que excedūt cognitionē noſtrā.

Primus ꝓpter rei cognoſcēde cōditionē.
Scd̄s ꝓpter cognoſcentis conditionē.
Tertius ꝓpter modū cognoſcendi.

mens humana quibuſlibet curioſis inquiſiti
onib⁹ dimiſſis: ſatiſfactori xp̃o gratias agat
ꝛ infirmitatẽ propriã cognoſcẽs ad ipſuꝫ me
dicum humiliter currat.

Qđ xp̃i ſatiſfactio q̃tũ ad culpas penas ꝛ
anguſtias fuit copioſa. Caplm. III

Ertia cõcluſio dr̃ copioſitatis. Si eñi
cõſideremus ſatiſfactionẽ ꝑ xp̃m fa
ctam: inueniemus eã copioſam ꝛ abũ
dantẽ valde. ſꝫ illud pſ. cxxix. Copioſa apud
eũ redemptio. Ad qđ plene intelligendũ intue
ri licet. ꝙ huius ſatiſfactio ſingulariter ſe extẽ
dit ad tria videlicet.

Primo ad culpas.
Scđo ad penas.
Tertio ad anguſtias.

Primo inquā xp̄s ſatiſfecit pro noſtris cul pis ſufficientiſſime: pro quibus inimici dei e⸗ ramus: propter primorū parentū peccatum: ⁊ quotidie dei inimicitiā incurimus propter debita propria. Unde Aug⁹. xij. li. de ciui. dei iij. c. ait. Dicunt in ſcripturis inimici dei qui non natura ſed vitijs eius aduerſant imperio: nihil ei nocere valentes ſed ſibi. Cū itaqꝫ nulloꝝ hominū vires ſufficiāt ad amicitiā re⸗ conciliandā ⁊ iniuriā abolendā: xp̄s benedi⸗ ctus meritū paſſionis ſue ſanctiſſime eterno patri obtulit: cuius virtute vniuerſalis pax dei ⁊ hominū eſt conſecuta. Et cū quiſqꝫ poſt fa⸗ cinora ⁊ cōmiſſa vere penitens ad deum redi re voluerit: non poteſt ipſe magnus deus ⁊ ex celſus dicere. Offendiſti me infinitū bonum: ⁊ culpa tua infinita: nō ſufficit penitentia tua: vt meā obtineas amicitiā. Quinimo obliga⸗ tus eſt benigne ⁊ gratioſe redeuntē peccatorē et ad amorem ſuū ducere ⁊ amplecti. Et iō pec⸗ cator poteſt dicere. Etſi merita mea ſint inſuf ficientia: vt te deū meū quē inique offendi et turpiter dereliqui pacificū videā: non eſt ta⸗ men inſufficiens meritū dilecti filij tui: qui ꝓ me tibi ⁊ pro omnibus peccatorib⁹ pleniſſime ſatiſfecit. Securus ergo ad te clamore requi⸗ ro vt mihi indulgeas: vt ignoſcas: vt veniam prebeas. Multa ſunt flagella mea: de quibus me dolenter accuſo. Et quia dolor meus non ſufficit illorum maculā delere: ſuſcipe dolorē filij tui: qui pro me paſſus eſt: pro me ſan⸗ guinem fudit: pro me mori dignatus eſt. O incogitabilis virtus verbi incarnati. O mira ſuauitas anime penitentis. Nulla eſt tā gran dis culpa: pro qua xp̄s non ſatiſfecerit. Ideo Apoc. i. dicitur. Lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Et Aug⁹. ait. Fuſo ſanguine ſine culpa omniū culparū chirographa deleta ſunt. Dicit aūt chirographū ſm Boñ. di. xix. tertij li. ar. i. q. ij. metaphorice a chiros quod eſt manus ⁊ graphos qđ eſt ſcriptura: quaſi ſcriptura manu facta. Sicut eñ qñ aliqs obli ligat ſe alteri facit ei chirographū: ita homi⸗ nes peccantes obligant ſe vt diuina iuſtitia habeat eos punire: diabolica malitia poſſit eos accuſare: cōſcientiaqꝫ propria remordere Omnia chirographa per xp̄m deleta ſunt.

Et ſi dicat hoc non eſſe verū: quia multa ſunt peccata per que diabolus detinet homi⸗ nes hic ⁊ in futuro ad luēda ſupplicia. ergo vi det ꝙ non omnes culpe ſint delete. Rñdere poſſum⁹ ꝙ meritū xp̄i pōt dupl'r conſiderari.

Primo q̄tum ad ſufficientiam.

Scdo q̄tum ad efficaciam.

Primo ſi cōſideremus meritū xp̄i q̄tū ad ſufficientiā: ſic ſe extendit ad omnes hoies et ad oēs culpas: qꝛ oēs homines merito xp̄i pñt ſaluari. Si autē conſideremus q̄tum ad efficaciā: ſic ſe extendit tm̄ ad eos qui faciunt quod debent. Et qꝛ multi in hoc deficiūt: ideo nō experiūtur effectū meriti ieſu xp̄i. Qui tan to nequiores ſunt q̄to pro eis xp̄s ſicut et ꝓ alijs copioſiſſime ſatiſfecit. Scdo xp̄s ſatiſ fecit pro nr̄a pena. Uñ. i. Pe. ij. c. Peccata no ſtra ipſe ꝑtulit in corpore ſuo ſup lignū. Que verba exponēs magiſter ſniaꝝ ſup di. xix. tertij libri. c. iiij. ait. Portare peccata nr̄a eſt porta re penā noſtroꝝ peccatoꝝ. Et de hoc Eſa. liij. ait. Uere languores noſtros ipe tulit: ⁊ dolo⸗ res noſtros ipe portauit. Nā vt dicit Bonañ. vbi ſupra. q. i. virtute paſſiōis dimittit nob pena eterna ⁊ pena ſatiſfactoria: ſicut hēt fie ri in ſacro baptiſmi. ⁊ in relaxationibus quas facit eccleſia. ⁊c̄. Tertio ſatiſfecit xp̄us pro noſtris anguſtijs virtute paſſionis ⁊ reſurre ctionis. ſicut dicit Boñ. in. iij. di. xix. vbi. ſ. in fine. qm̄ qui amici dei erunt: accipiēt donum impaſſibilitatis. ⁊ erūt imunes ab omī ama⸗ ritudine: quā guſtam⁹ in preſenti vita. Non dormiāt igitur mortales miſeri: ſed feſtinan ter currant ad xp̄m. Ipſe namqꝫ eſt q̄ pctōres venit ſaluare. Ipe pro eis ſanguinis proprij preciū expoſuit. Ipſe ad eos clamitat. Matth xi. c. Uenite ad me oēs q̄ laboratis ⁊ onera ti eſtis. Uenite. ſ. vos peccatrices anime ag⸗ grauate pondere peccatorū veſtrorū: ad me dilectorem veſtrum: ad me amatorē veſtrū. Et ego ex charitate mea ⁊ amore intimo: quo vos diligo reficiam vos: gratiā reſtituendo: ⁊ exonerādo vos ab omī pena quā deberetis ꝑ ſoluere. O reprehenſibilis multoꝝ pigritia: q̄ proprie ſalute conſulere negligunt. Aperta eſt vena clementie chriſti ieſu: ⁊ peccatores non curant. Heu inquā. Heu multa milia anima⸗ rum deſcendunt ad infernū: que ſi vellent me rito xp̄i poſſent ſaluari. Nihil deeſt ex parte ip ſius: ipſarū tamē tarditas eſt manifeſta. No⸗ lunt currere ad fontem aque viue: qui vt pre⸗ diximus pleniſſime pro omnibus ſatiſfecit: offerens redeuntibus a peccato in preſenti gratiam ⁊ in futuro gloriam: quam nobis ille concedat qui eſt benedictus in ſecula. Amen.

Feria tertia poſt tertiam dominicam ad⸗ uentus de penalitatibus ⁊ defectibus aſſum ptis a chriſto. Sermo. XVII

Ieſus defectus ſuſtinēs. Fruc⁹. XVII

M Edius aūt veſtrū

m ſtetit quē vos neſcitis. vbi. ſ. Oēs cōditiones aſſumpte nature i do mino ieſu xp̄o p̄dicant ſuā ardētiſſimā chari tatem. Admirandū ꝑfecto eſt eum ſuſcepiſſe naturā noſtrā cū penalitatibus ⁊ anguſtijs: quibus ꝓpter pctā ſubijcit hoim debilis vita Paſſus eſt nāqꝫ xp̄us famē: ſitim: labores et erūnas: ſicut ⁊ ceteri hoies. Qđ nos conſide⸗ rantes: animi vires debemus reſtringere ad cogitandū q̄ vehemēs fuit charitas filij dei. Ob quod in pñti ſermone de penalitatibus ⁊ defectibus aſſumptis a xp̄o dicturi ſumus: ſub vno fructu qui eſt. Ieſus defect⁹ ſuſtinēs Pro cuius declaratione tres cōcluſiones no⸗ tande erunt.

Prima dr̄ qualitatis.

Secunda dr̄ equitatis.

Tertia cauſalitatis

Qđ chriſtus illos defectus aſſumpſit quos aſſumere debuit. Caplm I

P Rima concluſio dr̄ qualitatis. In q̄ videre debem⁹ quales defect⁹ ſuſti⸗ nuit ſeu aſſumpſit. Ad qđ dicit ma⸗ giſter ſniarū. di. xv. c. i. ⁊. iij. tertij li. ꝙ illos de fectus aſſumpſit quos illū aſſumere decuit: ⁊ nobis expediēs fuit. Qđ declarat dñs Boñ. in eadē di. ar. i. q. i. ⁊ Alex. in. iij. ſumme dicit ꝙ quidā ſunt defect⁹ ex culpa ⁊ ad culpam: ſi cut ꝓnitas ad malū ⁊ difficultas ad bonum. Et tales nō decuit xp̄m aſſumere: qꝛ fuit ma giſter iuſticie: ⁊ oino ſegregat⁹ a pctō. Quidā vo ſunt defectus ex culpa: ſed non ad culpā: quoꝝ quidā ſunt ꝑſonales: quidā vero ſunt naturales. Naturales ſunt illi qui reſpiciunt totā humanā naturā: ſicut fameſcere: ſitire: egere ⁊ hmōi. Perſonales vo defect⁹ ſūt illi qui reſpiciunt aliqs ꝑſonas ſpecial'r: ſicut di⸗ uerſe egritudinū ſpēs. Qm̄ ergo xp̄s venerat naturā humanā redimere cōiter ſine ꝑſonaꝝ diſtinctione: ideo defectus penales tantum habuit: ⁊ nō vitioſos: ⁊ defectus naturales ⁊ nō defectus ꝑſonales. Naturales defect⁹ vo luit aſſumere: quia in aſſumptione defectuū apparet humiliatio. Sed ſi arguit contra. qꝛ ſm Berñ. deſcendit q̄tū deſcendere potuit. Si ergo maior eſt humiliatio in aſſumptiōe pluriū defectuū q̄ paucoꝝ. videt ꝙ aſſume re debuit omnes defectus. Reſpōdet Boñ. ꝙ omnis humiliatio bona ⁊ laudabilis ortū habet ex diſcretione rōnis. Non eñ debet ꝓ cedere ex impetu: ſed ex cauſa rōnabili. Et qꝛ de aliqbus defectib⁹ rōnabile nō erat vt xp̄s ſe ꝑ eorum aſſumptionē humiliaret: quia po tius ex illa humiliatione ſe inutilem q̄ vtilē reddidiſſet: ſicut ſi fuiſſet cecus vel gibboſus ⁊ huiuſmodi. ideo tales defectus nullo modo voluit aſſumere.

Qđ equū fuit defectus penalitatis in xp̄o reperiri. Caplm II

S Ecunda concluſio dicitur equitatis Equū etem̄ ⁊ rōnabile fuit: ſupradi ctos defectus et penalitates in xp̄o reperiri propter tria.

Primo ꝓpter p̄cium noſtre ſalutis.

Scdo ꝓpter exemplū virtutis.

Tertio ꝓpter fulcimētū noſtre fragilitatis

Primo ꝓpter p̄cium noſtre ſalutis: quia ꝓ poſuerat nos nō corruptibilibus auro ⁊ argē to redimere: ſed p̄cioſo ſanguine ſuo. vt dr̄. i. Pet. i. ⁊ aiam ſuā ponere ꝓ animab⁹ noſtris Ad hoc aūt nō fuiſſet idoneus niſi naturam deficientē ⁊ paſſibilē aſſumpſiſſet. Et ſi con tra hoc obijcitur. Sicut ſumme iuſticie repu gnat defectus culpe: ſic ſumme potētie repu⸗ gnat defectus fragilitatis ⁊ impotētie. Sed deū ſumme iuſtū nō decuit habere defectum culpe nec in ſe nec in natura aſſumpta. Ergo pari rōne nec defectū penalitatis ⁊ impoten tie. Reſpōdere poſſumus ſm Boñ. vbi. ſ. q. i. ad. i. ar. ꝙ hec ſilitudo tenet ſi comparet in firmitas ⁊ culpa ad naturā diuinā. In natu⸗ ra eñ diuina ſicut nulla poteſt eſſe iniuſticia: ſic nulla poteſt eſſe impotētia. Si aūt compa rent ad naturā aſſumptā: ſic nō hꝫ veritatē ꝓ eo ꝙ ipa infirmitas poteſt eſſe materia ex ercende vtutis. Uirtus eñ fortitudinis exer cetur potiſſime in ꝑpeſſione terribiliū: eorū maxime que mortē inducunt. Culpa vero et iniqtas oino aduerſant iniuſticie: ⁊ vitupa⸗ bile reddit ſubiectū in quo eſt. Infirmitas vo reddit magis laudabile: quando eſt cōiuncta interiori vtuti animi ſm meriti ſtatū. Se cundo fuit rationabile xp̄um prefatos defe⸗ ctus aſſumere ꝓpter exemplum virtutis ſpe⸗ cialiter humilitatis ⁊ patiētie: quibus mediā tibus peruenit ad celū: ⁊ in quibus chriſtus nos ipm voluit imitari. vt dicit. xciij. diſtin. caplo. domin⁹ noſter ieſus xp̄s. Tertio fuit conueniēs propter fulcimentū noſtre fragili tatis. vt ſcꝫ fragilitati noſtre ſuccurreret ma nifeſtando nobis veritatē aſſumpte nature Hanc rōnem tangit magiſter ſententiarum in littera. Sed contra ipſam poſſumus ar⸗ guere: quia in reſurrectione glorioſa nō erūt

hmōi defectus: ergo ꝑ hos defectus nō ꝓbaſ
veritas hūane nature. Ad hoc rn̄det Alex.
in tertio. q: vt ſcribiſ. i. Cor. xv. c. Seminaſ
corpus aiale ſurget corpus ſpūale: ⁊ prius eſt
qḋ aiale: deiñ qḋ ſpūale. Ideo aliud eſt oñde
re v̄itatē corpis vt eſt ſpūale: aliḋ vt eſt aiale
Nā vt corp⁹ e aiale indiget alimēto. vt ſpūale
non. Siſr aliud eſt oñdere v̄itatē aie: vt ē vni
ta corpi aiali: aliud vt eſt vnita corpori ſpūali.

Qḋ iſti defectus ex alia cauſa ſūt in nobis
⁊ ex alia in xp̄o. Capl'm. III

t Ertia ɔcluſio dr̄ cauſalitatis. Nam vt
dicit magr̄ ſniaꝝ in. iij. diſt. xv. c. iij ex
alia cauſa ſunt iſti defectus in nobis:
et ex alia in chriſto. In nobis enim ſunt ex ne-
ceſſitate ɔcti: ſed in xp̄o ſunt ex volūtate aſ-
ſumpti. Ait em̄ tex. ſic. Ex ſola volūtate miſe-
rationis de noſtro in ſe traſtulit verā infirmi
tatē: ſicut accepit verā carnē. Qḋ declarat do
minus Boñ. in. iij. di. xv. ar. i. q. iij. d. ꝙ nos de
fectus a parētibus trahimus ꝓpter legē pro
pagationis ⁊ legē cōcupiſcētie: que militat in
iſtis mēbris. Nā paſſibilis generat paſſibilē:
⁊ habens legē cōcupiſcētie in mēbris generat
filiū ſubiectū cōcupiſcentie. ⁊ ex reatu illius cō
cupiſcentie inſunt proli oñes penalitates. Et
ꝓpterea dicunſ oñes iſte penalitates in nob
cōtracte quaſi ex cōcurſu duoꝝ tracte. ſ. propa
gatoris nature: ⁊ corruptoris ɔcupiſcētie. In
xp̄o aūt ſecus. Ipſe em̄ neutro modo fuit pro-
pagatus: nec ſm propagationē legis natura
lis: nec ſm corruptionē libidinis: ſed ſpūſſan-
ctus adueniēs in ipſa virgine ⁊ ipſam fecun-
dans: carnē eius ab oñi feditate corruptiōis
purificauit: paſſibilitatem aūt reliquit. Ex illa
aūt carne ipſe filius dei edificauit ſibi corpus
immaculatū: ⁊ illud corpus vniuit ⁊ ſibi ⁊ ani
me rōnali: que quidē imunitatē habuit a cul-
pa: ⁊ in ſe ⁊ in carne: cōiuncta. Et ſicut imuni-
tatē habuit a reatu culpe: ſic ſm ordinē diui-
ne iuſtitie imunitatē habere debuiſſet a paſſi-
bilitate miſerie. Qḋ ergo in carne illa remanſ-
ſit penalitas: hoc fuit ex diſpenſatiōe ipſius
aſſumentis: cōcurrēte ſimul acceptiōe illius
aie rōnalis: que in primo inſtanti ſue creatio
nis habuit vſum cognitiōis: ⁊ placuit ſibi tali
corpori vniri propter ſalutē generis humani.
Et ſic patet ꝙ tales defectus in xp̄o fuerūt nō
neceſſitate gnatiōis: ſꝫ volūtate diſpēſatiōis
volūtate inq̄ diua puenientet ſed voluntate
creata comitāte. Dicim⁹ aūt fuiſſe a volūtate
diua nō tāq̄ infligēte de nouo: ſed tanq̄ a re
linquēte in acceptatiōe aie xp̄i; cū in ei⁹ arbi
trio eēt ⁊ ptāte defect⁹ illos excludere. hec Bo
nañ. in. iij. diſt. xv. ar. i. q. iij. Cōſiderem⁹ ergo
nos q̇ ſaluari cupimus: qualr̄ aia ei⁹ bñdicta
ab inſtanti ſue creatiōis ꝑuidit oēs labores
quos ipſe paſſurus erat in. xxxiij. annis in hu
ius vite pegrinatiōe. Preuidit ꝙ in ꝑſepio fri
gore ⁊ pauptate cruciari debebat: ꝙ in deſer
tis egypti cū mr̄e paupcula eſſet pegrin⁹ futu
rus: ꝙ in terra aliena penuriā ſuſtineret: ꝙ in
ieiunijs orōnibus. ⁊ vigilijs: ⁊ ſui corpis vul
neribus a iudeis illatis eſſet fatigandus. Et
tñ prompte benigne ⁊ liberaliter dixit. Magſ
contētor naturā humanā aſſumere cū penali
tatibus vt ſaluef mūdus: q̄ ſine penalitatib⁹
vt damnef mundus. O pelagus amoris ieſu
xp̄i. O fornax ſuccenſa nimis illius aie bene-
dicte. Quō poterimus nos vermiculi condi-
gnas ⁊ debitas gratias ꝑſoluere tanto redē-
ptori: qui non niſi ex amore tā ſtupenda face
re dignatus eſt in aſſumpta carne. Amor fe-
cit eū lachrymari. Amor fecit eū peregrinari.
Amor fecit eū vulnerari. Amor fecit eū verbe
rari. Amor fecit eū in cruce mori. O anima in
ſignita imagine dei dilige xp̄m. Dilige inquā
illum qui eſt totus legitimus ſponſus: quē vi-
des amore tuo: nūc vagientē in ꝑſepio: nunc
fatigatum in itinere: nūc orantē in ſolitudine.
nūc flentē in cruce: vt te ducat ad regnū eter-
ne btitudinis: in quo ipe xp̄s regnat. Amē.

Feria. q̄rta poſt tertiā dñicā aduentus de
morib⁹ ieſu xp̄i: ⁊ qualr̄ aīam ſuā bñdictā cū
paſſiōibus regulauit. Sermo. XVIII

Jeſus rectus morib⁹. Fruct⁹. XVIII

Edius autem. ⁊c.

m vbi. ſ. Qm̄ in ꝑcedēti fructu de de
fectib⁹ a xp̄o aſſumptis aliqua di-
ximus in gnali: cōueniēs eſt vt in p̄nti ſmone
aliq̇d dicamus in ſpeciali de ipis defectibus:
ſm ꝙ reſpiciūt aīam rōnalē: q: ipſe dei filius
⁊ verbū caro fact⁹ tam ex pte corpis q̄ ex pte
aie ordinatiſſimus adeo fuit: vt nihil ſupfluū
aut diminutū in aſſumptione noſtre nature
valeat in ipſo reperiri. Et quoniam in anima
eſt potentia iraſcibilis, idcirco videbim⁹ quē
admodū chriſtus q̄tum ad iſta tria animam
ſuam benedictam cum paſſionibus regulauit
Erit autem fructus huius ſermonis. Jeſus
rectus moribus. Pro cuius declaratione tres
cōcluſiōes ſunt notande.

Prima dr̄ excluſiōis.

Scḋa dr̄ ɔtriſtatiōis.

Tertia dr̄ ɔturbatiōis.

Qḋ xp̄s nō habuit defect⁹ ignorātie. Ca. I

p Rima cōcluſio dicif excluſiōis. Nā
dñs noſter ieſus xp̄s quantū ad po
tentiā rōnalem voluit a ſe excludere
defectū ignorātie: vt docet magr̄ ſniaꝝ di. xv.
c. ij. tertij libri. Et rō eſt ſm Boñ. diſt. ꝑdicta
ar. ij. q. i. q: nec xp̄m decebat nec nobis expe-
diebat. Xp̄m nō decebat: q: aia ei⁹ debuit eſſe
deiformis ac ꝑ hoc repleta luce ſapientie ⁊ re-
ctitudine iuſticie. Ignorātia aūt priuatio eſt
ſciētie: ⁊ pōt eſſe via in errorē ⁊ obliquationē
a rectitudine iuſticie: ac ꝑ hoc xp̄o nō cōpete-
bat. Nobis etiā nō expediebat quos venerat
redimere dirigere ⁊ docere. Qḋ facere nō po
tuiſſet ſi habuiſſet defectū ignorantie. Inde ē
ꝙ Anſelm⁹ ait in libro Cur de⁹ hō. Illa aſſum
ptio in vnitatē perſone filij dei nō niſi ſapienſ
a ſumma ſapiētia fiet. ⁊ iō non aſſumet in ho
mine qḋ nullo mō eſt vtile. Et iterū idē. Quō
tot ⁊ tanta faceret opa ſine imenſa ſapia? Et
iterū. Quō illi crederent hoies: ſi illū ſciret ne
ſcientē? Si autē neſciret ad quid erit vtilis ei
ignorantia. Sed circa hoc contingit dubi-
tare: primo q: Johes damaſcen⁹ loquens de
verbo incarnato ait. Oportet ſcire ꝙ ſeruilez
⁊ ignorantē naturā xp̄us aſſumpſit. Secūdo
q: Leo papa in ſermone de ephia ait. Adora-
uerunt infantē in nullo ab alioꝝ generalitate
diſcretū. Sꝫ gñaliter alij infantes ſunt igno-
rātes, ergo ⁊ xp̄s in ſua infantia habuit igno
rantiā. Tertio arguif. q: ſcia inflat. Sed xp̄s
ſumme ſe humiliauit ⁊ defect⁹ noſtros aſſum
pſit: qui faciūt ad humilitatē. ergo debuit ha-
bere defectuz ſcie. Ad hoc rn̄detur: ⁊ primo
quantū ad primū ſm dñm Boñ. ꝙ Damaſce
nus nō attribuit ignorantiā ⁊ ſeruilitatē na-
ture aſſumpte ratiōe iſtius ſingularis nature
que fuit verbo copulata in vnitatē pſone: ſed
quantū ad alias naturas cōſimiles in ſpecie:
quaſi diceret. Aſſumpſit naturā noſtrā que ē
ignorās nō in xp̄o: ſed in nobis. Aliud dictū
Leonis pape eſt. Ad qḋ rn̄detur ꝙ loquiſ de
xp̄o quantū ad ea que exteri⁹ apparebāt. Ad
tertiū dr̄ ꝙ duplr̄ eſt loqui de ſcia. Aut ꝓut eſt
abſq̧ charitate: aut ꝓut eſt charitati ɔiuncta
Si loquamur de ipa ꝓut eſt a charitate diui-
ſa: ſic dicit apl's ꝙ inflat. Si aūt accipiſ ꝓut
eſt charitati cōiūcta. ſic nō eſt via ad inflatio
nē: ſed poti⁹ ad rectitudinē ⁊ edificationē. Et
hoc modo fuit in xp̄o. De cuius ſcientia in ſe
quentibus plenius loco ſuo dicem⁹. Nunc au
tem quantū ad preſens propoſitū nobis ſuffi
ciat intelligere ꝙ xp̄s ignorātiā nullo modo
ſecū habere voluit. Ex quo colligimus q̄ gra
uiter errant qui ignorantiā ſtudent magnifi
care, quaſi in ea aliquid perfectiōis inueniāt.
Quos quid aliud dixerim q̄ beſtiales ⁊ bru-
tales? Nā vt ſcribitur. xxxviij. di. c. ignorātia.
Ignorantia eſt mater cunctoꝝ erroꝝ. Et de q̄
Aug. in libro de v̄bis apl'i dicit. Peſſime ma
tris ignorantie: peſſime inde filie due ſunt fal
ſitas ⁊ dubietas. Illa miſerior: iſta miſerabi-
lior. illa perniciolor: iſta moleſtior. Quare xp̄us
in exēplū debet eſſe oib⁹ vt ignorantiā fugiāt.

Qḋ xp̄s habuit potētiā cōcupiſcibilē. C. II

s Ecunda concluſio dicitur contriſta-
tionis. Voluit nanq̧ deus quantuz
ad potentiā concupiſcibilē contriſta
ri ſm illud Matthei. xxvi. Triſtis eſt anima
mea vſq̧ ad mortē. Et iterum ibidē. Et cepit
contriſtari ⁊ meſtus eſſe. Hoc idē patet: quia
fleuit ſuper hieruſalem, vt ſcribitur Luce. xix.
Et ratio eſt ſm Richardū diſt. xv. tertij libri
articulo. iij. q. i. quia ſicut ex coniunctione rei
amate cum apprehenſione eiuſdem cauſatur
in appetitu paſſio delectationis: ſic ex coniun-
ctione rei odite cū apprehenſione eiuſdē cau
ſatur in appetitu paſſio triſticie. Et quia res
de proximo ⁊ certitudinaliter futura conſide-
ratur quaſi iam preſens: propter inſtantem
propinquitatē ⁊ infallibilitate: ideo non ſolū
reſpectu rei odite cū eſt preſens: ſed etiā reſpe
ctu rei odite infallibiliter ⁊ de proximo future
eſt paſſio triſticie. Unde ſm phm in ſcḋo rhe
torice, illi qui iam decapitantur nō timent vi
dentes ſibi neceſſitatem imminere: ſed triſtā
tur. Et ideo quia ſenſualitas anime xp̄i mor-
tem recuſabat cū apprehendit ipam vt de ꝓ-
ximo ⁊ infallibilr̄ venturā: fuit in ei⁹ appeti-
tu ſenſitiuo paſſio triſticie. Sed cōtra hoc
arguere poſſum⁹, q: vt dicit phs. iij. ethicoꝝ.
Eadē magis eligenda ſunt ſine triſticia q̄ cū
triſticia. Sed xp̄s optime ſciuit eligere, ergo
magis debuit redimere genus humanuz ſine
triſticia q̄ cū triſticia, vt patet Eſa. xlij. c. vbi
de xp̄o dicif. Non erit triſtis neq̧ turbulent⁹.
Et Prouerbioꝝ. xij. Non contriſtabit iuſtum
quicquid ei acciderit. Et Seneca ꝓbat multi
plici rōne ꝙ triſticia nō cadit in ſapientē. Et
fundamentū ſue rōnis eſt: q: virtutē nihil le
dere poteſt. ſicut nihil poteſt eā auferre. Ergo
ſi xp̄s vere ſapiens fuit: ⁊ virtutē incōcuſſam
habuit: paſſionē triſticie non ſenſit. Amplius
Nullus triſtatur niſi de eo quod fit contra vo
luntatez ſuā. Sed contra voluntatē xp̄i nihil
fieri potuit. ergo non videtur ꝙ in ſe triſticiā

habuerit. Rñdetur ad hoc ſm dñm Boñ. diſt.xv.ar.ij.q.i.iij.libri.⁊ Rich. ibidē ꝙ pōt eſſe triplex triſticia.

Prima eſt ꝑter rōnis imperiū.
Scđa eſt ꝯ rōnis iudiciū.
Tertia eſt ſubiecta rōnis impio.

Prima triſticia eſt que ꝯſurgit ex quadā neceſſitate ⁊ ſurreptiōe: ſicut motꝰ primi. Et hec quidē cōis eſt ſapiētibꝰ ⁊ inſipientibꝰ: bonis ⁊ malis. Scđa triſticia ē in q̄ rō ſubijcitur ſenſualitati. nec tñ turbaẜ: ſꝫ etiā ꝑturbatur. Tertia triſticia eſt qñ quis triſtatur rōne dictante ⁊ ſuadente ipm tantū ⁊ taliter ſuꝑ aliquo debere triſtari. Et iſto tertio mō fuit vere in xp̄o. Duobꝰ aūt primis modis nō fuit in eo triſticia. Et ſm hoc ſoluunẜ auc̄tes in ꝯriū adducte. Ad illud vero qđ vltimo adducebaẜ: ꝙ nihil ꝯtra volūtatē xp̄i euenit: dicendū ꝙ hoc eſt verū de volūtate rōnis abſolute: nō aūt eſt verū de volūtate ſenſualitatis vel de volūtate ꝯditionata. Contriſtatꝰ eſt ergo xp̄s cū videret ſuos labores ⁊ hoim ingratitudinē: ac multorū pctā ⁊ dānationē. Et qꝛ oia tam ꝓterita ꝙ p̄ſentia, ꝙ etiā futura clare videbat ab inſtanti ſue ꝯceptionis: idcirco ſepꝰ cōtriſtabaẜ ⁊ afficiebaẜ merore: adeo vt de ip̄o legaẜ in quadā epl'a ꝙ viſus eſt flere: ridere aūt nūꝙ. O ꝙ̄ pie mens humana mouēri dꝫ cū xp̄m dei filiū. xxxiij. annis ſemꝑ in amaritudine cōtemplaẜ. Uide quō: vide que ſo o aia mea: ⁊ inſpice diligenẜ qualiẜ bñdictꝰ ieſus ſemꝑ triſtaẜ ſiue ſit puerulꝰ in cuna vagiens: ſiue ſit in maternis brachijs ſemꝑ geſtatus: ſiue ſit in medio doctoꝝ: ſiue ſit in conuiuijs: ſiue cōuerſeẜ cū diſcipulis: ſiue doceat in tēplo: ſiue miranda opereẜ. Interroga ip̄ꝫ ⁊ dic ei. O leticia angeloꝝ. O gaudiū aiarū ſanctarū. Cur nō letaris inẜ honores? Et ſtatim dicet tibi. O aia mea: ego ꝯtriſtor ꝓpter te. Ego cōtriſtor ꝓpter pc̄ā tua: ꝓpter q̄ ego nō niſi dolere debeo. Ego contriſtor qꝛ video quot anguſtijs: quot cruciatibꝰ: quot laboribus: te aia mea exquiro. Et tñ ob ingratitudinē ⁊ ignorantiā de me nō curant: me fugiūt me ſpernūt: ⁊ diabolū ſequētes me abominātur. Contriſtabaẜ ergo xp̄s ob multas hmōi cauſas. ⁊ quāto plura videbat: ⁊ cognoſcebat voluntati ſue cōtrariari: tanto vehementior in eo erat triſticia.

Qđ xp̄s ꝑotētiā iraſcibilē habuit. Ca. III.

Tertia cōcluſio dicẜ cōturbationis. Scđm enī catholicā veritatē i xp̄o fuit cōturbatio ⁊ ira quantū ad potentiam iraſcibilem. ſicut patet Ioh.ij. quando eiecit vendentes ⁊ emētes de tēplo. Sꝫ contra hoc obijcitur primo ſm Aug. de ciuitate dei. Perturbatio paſſionū a ſapientibus ⁊ bonis ira regitur: vt malint eā non habere ꝙ̄ vincere. Sed dicit Greg. libro. v. moraliū ꝙ ira per zelū ſapientes turbat: ergo cū xp̄s fuerit ſapientiſſimus ⁊ optimus: maluit eā non habere ꝙ̄ vincere. Itē ſuper illud Iob. v. Uirum ſtultum interficit iracundia. Gregorius dicit. Ira ſicut per vitium oculum mentis excecat: ita per zelum turbat. Sed oculos mentis in chriſto nec excecare potuit: nec turbare: cū ipſe eſſet in continuo vſu contēplationis. ergo non videtur ꝙ aliq̄ affectio ire in eo fuerit. Reſpondeẜ ad hoc ſm Rich. in. iij. di. xij. arti. iij. q. iiij. ꝙ ira tripliciter poteſt accipi. Uno modo ꝓ ſuperabundantia que ſm pħm iiij. ethicoꝝ. xij. c. dicitur iracūdia. ⁊ ſic ira nō fuit in xp̄o. Alio modo accipitur ira pro volūtate iudicandi aliquod male factum. ⁊ ſic ira eſt in appetitu intellectiuo. ⁊ hoc modo fuit in chriſto. Tertio modo accipitur ira pro quadam paſſione appetitus ſenſitiui inſurgente ex apphenſione illate iniurie: vt poſſibilis vindicari ꝙ̄uis cum difficultate. Si enim apprehendatur iniuria vt non poſſibilis vindicari: non inſurgit niſi paſſio triſticie. Si vero app̄hendatur vt poſſibilis vindicari abſq; omni difficultate: tunc non inſurgit paſſio ire. quia tunc talis vindicta non apprehenditur ſub ratione ardui. Hoc tertio modo fuit paſſio ire ī appetitu ſenſitiuo anime chriſti. ex hoc ꝙ apprehendebatur inferri deo iniuriaꝫ a peccatoribus quantū in eis erat. que iniuria poſſibilis erat vindicari cū difficultate: tamen non ex parte dei: ſꝫ ex parte pctōꝝ rebelliū ⁊ difficiliū ad pnīe ſuſceptionē ⁊ ex parte nature hūane ſi ſuis naturalibus relinquereẜ. Hec tñ paſſio in xp̄o non fuit ꝯtra imperiū rōnis: nec ꝑter imperiū: nec de neceſſitate: ſꝫ ad imperium voluntatis: ⁊ ſm rectuꝫ ordinē rōnis. Ad primū ergo dicit Rich. ꝙ ꝙ̄uis ira ꝑ zelū turbet hoies ſapientes alios a xp̄o: tñ xp̄m nūꝙ̄ turbauit. quia ſicut diſpenſatiue factū fuit ꝙ gloria aie xp̄i in corpus ⁊ ſenſualitatē non redundaret: ita diſpenſatiue factū fuit vt paſſio partis ſenſitiue in nullo rationē turbaret.

Ad ſecundū dicitur ꝙ ira per zelum in alijs hominibus turbat in aliquo rationem ad tēpus propter debilitatē intellectus eorum. In xp̄o autē fuit ſemper intellectus fortiſſimus ⁊ clariſſimus. ideo nullo modo turbari po-

tuit. Quare ſi recte ſapere voluerimꝰ atq; ſentire: dicemꝰ ꝙ xp̄us paſſionē ire in ſe ſuſcepit cōtra duriciē peccatoꝝ impenitentiū. non ſolum eoꝝ qui tunc erant: ſed oim quorūcunq; tam preſentiū ꝙ̄ futurorū. ex quo mens eius iuſticie zelo ſuccenſa cōmouebaẜ contra peccatores obſtinatos ⁊ duros. Non enī ſine cā allocutus eſt blande peccatricē penitentē dep̄henſam in adulterio: latronē pendentē in cruce. ⁊ reliquos de quibus legitur in euangelijs Phariſeos vero dura increpatiōe aſperrimis verbis ⁊ facie tremebunda reprehendit ⁊ increpauit. quoniā ſicut ex rōne miris eſſe debebat ⁊ pius peccatoribus penitentibus: ita econuerſo ſeuerū ⁊ durū debebat ſe oſtendere impenitentibus ⁊ obſtinatis. ſicut etiā in die iudicij manifeſtabiẜ quando cōgregabunẜ ante ipm oēs gentes. Tunc videbūt q̄ duri ſunt qui conuerti nolunt: qui pniam negligunt: ꝙ̄ grauis erit ira filij dei: qñ ſine vlla cōpaſſione ꝓferet furibundā ⁊ tremebundaꝫ ſniam. Ite maledicti in ignē eternum ⁊c. O ꝙ̄ iracunda erit tūc reprobis facies ſua. O ꝙ̄ terribilis erit tunc eius aſpectus. Non eſt p̄ſentis diſputationis in talibꝰ dilatari. Sed hec pauca diximus ad oſtendendū ꝙ rōnabiliter ira fuit ī xp̄o: qui eſt bñdictꝰ in ſecula. Amen.

Feria quinta poſt tertiā dñicam aduentus de gratia capitis noſtri: qualiter ieſus gratia eſt caput oium noſtrum. Sermo XIX

Ieſus caput proponitur. Fructus XIX.

Edius autē. Iterū

m vbi.ſ. Cōgregauit in vnū electos ſuos dñs ieſus xp̄s: quibꝰ eandē dedit regulaꝫ charitatis: qua fit vt ſm ſniam apl'i multa mēbra vnū corpꝰ cōſtituant: vnā q; faciant eccl'iam in ſpūſancto adunatā ex q̄ ordinaẜ ⁊ colligiẜ exercitꝰ celeſtiū ciuiū in ſuperna hierl'm. Et qm̄ non expedit ſine capite eſſe corpꝰ: ꝓ cōſolatione oium dilectoꝝ ieſus chriſtus dei filius ipſorum caput meruit eſſe: cui omnes quantum poſſumus inherere debemus. Idcirco pro noſtra inſtructione in preſenti ſermone dicemus de gratia capitis nr̄i. ⁊ de his qui ſunt membra eius ſub vno fructu qui eſt. Ieſus caput proponitur. Pro cuius declaratione tres ꝯcl'ones erūt notāde.

Prima dr̄ ꝯuenientie.
Scđa dr̄ dependētie.
Tertia dr̄ influētie.

Qđ chriſto conuenit eſſe caput.
Caplm. I.

p Rima cōcluſio dr̄ ꝯuenientie. In q̄ ſcire debemꝰ ꝙ xp̄o ꝯuenit eē caput eccl'ie: put teſtaẜ apl's ad Eph. i. di. Ip̄m dedit caput ſupra oēm eccl'iam q̄ eſt corpus ipſiꝰ. Et ad Col. i. Ipſe eſt caput corpis eccl'ie. Qđ ſic eſſe intelligēdū declarat Alexā. in. iij. q. xij. memb. ij. ar. i. §. i. vt metaphorice intelligatur eſſe caput: quod de chriſto dicitur quadruplici ratione.

Primo rōne ſupioritatꝭ.
Scđo rōne dignitatis.
Tertio rōne ꝓuidētie
Quarto rōne gr̄e.

Primo dicẜ eſſe caput rōne ſuperioritatis Quia ſicut rex dr̄ eſſe caput regni: eo ꝙ ꝑ ſuū imperiū mouet regnū: ita xp̄s qꝛ ſm ꝙ hō eſt rex regū: ⁊ hꝫ regnū ſupra oēm creaturā. ſm ꝙ habeẜ Apoc. xix. Et erat ſcriptū in femore ſuo. Rex regū ⁊ dñs dñantiū. Scđo dicẜ eſſe caput rōne dignitatis: qꝛ meliꝰ ⁊ dignius in quolibet genere: caput dicẜ eſſe in illo genere. ſicut leo dicitur eſſe caput aialiuꝫ: qꝛ eſt dignꝰ ⁊ nobiliſſimū oim aialiū: ita xp̄s qꝛ digniſſimus ⁊ nobiliſſimꝰ eſt caput oim creaturarū rōnabiliū. Tertio dicitur eſſe caput rōne ꝓuidentie. Nā paterfamilias dicẜ eſſe caput ſue familie: qꝛ oibꝰ ꝓuidet. Cū ergo xp̄us ſe habeat per hunc moduꝫ ad eccl'iam: qꝛ paſtor eſt ⁊ ep̄s aiarū ⁊ ꝓuidet ⁊ regit eccl'iam. Uñ. i. Pet. ij. Eratis enī ſicut oues errantes: ſed cōuerſi eſtis nunc ad paſtorē ⁊ ep̄m aiaꝝ veſtrarū. ideo merito dicẜ caput. Quarto dicitur eſſe caput rōne gr̄e. Nā ip̄m caput ita ab aia perficiẜ ꝑ ſenſum ꝙ in capite ſunt oēs ſenſus: nō aūt a corpe. Ita xp̄s a ſpūſctō accipit omēs modos gr̄e ſicut caput ab aia. Nos aūt ſicut mēbra: qꝛ nos oēs ſenſus gr̄e ab ip̄o recipimus. Et hoc eſt qđ dicit Aug. ad Dardanū. In capite quod eſt xp̄s ſunt omēs ſenſus gratie: in alijs vero eſt ſolus tactus. quibus datus eſt ſpiritusſanctus ad menſuram. Dicitur ergo xp̄s caput ſm has proprietates quia eſt velut rex: ⁊ quia eſt digniſſimus rationabiliū creaturarū: ⁊ qꝛ eſt in ratione prouidentie: ⁊ qꝛ habet plenitudinē gratie quantum ad oēm ſenſum gratie. Et lꝫ ſic dicaẜ eſſe caput metaphorice: tñ proprie dicitur caput ex influentia. vt ſic caput influit ſenſus ⁊ motus ſm diuerſas partes eius: qꝛ ab anteriori parte capitis fluunt nerui per quos fluūt ſenſus ad membra: a poſteriori vero parte fluūt nerui per quos fluit motus ab anima ad ſingula mēbra. Similiter xp̄s in eccleſia influit:

ſenſum ꝛ motum ſpūaliter. Senſum influit ꝑ
fidem: motum vero per amorē. Verūtamen
eſt aduertendū ꝙ caput eccleſie dicit dupl'r
ſcʒ cōmuniter ꝛ ꝓprie. Cōmuniter tota trini-
tas eſt caput eccleſie. Tota eñ mouet ꝛ regit
eccl'iam: ꝛ infundit ei gr̄am: qua ſentiat ꝑ fidē
ꝛ moueat ꝑ charitatē. Unde in rōne regētis
ꝛ influētis ſe habet ad ipāʒ. Proprie vero dr̄
caput chriſtus homo ſiue deus homo ſm hu
manitatem: quia hoc modo ſe habet ad eccle
ſiam ſm rationem conformitatis ad ipſam
per gratiam ꝛ naturam.

Qō multi habent dependentiam a chriſto
capite. Cap'm II

s Ecūda cōcluſio dr̄ dependētie. In q̄
videre debemus q̄ ſunt illi qui tāq̄
membra a xpo capite habent depen
dentiam: ſiue illi inhereāt et vniant: ꝛ ſpāl'r
quātum ad quattuor.

Primo quātū ad angelos.
Scđo q̄tum ad electos.
Tertio q̄tum ad reprobos.
Quarto quātū ad vtrūq; compoſitū.

Primo cōſideremus q̄tum ad angelos ſi
ipoꝝ eſt caput xps. Ad quod dicendū videt
ꝙ nō: quia vnius nature ſunt caput ꝛ corp⁹.
Sed xpus inq̄tum homo ꝛ angeli: non ſunt
eiuſdē nature. ergo xpus ſm ꝙ homo nō eſt
caput angeloꝝ. Sed contrariū dr̄ ab ap'lo
ad Col.ij. vbi loquit de xpo cū ait. Qui ē ca-
put omnis ꝑncipatus ꝛ poteſtatis. Inſuper
omnia ſubiecit deus ſub pedibus eius. vt dr̄
ad Heb.ij. auctoritate pſalmiſte. Ubi loquit
glo. Sicut pes eſt infima pars corporis. ſic i
xpo infima pars eſt humanitas quā angeli
adorant. Ex quo relinquit ꝙ angeli ſunt ſub
iecti ipſi humanitati xpi. Unde ſi xpus dicit
caput eccl'ie: vt dicebat paulo ā̄te: eo ꝙ regit
eccl'iam ſibi ſubiectā: ſimil'r debet dici caput
angeloꝝ: eo ꝙ imperat ipſis ſibi ſubiectis.
Ex quo rñdere poſſum⁹ ad illud quod addu-
cebat in contrariū: ꝙ ſi dicat caput ꝑ meta-
phoram qua rex dr̄ caput regni vt mouēs et
imperās ipſi: ſic ipē xps inq̄tū hō eſt caput
angeloꝝ: q2 eſt rex cōſtitutus ſuꝑ eos. Si au
tem dicat caput ſm conformitatē nature. ſic
xps inq̄tum homo nō eſt caput angelorum
ſimpl'r: ſed ſm quid: quia non eſt conformis
āgelis in natura ſimpl'r: ſʒ ſm quod dr̄ ꝙ aīa
rōnalis quātum ad partē ſuperiorē intellecti
uam habet cōformitatē cū angelis. Eſt ergo
caput ipſis inq̄tū cōformat ipſis in natura
ꝑ partē rōnis intellectiuā: hoim aūt eſt caput
ſimpliciter: quia habet plenam conformitatē
cum illis. Secūdo cōſideremus q̄tū ad ele-
ctos: ſi omniū electoꝝ vel aliquoꝝ chriſtus ē
caput. Et ꝙ non ſit omniū caput ꝓbat. Nam
xps ꝓprie eſt caput ſm ꝙ homo. Sʒ nō fuit
homo ante incarnationē. Ergo nō fuit caput
ſanctoꝝ patrū. Ad hoc rñdet glo. ſuꝑ ca.i. ad
Col. querens. Cum eccleſia ab Abel ceperit:
quomodo xps caput eoꝝ eſt: qui tunc fuerūt
Et dicit ꝙ xps dr̄ caput ſm diuinitatē ꝛ ſm
humanitatē. Scđm diuinitatē fuit ꝑncipiū
et fundamentū eccleſie: quia omnes iuſtos q̄
ab Abel vſq; ad vltimū iuſtum fuerūt ꝛ futuri
ſunt generaliter virtute diuinitatis illumina
uit. Scđm humanitatē poteſt dici caput vel
ꝑncipium eccleſie: quia ſuper fidem humani
tatis ei⁹ fundata eſt. Ex hoc expreſſe relinq̄-
tur ꝙ ſi eccleſia fuit fundata ſuꝑ fidē huma-
nitatis ſue ante incarnationē. et ex eo dicit
caput quo eſt fides de ſua humanitate. ergo
eſt caput eoꝝ qui fuerūt ante incarnationem
fideliū ſicut eoꝝ qui ſunt poſt incarnationē.
Nam ſi diceret caput ſolū: quia habet huma-
nitatem: tunc eſſet caput fideliū ꝛ infidelium
equal'r: cum ſm humanitatē equal'r ꝯueniat
cū hoibus fidelibus ꝛ infidelibus: quod ma
ximū eſſet incōueniēs. Ideo caput dr̄ nō q̄a
eſt homo in re: ſed quia eſt homo i fide: ꝛ cre-
ditus eſt eſſe homo ab oibus electis: licet tp̄e
variato: quia p̄res antiqui fidē habuerūt de
ipo iam venturo: ꝛ nos fidē habemus: q2 iā
venit. Unde oim electoꝝ eſt caput. Et de hoc
Aug. ponit exemplū i li. de cathezizādis rudi
bus. qđ habet Geñ.xxxviij.c. de filijs iude ꝛ
Thamar vidue: in quoꝝ natiuitate zarā ꝑor
eduxit manum: in qua obſtetrix ligauit cocci
num dicens. Iſte egredietur prior. Illo vero
retrahēte manū: egreſſus eſt alter. Hic dicit
Aug. ꝙ ſicut zaram dū naſceret ꝑus emiſit
manū. poſtmodū caput ſecutū eſt. deinde ce
tera membra. Sed tñ caput dignitate ꝛ po-
teſtate ꝑceſſit: lʒ tp̄e ſequeret. Ita xps media
toꝝ dei ꝛ hominū in patriarchis et propheť
premiſit manum anteq̄. appareret in carne:
vinculis legis ſuperbū populū aſtringentem
ſiue compꝛmentē. tp̄e aūt naſcēdi ſecutum eſt
caput corpis eccleſie. cui adheſerunt omnes
fideles credēdo. Tertio cōſideremus q̄tum
ad reprobos q̄ ſunt in fide ꝛ charitate: nō tñ
ꝑſeuerantes. vtrū xpus ſit caput ipoꝝ. Et vi
detur ꝙ nō: quia corp⁹ xpi verū quod traxit
de ꝟgine eſt figura ꝛ ſacramentum corporis
myſtici quod ē eccleſia: quia ſicut corpus xpi

cōpactū eſt ex puriſſimis ſanguinib⁹ ꝟginis
ꝛ ꝑtinētib⁹ ad gloriā reſurrectiōis: ita a ſil'i
corp⁹ myſticū qđ eſt in eccl'a ꝯpaginatū dēt
eſſe ex puriſſimis ꝛ fideliſſimis aīabus perti
nētibus ad gloriā reſurrectionis. ergo nō ſūt
mēbra eccleſie niſi ꝑtinētes ad gloriā reſurre
ctionis. Sed reprobi in fide exiſtētes et cha-
ritate: q̄ tamē nō ꝑſeuerabunt: ꝛ infideles: nō
pertinet ad gloriā reſurrectiōis. licet ꝑtineāt
ad reſurrectionē. ergo nullus reprob⁹ eſt mē-
brum eccleſie. Et ſic xps nō eſt caput reprobo
rū etiā exiſtentiū in charitate. Ad hoc rñ-
det Alex. vbi.s.§.iij. ꝙ eſſe mēbra xpi vel ec-
cleſie nō ponit niſi ſenſuʒ gr̄e per fidē ꝛ mo-
tum per amorē ꝛ charitatē ꝛ cōformitatē cū
xpo in natura. Et quia iſta ſunt in reprobis
exiſtētibus in fide ꝛ i charitate: licet nō cū ꝑ
ſeuerantia. ideo q̄diu ſunt iſta in illis ꝯceden
dū eſt ꝙ ſunt mēbra xpi ꝛ eccleſie: ꝛ cōparan
tur ad xpm tanq̄ ad caput. q̄tum ad p̄ntem
ſtatū in quo ſunt in fide ꝛ in charitate. Quan
do aūt poſtea diſcedēt ab iſtis: tunc erūt mem
bra abſciſa a corpe eccl'ie. Ad rōnē in con-
trariū eſt dicendū ꝙ corpus xpi verū figura
eſt ꝛ ſacr'm corporis myſtici q̄tum ad p̄ntem
ſtatū: ſed nō q̄tum ad futurū. Ratio aūt ꝓce
dit: ac ſi reſpiceret ſtatū futurū: cū obijcit perti
nētibus ad gloriā reſurrectionis. Et qđ de re-
probis diximus qui tamē ſunt in fide ꝛ chari
tate: de malis intelligere debem⁹: licet ad vni
ōnē corpis myſtici ſiue eccl'ie nunq̄ ꝓprie ꝑ-
tineāt exiſtētes in peccato mortali. Uerūtñ
differt dicere vnitatē eccl'ie ꝛ corpis eccl'ie.
In vnitate nanq; eccl'ie ſunt boni ꝛ mali dū-
modo habeant fidē rectā. Et hoc eſt qđ habe
tur Matth.xiij. ꝙ ipſi tritico adiūcta eſt ziza
nia. Ubi dicit Aug⁹. ꝙ eccleſia eſt ager in quo
radicātur triticū. i. boni ꝛ zizania hoc eſt mali
Et tamen in fine ſeparabunt. Unitas vero
corporis eccl'ie non eſt niſi ꝑ fidē formatam
charitate. ſicut dicit Hugo. li. de ſacris. Ideo
mali nō ſunt de corpore eccl'ie: q̄uis ſint de
eccleſia. Quarto cōſiderem⁹ q̄tum ad vtrū
q; cōpoſitū. ſ. corpus ꝛ aīam: ſi xps eſt caput
aīarum tm̄: aut corpoꝝ ꝛ aīarum ſimul. Ad
quod rñdet ſm glo. i. ad Cor.vi. Neſcitis q2
corpora veſtra membra ſunt xpi. ꝙ caput eſt
non ſolū animarū: ſed etiā corporū que in glo
rioſa reſurrectione ſuā perfectionē habebunt.
Tunc nanq; electi oēs erunt cum principe
xpo: quē dilexerūt: in cuius aſpectu placido hi
lari ꝛ iocundo letabunt ꝛ reficientur interius
ꝛ exterius. Sed qui nūc volunt eſſe membra
illius non poterunt tunc regnare cum illo. O
infelix mundanorū conditio. Uolūt homines
membra potius fieri diaboli q̄ xpi. Illum ſe-
quun: vitia chriſto fugiunt: virtutes ſpernūt:
amplectunt vitia. ꝛ de futuro nihil premedita
tur. Nunc nūc xps eſt in eccleſia militanti chri
ſtum patronū accipere: vt in eccleſia triūphā-
ti valeamus cum xpo gloriari. O q̄ btā gens
o q̄ beatus populus cuius pius ieſus xps do
minus ꝛ caput eſt. O q̄ miſerabilis ꝛ lachry-
moſa ſocietas cui diabolus preeſt: non in or
dine ſed in errore: non in gaudio ſed in mero
re: non in bono ſed in omni malo. Studeam⁹
itaq; q̄tum poſſumus vt xpi mēbra ꝛ nō dia
boli inueniamur.

Qō influentiā gratie a chriſto capite acci
pimus. Cap'm. III

t Ertia ꝯcl'o dicit īfluētie. In q̄ ꝑſcruta
ri debemus de influētia gratie a xpo
capite. ex eo ꝙ Ioh.i. dr̄. De plenitudi
ne eius oēs accepim⁹ gr̄am. Pro cuius de-
claratiōe occurrūt quattuor dubia aperiēda.

Primū vtrū poſſit eſſe influentia a xpo ho
mine in corpus eccl'ie.

Scđm vtrū poſſit eſſe influētia in āgelis.

Tertiū vtrū maior fuerit influētia hoīs p⁹
incarnationē q̄ ante. vel eq̄lis.

Quartū vtrum vnio capitis ad corpus ſit
vnio ſimpliciter.

Circa ꝑmū eſt ſciēdū ꝙ xps hō influit gra
tiā corpi eccl'e ꝛ mēbris ei⁹ trib⁹ modis.

Primo ꝑ modū meriti.
Scđo per modū exēplaris.
Tertio per modū capitis.

Primo mō nob eſt gr̄a a xpo hoīe ꝑ modū
meriti: q2 ipē eſt q̄ nobis meruit gr̄am ꝑ quā
remittunt peccata noſtra: ꝛ gr̄am ꝑ quā co-
gnoſceremus ꝛ diligerem⁹ ipm. ꝛ omnibus cre
dētibus in ipm ꝛ diligētibus hoc meruit. Uñ
ad Ro.v. dr̄. Sicut ꝑ vni⁹ hoīs inobediētiā
pctōres ꝯſtituti ſūt m'ti: ita ꝑ vni⁹ hoīs obe
dientiā iuſti ꝯſtituunt multi. Scđo modo
influit nobis gratiā per modū exēplaris. Si-
cut eñ videmus ꝙ ſic ſe habet exēplar ad ex-
emplū ꝙ quodāmodo exemplū educit ab ex-
emplari: ita in ipſo xpo hoīe eſt exemplar ꝓ-
poſitū gratie cui debemus coaptare nos ꝛ cō
formare. Nā ipſe eſt liber vite iuxta quē ſcri
bi debent libri noſtri. id eſt cōſciētie que ſunt
libri vt habetur Apoc.xx.c. Hinc ꝛ apoſtolus.
i. ad Corinthios.xv.c. ait. Primus homo de
terra terrenus: ſecundū homo de celo cele-
ſtis. Qual' terren⁹ tales ꝛ terreni: q̄lis celeſtis

ſtales ⁊ ce'eſtes. Ergo ſicut po:tar:mus ima‑
ginē terreni: po:temus ⁊ imaginem celeſtis.
Tertio modo influit xp̄s nobis gratiã per
modũ capitis. Eſt enĩ quidã amo: capitis ad
membra: vt ipſuz caput quodã naturali amo‑
re diligat membra. Unde ſpūs animales qui
ſunt in capite ex hoc amore decurrũt a capite
in mēbris. Unde ſi aliquod mēbrum ledit
concurrunt ſpiritus a capite ad partē illã do‑
lentem: ⁊ ibi colliguntur. Influentia ergo capi‑
tis ad membra vt ſenſificent ⁊ moueant eſt
per naturalē amorē. Et hunc appetitũ implet
ſpiritus aĩalis influens a capite ad membra
Scōm hoc ergo dicendũ q̄ ſpiritus increat⁹
per quem eſt nobis cõmunio totius trinita‑
tis. ſ. ſpūſſctūs abundat in noſtro capite: ſcʒ
in xp̄o: ⁊ ipſius xp̄i ⁊ ſue beate anime eſt deſi‑
deriũ vt participemus ſuũ ſpiritũ. Ipſe vero
ſpiritus explet deſideriũ quod habet xp̄us ad
nos ex ſuo ardentiſſimo amore.
Circa ſecunduz dubium eſt notandũ q̄ a
capite christo homine recipiunt angeli ſingu‑
lariter tria.
Primo cognitionē veritatis.
Scōo honorem.
Tertio dulcedinē ſiue iocũditatē.
Primo cognitionē veritatis. quia eruditun‑
tur ab ipſo: imo etiã per eccleſiã que eſt corp⁹
eius innotuit eis myſteriũ incarnatiōis. Nec
erubeſcunt erudiri per ipſam. Unde apoſto‑
lus ad Eph̄. iij. c. Mihi enĩ omniũ ſanctoruʒ
minimo data eſt gratia hec in gentibus euan‑
gelizare inueſtigabiles diuitias xp̄i: illumina‑
re omnes: que ſit diſpenſatio ſacramenti ab‑
ſconditi a ſeculis in deo: qui om̄ia creauit: vt
innoteſcat principibus ⁊ poteſtatibus in cele‑
ſtibus per eccleſiã multiformis ſapientia dei
ſm̄ prefinitionem ſeculorum: quã fecit in xp̄o ie‑
ſu domino noſtro. Super que verba dicit Ni‑
colaus de lira. q̄ redemptio xp̄i diſpenſabilis
tam gentibus q̄ etiaʒ iudeis non fuit ante re‑
uelata niſi paucis ⁊ obſcure. Et myſteriũ xp̄i
de vocatione gentilium non ſolum hominib⁹
fuit abſconditum. ſed etiam angelis. Qui etiã
predicantibus apoſtolis hanc noticiã intuiti‑
uam habuerunt per eccleſiam. id eſt per apo‑
ſtolorũ predicationes: videntes actu conuerſio‑
nem gentilium ad fidem. Quod factũ fuit ſʒ
prefinitionem ſeculorũ. i. eternã diſpoſitionē
tp̄e plenitudinis adimpletã: quã fecit in xp̄o
ieſu adimpleri. Cui dicto ꝯcordat Dio⁹. d. an‑
gelicas dignitates ſupra memoratũ myſteriũ
xp̄i ad plenũ non intellexiſſe: donec completa
eſt paſſio xp̄i: ⁊ apl̄orum predicatio p gentes di‑
latata. Aug⁹. ẽt. vij. ſup Gen̄. ad lrãm ait. Sic
fuit myſteriũ incarnationis xp̄i a ſeculis ab‑
ſconditũ in deo: vt tamē innoteſceret princi‑
pibus ⁊ poteſtatibus in celeſtibus. Ubi dicit
ſanctus Tho. in p̄ma pte. q. lvij. ar. v. ad. ij. ar.
q̄ de myſterio incarnatiōis xp̄i contingit loq̄
dupliciter. Uno modo in generali. Et ſic om̄i‑
bus reuelatũ eſt a principio ſue beatitudinis
Cuius rō eſt: quia hoc eſt quoddam generale
principiũ ad quod om̄ia eorũ officia ordinan‑
tur. Om̄es enĩ ſunt adminiſtratorij ſpiritus.
Heb. i. in miniſteriũ miſſi propter eos qui he‑
reditatē capiunt ſalutis. Quod quidē fit per
incarnationis myſterium. Unde oportuit de
hoc myſterio omnes a principio cōiter edoce‑
ri. Alio modo poſſumus loq̄ q̄tum ad ſpecia‑
les conditiones. Et ſic nō om̄es angeli a prin‑
cipio de omnibus ſunt edocti: imo quidã etiã
ſuperiores ãgeli poſtmodũ didicerũt ſicut dicit
Dio⁹. vij. c. cele. hierar. Secũdo accipiũt ho‑
norem. qui attendit q̄tum ad reparationem
ſiue reſtaurationē ruine angelice. Nō eniʒ pa‑
rum erat eis detractũ honoris ex ruina apo‑
ſtatarum angelorũ. Sed per incarnationem
⁊ paſſionē fit reſtauratio ruine angelice p ho‑
n ſ ies implentes numerũ ipſorum angelorũ.
Unde in pſ. cix. dicitur. Judicabit in nationi‑
bus implebit ruinas. Et glo. ad Ephe. i. dicit
Propoſuit reſtaurare. i. ad primũ ſtatum re‑
ducere omnia per peccatũ deſtructa: angelos
⁊ homines: quia per hominis reſtaurationē
ruina angelorũ reparatur. Tertio recipiũt
dulcedinem ⁊ iocunditatē ab ipſa humanita‑
te xp̄i. Nam magnam recipiunt dulcedinē et
contemplationē diuinitatis. Sed cũ vidēt di‑
uinitatē in humanitate: eſt eis alius modus
dulcedinis. Propter quod Petrus. i. pe. i. ait.
In quem deſiderãt angeli proſpicere. Et Jo‑
hel. iij. dicitur. Colles fluent lac ⁊ mel. Colles
enĩ angeli ſunt: qui ante incarnationē fluebãt
mel in dulcedine contemplatiōis diuinitatis
in ſe. Sed ex eius incarnatione fluũt dulcedi‑
nem contemplationis diuinitatis ⁊ humani‑
tatis q̄ humanitas ſignificatur per lac. Et
ſi dicatur q̄ angeli erant beati ante incarnati‑
onem xp̄i. Sed beatitudo eſt ſtatus omnium
bonorũ aggregatiōe perfectus. ergo ipſi erãt
in ſtatu omniũ bonorum congregatione per‑
fecto. ergo nihil deficiebat eis de aliquo bono
Reſpondet Alexã. in. iij. q̄ q̄uis in bono eſ‑
ſentiali eſſent perfecti ex viſione dei: tamen
eis accreſcere potuit bonum ⁊ gaudiũ accidē‑

tale. Circa tertiũ dubiũ eſt dicendũ q̄ eccle‑
ſia poſt incarnationē ⁊ paſſionē xp̄i maiorem
recepit gr̃am q̄ ante. Quod pʒ: q: ante incar‑
natione per fidē xp̄i erat remiſſio peccatoruʒ
quantũ ad culpã ⁊ non quantũ ad oēm penã:
quia remanebat pena carentie viſionis dei.
Poſt incarnationē vero eſt remiſſio peccato‑
rũ quantũ ad culpã ⁊ oēm penã. Un̄ lʒ fides
eccl'ie ante incarnationē ⁊ poſt ſit equalis: vir‑
tuoſior tm̄ eſt poſt q̄ ante: quia hʒ meritũ paſ‑
ſionis xp̄i ſibi coniunctũ. hec habentur ab Ale‑
xandro. Circa quartũ dubiũ n dicendũ ſm̄
Hugonē de ſctō victore: q̄ vnũ dr̄ multipliciter
Primo mō eſt vnũ in natura. Et hoc modo
pater fili⁹ ⁊ ſpūſſctūs ſunt vnũ. Scōo modo
eſt vnũ in perſona. Et ſic humanitas ⁊ diui‑
nitas ſunt vnũ in perſona filij. Tertio mō eſt
vnũ per iuſticiã preſentē ⁊ futurã gl'iam. Et
illud eſt vnũ qō attendit in cōformitate vo‑
luntatis. Et ſic dicimus q̄ eſt vnio membro‑
rũ cũ capite in corpe eccl'ie. ⁊ eſt vera vnio in
qua beati ſunt qui vniunt: ⁊ miſeri qui ab ea
ſeparant. q̄m omne bonũ felicitans aĩam in
xp̄o eſt. in ip̄o ſunt theſauri incōpabiles: ⁊ in‑
eſtimabiles diuitie dei. Ergo ip̄m queramus
vt ab ipſo recipiamus gr̃am. quã nobis ipſe
concedat ⁊c. Amen.

Feria ſexta poſt tertiã dñicam aduentus de
ſciẽntia ieſu chriſti. Sermo XX.
Jeſus eſt ſciens omnia. Fructus XX

Edius autez veſtrũ

m Iterũ vbi. ſ. Doctores iudeorum au‑
diebant xp̄m ſepenumero ſcriptu‑
ras pphetarũ predicantem ⁊ mirabant quō
litteras ſciret: cũ eas non didiciſſet. Nec ſolũ
eo perfectionis tp̄e: quo maturũ ingeniũ litte‑
rarũ pinguedie ſolet eſſe delibutũ hoc viderũt
verũ etiã in infantili etate anno videlʒ. xij. in
medio eorum ſedentē ſapientiſſime audientē ⁊
interrogantē illũ conſpexerunt. Quo ſpectacu‑
lo potuiſſent ſi voluiſſent cognoſcere ip̄m eſſe
filiũ dei: in quo relucebat ſplendor tante ſcien‑
tie ⁊ ſapientie. Sed voluntate ſua peruerſa in
eũ credere noluerunt. ſpreuerũt ſcientiã eius
⁊ ip̄m pſecuti ſunt vſq̄ ad mortē. Et quoniã
ſingulare eſt hoc priuilegium in dño ieſu xp̄o
quo ſcʒ ſm̄ aſſumptã naturã oī ſcientia erat
decoratus: ideo in preſenti ſermone de ſciẽtia
aĩe xp̄i dicturi ſum⁹. De qua fructũ vnũ pro‑
ponim⁹ cōtemplandũ. qui eſt. Jeſus eſt ſciēs
oĩa. Pro cuius declaratione tres concluſiōes
erunt notande.
Prima dr̄ multiplicatiōis
Scōa dr̄ acq̄ſitionis.
Tertia dr̄ ꝯditiōis.
Qō multiplex fuit ſcĩa in xp̄o. Caplm̄ I.
p Rima cōcluſio dr̄ multiplicationis.
In qua ſcire debem⁹ q̄ ſm̄ multipli‑
cationē naturarũ in xp̄o multiplica‑
batur eius ſcĩa: put declarãt magiſter ſniarũ
in tertio ⁊ catholici doctores. Cui⁹ rōnem aſ‑
ſignat Alexand. in. iij ſumme. q. xiij. memb. i.
dicens. vt dicit Johes Damaſ. Quorum ſunt di‑
u:rſe nature: eorum ſunt diuerſe opatōes. Opa‑
tionib⁹ aũt pportionant habit⁹. ergo cũ in ip̄o
ſint diuerſe opationes pp̄ter diuerſas natu‑
ras: erũt in ip̄o diuerſi habit⁹. Et cũ ſcĩa dicat
habitũ ſm̄ diuinã naturã ⁊ humanã: in ipſo
xp̄o erũt diuerſe ſcĩe. Inſup put dicit Boeci⁹
in libro de diuerſis naturis ⁊ vna pſona. xp̄s
accepit aliquid a triplici ſtatu hũani generis
ſiue Ade. Un⁹ ſtat⁹ fuit qui debebat ei ſi ſtetiſ‑
ſet. ſtat⁹ ſcʒ beatitudinis in premiũ. Ali⁹ fuit
ſtat⁹ in quo erat ſcʒ ſtat⁹ innocētie. Et terti⁹
ſtat⁹ fuit poſt lapſuʒ. Un̄ xp̄m triplicē ſm̄ hos
ſtat⁹ cognitionē decuit hr̄e. videlʒ.
Primo cognitionē gl'ie
Scōo cognitionē nature integre
Tertio cognitionē penalis experientie
Et hoc pp̄ter pfectionē aĩe xp̄i: que nō tm̄
dʒ eſſe pfecta ſm̄ ſuperiorē portionē: verum
etiã ſm̄ inferiorē. etiã ſm̄ partē ſenſualē. nō
tm̄ quantũ ad ſtatũ patrie: ſʒ etiã quantuʒ ad
ſtatũ vie. Addit dñs Bon̄. diſt. xiij. tertij libri
ar. iij. q. i. q̄ q: pfecta fuit aĩa xp̄i quantũ ad
cognitionē nō ſolũ reſpectu cognoſcibiliũ: ſed
etiã reſpectu modorum cognoſcēdi. idō cũ res tri‑
pliciter ſint cognoſcibiles ſm̄ q̄ tripl'r habēt
eſſe. Habēt enĩ eſſe in verbo in intellectu crea‑
to: ⁊ in pprio gn̄e. Ad hoc q̄ intellect⁹ aĩe xp̄i
plenã de rebus hr̄et cognitionē: res cognouit
iſta triplici cognitiōe. Et ſic pʒ q̄ xp̄i aĩa non
tm̄ habuit cognitionē rerũ in verbo: ſʒ etiam
rerũ a verbo. Cognitionē inquã non tm̄ ſim‑
plicis noticie: ſed etiam experientie. Poſſu‑
mus tamen contra hoc arguere ſic. Unius per‑
ſone vna eſt perfectio. xp̄s eſt vna perſona: ⁊
ſcientia eſt perfectio. ergo ipſius erit vna ſciē‑
tia. Secundo ſic. xp̄s eſt ſciens ſcientia in‑
creata. ⁊ hec eſt certiſſima perfectiſſima ⁊ no‑
biliſſima. ergo ſuperfluũ eſt ponere in ip̄o aliã
ſcientiã. quia fruſtra fit per plura quod poteſt
fieri per pauciora. Tertio ſic. ſcientia xp̄i q̄
eſt per gratiam vnionis eſt ſm̄ maius lume
q̄ ſint alie tres ſequentes de quibus dictum
E

eſt. Sed ſicut eſt in lumine corporali ꝙ maius
lumē abſorbet minus, ergo ſimiliter eſt in lu-
mine ſpūali. ꝗ nō manēt in xp̄o alij modi ſciē
di niſi duo. ſ. vnus q̄ eſt ſciētie increate: alius
qui eſt ꝑ lumē gratie vnionis. Ad primum
hoꝝ argumentoꝝ r̄ndet̄ ſm voluntatem dn̄i
Boñ. di. xiij. tertij li. ⁊ Alex. in iij. ꝙ habitus nō
diuerſificat̄ ſm perſonā ſed ſm naturā. Un-
de dicit Joh. Dama. ꝙ in xp̄o ſunt diuerſe vo-
luntates ꝓpter diuerſas naturas: ⁊ ſimilit̄ de-
bent eſſe diuerſe ſcientie. Ad ſecūdū dicen-
dū ꝙ q̄uis xp̄s ſit vna ꝑſona cum filio dei: ⁊
per ꝑſonalē vnionē ſm hoc eſt ſciens ſcientia
increata: ſicut filius dei. vñ ratione ꝑſone nō
indiget alia ſcientia: ſ; rōne perſone in huma-
na natura indiget alia ſciētia. ſ. creata. Nō eñ
debet eſſe humana natura in xp̄o imperfecta:
quod ſequeret̄ ſi careret ſciētia creata. Sed ꝑ-
fectior debet eſſe in ip̄o natura omibus alijs.
Jdeo om̄i gñe ſciendi ſcientia creata oportet
ꝙ ſit ꝑfecta illa anima. Ad tertiū dicendū
eſt ꝙ in corporalibus minus lumē offuſcatur
⁊ obſorbet̄ a maiori. Et ratio huius eſt: quoniā
omnia lumina corꝑalia ſunt ad vnū actum. ſ.
manifeſtationis: qui quidē actus per ſe ⁊ per-
fectiſſime eſt a lumine maiori. Sed in ſpiritu-
alibus nō eſt ſic. Nō eñ omnia lumina ſpiri-
tualia ſunt ad vnū actum. Diſtinguendū ta-
men eſt ſm ſtatū cōprehenſoris ⁊ viatoris.
Nam viatoris non eſt vnus actus ſed plures.
Unde lumina plura virtutū ſeu donoꝝ i via-
tore non ſunt ad vnū actum. Comprehēſoris
vero non eſt niſi vnus actus qui determinat̄
ſm ſummū luminis ⁊ totalitatē; virtutis eius
lumen. ſ. diuine viſionis in gloria. xp̄s autem
erat in ſtatu ſimul viatoris ⁊ comprehenſoris
ſm partes anime differētes ſuperiorē ⁊ infe-
riorem: ⁊ ideo ſcientia comprehenſoris nō ab-
ſorbebat alias ſciētias.

Qd̄ ſcientia xp̄i non fuit per ſucceſſionem temporis acq̄ſita. Capl'm II

SEcūda concluſio dicitur acquiſitionis. In qua notare debemus ꝙ ſcientia xp̄i nō fuit per ſucceſſionē temporis
acquiſita: ſed ab initio ſue cōceptionis ſibi in-
dita. Quod ſentire videtur Alex. in iij. vbi. ſ.
mē. ij. Et ad hoc facit illud Greg. ſuꝑ illo vbo
Luc. ij. ꝓficiebat etate ⁊ ſapia. Proficiebat nō
ꝙ ipſe ſapientior fieret ex ꝑte: ſed paulatim de-
mōſtrabat ſapiam. Sed circa hoc notādū
eſt ſm Alex. in. iij. vbi. ſ. ꝙ in xp̄o fuit multi-
plex modus ſciēdi. Primus fuit ſm diuinam
naturā. Et ibi ſciētia idē eſt qd̄ ip̄ſum. Et iſte
modus fuit in filio dei ab eterno. Secūdus
eſt ſm gratiā vnionis, qui modus diſtinguit̄
ab om̄i alio ſciente incōicabilis cuicunq; alte-
ri creature. Tertius eſt ſm gratiā cōprehenſo-
ris, in quo cōicant angeli ⁊ anime ſctē. Quar-
tus ſm naturā integrā anime ſm ꝙ habuit
Adam ſcientiā in ſtatu innocentie. Quintus
ſm penalē naturā aſſumptā. Sextus eſt que-
dā gratia data xp̄o ad cognoſcendū res ſ; nu-
merū ⁊ per progreſſum tp̄is. Quantū ad
primū ſciendi modū ſimiliter ſe habet xp̄s an-
te incarnationē ⁊ poſt. Secūdus vero modus
non fuit ab eterno. Et ſm iſtū habuit cogniti-
onē omniū eoꝝ que pertinebāt ad myſteriū
incarnationis: paſſionis: ⁊ redemptionis.
Scd̄m vero tertiū modū habuit cognitionē
omnium eoꝝ que pertinebant ad gloriā ſuā
⁊ ſuoꝝ. id eſt eorum que ordinantur ad illam.
Scd̄m vero quartū modū habuit noticiam
eoꝝ que cognouit Adam in ſtatu nature in-
tegre. Scd̄um quintum modum didicit mul-
tas penalitates ſm experientiā in affectiua,
quas tamen cognouit ſm alium modū ſcilicet
ſm gratiam cognitionis: que data eſt ſibi ꝑ
gratiam vnionis. Unde preſciuit illas ꝑ iſtā
gratiam. Sextus modus cognitionis eſt ad
cognoſcendū per experientiā: non vt prior qui
fuit affectiue ſed cognitiue ex ſenſu. Secū-
dum notandū eſt ꝙ cognitio in ſenſu per expe-
rientiam eſt duplex. Una cum res eſt in ſenſu
ſm ſimilitudinem. Alia cum res eſt in ſenſu
ſm formā. Aliter enim eſt ſimilitudo coloris
in oculo: aliter dolor. Jta duplex eſt cognitio
in xp̄o ſm experientiā. Prima q̄tum ad natu-
ram penalem. Secunda q̄tum ad ſpecialem
gratiam cognoſcendi res ſm naturā per pro-
ceſſum temporis.

Qd̄ aīa xp̄i eq̄ erat ſapiēs vt deus. Ca. III

TErtia cōcluſio dicit̄ cōditionis. Fuit nāq; ſcientia xp̄i magna ⁊ admirabi-
lis. Circa quā contingit dubitare: ſi fu-
it equalis ſcientie dei ex eo ꝙ Hugo de ſctō
Uic. ait. Anima xp̄i eque ſapiens eſt vt deus.
Ad qd̄ dicit Alex. in. iij. vbi. ſ. mē. vij. ꝙ eſt cō-
ſiderare diuinā ſciam ſm ꝙ dicitur reſpectu
ſui. Et ſic ſcia illa ē virtutis infinite. Et ſ; hūc
modū nihil eſt ei eq̄bile. Scd̄o ē ꝯſiderare di-
uinā ſciā; reſpectu creatoꝝ: ⁊ hoc tripliciter.

Primo reſpectu ad illud qd̄ ſcit̄.
Scd̄o reſpectu ad mediū ꝑ qd̄ ſcit̄.
Tertio reſpectu ad modū quo ſcit̄.

Et ad hoc ꝙ aliquid dicatur equale ſciētie
dei, oportet ꝙ equetur ſm hec tria: quod non

eſt poſſibile creature aliquo modo. Dicendū
ergo ꝙ comparatio ſciētie anime xp̄i habita
ad diuinā ſciam: ſm illud quod ſcit̄ eſt dicere
aīam xp̄i eque ſcire ſicut deus. q: ſcit oīa que
ſcit deus. Comparatiōe vero habita q̄tum ad
mediū ꝑ quod ſcit̄: vel q̄tum ad modum quo
ſcit̄: nō erit dicere equalitatē: quia deus ſcit
omnia ꝑ ſeip̄m: ſicut cauſa omniū. Anima vero
xp̄i nō ꝑ ſeip̄m cauſam: immo ꝑ cām deum.
Ecce ineq̄litas q̄tum ad mediū. Luculentior
eſt etiā cognitio dei q̄ cognitio anime xp̄i de
rebus oībus: quia deus ip̄e oēs res videt vt
in ſe: anima vero xp̄i nō vt in ſe ſ; vt in deo. ex
quo p; eq̄litas q̄tum ad modū. Non eſt ergo
abſurdū dicere dn̄m noſtrū ieſum xp̄m notici-
am habuiſſe ex lumine ſcīe ſue p̄ſtitiū p̄terito-
rum ⁊ futuroꝝ: qua ſcia ⁊ cognitione fiebat:
vt dolor ineſtimabilis ſemꝑ cruciaret animā
illius. Et vllo vnq̄ tp̄e inueniri nō potuit ſi-
ne merore: q̄ nūq̄ caruit clariſſima cognitōe.
Cogita anima mea quēadmodū ante oculos
xp̄i ſemꝑ erant pctā totius mūdi. Uidebat ip-
ſe quoſcunq; deū offendētes: qui fuerūt a p̄n-
cipio mūdi: ⁊ ſunt atq; erūt vſq; ad finē ſecli.
Uidebat ip̄e pctā omnia offendere deū ſūmū
bonū ⁊ infinitū. Uidebat ip̄e multitudinē eo-
rum qui ingrati erāt ſibi de beneficio incarna-
tionis. Uidebat numerū damnandoꝝ. Uide-
bat ſingulas penas: quas ſuſtinuerūt q̄libet
ſancti confeſſores ⁊ martyres: ⁊ ceteri quiq;
ob ſuū amorē. Uidebat quecūq; tormēta paſ-
ſionis ſue tp̄e ꝑ ip̄m ſuſtinēda. O q̄t ſuſpiria
ex fornaceo illo corde ſepiſſime ꝓrumpebāt.
O quot lachryme mitis ieſu faciē rigabant:
q̄n hec omnia ſimul cōtemplans in ſemetip̄o
dicebat. Ego carnē aſſumpſi vt pctm̄ deſtru-
erē: ⁊ ecce tot pctā multiplicant̄. Ego carnē
aſſumpſi vt ſpoliarē infernū: ⁊ ecce grandis
eſt numerus illoꝝ qui in illū ſunt adiudicādi.
Ecce carnē aſſumpſi vt ad paradiſum om̄es
reducerē cruciatibus meis. Paſſurus ſū; nā-
q; opprobria: infamiā: flagella: liuores: vul-
nera ⁊ mortē amaram. Et ecce quot a regno
celoꝝ expellent̄. O ingratiſſimi hoīes: o infi-
deles de vobis doleo: q: ad paradiſum nō ve-
nitis. O iudei ꝓ vobis affligor: quos infernus
ſuſcipiet. O xp̄iani falſi pro vobis contriſtor
quos ignis gehēne īdeſinēter exuret. O mēs
mea in ꝓfundo amaritudinis poſita. O mēs
mea anguſtijs vndiq; vexata. Si inimicos
meos cōſidero: ꝓ illis affligor. Si amicos in-
ſpicio. ⁊ illis ex pietate compatior. O ſtephāe
in amore meo eris lapidatus. Et tu laurenti
amore meo eris combuſtus. Et tu Sebaſtia-
ne eris ſagittatus. Et ſic de alijs dicere pote-
rat: quos in ſua mēte lucida colligebat. Com-
patere ergo anima domino noſtro ieſu xp̄o: ⁊
quem cum audis in aſſumpta natura omnia
ſciētem: ſcias etiam q̄ crebro dolentē: merē-
tem: lugentem: ſuſpirantē et lachrymantem.
Infige cordi tuo illius lachrymas ⁊ ſuſpiria:
vt ſic valeas ab ip̄o ſuſcipere grām: qui eſt be-
nedictus in ſecula. Amen.

Sabbato poſt dn̄icam tertiā aduentus de potentia chriſti. Sermo XXI

Jeſus potēter operans. Fructus XXI

MEdius autē ⁊c. Jterum vbi. ſ. Domini noſtri ieſu xp̄i
maieſtatē diuinitatis declarant
nobis opa illa miraculoſa: que non niſi ſuper-
naturali potētia fieri potuerūt: vt dictū eſt in
p̄cedētibus. Et q̄m poſſunt nōnulli eam po-
tentiā xp̄o tribuere in aſſumpta natura: qd̄
erroneū eſt dicere: idcirco in p̄nti ſermone de
potētia xp̄i dicturi ſumus. vt ita credamus de
xp̄o mirabilia facta: ꝙ ſemꝑ ꝯditiones ⁊ ꝓp̄e-
tates ſeruemus vtriuſq; nature. Nam certiſſi-
mū eſt ꝙ ſicut ſcia in xp̄o fuit admirabilis:
ita ⁊ potētia. Uerū ſcia fuit in eo ſm humani-
tatē ⁊ diuinitatē: vt diximus in anteriori ſmōe.
potentia vero in ip̄o eſt ſm diuinitatem. Ad
quod plenius intelligendū proponemus in
medio fructum qui eſt. Jeſus potenter ope-
rans. Pro cuius intelligentia tres concluſio-
nes erunt notande.

Prima dr̄ determinationis.
Scd̄a dr̄ negationis.
Tertia dicit̄ impreſſionis.

Qd̄ aīa xp̄i nō eſt oīpo̅s. Capl'm I

PRima cōcluſio dr̄ determinationis. In qua ſcire debemus de potentia xp̄i ſm doctores catholicos ꝙ aīa
xp̄i nō eſt oīpo̅s: ſicut notat̄ in. iij. ſenten. diſt.
xiij. Et rō huius eſt ſm Ric. ibidē art. v. q. i.
q: oīpotentia includit actiuā potentiā infini-
tam intēſiue: q: cum vnūquodq; agat ſm ꝙ
eſt in actu: ⁊ patiat̄ q̄tum eſt in potētia: q̄tū
res habet de actiua potentia: tantū habet de
actualitate: ergo potētia actiua infinita inclu-
dit actualitatē infinitā in habente illā poten-
tiam. Actualitas aūt infinita in nullo creatu-
ra eſſe poteſt: quia omnis actualitas creatu-
re cum poſſibilitate ꝑmixta eſt. Nō ois potē-
tia actiua q̄ aīe xp̄i dari potuit ſibi data eſt.
Dn̄s autem Boñ. diſ. xiij. tertij. arti. iij. q. iij.

ait ꝙ omĩpotētia cõicari nõ potuit alicui crea
ture: quia omĩs creatura eo ipſo ꝙ ex nihilo
eſt deficit a ſumma ſtabilitate. Un̄ q2 nõ exi-
ſtit per ſeipām deficit a ſumma ſimplicitate
vnde q2 nõ agit per ſe totā deficit a ſumma
maieſtate. vnde diſtare poteſt in ipſa virtus
a ſubſtātia. Et qm̄ p ſe nõ ſubſiſtit: nec in ſe ni
ſi ſuſtentef a diuina potētia: q2 nõ põt ſeipāʒ
ſuſtentare. ideo impoſſibile eſt ipſam eſſe omĩ
potentē. Rurſus qm̄ et ſeipā tota nõ agit: nõ
poteſt in totā rei ſubſtantiā: ⁊ ideo nõ poteſt
eſſe opš: cū non poſſit totū producere. Poſtre
mo quia virtus eius diſtat a ſubſtātia tātum
poteſt elongari ꝙ deficiet oīno: vñ nõ põt in
omĩa. Sicut igif ſoli deo cõuenit ſumma ſta-
bilitas: ſumma ſimplicitas: ſumma imēſitas:
ſic etiā oīpotētia: que neceſſario requirit iſta
tria. Unde nec aīe xp̄i: nec alicui creature põt
omĩpotētia cõicari: niſi dixerimus de aīa xp̄i
ꝙ ei omĩpotentia cõicaf eo modo: quo cõicaf
ei nomē excellentie diuinitatis: hoc eſt p cõi-
cationē idiomatū: que ortū habet ex pſonali
vnione. Sicut etiā poſſumus dicere ꝙ homo
eſt opš. Sed ↄtra hoc obijcif: q2 dicif Mat.
vlti. c. Data eſt mihi oīs poteſtas in celo ⁊ in
terra. Ubi glo. inquit. Nõ de coeterna patris
diuinitate: ſʒ de aſſumpta hũanitate dicit. Et
iterū glo. ſup illud Luc. i. hic erit magnus. di-
cit. Nõ ꝙ añ virginis partū magn⁹ nõ fuerit
ſed q2 potentiā quā dei filius naturaliter ha
bet: hõ ex tēpore erat accepturus. Ad hoc dic̄
Ric. ꝙ iſte gloſe intelligunf ſm illū modū lo-
quēdi quo idiomata cõicanf. Unde poſt v̄ba
glo. ſcd̄o allegate ſtatim ſubiūgif. vt vna ſit p
ſona hõ ⁊ deus: in quo ſatis daf intelligi ꝙ il
le hõ ideo dicif opš q2 eſt deus.

Qd̄ in xp̄o nõ eſt potētia peccādi. Ca. II

SEcūda ↄcluſio dicif negatiõis. Nam
negamus in xp̄o potentiā peccādi. ſi-
cut vult Anſelmus li. cur de⁹ homo:
et oēs doc. in. iij. di. xij. Qd̄ declarās Ric. ar.
ij. q. i. ait ꝙ xp̄s peccare nõ potuit: nec inquā-
tū deus: vt p ſe patet: nec inquātū homo: quia
erat ↄprehēſor. Et ſicut angeli boni peccare
nequeūt: ita etiā nec ipſe. Nõ potuit etiā pec-
care inquātū homo viator: q2 qñ mā eſt ſub a
liqua forma cuius actualitas equat ⁊ implet
totā capacitatē ⁊ poſſibilitatē totius materie:
nõ eſt poſſibilis ad cõtrariā puationē. vt patʒ
in materia cuiuſcūqʒ corpis celeſtis: ſed xp̄s
etiā inqtū viator tantā hūit gr̄e plenitudinēʒ
ꝙ equabat ⁊ implebat totā capacitatē aīe ſue
Et ideo non fuit poſſibilis ad ↄtrariā priua-
tionē: q̄ eſt per pctm̄ ſicut per ſimile eſt decla
ratū. Sed notandū ſm Boñ. vbi. ſ. ar. ij. q.
ij. ⁊ Alex. in. iij. q. xiiij. mē. i. ꝙ potētia peccādi
dr̄ dupliciter. Uno mõ potētia qua peccatur.
Et ſic noīat ipm̄ liberū arbitriū creatū: qd̄ qui
dem põt in bonū adiutū gratia. Et q2 p ſui na
turā eſt defectiuū. hinc eſt ꝙ illa potētia ſiue
facultas dici poteſt potētia bñfaciēdi ⁊ potē
tia peccādi. Nullus em̄ peccat niſi p illā. Alio
modo potentia peccādi dicif potentia ordina
ta ad peccandū: vt illa potētia noīat mediū in
ter ſubſtantiā ⁊ pcti actū per qd̄ ſubſtātia illa
poſſit exire in peccati ppetrationē. Primo mõ
potētia peccādi fuit in xp̄o: q2 vt dicit Dama-
ſcenus: oīa que in nr̄a nā plātauit deus: aſſū-
pſit dei verbū. Si v̄o potētia peccādi dicif po
tentia ordinata ad pctm̄ ppetrādū: ſic nõ eſt
ↄcedendū ꝙ xp̄s habuerit potentiā peccandi
pro eo ꝙ peccare nõ potuit. Talis em̄ ordina
tio: imo deordinatio diminuit de plenitudine
libertatis. Qd̄ vt clarius vno v̄bo intelligam⁹
dicimus ꝙ xp̄s habuit potentiā peccādi ex eo
ꝙ habuit liberū arbitriū: qd̄ tñ ppter plenitu
dinē gr̄e nõ poterat a bono deficere: ⁊ ita nec
peccare. Et ſi dicaf ꝙ ſi xp̄us nõ põt peccare:
ex neceſſitate cõſeruat iuſticiā: ergo nõ eſt lau
dandus de iuſticia: q2 vt inqt Zach. vi. dinaꝝ
inſtitutionū aduerſus gētes. Nulla laus ē nõ
facere qd̄ facere nõ poſſis. Ad h̄ rn̄det Alex.
vbi. ſ. ad. iij. ar. ꝙ ē qdā neceſſitas coactiõis
et ꝓhibitionis. Et cū aliquod bonū fit ex hu
iuſmodi neceſſitate nõ debef laus facienti illd̄
q2 iſta tollit voluntatē. Et eſt neceſſitas imu-
tabilitatis. Et iſta nõ tollit volūtatē nec lau-
dem: ſed ponit imutabilitatē voluntatis i bo-
no: ⁊ h̄ mõ dr̄ de⁹ ex neceſſitate eē bonus ⁊ bo
na queqʒ facere: ſicut ſcribit Hiero. ad Pauli
nū dicens. Bon⁹ eſt de⁹ ⁊ oīa quecūqʒ facit bo
na ſint neceſſe eſt. Tali ergo neceſſitate ſecun-
do mõ dicta xp̄s ſeruauit iuſticiā. De q̄ dicit
Anſel. ꝙ improprie dicif neceſſitas: eo ꝙ nõ
eſt ibi coactio nec ꝓhibitio. Et ſic pʒ ꝙ ſicut de
us maxie laudādus eſt de bonis q̄ hʒ ⁊ ſuat:
ita ⁊ dñs Jeſus xp̄s: q2 peccare nõ potuit.

Qd̄ aīa xp̄i diuā v̄tute poterat in iſtis infe
rioribꝰ vltra opera nāe. Caplm. III

TErtia ↄclo dr̄ impſſionis. In qua ple
riqʒ querere ſolēt ſi aīa xp̄i poſſet face
re mediāte ope nāe impſſiones: que
p naturā fiūt in iſtis inferioribꝰ: q2 ex qbuſdā
ſanctoꝝ dictis ⁊ rationibus videf ꝙ ſic. Naʒ
dicit Joh. Dama. lib. iij. c. xv. loquens de xp̄o
Supra hominē que hominū ſunt agebat. Et

ponit exemplū de ambulatione ſup aquas. er
go videf ꝙ hoc fecerit p naturā humanā ſup
naturaliter ſublimatā. Ergo pari rõne anīa
xp̄i poſſet facere nõ mediāte natura impſſiões
quas fecit natura. Ad hāc queſtionē dixe-
runt aliq̄: ꝙ qūuis aīa humana p ſuā naturalē
virtutē nõ poſſet facere tales impreſſiones:
tñ aīa beata ⁊ maxime aīa xp̄i ꝓpt excellētiā
ſue beatitudinis ⁊ ꝓpter excellentiā ſue actu
alis exiſtentie poſſet facere tales impreſſiões
nõ mediante opere nature. Un̄ iſti plene con-
cedūt ꝙ ipſa poſſʒ hāc materiā trāſmutare ad
formā ſubſtantialē ⁊ accidentalē mõ ſublimi
ori q̄ trāſmutef ope nature. Sed ↄ videf
poſſe argui p euāgeliū ⁊ per ſctõs: q2 p mira
cula que faciebat xp̄s oñdit ſe deū eſſe. Que p
batio nõ fuit efficax: ſi illa fieri potuiſſent crea
ta virtute: qūuis aūt p beatitudinē anie xp̄i ⁊
ſuā exiſtētiā in v̄bo ſit in ea ſupnaturalis vir
tus: tñ nõ tranſcēdit terminos virtutis crea-
te. Ideo dicendū ꝙ qūuis xp̄s: q2 eſt de⁹ ⁊ ho-
mo: poſſit rõne diuine potētie pdictas impſ-
ſiones facere nõ mediāte opere nature: ⁊ que
cūqʒ alia que ↄdictionē nõ includūt: tñ ei⁹ ani
ma hoc nõ põt. Un̄ Ric. i. li. de trini. ait. Illa
ſigna ⁊ prodigia q̄ facta fuerūt ad cõfirmati-
onē fidei noſtre: nõ niſi diuina virtute fieri po
tuerūt. Unde intelligendū eſt verbū Dama-
ſceni: quia in illo vult dicere ꝙ xp̄s qūuis eſſet
homo faciebat per diuinā virtutē opera exce-
dentia virtutē humanā. Et ꝙ iſte fuerit intel-
lectus eius patet: q2 poſt illa verba: paucis in
terpoſitis ſic dicit. Nõ em̄ homo erat ſed deus
homo. Iſta ergo que ſupradicta ſunt de potē-
tia xp̄i catholice tenere debemus: quē cūʒ deū
verū ⁊ hoēm profiteamur: nõ irrationabiliter
dicimus ꝙ poteſtatē habet ſaluandi ⁊ dam-
nandi: mortificare ⁊ viuificare: deducere ad
inferos ⁊ reducere. Cui omēs debemus gl'iaʒ
⁊ honorē per infinita ſcl'a ſcl'oꝝ. Amen.

Dñica quarta aduētus de clamore Johis
qualr ↄgruo tpe xp̄m clamitat. Ser. XXII
Jeſum Johes clamitat. Fruct⁹. XXII

FActum eſt verbum

domini ſuper Joannē zacharie fi-
lium in deſerto. Scribunf hec ver-
ba Luc. iij. c. ⁊ in euāgelio preſentis dominice
Exiuit precurſor dñi dilectus Joannes bapti
ſta in ſolitudinē deſerti a teneris annis. ibiqʒ
cõuſat⁹ eſt vſqʒ ad etatē maturā. Quare fa-
ctum eſt vt xp̄ʒ quē in vtero matris exiſtens
exultando ſalutauerat: toto illo tpe nunq̄ vi
derit. ſicut patere poteſt ex illo v̄bo Joh. i. Et
ego neſciebā eū. Spirituſancto in eū venien-
te xp̄m publice diuulgare cepit: ipm̄ predica-
bat ⁊ demonſtrabat ſaluatorē ſeculi: prout te-
ſtatur lectio euāgelica hodierna: que nõ im-
merito a nobis diligēter eſt ponderanda ⁊ ex
amināda. Pro cuius declaratiõe occurrit no-
bis cõſuetus fructus qui eſt. Jeſum Joannes
clamitat. Pro quo tres ↄcl'ones ponemus.

Prima dr̄ tpis opportunitas.
Scd̄a dr̄ pſone dignitas.
Tertia dr̄ clamoris qualitas.

Qd̄ tps in quo Johes xp̄m clamitabat fu-
it opportunū. Caplm. I

PRima ↄcluſio dicif temporis oppor
tunitas. Notaf em̄ in prima pte euā-
gelij opportunitas tpis in quo xp̄us
in mundū veniens a Joāne baptiſta eſt pre-
dicatus. Dicit nanqʒ euangeliū. Anno. xv. im
perij Tiberij ceſaris: procurante pontio pila-
to iudeā: tetrarcha aūt galilee Herode. In q̄-
bus v̄bis tria tpa deſignanf.

Primū vniõis romani imperij.
Scd̄m partitiõis regni iudaici.
Tertiū diuiſionis ſacerdotij.

Primū tps quod hic deſignaf dicif vnio-
nis romani imperij. Naʒ vt colligif ex dictis
Liuij Oroſij Eutropij ⁊ alioꝝ qui romane rei
publice geſta cõſcripſere: romani orbis dñiuʒ
appetētes vſqʒ ad Octauiani tempora bellis
prouincias varias edomādo: regimen in vr-
be pro reipu. ſtatu ſepenumero mutauerunt.
Nam primo regnauerunt ibi reges videlicet.
Romulus. deinde Numa Põpilius: q̄ leges
romanis inſtituit: poſt hūc Tullus Hoſtilius:
qui albanos vicit: veientes ⁊ fidennates: cui
ſucceſſit Ancus martius: q̄ dimicauit cõtra la
tinos ⁊ montē ianiculū ciuitati adiecit. poſt
ipm̄ Tarquin⁹ Priſcus: qui ludos romanis
inſtituit. vicit ſabinos: primuſqʒ triūphans
romā intrauit. Poſt cuius obitū ſecutus eſt.
Seruius Tullus. Tandē fuit Lucius Tarqui
nus ſuperbus: qui primus excogitauit vincu-
la carceres ⁊ faſces: ⁊ propter ſtuprū Lucretie
vxoris collatini. xxxv. anno regni ſui cū vxore
⁊ liberis expulſus eſt. Et per hos reges regna
tum fuit annis. ccxliij. cum adhuc Roma vix
vſqʒ ad. xvij. miliariū poſſideret. Poſt reges cõ
ſules regnare ceperūt: duo hac de cauſa creati
ti: vt ſi vnus malus eſſe voluiſſet: alter habēs
poteſtatē potuiſſet eū ꝓhibere. Et placuit ne
imperiū longius q̄ p annū haberēt: ne ꝓpter
diuturnā ptātē inſolētiores redderenf: ſʒ an-

nales ſemꝑ eſſent: qui ſe poſt annū ſcirent eē
ꝑnandos. Habuerūt ergo romani pmo āno
Luciū Juniū Brutum ⁊ Tarquinū collati
num conſules. Et cum ammoueretur tarqui
nus collatinus, eodeꝫ anno factus eſt conſul
Lucius Ualerius publicola. Et ſic vſqꝫ ad annū
trecēteſimum ⁊ vltra ab vrbe cōdita durauit
imperiū conſulare. Poſt quod ꝑ duobus con
ſulibus facti ſunt decem: qui ſniam ⁊ ptātem
haberēt. A quibus ſecūdo anno hec poteſtas
ſublata eſt: ex eo ꝙ Appius Claudius vnꝰ ex
decem filiam cuiuſdā ꝟginem voluit corrum
pere. Reſtitutū eſt igiẜ imperiū conſulare: et
vſqꝫ ad ambo bella inter Ceſarē ⁊ Pompeiū
geſta nullus vnꝗ̄ fuit: qui nec vrbi nec orbi ꝑ
ſe imparet. Sed Julio ceſare interfecto: octa
uianus imperiū ſumpſit. quia vt dicit Sene-
ca in pmo li. de queſtionibus naturalibus, et
Plutarchus de vita ⁊ obitu Cicerōis: nepos
erat Julij ceſaris: eiuſqꝫ filius adoptiuꝰ: queꝫ
ceſar heredem in teſtamēto reliqt. Hic Octa
uianus: vt dicit Suetonius regnauit annis
lvi. Duodecim cum marco Antonio, et. xliiij.
ꝑ ſe. Qui ſedatis omnibus bellis: orbē totum
ſuo ſubiecit imperio: cūctis inimicis ⁊ turba-
tionibus romanoꝝ deuictis. Huic ſucceſſit in
imperio Tiberius, cuius tempe romanorum
imperiū ſolidum erat ⁊ vnitum, cuius anno
xv. imperij Johānes xpm incepit predicare.
Quod quidē tempus merito hic aſſignaẜ vt
notareẜ ꝙ gētiles erant ad fidē xpi reuocādi
Unde Grego. in omel. ait. Redēptoris pcur
ſor qui tempe ꝟbum pdicationis accepit me
morato romane reipublice pncipe. ⁊ iudee re
gibus deſignaẜ: cum dr anno. xv. ⁊c. Qr eniꝫ
illum pdicare venerat: qui ex iudeis quoſdā.
⁊ multos ex gētibus redempturus erat ꝑ re-
ges gētium: ⁊ pncipes iudeoꝝ predicationis
eius tempa deſignanẜ. Quia autē gentilitas
colligēda erat: ⁊ iudea ꝑ culpa pfidie diſpgē-
da: ipa quoqꝫ deſcriptio terreni pncipatꝰ oſtē
dit: qm ⁊ in romana repu. vnus pfuiſſe deſcri
biẜ: ⁊ in iudee regno ꝑ quartā partē plurimi
pncipabanẜ. Ad hoc etiā inqt Origenes. In
ꝓphetico quidē ſmone ſolis iudeis pdicato
ſolum iudeoꝝ regnū deſcribiẜ. Uiſio inqt eſa
ie in diebus Ozie Joathan Achaꝫ ⁊ Ezechie
regū iuda. Et in euāgelio qd erat pdicādū in
vniuerſo mundo dñium deſcribiẜ Tiberij ce-
ſaris: qui totius orbis dñs videbaẜ. hec Ori
genes. Scdm tempus quod hic deſignatur
diciẜ partitionis regni iudeoꝝ. cum ſequitur
in euangelio. Procurante pontio pilato iude
am ⁊c. Ubi Beda ait. Pilatus equidem. xij.
anno Tiberij ceſaris in iudeā miſſus ꝓcura-
tioneꝫ gentis iudaice ſuſcepit: atqꝫ ibi ꝑ de-
cem annos ꝯtinue vſqꝫ ad ipm pene finē Ti
berij perdurauit. Herodes autē ⁊ philippus
⁊ Liſanias filij ſunt herodis illiꝰ ſub quo do-
minus natus eſt. Inter quos ⁊ ipm herodeꝫ
Archelaus frater eoꝝ decem annis regnauit
Quia vero a iudeis apud auguſtū criminatꝰ
eſt: apud Uiennam exilio perijt. Regnū aūt
iudee quo minus validum fieret, idem Augu
ſtus per tetrarchas diuidere curauit. Hec Be
da. Uerūtamen de Liſania dicunt aliqui ipꝫ
non fuiſſe filiū herodis: ſed magis ptolomei
qui ſub monte libano habitabat. ⁊ alexandre
filie Ariſtoboli qui de Machabeis deſcende
rat. Tetrarcha autem idem eſt quod pnceps
quarte partis. Nam regnum ipoꝝ iudeoruꝫ
in quattuor partes erat diuiſuꝫ: ſcꝫ iudee: ga-
lilee: ituree: ⁊ abiline. Quibus pfuerūt qttuor
ſcꝫ Pilatus tenens locum impatoris ſup iu-
deam, et herodes qui erat tetrarcha. i. prin-
ceps galilee. ⁊ philippus q̄ erat tetrarcha itu
ree ⁊ traconitidis regionis. ⁊ Liſanias qui te
trarcha abiline. Abilina eſt nomen regionis.
Non aūt ſine cauſa factū eſt ꝙ tot principes
imperarēt iudeis eo tempore quo xps venit
in mundum. Ait nāqꝫ Gregorius in omelia.
Quia enī iudea erat ꝑ culpa perfidie diſpgē-
da: in iudee regno per quartā parteꝫ plurimi
pncipabanẜ. ſm illud. Omne regnuꝫ in ſeip
ſum diuiſum deſolabiẜ ⁊c. Tertium tempus
quod hic deſignatur dicitur diuiſionis ſacer-
dotij: cum ſubditur. Sub principibus ſacer-
dotum Anna et Caipha. Super quo verbo
ait Beda. Ambo incipiente predicatione Jo
hannis id eſt. Anna et Caiphas principes
fuerunt ſacerdotum: ſed Anna illuꝫ annum
Caiphas vero eum quo dominus aſcendit
crucem adminiſtrabat: tribus alijs in medio
pontificatu perfunctis. Uerum hi maxime q̄
ad domini paſſionē pertinent ab euangeliſta
commemoranẜ. Legalibus nāqꝫ tunc prece-
ptis vi ⁊ ambitione ceſſantibus: nulli pontifi
catus honor vite vel generis merito redde-
baẜ: ſed romana poteſtate ſumma ſacerdotij
preſtabatur. Hec Beda. Quare autem tale tē
pus in euangelio notatur, rationem aſſignat
Gregorius in omelia: dicens. Et quia Johā-
nes illum predicauit qui ſimul rex ⁊ ſacerdos
extitit: Lucas euangeliſta pdicationis eius
tempora non ſolum per regnum: ſed etiam ꝑ
ſacerdotium deſignauit.

Qd pſona ioħ erat digniſſima. Ca. II.

s Ecunda concluſio dicitur perſone di
gnitas. Que notatur in verbis euā
gelij: cū dicitur. Factū eſt verbū dñi
ſuper iohannē zacharie filiū in deſerto. In qꝫ
bus tria notari poſſunt.

Primū eſt diuina inſpiratio
Secūdū eſt iohānis cōmēdatio.
Tertiū eſt loci deputatio.

Primum eſt diuina inſpiratio. qr factū eſt
verbū dñi. Nā Johannes baptiſta non cepit
predicationis officiū preſumptuoſe: ſed a ſpi
ritu ſancto celitꝰ inſpiratꝰ. Unde Chryſo. ſup
hoc paſſu ait. Uerbū dei hic mandatū dicitur:
qr nō a ſe venit zacharie filiꝰ: ſed deo ipm mo
nente. Secundū qd notaẜ hic dr iohānis
cōmendatio: qr diciẜ. Sup iohannē zacharie
filiū. Ubi nobilitas deſignaẜ: qr erat ex gene
re ſacerdotali ⁊c. Tertiuꝫ qd hic notaẜ eſt
loci deputatio, qr ſubiungiẜ. In deſerto. Ubi
Theophilus ait. Per totū tpus preteritū oc-
cultus fuit iohannes in deſerto: vt nulla ſuſpi
tio naſcatur in hominibus ꝙ gratia affinitatis
ad xpm vel cōuerſationis a teneris annis di
uina de xpo teſtaretur. Ex quibus verbis nos
moraliter inſtruimur: ꝙ ſi verbū dñi. i. inſpi-
rationē diuinā ſuper nos fieri volumus: tria
debemꝰ habere. Primo humilitatē cū qua ha-
bitat gratia. iuxta illud Jaco. v. Superbis deꝰ
reſiſtit: humilibus aūt dat grām. Nā Johan-
nes interpretatur vas gratie. i. ille in quo eſt
gratia. Secundo debemꝰ habere memorie vi-
uacitatē. Zacharias nanqꝫ memorans dñm
interpretatur. Tertio debemꝰ habere pnie ri-
giditatem, vt ſcꝫ ſimus in deſerto pnie. Nam
Matth. iij. ⁊. iiij. diciẜ. Pniam agite: appro-
pinquabit enī regnū celoꝝ. Non equidē erat
iohannes in voluptatibus ſeculi: non in deli-
cijs mundi: non in gaudijs huius tpis: ſed in
ſolitudine deſerti. Naꝫ quanto quiſqꝫ magis
ſe elongat a delectatione ſenſuū exterioꝝ: tan
to plus attingit ad intelligentiā ⁊ lumē ſecre-
toꝝ dei. Non miremur inquā non miremur: ſi
falſi xpiani de deo non bene ſentiant: quia ine
briauit eos fallax grā tpaliū bonorū: quibus
nō ſapiūt ea que dei ſunt.

Qd iohannes venit predicare in omnem
regionem iordanis. Caplm III.

t Ertia ꝯcluſio dr clamoris qualitas
In qua notare debemꝰ ſm euāgelij
ſeriē ꝙ iohānes venit in oēm regio
nem iordanis: vt dicit Nico. de lira. Exiuit in
deſerto vbi pauci habitabant: ⁊ venit ad loca
magis habitata: vt plures poſſent ad eiꝰ pre-
dicationē venire ⁊ ab eo baptizari. Ibiqꝫ cla
mando tria ſingulariter predicabat.

Primo baptiſmi efficaciā
Scdo vie mūdiciā
Tertio ſalutis noticiā

Primo predicabat baptiſmi efficaciā. Di-
citur enim in textu euangelij. Predicans ba-
ptiſmum penitentie in remiſſionem peccato-
rum. Que verba ſm ꝙ Nicolaus de lira ſu-
per. c. i. Luce videtur dicere: poſſunt dupliciẜ
intelligi. Uno modo pro baptiſmo Johannis
quo lꝫ non dimitterentur peccata: tamen ſu-
ſceptio illius baptiſmi erat quedam proteſta
tio agendi veram penitentiam: per quam ipa
peccata dimittuntur. Alio modo poteſt intelli
gi de baptiſmo chriſti cuius virtute peccata di
mittuntur. Et quia tale baptiſma Johannes
dare non poterat: ideo predicabat dandū per
chriſtum in proximo venturum. Secundo
predicabat vie mundiciam dicens. Scriptuꝫ
eſt in libro ſermonum Eſaye prophete. Uox
clamantis in deſerto. Parate viam domini:
rectas facite ſemitas eius. Omnis vallis im-
plebitur: ⁊ omnis mons ⁊ collis humiliabi-
tur: ⁊ erunt praua in directa ⁊ aſpera in vias
planas. Hec autem habentur Eſaye. xl. c. que
ad litterā chriſto predicanti conueniunt. Nā
Amb. dicit. Bene vox diciẜ iohānes verbi nū
cius: ex eo ꝙ ipe manifeſtauit verbū incarna
tum: cui dicebat viam eſſe parandam. Nam
ſi bene cōſideremus: ipſe erat orbis conditor
totiuſqꝫ vniuerſi gubernator ⁊ rector: quem
ſuſcipere omēs debent cū diligenti preparatio
ne. Hinc eſt ꝙ Amb. in ſermone tertie dñice
de aduentu dicit. Oportet nos eſſe omni ſan-
ctitate puros: mundos pudicitia: nitidos ho
neſtate. Et Origenes ſuper his verbis ait. In
corde noſtro via paranda eſt domino. Ma-
gnum enim eſt cor hominis ⁊ ſpacioſum: ſi ta
men fuerit mundū. Nec in corporis quantita
te: ſed in virtute ſenſuū magnitudinē eius in
tellige que tm̄ ſcientiā capiat veritatis. Pre-
para ergo in corde tuo viam domino per con
uerſationem bonam: ⁊ egregijs vel perfectis
operibus dirige ſemitā: vt in te ſermo dei abſ-
qꝫ offenſa perambulet. hec ille. Et certe quod
iohannes predicabat populis circa iordanē:
eccleſia hoc tempore ſacratiſſimo fidelibus ſu
is commemorat: vt omnes ſe preparent pro
futura ſolennitate domini noſtri ieſu chriſti.
Cui grati ſunt illi qui ſibi naſcenti ſeipſos
preſentaut penitentia candidatos: decora-

tes virtutibus: ⁊ deuotione feruentes. O temeraria xp̄ianoꝝ corruptela, o reprehenſibilis conſuetudo, o deteſtabiles mores. Tūc nāq; magis offenditur xp̄s cū magis eſt honorandus. In ſequenti em̄ feſtiuitate multiplicantur vanitates: pompe: ſolacia: inepte leticie: ioculationes: lenocinia: comeſſationes: ebrietates: vaniloquia: vſure: periuria: mēdacia: prohibiti ludi: ⁊ quod horrendū eſt: impudenter: inuerecunde: publice impia blaſphemia dei audietur in nocte natiuitatis dn̄i. Nā paſtores erunt laudantes ⁊ glorificantes deū ſed tot ⁊ tanti viri mulieres iuuenes ⁊ ſenes: deū celi erunt maledicentes. O celi quomodo non abſconditis faciē veſtrā a nobis? O ſol quomodo non abſcondis lumen tuū? O planete quō non retrahitis lumen veſtrū? O terra quomodo non contremiſcis? O homines iuſti ⁊ pij quomodo nō fletis in tam execrāda iniuria creatoris? Naſcitur xp̄s paruulus humilis: pau[pe]r: lugens in preſepio pro ſalute hoim̄: ⁊ ecce blaſphematur. Nō eſt hec via vt eius gratia nos dignos reddamus. Inq̄t em̄ ap̄ls ad Roma. xiij. Abijciamus opa tenebrarū ⁊ induamur arma lucis: vt in die honeſte ambulemus. Nō in comeſſationibus ⁊ ebrietatibus: nō in cubilibus ⁊ impudicicijs: nō in contentione ⁊ emulatione: ſed induimini dn̄m noſtrū ieſum xp̄m. Uidemus nāq; in xp̄o factū eſſe quod in ꝓphetia per Iohannē allegata continebatur. Humiles em̄ qui per valles intelliguntur impleti ſunt donis ſpūalibus. Montes q̄ ſunt ſuperbi tyranni: ſicut fuit Herodes: Nero: Domucian⁹: Diocletianus: ⁊ alij xp̄m perſequentes humiliati ſunt. Corda praua directa ſunt: ſicut fuit in Maria magdalena pecc[a]trice, in Mattheo: publicano: ⁊ ceteris ad xp̄m conuerſis. Corda aſpera ⁊ contra xp̄m indurata mollificata ſunt ⁊ deducta in vias planas, ſicut patet in Paulo. Si ergo xp̄s eſt qui grām donat: rebelles reprimit: peccata dimittit: ⁊ duros ſua pietate mollificat: ip̄z amare: ip̄m timere tenemur: ⁊ dignū ſibi habitaculū in noſtra mēte preparare. Tertio predicabat Iohannes ſalutis noticiā q̄n dicebat. Uidebit oīs caro ſalutare dei. Ubi Chryſoſto. ait. Oſtenditur hic q̄m ad fines mundi diffundetur euangelij virtus atq; cognitio. Greg. in omel. ait. Omnis caro. i. omnis homo ſalutare dei. i. xp̄m in hac vita videre non potuit. Propheta ergo oculū ad extremū iudicij diem tendit: quando hunc omnes ⁊ electi ⁊ reprobi pariter videbunt, hec Greg. Nos itaq; (qui xp̄m per fidē videmus) conemur ita ſeruire: vt mereamur ip̄m aſpicere glorioſum cū plenitudine oīm nr̄oꝝ deſiderioꝝ in felici illo regno: in quo ipſe viuit per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

¶ In natiuitate dn̄i noſtri ieſu xp̄i: de poſſibilitate qualitate ⁊ iocunditate incarnationis verbi dei. Sermo XXIII.

Ieſus letanter naſcitur. Fructus. XXIII.

Euangelizo vobis

gaudiū magnū quod erit omni populo: quia natus eſt vobis hodie ſaluator mundi: qui eſt chriſtus dominus in ciuitate dauid. Scribuntur hec verba Luc. ij. ⁊ in euāgelio prime miſſe huius ſacratiſſime ſolēnitatis. Dies hic celeberrim⁹ dilectiſſimi in xp̄o ieſu ſumma cū deuotiōe eſt excolend⁹: in quo ſancta mater eccleſia recolit myſteria iocundiſſima natiuitatis ſaluatoris noſtri ieſu xp̄i. Quid nanq; dulci⁹ pōt audiri: q̄d ſuauius: quidve mirabilius q̄ꝙ ieſus xp̄s fili⁹ dei in bethleē naſcitur? Currite gentes ⁊ venite oēs cū paſtoribus ad videndū dei filiū pro nobis peccatorib⁹ in preſepe natū. Hoc ſit nobis hodierna die ſtudiū ⁊ magnificētia: vt natiuitatē ieſu xp̄i pie ardenter atq; affectuoſe contemplari velimus. Inuigilent ſenſus noſtri ⁊ puerulū xp̄m ieſum ſuſcipiamus reuerēter. De quo in preſenti ſermone dicere volentes fructū proponimus: qui eſt. Ieſus letāter naſcitur. Quod angelus teſtificat⁹ eſt in verbis ꝓpoſitis in themate: in quibus naſcentis xp̄i gaudiū exp̄mitur. Ubi ⁊ nos tria myſteria contemplabimur.

Primū dr̄ incarnatiōis poſſibilitas
Secūdū dr̄ natiuitatis q̄litas
Tertiū dr̄ natiuitatis iocūditas.

¶ Qđ incarnatio xp̄i eſt poſſibilis. Cap. I

Primum myſteriū dr̄ incarnationis poſſibilitas. In quo explicem⁹ cōtra nōnullos impie ſentientes ꝙ deū incarnari fuit ipoſſibile. Qđ autē hoc ſit falſum p̄z: q: ſuū oppoſitū eſt verū. Et hoc tāgitur a doctorib⁹, videlʒ ſctō Tho. ⁊ beato Bon. in. iij. ſniaꝝ di. i. ar. i. q. i. ⁊ ꝓbatur ip̄m poſſibile eſſe incarnari tribus rōnibus.

Primo rōne oīpotentie
Scđo rōne excellētie.
Tertio rōne ꝯuenientie.

¶ Primo ꝓbatur rōne oīpotētie. Nā de⁹ cum ſit omp̄s: pōt om̄e illud q̄đ nec ꝯdictionē includit nec aliquem defectū in deo ponit, ſm̄ illud

Luce. i. Non erit impoſſibile apud deū omne verbum. Sed deū humanā naturā aſſumere nec includit ꝯdictionē nec in deo aliquē defectum ponit. Nam diuinā naturā vniri humane in vnitate pſone nō eſt aliud q̄ꝙ diuinā pſonaʒ que ab eterno fuit hypoſtaſis reſpectu diuine nature: eſſe hypoſtaſiʒ reſpectu humane nature in tp̄e. Hoc aūt nō dicit aliquā impfectionē: ſʒ potius dignitatē ⁊ nobilitatem. Sicut enī cum deus ſit ens ab eterno, i[n] nullo fit derogatio bonitati ſue: dum eſt cauſa bonitatis creature create in tp̄e: q̄uis bonitas creata lōge ſit inferior bonitate increata. Sic etiā pſona filij dei cū ſit hypoſtaſis intellectualis et ſpūalis et increata ab eterno: in nullo derogat ſi ſit hypoſtaſis rōnalis nature create in tempe. Et quēadmodū deus de nō creāte fit creās in actu abſq; aliqua ſui mutatiōe vel innouatione: ſed ſolū facta mutatione ex parte nature create: ſic pſona filij dei que nō erat hypoſtaſis hūane nature in actu: hʒ eſſe ei⁹ hypoſtaſis abſq; aliq̄ ſui mutabilitate ſolū facta mutatiōe ex pte nature aſſumpte. Et quēadmodū deus eſt in creatura p eſſentiā ⁊ p p̄ntiā ⁊ p potētiā ⁊ in nullo depēdet ab illa ſʒ potī⁹ depēdet creatura ab ip̄o tāq̄ a cauſa ꝯſuāte ⁊ ſuſtētante: ſic ⁊ deus cū eſt in creatura rōnali p vnionē nō depēdet ab ip̄a. ſʒ potius ecōuerſo: q: hʒ ſuſtentari in illo: ſic natura hʒ ſubſtantificari in pſona. Scđa rō dr̄ excellētie. Nam vt ait Hilari⁹. Plus pōt de⁹ facere q̄ꝙ homo dicere vel intelligere. Sed hō pōt dicere vel intelligere rōnabilr deū hūanā naturā aſſumere: ḡ multo magis deus pōt h̄ facere. Intelligat nāq; hō congruū fuiſſe deū incarnari. Tum ꝓpter ſue potētie ſapie ⁊ bonitatis eminentē manifeſtationē: que quidē facta eſt in humani generis ſuſceptiōe. Tum ꝓpter operū diuinoꝝ excell[en]tē ꝯſummationē que eſt facta cum vltimū ꝯiūctū eſt p̄mo. Tum ꝓpter hūilē pc̄ti ſolutionē ad liberatōeʒ hoīs captiui: q: ſola pſona diuina erat q̄ prepōderabat toti hūano generi. Tertia rō dr̄ ꝯuenientie. Nam eoꝝ eſt facilis vnio: que ad inuicē ſimilitudinē habēt. Sed hō eſt creat⁹ ad ſilitudinē ⁊ imaginē dei, vt dr̄ Gen̄. p̄mo ergo humana natura diuine aliquo modo ē vnibilis in pſona. Et ſi dr̄ ꝙ nulla pōt eſſe vnio inter illa inter q̄ nulla eſt ꝓportio: ſed dei qui eſt īfinitus ad creaturā q̄ eſt finita nulla eſt ꝓportio, ergo nulla pōt eſſe vnio. Ad hoc dicendū ꝙ duplex eſt ꝓportio. Una q̄ attēditur in ꝯuenientia ordinis. Alia que attenditur in cōmenſuratione qnātitatis. Cum ergo dr̄ ꝙ omne vnibile eſt ꝓportionabile ⁊c. dicendū ꝙ verū eſt ſi intelligatur de ꝓportione q̄ attenditur in ꝯuenientia ordinis. Si aūt intelligatur de ꝓportione que eſt in cōmenſuratione quātitatis: nō habet veritatē ꝓ eo ꝙ ſi aqua maris infinita eſſet adhuc poſſet ſpongia immergi: ſicut nūc immergeretur. Et ideo ſufficit ad vnionē ꝓportio q̄ cōſurgit ex ꝯuenientia ordinis. Et talis eſt ꝯuenientia que eſt inter creaturā rōnalem ⁊ deum: pro eo ꝙ creatura rationalis eo ipſo ꝙ eſt imago dei: nata eſt ordinari in ipſa. Diximus qualiter doctores theologici poſſibilitatem incarnationis oſtendunt: quod a nobis non eſt curioſe inueſtigandum: ſed mente potius affectuoſe recolendum.

Quo tempore ⁊ loco ⁊ qua paupertate xp̄s natus ſit. Caplm̄ II

Secundū myſteriū dr̄ natiuitatis q̄litas. In quo conſiderare debem⁹ q̄lit̄ xp̄s natus deſcribitur ab euangeliſta Ex cuius conſideratione tres cōditiones xp̄i naſcentis colligimus.

Prima dr̄ temporalitas.
Scđa dr̄ localitas.
Tertia dr̄ paupertas.

Prima conditio dr̄ tempalitas. Deſignatur nāq; in euāgelio ꝙ xp̄s natus eſt Octauiani impatoris tp̄e. Qui vt ſcribit Suetonius et Eutropius nat⁹ eſt in veletrano oppido. viij. kal. ſeptēbris ex p̄re Octauiano ſenatore et matre Actia nepte Iulij ceſaris genita ex Iulia ſorore: q̄ nupſerat L. Balbo. De q̄ refert Plinius in. ij. hiſtorie naturalis. ꝙ cū vrbem intraret apparuerūt ſtelle circa ſolē in modū corone poſite. Hic ſedatis oībus bellis orbē totū ſuo ſubiecit impio: cūctis inimicis ⁊ turbationibus romanoꝝ deuictis. Regnauit nāq; annis. lvi. duodecim cum. M. Antonio. ⁊ M. Lepido. ⁊. xliiij. p ſe. Et vt dicit Solinus de mirabilibus mūdi tp̄s Auguſti ſolū repertū eſt q̄ plurimū arma ceſſauerūt ⁊ ingenia floruerūt. Fuerūt enī tūc Horati⁹ flaccus. Uirgilius. Ouidi⁹. Macer. Catullus veronenſis: Terēti⁹. Uarro. M. T. C. Appollodor⁹. Ualeri⁹ Meſſala. Ualerius maxim⁹: ⁊ q̄ꝙplures alij. Ut aūt dicit Oroſi⁹. Octauianus victor rediēs ab oriēte cū triplici triūpho vrbem ingreſſus: tūc p̄m⁹ q: rēpublicā auxerat: Auguſtus ē ſalutat⁹. Et cū pacificū poſſideret īpiū edictū fecit vt deſcriberetur vniuerſus orbis vt ſciret q̄t ꝓuincie: q̄t hoies eſſent in toto orbe.

Et dicebat̄ deſcriptio: qꝛ numerꝰ eoꝝ qui cenſum ferebant redigebat̄ in ſcriptis, vt refert magiſter in hiſtoria ſcholaſtica. Dicebat̄ etiā ꝓfeſſio: qꝛ q̄libet offerēs denariū ſuū preſidi ponebat illū ſuꝑ caput ſuū: ⁊ ꝓprio ore ꝓfitebat̄ ſe eſſe ſubditū romano imꝑio. Regnante hoc imꝑatore piiſſimo xp̄s dei filiꝰ naſci voluit. Vñ Beda ait. Naſciturꝰ in carne dei filiꝰ ſicut de virgine natꝰ virginitatis ſibi decꝰ oſtēdit eſſe gratiſſimū: ſic pacatiſſimo ſeculi tēpe ꝓcreatur: qꝛ pacē querere docuit: ⁊ pacis ſectatores inuiſere dignat̄. Nullum aūt maius potuit eſſe pacis indiciū: ꝙ totū orbē vna deſcriptiōe ↄcludi: cū Octauianꝰ auguſtꝰ tantis. xij. annis circa tp̄s dñice natiuitatis pace regnauit. Theophilꝰ vero ait. Cōueniēs erat vt ꝑ xp̄m cultꝰ multoꝝ deoꝝ deficeret: ⁊ vnus deus coleret̄: vñ vnꝰ rex orbi imꝑaſſe deſcribitur. Nec exiſtimare debemꝰ regem regū ieſum xp̄m ſub deſcriptiōe mūdi natū abſq̄ myſtica ⁊ rōnabili cā. Dicit Origenes. Diligentiꝰ aūt intuenti ſacrm̄ quoddā videt̄ ſignificari. qꝛ in totiꝰ orbis ꝓfeſſione deſcribi oportuit xp̄m: vt cū oībus ſcriptis ſctificaret oēs. Greg. in omel. inquit. Myſtice aūt naſcituro dño mūdus deſcribit̄: qꝛ ille appebat i carne q̄ electos ſuos aſcriberet in eternitate. Scd̄a ↄditio d̄r xp̄i naſcentis localitas. Naſci em̄ voluit in bethleē iude; ad quā iuerat ioſeph cū maria: eo ꝙ eſſet de domo ⁊ familia dauid ſm̄ Nico. de lira. qꝛ inde oriūdꝰ fuit. vt h̄r. i. Reg. xvij. ⁊ ioſeph erat de gñe dauid. ſicut d̄r Math. i. Et non eſt alienū a ꝓpoſito: qꝛ ieſus xp̄s natꝰ eſt in tam humili loco: ⁊ non in hierl̄m nec in maxima roma: qꝛ in oibꝰ ſuis actibꝰ ſe humilem exhibere voluit. Vñ bethleē elegit ſue natiuitati: hierl̄m ſue paſſioni: vt per hoc gl'iam hoim cōfutaret, q̄ in ciuitate ignobili naſcēs: in ciuitate nobili eſt paſſus opprobriuꝫ. Et vt dicitur in quodam ſermone epheſini concilij. Si maximā romā elegiſſet ciuitatē: propter potentiā ciuiū mutationē orbis terrarū putarent: ſi filius fuiſſet imꝑatoris poteſtatis auctoritatē imperatori aſcriberent. Sed vt humilitas xp̄i oſtenderet̄: ⁊ diuinitas cognoſceretur orbē terrarū transformaſſe: paupculā elegit matrē: paupiorē ⁊ ignobiliorē patriā. Vñ in ſignū perfecte victorie ⁊ vt ſuā poteſtatē oſtenderet: in ipſa roma que caput erat orbis ſtatuit caput eccleſie ſue, ſm̄ illud Eſa. xxvi. Ciuitatē ſublimē humiliabit: ⁊ cōculcabit eā pes pauperis. i. chriſti. greſſus egenorū. i. petri ⁊ pauli apoſtoloꝝ eius. Tertia conditio dicitur chriſti naſcentis paupertas. De qua ait Lucas. ij. c. Impleti ſunt dies marie vt pareret: ⁊ peperit filium ſuum primogenitum: ⁊ pannis eum inuoluit: ⁊ reclinauit eum in preſepio: quia non erat ei locus in diuerſorio. Diuerſorium nanq̄ ſm̄ magiſtrum in hiſtoria ſcholaſtica dicitur opertimentum quod eſt inter duas domos: ſub quo ciues ad colloquendum: vel propter aeris intemperiem diuertebant. vbi Ioſeph boui ⁊ aſino preſepe fecerat. Mirare modo anima mea ꝙ extrema fuit paupertas regis celorum ⁊ omnium creaturarum naſcentis. Audi Hieronymum ad marcellam de vrbe secedenda dicentem. Quo ſermone: qua voce ſpeluncam tibi ſaluatoris exponam? Et illud preſepe in quo infantulus vagiit: ſilentio magis ꝙ infimo ſermone honorandum eſt. Ubi ſunt late porticus? Ubi aurea ta laquearia? Ubi domus miſerorum penis ⁊ damnatorum labore veſtite? Ubi ad inſtar palacij priuatorum extructe baſilice: vt vile corpuſculum hominis precioſius inambulet ⁊ quaſi mundo quicꝙ non poſſit eſſe ornatꝰ tecta ſua magis velit aſpicere ꝙ celum? Bethleem. Ecce in hoc paruo terre foramine celorum cōditor natus eſt: hic inuolutus pannis hic viſus a paſtoribus: hic demonſtratus a ſtella: hic adoratus a magis. hec ille. Et idem ad Euſtochium. Ille cuius pugillo mundus concluditur: preſepis continetur anguſtia. O quid erat videre filium dei inuolutum pannis vagientem: lachrymantem: pre frigore tabeſcentem? Eamus omnes queſo cum paſtoribus ⁊ dicamus ſibi. O angelorum rex digniſſime: qui pro nobis ad hanc neceſſitatem veniſti: vt ex paupercula matre in tuguriolo viliſſimo non habens vbi caput reclines: quid vis a nobis? Quid tibi perſoluere poſſumus? Uis aurum? vis argentum? Placent tibi vel gemme vel iocalia vel precioſa queq̄ diuerſibilia? Et ſi forte iſta ſpreueris que faciunt tantum ad ornatum pro tua neceſſitate domum acciperes ad habitandum: ligna ⁊ pannos ad calefaciendum. Et mox infantulus iſte clamabit ardenter. O rationales creature nolo mūdi diuitias: nolo delicias: nolo magnificētias. Ecce veſtrā carnem aſſumpſi. Puerulus ſum ⁊ pro vobis trigintatribus ānis laborabo indeſinenter in fame ⁊ ſiti: in vigilijs ⁊ peregrinationibus: in anguſtijs ⁊ perſecutiōibus: in plagis ⁊ vulneribus, in ſanguinis effuſione vſq̄ ad mortem. Si mihi placere cupitis qui vos ita diligo: peccata veſtra mihi donate.

Illa ſuꝑ humeros meos ponite dolētes in corde veſtro de quibuſcūq̄ cōmiſſis: ⁊ ego ꝓ vobis ſatiſfaciā. Ego oim penitentiā portabo. O humani cordis duritia cur nō mollitur: cur nō flectitur: cur nō mouet̄ ad vocē omniū ſaluatoris? Sunt nempe humane mētes gelate ⁊ ferro duriores: qm̄ xp̄m paruulū clamātē ⁊ dicentē: pctā deponite pctā deponite. quia propter peccata incipio peregrinari ad mortē nō audiūt. Sed quid tu faciebas o virgo piiſſima: quādo videbas in aſſumpta carne factorem omniū tam infimo loco natū? Flebāt oculi tui. Que tantomagis eras pietate deuicta: quāto certior eras de altitudine ſecreti. Nempe humanus intellectus excogitare non poſſet qualiter: virgo ſacratiſſima puella ⁊ plena gratia: ſui filij ardentiſſimam paupertatem defleuit.

Qd̄ oēs creature in xp̄i natiuitate ſignum iocūditatis oñderūt. Caplm̄. III

Tertiū myſteriū dicit̄ natiuitatꝭ iocunditas. Nā natiuitas preſens letiſſima debet eſſe animis quibuſcūq̄ bene diſpoſitis. De qua ⁊ nos triplicem iocunditatē inferemus.

Prima d̄r ſuꝑnaturalis.
Scd̄a d̄r virginalis.
Tertia d̄r generalis.

Prima dicit̄ ſuꝑnaturalis: que facta fuit ī angelicis choris. Et quidē angelus vnus letus ad paſtores deſcēdit. qui vigilias noctis cuſtodiebant ſuper gregem ſuū: annuncians eis ꝙ natus eſſet Ieſus: cū quo facta eſt multitudo magna celeſtis exercitus cantantium gloria in altiſſimis deo. ⁊c. Et vt inquit Beda in omel. nunꝙ in tota veteris teſtamēti ſerie reperiemus angelos: qui tā ſedulo apparuerunt patribꝰ: ꝙ cū luce apparuerint. Sed hoc priuilegiū recte huic tp̄i eſt reſeruatū: quādo exortū eſt in tenebris lumen: ⁊ rectis cordeleticia. hec ille. Scd̄a iocūditas dicitur virginalis. Suſcepit equidē virgo glorioſa ineſtimabile gaudiū: cum vidit ſe peperiſſe ſine corruptione: ⁊ ſine dolore. Nec vt quidam fatue arbitrantur iacens peperit filium ſuum nec obſtetricuꝫ habuit adiutoriū. Unde Hieronymus aduerſus Heluidiuꝫ. Nulla ibi obſtetrix fuit: nulla muliercularū ſedulitas interceſſit. Ipſa pannis inuoluit infantē: ipſa ⁊ mater et virgo. Puto enī ꝙ appropinquante hora partus ſenſit virgo puriſſima tantaꝫ intellectus leticiā quantā non ſenſerat vnꝙ omnibus diebus vite ſue, ⁊ omnes ſenſus eius ſpirituales ⁊ corporales quadā inenarrabili ſuauitate replebant̄. Et eleuata ſuper humanas vires in abyſſum diuine cōtemplationis: ita cum immenſo dulcore peperit filium ſuū. Queꝫ vt vidit natū: mox adorauit vt verū deum: ⁊ deinde illum ad ſe ſuſcipiens ſuo pectori ſtrinxit: ⁊ pannis inuoluēdo lacte ſuo puriſſimo paſcebat. Audiuit ⁊ angelos cantātes: vidit paſtores cū admiratione venientes ad inquirēduꝫ de ſaluatore nato: quē ipſa parturierat: ipſa tenebat: ipſa tractabat. O gaudiū virgo icognoſcibile: cū virgo glorioſa videbat oculis corporeis: quē ſcti patres ceteriq̄ electi deſiderauerunt inſpicere: nec ſolū filiū ſuū ſentiebat: ſed ſuiipſius ⁊ etiam dei filium eſſe intelligebat.

Tertia iocūditas d̄r generalis. Naꝫ dño naſcēte oēs quodāmodo creature viſe ſunt ſuo modo letari. Creatura nanq̄ pure corporea letata eſt: qꝛ vt teſtat̄ Inno. tertius. Tp̄e illo quo rome longo tp̄e pax fuit: romani templū pacis pulcherrimū conſtruxerunt: ⁊ ibi ſtatuā Romuli poſuerūt. Conſulētes vero Apollinem ꝙtum duraret acceperūt rn̄ſum quouſq̄ virgo pareret. Qd̄ ipſi audientes dixerūt, in eternū durabit: qꝛ virgo nūꝙ pariet. Vñ ⁊ in foribus tēpli titulū huc ſcripſerūt. Tēpliū pacis in eternū. Sꝫ in ip̄a nocte qua virgo peperit tēplū funditus corruit. Ubi mō eſt eccl'a: q̄ ſctē Marie noue d̄r. Scd̄o letata eſt creatura corpea ⁊ lucida vt p̄dictus Innocē. papa dicit. In ipſa enī nocte natiuitatis obſcuritas aeris in claritatē diei verſa eſt. ⁊ in die natiuitatis domini tres ſoles in oriente apparuerūt: qui paulatiꝫ in vnuꝫ corpus ſolare redacti ſunt: lꝫ in hiſtorijs ſcholaſtic̄ dicat̄ ꝙ h̄ nō fuit in die natiuitatis: ſed añ ꝑ aliquod tp̄s. ſ. poſt mortē Iulij ceſaris, qd̄ etiaꝫ euſebius in chronica aſſerit. Oroſius vero dicit verba hec. Hora circiter tertia tp̄e liq̄do ac puro ⁊ ſereno: circulus ad ſpeciem celeſtis arcus orbē ſolis ambiuit: quaſi vēturus eſſet q̄ ipſuꝫ ſolem ſolus mundumq̄ totū effeciſſet ⁊ regeret. Addit ⁊ Innocētius rē dignā miratu ꝙ Octauianꝰ imperator in tantū ſenatui placuit: vt ip̄m pro deo colere vellent. Qui ſe mortalē intelligēs: immortalitatis ſibi nomē noluit vſurpare. Ad illoꝝ vero importunā inſtantiā Sibyllā ꝓphetiſſam aduocat: ſcire volens ꝑ eius oracula: ſi in mūdo aliq̄s eo maior naſceret̄. Et cū in die natiuitatis domini concilium ſuper hac re conuocaſſet: et Sybilla in camera imperatoris oraculis inſiſteret: in die media circulus nitens apparuit circa ſolem: et in medio circuli virgo pul-

cherrima filiū geſtans in gremio. Tūc Sibylla hoc ceſari oſtēdit. Cum aūt imperator ad p̄dictā viſionē plurimū admiraret: audiuit vocem dicentē. Hec eſt ara celi. Dixitq̧ ei Sibylla. Hic puer maior te eſt: ip̄m adora. Et in camera in qua hec celebrata ſunt: in honore ſcē̄ Marie dedicata eſt eccleſia: que vſq̧ hodie dicit̄ ara celi. Octauianus ꝟo puero ſibi mōſtrato myrrhā dedit. ⁊ deus de cetero vocari recuſauit. Tertio letati ſunt paſtores inuenientes ſicut dixerat eis angelus. Unde ⁊ nos om̄s letari debemꝰ ⁊ ſpūaliter iocūdari. q̄ ait Leo papa in ſermōe. Saluator noſter hodie dilectiſſimi natus eſt: gaudeamus. Neq̧ enim locū fas ē eſſe triſticie: ubi natalis eſt vite: q̄ ↄſumpto mortalitatis timore ingerit nobis de promiſſa eternitate leticiā. Nemo ab huiꝰ alacritatis ꝑticipatiōe ſecernit̄. Una cunctis leticie cōmunis eſt ratio: q̄ dn̄s noſter mortis peccatiq̧ deſtructor: ſicut nullum a reatu liberū repperit: ita liberandis om̄ibus venit. Exultet ſanctus: q̄ appropinquat ad palmā. Gaudeat peccator: q̄ inuitat̄ ad veniā. Animet̄ gentilis: q̄ vocat̄ ad vitā. hec ille. Igit̄ leti facti ſunt celi ⁊ ciues celoꝝ. ⁊c̄. Sic et nos gaudentes referamus grās deo: qui ſeipſum dedit paruulū: vt nos magnos faceret in regno celoꝝ: in quo viuit ⁊ regnat ꝑ infinita ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ In feſto ſancti Stephani prothomartyris de eodem. Sermo. XXIIII

Stephanꝰ (Jeſuz vidēs. Fructꝰ. XXIIII

Ideo celos aptos

v[ideo] ⁊ Jeſuz ſtantē a dextris virtutis dei Act. vij. In tribulatione poſitis ac laborantibus dilectiſſimi in xp̄o Jeſu pro diuino amore nō deeſt auxiliū ſue grē: qua fit vt quecūq̧ ardua ⁊ difficillima nō ſolū moleſte: ſed iocunde ⁊ equo animo ferant. Nihil enim morte terribilius. Hāc tn̄ amici dei cū opus fuit paſſi ſunt pro xp̄o gaudentes. Et ne multorū exempla referamus: proponit̄ exemplū de prothomartyre: qui in etate floridiſſima lapidationis martyriū patientiſſime tolerauit. Cui cū ex debito cogamur honorem deuotū exhibere: vt poſſimus ſuffragio ipſius ſue ſcīſſime vite eſſe imitatores: de ipſo in preſenti ſermone dicturi ſumus ſub vno fructu: qui eſt Stephanus ieſum videns: ſicut dicit̄ in themate. Uideo celos apertos. ⁊c̄. In quibꝰ ſanctiſſimis verbis tria principalia priuilegia beati Stephani notabimus.

Primū dicit̄ grē.
Scōm victorie.
Tertium glorie.

Qd̄ in Stephano fuit grā. Cap. I

p[Rimū] priuilegiū dicit̄ grē. de qua dr̄ Act. vi. Stephanus aūt plenus grā ⁊ fortitudine faciebat ſigna ⁊ ꝓdigia magna i pp̄lo. Nā cū tria ſint pctā prima: ad que cetera reducunt̄. vz. ſupbia: auaricia: luxuria. Pro quibꝰ dicit̄. i. Job. ij. Om̄e qd̄ eſt in mūdo: concupiſcētia carnis ē: ⁊ ↄcupiſcētia oculoꝝ: ⁊ ſupbia vite: neceſſariū eſt vnicuiq̧ laborare vt ab his nō ſuperet̄: quinimo vincendo ↄtrarias ſequat̄ ꝟtutes. Qd̄ eſſe nullo mō pōt ſine diuīa grā ſicut docet Augꝰ. in lib. de correptione et gratia. et in libro de predeſtinatione ſanctorum: ⁊ in enchiridion. Deus aūt bn̄dictus vnicuiq̧ laborare volenti ⁊ facere qd̄ in ſe eſt: hanc gratiā libere lagit̄: adeo vt nullus de propria negligentia ↄqueri poſſit. Un̄ Cyprianꝰ in ep̄la ad dn̄ꝫ ait. Perfluēs largitur ſpūs: nullis finibus premitur: nullis metarū ſpacijs frenat̄. Manna iugiter exuberat affluenter. Noſtrū pectus tm̄ ſitiat ⁊ pateat. Quantū illud fidei capax offerimus: tantū inundātis grē haurimus. hec ille. Qd̄ clare ꝑcipimus in beato ſtephano xp̄i prothomartyre dilectiſſimo: q̄ grā diuīa ſuperauit p̄fata peccata: ⁊ obtinuit in ſe tres ſolennes ꝟtutes vz.

Prima eſt virtus hūilitatis.
Scōa eſt virtus paupertatis.
Tertia eſt ꝟtus caſtitatis.

Primā virtutē quā obtinuit beatus Stephanus dr̄ humilitatis in honore ſibi ab eccleſia exhibito. Ut em̄ docet ſcriptura Act. vi. ipſe nō fuit vltimus: immo primus ex ſeptē diaconibus ab ap̄lis ordinatis in miniſterio. Cū em̄ eſſet maxima multitudo credentiū: que in dies creſcebat. xij. ap̄li decreuerunt eligere ſeptem qui poſſent preeſſe miniſtrationi temporali: vt ipſi poſſent liberius vacare ꝟbi diuini predicationi. Et elegerūt ſtephanū plenū fide ⁊ ſpū ſctō. ⁊ Philippū: ⁊ Prochoꝝ: ⁊ Nicanorē: ⁊ Thimonē: ⁊ Parmenā: ⁊ Nicolaū aduenā antiochenū. In quo honore nulla elatione Stephanus intumuit: ſed in cunctis ſe humilē exhibuit. Scōa virtus dicitur paupertatis. Nam de eo dicit̄. Act. vi. ꝙ fuit plenus fide. Un̄ Augꝰ. ait. Qui de deo verā fidē hn̄t: nō cupiunt in his miſerijs diuites fieri. Et ſic p̄ꝫ ꝙtum ad ſcōam ꝟtutē. Tertia dr̄ caſtitatis. Nam de eo dicitur ꝙ fuit boni teſtimonij: ⁊ mundiſſime fame. Et q̄ pleriq̧ ſua vo

luntate in pctīs cōmorātes excuſationē ſuſcipiunt dicētes nō poſſe ꝟtuoſe viuere: q̄ ipſe dn̄s ſuam grām denegat: nos intelligere debemus ꝙ ex fonte illo inūdantiſſimo diuine bonitatis vnuſquiſq̧ guſtare pōt ſi velit. Et q̄ q̄ mali ſunt nolūt qd̄ i ſe eſt facere: nō grām diuinā participare nō poſſunt. Inq̄t em̄ Euchidꝰ in lib. de cauſis ꝙ p̄ma cauſa ineſt om̄ibus rebꝰ ſm̄ diſpoſitionē vnā: nō tn̄ omnes equaliter accipiūt: ſꝫ tm̄ ſm̄ diſpoſitionē ſuā. Quo fit vt aliq̄ recipiāt de grā ꝙtū eis ſufficiat ad ſalutē: vt ſunt illi q̄ in charitate obſeruāt diuia mādata: alij ꝟo animo feruētiores ꝑfectionis opa aggrediētes ample ⁊ copioſe grām diuinā impetrāt. Non em̄ potuiſſent ꝑſeuerare in deſerto antoniꝰ magnus hilarion: Paulus p̄mus heremita: ⁊ alij de q̄bus dr̄ in vitiſpatrū: nec etiā martyres tam immanes ferre cruciatus duraſq̧ penas: ſi gratia dei illis nō ſuccurriſſet. Nō potuiſſent in etate ſua tam florētiſſima ſupportare ⁊ calcare mundi ſuperbiā ſpernere mūdi diuitias: paruipēdere vanas delitias: ⁊ humilr̄ ac caſte ſeq̄ xp̄m in paupertate: ſi nō fuiſſent adiuti grā dei. Et ſi obijcit̄ ꝙ grā nō pōt eſſe maior in vno ꝙ̄ i alio. pōt ad hoc rn̄deri ꝑ Aug. dictū ad Dardanū. In quibus habitat deus non equaliter habitat. Et idem ad Bonifaciū. Tripl̄r gratia meret̄ augeri. Que verba exponēs Alex. in. iij. q. lxix. mē. iiij. ar. ij. dicit ꝙ maius ⁊ minus in formis ſpūalibꝰ nō dr̄ ſicut in formis corꝑalibus. quia ſm̄ Aug. de quātitate aīe in formis materialibus dr̄ maius ⁊ minus ſm̄ quātitatē dimēſiuā: in formis aūt ſpūalibus ſm̄ quātitatem ꝟtualem. Redeūtes ergo ad noſtrū ꝓpoſitū dicimus ꝙ nō eſt incōueniēs bonitati diuine quibuſdā copioſum donum grē concedere: cū ⁊ deus nulli deneget: vt dictum eſt qd̄ eſt ad ſalutē neceſſariū. Si enim omnes iudei heretici infideles ⁊ mali xp̄iani in hoc ſeculo exiſtentes vellent gratiam dei: facile poſſent eam obtinere. Habuit eam ſtephanus ⁊ eſtimauit ac magnifice precium illius appreciauit.

Qd̄ in ſtephano fuit victoria. Cap. II

Ertia ratio oſtendens grauitatē pene damnatorum dicitur deſperatio. Nam inter tot aſperrima mala hoc eis vnū ſuperadditū adauget ipſoꝝ dolorem quia videlicet deſperati ſunt ſcientes ⁊ experientes nullo eccleſie ſuffragio eorū penā poſſe mitigari. Nam ſi colligerentur in vnū omēs lachrymę: omnes orationes: omnia ieiunia: omniaqꝫ pietatis opera quorūcūqꝫ iuſtorum

qui in hoc mundo placuerunt deo ⁊ offerrentur pro vno damnato: nihil ei prodeſſent. Et licet quidam canoniſte dixerint ꝙ ſuffragia eccleſie licet non proſint damnatis quantum ad liberationem a pena: proſunt tamen quantum ad aliquam mitigationem ſiue alleuiationem. Contra eos eſt ſententia theologoruꝫ xlv. diſt. quarti libri dicentiuꝫ ꝙ ſuffragia eccleſie nullo modo proſunt dānatis eo ꝙ ſunt extra charitatem: ⁊ cum non ſint ad vitam ordinati: nec poſſint beatitudine participare nō ſunt ex charitate diligendi. Charitas autem eſt que facit ſuffragiuꝫ acceptabile. Ob quod ſuffragia ipſis nihil proſunt. Hec Richardꝰ. Ideo dicitur. xiij. q. ij. c. pro obeuntibus. Pro obeuntibus quippe conſuluiſſe cognoſceris ſi liceat pro eis oblationes offerri. Sancta ſic tenet eccleſia vt quiſqꝫ pro mortuis vere chriſtianis offerat oblationes: atqꝫ preſbyter memoriam eoꝝ faciat. Et ꝗuis omnes peccatis ſubiaceamus: congruit vt ſacerdos pro mortuis catholicis memoriā faciat ⁊ intercedat. non tamen pro impijs ꝗuis chriſtiani fuerit tale quid agere licebit. Hec ibi. Et idem ponitur in. c. Cū marthe. ex. de cele. miſſa. Sed contra hanc opinionem inducūt aliqui exemplū Traiani. de quo legitur in vita beati Gregorij ꝙ cum quodam die ipſe feſtinaret ad bellum vidua quedaꝫ occurrit ei dicens. Obſecro vt ſanguinē filij mei innocenter perempti vindicare digneris. Cunqꝫ traianus ſi ſanus reuerteretur dixiſſet ſe vindicare: vidua dixit. Et ꝗs mihi hoc preſtabit ſi tu in prelio mortuus fueris? Traianus reſpondit. Ille qui poſt me imperabit. Cui vidua. Et quid tibi proderit ſi alter mihi iuſticiaꝫ fecerit? Traianus dixit. vtiqꝫ nihil. Et vidua. Nōne inquit melius eſt vt tu mihi iuſticiam facias ꝙ alteri hanc tranſmittas? Tunc traianus pie cōmotus de equo deſcendit: ⁊ vidue iuſticiam miniſtrauit. Fertur namqꝫ ꝙ dū filius traiani per vrbē equitando nimis laſciue diſcurreret: filium vidue interemit. ⁊ traianus filium ſuum qui hoc fecerat vidue loco filij ſui defūcti tradidit: ⁊ magnifice ipſam dotauit. Dum igitur quadaꝫ vice defuncto traiano Gregorius per forum traiani tranſiret: ⁊ eius manſuetudinis recordatus fuiſſet ad ſancti Petri baſilicam perueniens ⁊ ibidem pro eius errore amariſſime fleuit. Tunc ſibi diuinitus reſponſum eſt. Ecce petitionem tuam compleui: ⁊ traiano penam eternam peperci. De cetero autē caue ne pro dānato aliquo preces fundas. Damaſcenus autem in quodam ſuo ſermone dicit ꝙ Gregorius audiuit vocem eum diuinitus alloquentem. Vocem tuam audiui ⁊ traiano veniam do. Patet ergo ex hoc exemplo ꝙ oratio Gregorij profuit traiano damnato. Sed ſup hoc diuerſi diuerſa ſunt opinati. Aliqui enim dixerunt ꝙ traianus fuit reuocatus ad vitam vbi gratiam conſecutus eſt ⁊ veniaꝫ meruit: ⁊ ſic gloriam obtinuit. Alij autem dixerunt ꝙ anima Traiani non fuit ſimpliciter a reatu pene eterne abſoluta: ſed eius pena vſqꝫ ad tempꝰ ſcꝫ vſqꝫ ad diem iudicij fuit ſuſpenſa. Alij autem inquiunt ſicut eſt Iohannes diaconꝰ qui vitam beati Gregorij deſcripſit ꝙ non legitur oraſſe ſed fleuiſſe: ⁊ frequenter deus miſertus cōcedit qđ homo ꝗuis deſiderans petere nō preſumit. Ideo anima traiani non fuit ab inferno liberata ⁊ in paradiſo repoſita: ſed tm̄ ab inferni cruciatibus facta exempta. Poteſt enī anima ⁊ in inferno exiſtere: ⁊ inferni cruciatus per dei miſericordiā non ſentire. Aliorum tamen opinio cōmunior eſt ⁊ verior, ꝙ traianus ⁊ a pena liberatus ⁊ ad gloriam ſit aſſumptus oratiōe beati Gregorij. Quod nō eſt factum ſm communem legem: ſed ſm diſpenſationem diuine ſapientie: que preuidēs Gregorium oraturum pro traiano non damnauit ipſum per diffinitiuam ſententiam. Et ideo non eſt dicendum ex illo exemplo vno ⁊ ſingulari ꝙ damnatis per diffinitiuam ſententiam eccleſie ſuffragia proſint cum nec in minimo poſſint fauere. Quinimmo audiendum eſt ſalubre documentum ⁊ obſeruandum ſapientis Eccl'iaſtes. ix. Quodcunqꝫ inquit poteſt manus tua facere: inſtāter operare. quia nec opus nec ratio nec ſcientia nec ſapientia erūt apud inferos quo tu properas. O igitur dolenda damnatorū pena que mitigari ⁊ adiuuari nullo modo poterit: non proprijs viribus: non lachrymis: non diuitijs: non amicorum ſuffragijs: non amicoꝝ potentia: non denicꝫ aliqua oīum creaturarū induſtria. O tremenda vindicta dei ad cuius conſpectū velut cera ante faciē ignis peccatores eliqueſcent. O peccatores inebriati dulcedine honorū huius ſeculi fugite irā dei: ⁊ nolite pugnare cum oīpotenti deo: qui dānatis vt dictū eſt tam tremenda cōminatur mala: a quibꝰ nos ipſe per ſuā demētiā liberet: cui eſt honor ⁊ oīs laus ⁊ gloria per infinita ſeculorum ſecula. Amen.

Sabbato poſt dñicā in ſexageſima de grauitate pene damnatorū ad terrorem incorrigibilium ⁊ obſtinatorum. Sermo XIIII.

c Ruciabūtur die ac nocte in ſecula ſeculoꝝ. Apoc. xx.

Cum mente reuoluo quāte erunt in inferno anguſtie reproboꝝ: admirari plurimū cogor cur tādiu peccatores diſſimulāt agere pniam. Et certe ſi de his malis de ꝗbus loquimur ſcirent nunꝗ: aut poſt longiſſima ſpacia temporꝫ traherenꝭ: aliqualē de ſua impenitentia excuſationē haberēt. Sed cum tam exiguū velociſſimūqꝫ ſit huiꝰ labilis vite tp̄s poſt quod mali incorrigibiles deſcēdunt ad tartara: neſcio quid ipſi dicere poſſint. Reprehenſibiles quidē ſunt: ⁊ ꝓ ſua tarditate merito redarguēdi. Et lꝫ in p̄cedētibus explicauerimus multa q̄ duras mētes domare ſufficiunt: tn̄ adhuc de grauitate pene damnatoꝝ nōnulla occurrūt cōſideranda: quoꝝ ꝯſideratione diligēti mollianꝭ pertinaces mētes obſtinatoꝝ pctōꝝ. Dicemus ergo ꝙ grauiſſima eſt ⁊ ſatis acerba pena damnatorum ad huc triplici ratione.

Prima dicitꝭ combuſtio.
Secunda dr̄ ſuperatio.
Tertia dr̄ priuatio.

Qualr̄ dānati patiunꝭ acerbiſſimā penaꝫ ꝓpter ignem inferni: ⁊ de illius ignis terribiliſſimis cōditionibus. Caplm I

p Rima rō qua oſtēdiꝭ grauitas pene damnatoꝝ dr̄ cōbuſtio. Tradēꝭ nāqꝫ damnati miſeri eternis ignibꝰ cōburendi. Et hoc colligiꝭ ex ſcripturis ſacris. Unde Iob. xx. dr̄. Deuorabit eos ignis q̄ nō ſuccendiꝭ. Et Iudith vlti. Dabit ignē ⁊ vmes in carnes eoꝝ. Et Abac. ij. Laborabūt ppl'i in multo igne. Et Eſa. vlti. Uermis eorum nō morieꝭ: ⁊ ignis eoꝝ nō extingueꝭ. Et Dauid in p̄s. x. Pluet ſup pctōres laqueos ignis. Et Ezech. xxij. In igne ire mee ꝯſumpſi eos. Et Apoc. xviij. In vna die venient plage eius: mors: ⁊ luctus: ⁊ fames ⁊ igni combureꝭ. Et Apoc. xx. Qui nō eſt inuētꝰ in libro vite ſcriptus: miſſus eſt in ſtagnū ignis. ⁊ Mat. xiij. Exibūt angeli ⁊ ſepabūt malos de medio iuſtoꝝ: ⁊ mittēt eos in caminū ignis. ⁊ Mat. vij. Omnis arbor q̄ nō facit fructū bonū excideꝭ: ⁊ in ignē mitteꝭ. Et Mat. xviij. Bonū ē tibi vnū oculū habentē in vitā intrare ꝙ duos oculos habentē mitti in gehennaꝫ ignis. Et Matth. x. Eum timete q̄ hꝫ ptātem aīam et corpus ꝑdere in gehennā. Et Mat. xxv. Ite maledicti in ignem eternum. Uerūtn̄ de hoc igne dubitatur circa tria.

Primo circa veritatem.
Scdo circa poteſtatem.
Tertio circa qualitatem.

Prio ꝯtingit dubitare de inferni igne circa vitatē. An. ſ. ſit ignis verus habēs formaꝫ ⁊ naturā ⁊ ſpeciem ignis. Et rn̄det Ric. in. iiij. ſniarum ꝙ quorūdā opinio fuit ꝙ ille ignis nō ſit corporeus: ſꝫ eſt quedā ſpūalis pena: q̄ ꝓpter ſuū acumen metaphorice dr̄ ignis: q̄a vt ipſi dicūt. Cum diuina potētia reprobos poſſit cruciare ſufficiēter ſpūali pena: ſuperfluum fuiſſet in inferno ponere corporeum ignem. Et ad hoc adducūt illud Luce. xvi. de diuite qui dicebat linguā ſuā cruciari in hac flamma. Cum enī cōſtet aīam illius diuitis linguā corporalē nō habuiſſe: videꝭ ꝙ ſicut ſcriptura ibi de lingua loquitur metaphorice aliquid ſpūale vocans linguam: ita aliquam penam ſpūalem metaphorice vocet ignem. Sed opinio iſta falſa eſt ⁊ cōtra ſcripturam que diſtinguit inter igneꝫ ⁊ damnatoꝝ penā ſpūalem: que vocaꝭ nomīe vmis. Un̄ Eccl'i. vij. Uindicta carnis impij ignis et vermis. Ideo cōmuniter doctores omēs concludunt xliiij. di. quarti. ꝙ in inferno eſt ignis corporeus a p̄ncipio mūdi cum alijs creaturis ꝓductus ⁊ ordinatus ad reprobos cruciandū. Et hoc aſſerit Aug. in li. de mirabilibus ſacre ſcripture. Et idem in li. xxi. de ci. dei. ca. x. ait. Gehēna illa qđ ēt ſtagnū ignis ⁊ ſulphuris dictū ē corpeꝰ ignis erit. Cui ꝯſōat illđ Greg. in. iiij. dial'. li. d. Ignē gehēne corpeū eē n̄ ābigo. Et ſꝫ theologos. ignis ille ꝗtū ad illđ qđ i eo eſt de eēntia ignis eſt eiuſdē ſpēi cū igne elemētali: quia ſicut oīs aqua omni aque eſt eadē ſpē ſm phm. i. To. ita oīs ignis oī igni eſt idem ſpecie. Diuerſificaꝭ tn̄ quo ad diſpoſitionē ⁊ opationē: q: ſibi competit aliq̄ actō que igni elemētali non cōuenit. Nam ignis i aliena materia multū diuerſificaꝭ in opationibus ſuis: ſm exigētiā diſpoſitōis materie. Quod apte patet in fulgure. vbi ignis reſpectū habet ad diuerſas materias: ſm diuerſitatē celeſtis influētie in materia incorporate Unde aliquando nō ledit materiaꝫ mollem ⁊ diſſoluit duram: et ecōuerſo. quandoqꝫ calefacit ⁊ nō comburit: ⁊ ecōuerſo. Aliq̄ tamē opinanꝭ ꝙ in inferno ſit ignis in materia ꝓpria: quāuis ibi non luceat niſi ad modicum ⁊ ſatis imperfecte. Patꝫ g̃ ꝙ in inferno verꝰ eſt ignis ad maloꝝ cruciatū diſpoſitus et deputatus. Secūdo cōtingit dubitare de igne inferni circa poteſtatē. Utrum ſcilicet poſſit

incorporeos angelos ⁊ ſpũs ſeparatos crucia
re. Et ad iſtam q̃onem multi multipliciter re
ſponderunt. Nam quidã dixerunt ſpũs ſepa-
ratos igne nõ affligi niſi per priuationẽ boni
deſiderati. Ex qua priuatione tanꝗ̃ quodam
malo pñſenti in eis vehemens triſticia genera
tur. Et hec fuit opinio Algazelis. vi. li. phiſico
rũ. Sed cõtra hanc ſunt dicta ſctõꝝ dt. ſpũs
incorporeos poſſe pena corpalis ignis affligi:
ſicut apte di. Grego. in. iiij. li. dial. Et Aug.
xxi. li. de ciui. dei. c. x. Ideo alij dicũt ſpũs ſepa
tos cruciari igne corporeo inq̃ꝫtum vidẽt ip-
ſum pparatum ad hoc vt eo crucienꝫ in cor-
poribus ſuis. ſicut latro ſuſpendẽdus patibu-
lo ipſum videndo cruciaꝫ anteꝗ̃ ſuſpendatur
in eo. Et hec opinio nõ ſufficit: q̃ nullo mõ
põt ad angelos malos applicari: qui tamẽ il-
lo igne in perpetuũ cruciabuntur. Quidã autẽ
alij dicunt ꝙ cruciabunꝫ igne corporeo inq̃ꝫ-
tum eoꝝ intellectui imprimetur ſuperexcellẽs
illius ignis ſimilitudo. Sed hoc dictum defi-
cit: q̃ ſm phm. iij. de anima. Non ſic excellen
tia intelligibilis ledit intellectum ſicut excellẽ-
tia ſenſibilis ledit ſenſum: q̃ poſt excellẽs ſen
ſibile ſenſus impeditur in ſentiendo: ſed intel
lectus poſt excellens intelligibile nõ minꝰ in-
telligit infima: ſed magis: q̃ ſenſus apphen-
dit per organũ corporeum: intellectus autem
nõ. Nõnulli inſuper tenent ꝙ ſpiritus ſepara-
ti igne corporeo crucienꝫ: nõ inq̃ꝫtum ipſum
apphendunt apphenſione ſimplici: ſed cũ fir
ma eſtimatione ꝙ eſt cõtrarius ſue nature: q̃
uis eſtimatio falſa ſit. Unde Auicẽ. ix. meth.
loquens de diſpoſitiõe animarũ a corporibus
ſeparatarũ dicit ſic. Anime male vident penã
quã imaginauerant in hoc mũdo ⁊ affligunꝫ
in ea. Forma enĩ imaginata non eſt debilior
ſenſibili: ſed eſt maior impſſione ⁊ claritate: ſi
cut videmus in ſomnijs. Fortaſſe enĩ ſomnia
tum maius eſt ꝓ modulo ſuo q̃ ſenſibile. tũc
q̃to magis illud quod eſt in alio ſeculo eſt for
tius q̃ quod eſt in ſomnijs ꝓpter paucitatẽ
impedientiũ ⁊ expeditionẽ anime ⁊ claritatẽ
recipientis. Sed hec opinio incõueniẽs vide
tur. q̃ ſm hoc ſpũs nõ paterenꝫ ab igne cor-
poreo: ſed a ſua falſa eſtimatiõe. Preterea nõ
videtur ꝓbabile ꝙ demones qui ſubtilitate
ingenij vigent: illũ ignem eſtimarent ſue na-
ture cõtrarium ⁊ leſiuum niſi ita eſſet in re.
Alij adhuc dicũt ꝙ ſpiritus patiunꝫ ab igne
corporeo nõ per virtutem illius ignis abſolu-
te: ſed inq̃ꝫtum eſt inſtrumentũ diuine iuſti-
cie. Videmus enĩ res multas habere actio-
nes in virtute principalis agentis que eis nõ
cõpeterent abſolute. Verbi gratia. calor natu
ralis in virtute anime cõuertit nutrimentum
in carnẽ. Lumen ſolare a luna receptũ ⁊ cum
virtute lune ab eo deriuatũ in virtute lune ge
nerat humiditatẽ. ⁊ fantaſma in virtute lumi
nis intellectus agentis mouet intellectũ poſſi
bilem. Corpora celeſtia cũ inanimata ſint: ta
men in virtute intelligentiarũ modicũ gene-
rant in his inferioribus vitã. vt pꝫ in gene-
ratis p putrefactionẽ. Securis in vtute mo-
toris ſcindit arborẽ. Tenendo ergo ꝙ ignis
affligat ſpũs inq̃ꝫtum eſt inſtrumentũ diuine
iuſticie: adhuc perquirendũ eſt magis in ſpe-
ciali. per quẽ modũ dicant aliqui ꝙ ſupnatu-
raliter impſſa eſt igni infernali quedã ſpecia-
lis virtus: per quã ſpũs affligit naturali vir-
tute ignis ad hoc nõ cooperante nec diſponen
te: q̃ vt dicunt nõ eſt poſſibile vt aliqua vtus
naturalis cooperetur in ſupnaturali actiõe. cuꝫ
per ſe ad eã nullo modo: nec cõplete: nec incõ
plete poſſit attingere. Pro tãto ergo ille ignis
affligere dicitur ſpũs: q̃ ſupernaturalis virtus
exiſtens in eo ſicut in ſubiecto illos affligit: ſi
cut aliqua ſubſtantia ſupnaturaliter dealbata
poſſet dici viſuꝫ diſgregare. Sꝫ hec opinio
in tribus deficit. Unũ eſt ꝙ ſm eã ignis nõ af
fligit illos ſpũs vt inſtrm: q̃ oportet ꝙ in in-
ſtrõ ſit aliqua naturalis aptitudo ad illã actio
nẽ ad quã applicatur a virtute motoris: vt pꝫ
in ſecuri reſpectu actus ſcindendi: ⁊ in malleo
reſpectu actus cõterendi. Aliud eſt q̃ nõ vide
tur ꝓbabile virtutẽ ſpũalẽ eſſe immediate in
re corporali ſicut in ſubiecto: ita vt ſit ibi ma
nens ⁊ nõ in fieri ſicut ponit opinio predicta.
Tertiũ eſt ꝙ videmus naturale lumen rõnis
per qd̃ ſolũ intellectus nullo modo põt attin
gere ad viſionẽ dei: cooperari cũ lumĩe glo. ic
ad illam viſionẽ. Veruntñ q̃ in actione ſuper
naturali que a deo nõ eſt mediãte finita vtu
te: ſed immo imediate: vt creare: nõ põt coo
perari virtus ſupnaturalis. Idcirco dic̃ Ric.
ꝙ ignis infernalis nõ obſtante ꝙ ſit corpore
us: ſpũs ſeparatos affligit inq̃ꝫtuꝫ eſt diuine
iuſticie inſtrumentũ: eos affligit afflictiõe ad
quã diſponit naturalis vtus illius ignis: nec
tñ qualemcũqꝫ afflictionẽ põt cauſare in illis
ſpiritibus: niſi in vtute increate iuſticie prin
cipaliter illos ſpũs punientis: mouẽtis ⁊ diri
gentis illũ ignẽ ad illoꝝ ſpirituũ cruciatũ. In
illo enĩ igne eſt nãlis aptitudo vt eius ſpẽs re
cipiatur i itellectu ſpũs ſepati. ſꝫ ꝙ p talẽ modũ
in illo itellectu impmatur ⁊ vehemẽtia talis ꝙ

ita ad ſe reuocat ſeu cõuertit intentionẽ ipſiꝰ
ſpũs ꝙ p hoc ita notabiliter impediatur in illaꝝ
rerũ cõſideratione ꝯ ſuã voluntatẽ ⁊ ꝙ tale im
pedimentũ ſit ſibi ꝓ graui onere: hoc eſt p vir
tutẽ iuſticie indite. In illo etiã igne eſt natu-
ralis aptitudo vt in ipſo ſit ſpũs ſepatus ſicut
in loco diffinitiue. Sed ꝙ ſpũm ſeparatũ deti
neat cõtra ſuã voluntatẽ hoc ei cõuenit in vir-
tute iuſticie indite. Illa autẽ inuoluntaria de-
tentio eſt ipſi reprobo ſpiritui inexplicabilis
cruciatus. Ignis etiã ille ignis ſua virtute na-
turali tñ nõ poſſet in ſpũ ſepato cauſare diſpo
ſitionẽ repugnantẽ illi diſpoſitioni que cõue-
nit eſſe ſpũs ſm debitũ ſtatũ ſue nature: tñ in
eius cauſatione cooperatur virtute indite iuſti-
cie. inq̃ꝫtum eſt inſtrm eius. Ex apphenſione
autẽ pdicte diſpoſitiõis que ꝯria eſt bono ſta-
tui nature: generatur in ipſo reprobo ſpũ cruci-
atus experimẽtalis. Vñ Grego. iiij. dial. d. ꝙ
aĩa nõ ſolũ videndo: ſed etiã experiendo incẽ
dium patitur. Per pctm̃ aũt in ſpũ eſt diſpoſitio
vt igni infernali mõ pdicto in patiẽdo ſubda
tur. Et ſic pꝫ ꝙ deo volẽte poterit ignis affli-
gere ſpũs ſeparatos. Tertio ꝯtingit dubi-
tare de igne inferni circa qualitatẽ ſeu ꝑpetui
tatẽ. Vñ ſcꝫ erit ꝙ poſt generalẽ reſurrectiõeꝫ
corpa damnatoꝝ in illo igne ꝑpetuo patienꝫ
et nec ignis deficiet: nec corpa illa cõſumenꝫ.
Et licꝫ poſſint multa dici: tñ principalis rõ eſt
ordo diuine iuſticie. Ut enĩ inquit Ric. ille or
do exigit illa corpa in eternis ſupplicijs fore
pmãſura. ⁊ ideo aſſiſtẽte influentia dei gene-
rali: ad hoc vt ignis ille infernalis illa corpora
fortiter calefaciat ⁊ affligat: nõ adeſt tñ ad hoc
vt cõſumat. Sicut autẽ creatura nõ põt ma-
nere in eſſe ſuo: niſi in ſuppoſita influentia dei
gñali ſm ꝙ dicit Aug. iiij. ſup Gen. ad lram.
et cõmẽtator ſup pma ppoſitiõe de cauſis: ſic
dico ꝙ actõꝫ ſuã hre nõ põt: niſi illa influẽtia
gñali aſſiſtẽte: ſicut patuit in paſſiõe ieſu xpi
qñ fuerunt tenebre ſup vniuerſam terrã: non
ſup terrã iudeoꝝ tñ vt aliq̃ ſenſerũt ⁊ male.
Eclipſis aũt ſolis per vniuerſum orbem non
potuiſſet eſſe p ſolã interpoſitiõeꝫ lune. vñ cuꝫ
interpoſitiõe lune fuit alia cã. ſ. q̃ influentia
gñalis cãe pme tũc nõ affuit ſoli ad irradian
dũ. Et ſicut hec influẽtia adeſſe põt ad hoc vt
res ſit ⁊ nõ operetur: ita aliqñ adeſt ad hoc vt cre
atura habeat vnã ſui actõeꝫ: ⁊ nõ aliã. Et hec
eſt principalis rõ q̃re ignis infernalis calefa
ciat dãnatoꝝ corpa ⁊ affligat: nec tñ ꝯſumet.
hec Ric. Augꝰ. vo. xxi. li. de ciui. dei oẽs huiõi
operatiões ignis infernalis attribuit voluntati
et potẽtie dei a quo ſunt de nihilo in eſſe cũcta
ꝓducta diuerſiſqꝫ nature ſue ꝓprietatibus et
legibus regulata. Vñ. c. ij. eiuſdẽ li. ait. Oſten
dã vñ ꝯuincanꝫ increduli poſſe hũana corpa
aĩata atqꝫ viuẽtia nõ ſolũ nunꝗ̃ morte diſſol
ui: ſꝫ in eternoꝝ quoqꝫ igniũ durare tormẽtis
Nolũt enĩ hoc ad oĩpotẽtis nos referre poten-
tiã ſꝫ aliquo exẽplo pſuaderi ſibi flagitãt. Qui
bus ſi rñdebimus eſſe aĩalia ꝓfecto corrupti
bilia q̃ mortalia: que tñ in medijs ignibꝰ vi-
uant. nõnullũ etiaꝫ genus vermiũ in calidaꝝ
aquarũ ſcaturigine repiri: quarũ feruoreꝫ ne
mo impune cõtrectat. Illos autẽ nõ ſoluꝫ ſine
vlla ſui leſiõe ibi eſſe: ſꝫ ex eſſe nõ poſſe: aut no
lũt credere ſi oſtẽdere nõ valemus: aut ſi va-
luerimus ſuis oculis demõſtrare res ipſas: ſi
ue p teſtes idoneos edocere: nõ ſatis hoc eſſe
ad exemplũ rei de qua queſtio eſt: eadẽ infide
litate cõtendent. Quia hec aĩalia nec ſemper
viuũt: ⁊ in illis feruoribus ſine doloribus vi-
uunt. ſue q̃ppe nature cõuenientibꝰ vegetanꝫ
illis: nõ cruciantur elemẽtis. q̃ſi nõ incredibili-
us ſit vegetari q̃ cruciari talibus rebus. Mi
rabile eſt enĩ dolere in ignibus ⁊ tñ viuere. ſꝫ
mirabilius viuere in ignibus nec dolere. Si
aũt hoc creditur. cur nõ ⁊ illud. ⁊. iiij. c. dicti li.
idẽ ait. Quid adhuc a nobis rerũ poſcunꝫ ex-
empla q̃bus doceamus nõ eſſe incredibile vt
hoĩm corpa ſempiterno ſupplicio punitoꝝ et
in igne aĩam nõ amittant. ⁊ ſine detrimẽto ar
deãt: ⁊ ſine interitu doleant. Habebit enĩ tũc
iſta carnis ſubſtãtia q̃litatẽ ſuã ab illo inditã
qui tã miras ⁊ varias tot rebus indidit quas
videmus: vt eas q̃ multe ſunt nõ miremur.
Nam ſicut ſcripſerũt qui naturas animalium
curioſius indagarunt. Salamandra in igni-
bus viuit. Et quidã notiſſimi ſicilie montes
qui tãta tpis diuturnitate ac vetuſtate vſqꝫ
nunc ac deinceps flãmis eſtuant: atqꝫ integri
perſeuerãt: ſatis idonei teſtes ſunt nõ omne
qd̃ ardet abſumi: ⁊ oĩno indicãt nõ omne qd̃
dolere põt poſſe etiam mori. Quis enĩ niſi de-
us, creator oĩm dedit carni pauonis mortui ne
putreſceret. Quod cũ auditu incredibile vide
retur: euenit vt apud carthaginem cocta nobis
apponeretur hec auis. de cuius pectore pulparũ
q̃tum viſum eſt decerptum ſeruari iuſſimus.
Quod poſt dierũ tantũ ſpacium q̃to alia ca-
ro quecunqꝫ cocta putreſceret, ꝓlatum atqꝫ ob
latum nihil noſtrũ offendit olfactum. Itemqꝫ
repoſitum eſt poſt dies amplius q̃ triginta
idem quod erat inuentum eſt. Idemqꝫ poſt
annũ: niſi ꝙ aliquãtulum corpulẽtie ſiccioris

ꝛ contractioꝛis fuit. Quis palee dedit vel tam
frigidã vim vt obꝛutas niues ſeruet: vel tam
feruidã vt poma immatura maturet? De ipſo
igne mira quis explicet: quo queqꝫ aduſta ni
greſcunt cũ ipſe ſit lucidus. ꝛ pene oia que am
bit ꝛ lambit coloꝛe pulcherrim⁹ decoloꝛat: at
qꝫ ex pꝛuna fulgida carbonem teterrimũ red
dit. Neqꝫ id quaſi reglariter diffinitũ eſt. Nã
econtrario lapides igne candẽte decocti ꝛ ipſi
fiunt candidi, ꝛ ꝙuis magis ille rubeat illi al
bido coloꝛe niteſcant: congruit tñ illi luci qd
albũ eſt ſicut nigrũ tenebꝛis. Cũ itaqꝫ ignis
in lignis ardeat vt lapides coquat: cõtrarios
habet nõ in cõtrarijs reb⁹ effect⁹. Etſi eñi la
pides ꝛ ligna diuerſa ſint cõtraria: tñ nõ ſunt
ſicut albũ ꝛ nigrũ: quoꝝ vnũ in lapidib⁹ alte
rũ facit in lignis. clarus illos clarificans: hec
obſcurans. cũ in illis deficeret niſi in iſtis vi
ueret. Quid i carbonib⁹? Nõne mirãda res ẽ
ꝛ tanta infirmitas vt ictu leuiſſimo frangan
tur: preſſu facillimo conterant̃: ꝛ tanta firmi
tas vt nullo humoꝛe coꝛrumpant̃: nulla etate
vincant̃: vſqꝫ adeo vt eos ſubſternere ſoleant
qui limites figunt. ad cõuincendũ litigatoꝛẽ.
quiſquis poſt ꝙtalibet tpa extiterit: fixũqꝫ la
pidem limitẽ nõ eſſe cõtenderit? Quis eos in
terra humida infoſſos vbi ligna putreſcerẽt
tãdiu durare incoꝛruptibiliter poſſe: niſi rerũ
ille coꝛruptoꝛ ignis efficiat. Intueamur etiã
miraculũ calcis: excepto eo de quo iam ſatis
diximus: ꝙ igne candeſcat quo alia terra red
duntur, etiã occultiſſime ab igne ignẽ cõcipit
eũqꝫ iam gleba tangentib⁹ frigida ſit ignẽ tã
latenter ſeruat: vt nulli noſtro ſenſui pꝛoꝛſus
appareat. ſed cõpert⁹ experimento etiã dũ nõ
apparet ſciat̃ eſſe ſopitus. ꝓpter quod eã vi
uam calcẽ loquimñ: velut ipſe ignis latẽs ani
ma ſit inuiſibilis viſibilis coꝛpoꝛis. Jam vero
ꝙ mirũ eſt ꝙ cũ extinguit̃ tunc accendit̃. Ut
eñi occlto igne careat aq̃ ei infundit̃ aqua ve
perfundit̃: ꝛ cũ ante ſit frigida. inde ferueſcit
vnde feruentia cuncta frigeſcunt. Uelut expi
rante ergo illa gleba diſcedens ignis qui late
bat apparet: ac deinde tanꝙ moꝛtua ſic frigi
da eſt vt adiecta vnda non ſuſurſura: ꝛ quam
calcẽ vocabamus viuã vocemus extinctam.
Quid eſt quod huic miraculo addi poſſe vide
atur? ꝛ tamen additur. Nam ſi non adhibeas
aquã ſed oleũ quod magis fomes eſt ignis:
nulla eius perfuſione vel infuſione ferueſcit.
Hoc miraculũ ſi de aliquo indico lapide lege
remus ſiue audiremus ꝛ in noſtrũ experimẽ
tum venire non poſſet: pꝛofecto aut menda
cium putaremus: aut certe granditer mirare
mur. Quarũ vero rerum ante noſtros oculos
quotidiana documenta verſantur: non gene
re minꝰ mirabili: ſed ipa aſſiduitate vileſcũt:
ita vt ex ipa india que remota eſt pars oꝛbis
a nobis deſierim⁹ nõnulla mirari: que ad nos
potuerunt miranda perduci. Adamantẽ lapi
dem multi apud nos habent: ꝛ maxime auri
fices inſignitoꝛeſqꝫ gẽmarũ: qui lapis nec fer
ro nec igne nec alia vi vlla ꝓhibetur pꝛeterꝙ
hircino ſanguine vinci. Sed qui eum habent
atqꝫ nouerunt nunquid ita mirant̃ vt hi qui
bus pꝛimuꝫ eius oſtenditur potentia? Quib⁹
aũt non oſtenditur foꝛtaſſe non credunt: aut
ſi credunt inexperta mirantur. ꝛ ſi contigerit
experiri adhuc quidẽ mirantur inſolita. Sed
aſſiduitas experiendi paulatim ſubtrahit ad
mirationis incitamentũ. Magnetẽ lapidem
nouimus mirabilẽ ferri eſſe raptoꝛẽ: quod cũ
pꝛimũ vidi vehementer inhoꝛrui. Quippe cer
nebã a lapide ferreũ anulũ raptũ atqꝫ ſuſpen
ſum. Deinde cũ tanꝙ ferro qd rapuerat vim
dediſſet ſuã cõmunẽqꝫ feciſſet: idẽ quoqꝫ anu
lus admotus eſt alteri eũqꝫ ſuſpendit atqꝫ vt
ille pꝛioꝛ lapidi ſic alter anul⁹ pꝛioꝛi anulo co
herebat. acceſſit illi eodẽqꝫ mõ tertius. acceſ
ſit ꝛ quartus: iãqꝫ ſibi permutua cõnexis cir
culis non implicatoꝝ intrinſecus: ſed extrin
ſecus adherẽtiũ quaſi catena pependerat anu
loꝛũ. Quis iſtã vim lapidis non ſtuperet que
illi non ſolũ inerat: verũ etiaꝫ per tot ſuſpenſa
tranſibat ꝛ inuiſibilibus ea vinculis ſubliga
bat. Sed multo eſt mirabilius quod a fratre
ꝛ coepo meo Seuero Mileuitano de iſto la
pide cognoui. Seipm nãqꝫ vidiſſe narrauit:
quẽadmodũ Bathanus quondã comes afri
ce cũ apud eũ cõuiuaret̃ epus eundẽ ꝓtulerit
lapidẽ: ꝛ tenuerit ſub argento ferrũqꝫ ſup ar
gentum poſuerit: deinde ſicut ſubter mouebat
manũ qua lapidẽ tenebat: ita ferrũ deſup mo
uebatur: atqꝫ argento medio nihilqꝫ patiente
concitatiſſimo curſu ꝛ recurſu infra lapis ab
homine ſupꝛa ferruꝫ rapiebatur a lapide. Di
xi quod ꝛ ipe cõſpexi, dixi quod ab illo audiui
cui tanꝙ ipe viderim credidi. Quid etiam de
iſto magnete legerim dicam; Quando iuxta
eũ ponitur adamas non rapit ferruꝫ. ꝛ ſi iam
rapuerat: vt ei appꝛopinquauerit: mox re
mittit. India mittit hos lapides. Sꝫ etſi eos
iã cognitos nos deſiſtim⁹ admirari: ꝙto magis
illi a qb⁹ veniũt. Et. c. v. idẽ ait. Agrigẽtinũ ſi
cilie ſalẽ ꝓhibẽt cũ fuerit admot⁹ igni velut in
aqua flueſcere: cũ vero ipi aq̃ adiungit̃ velut in

igne crepitare. Apud garamãtes quẽdã fon
tem ferũt eſſe tam frigidũ diebus vt nõ bibat̃
taꝫ feruidũ noctibus vt nõ tangat̃. In Epiro
aliũ fontẽ in quo faces vt in ceteris extiguũt̃
accenſe: ſꝫ nõ. vt in ceteris accendũt̃ extincte.
Aſbeſton arcadie lapideꝫ ꝓpterea ſic vocari
ꝙ accẽſus ſemel iam nõ poſſit extingui. Li
gnum cuiuſdã ficus egyptie nõ vt ligna cete
ra in aquis natare: ſꝫ mergi: ꝛ qd ẽ mirabiliꝰ
cum in imo aliquãdiu fuerit. inde ad aq̃ ſup
ficiem rurſus emergere quãdo madefactum
debuit humoꝛis pondere ꝑgrauari. hec Aug.
Que ꝟba ob ſui ꝓlixitatẽ nõ ſunt textualr̃ re
citanda: ſꝫ tñ vulgariter. Ex qbus manudu
cimur ꝙ oipotentia dei cuius ꝟtute facta ſũt
oia ꝛ mouent̃. dãnatos in inferno etnis igni
bus faciet cruciari. O ꝙ vrens. o ꝙ ardens
o deniqꝫ ꝙ laboꝛioſa eſt illa flãma in qua mi
ſeri lugebũt: clamabũt: ſuſpirabũt: ꝛ nõ exau
dient̃. O ſi poſſibile eẽt vt aures ad os pone
remus inferni: audiremus ꝓfecto diuite epu
lonem: immo ſecũ oẽs auaros: oẽs ſupbos ꝛ
oẽs luxurioſos: oẽs deniqꝫ pctõꝛes clamoꝛo
ſis vocibus lamẽtãtes atqꝫ dicẽtes. Heu heu
ꝙ ardẽs eſt iſta flãma. Quis dabit nobis ad
refrigeriũ guttulã aque? Quis nos liberabit
a cruciatibus gehẽne? Quis nos ꝯſolabit̃ in
tot meroꝛib⁹? Et vbi ſũt amici: vbi bẽiuoli: vbi
diuitie: vbi ꝟt⁹: vbi potẽtia. O vita nr̃a plẽa
oi doloꝛe oiqꝫ anguſtia. o vita deſtituta omi
auxilio oiqꝫ ſolatio. Credite credite o incoꝛri
gibiles pctõꝛes. Non pcet vobis iuſticia dei
niſi pctã depoſueritis. quinimmo vos ꝓijciet
igneꝫ eternũ. O qd erit eẽ in igne illo quãdo
ad modicũ ſuſtineri nõ põt coctura candele.
Et vt Eſa. xxxiij. dicit. Quis poterit hitare d
vobis cũ igne deuoꝛãte: aut qs hitabit ex vo
bis cũ ardoꝛib⁹ ſempiternis.

Qualit̃ pena damnatoꝝ ſuperat oẽm aliã
penam ſeu purgatoꝛiã ſeu pñtem quo in hac
vita haberi poteſt. Caplm. II

s Ecũda ratio qua oſtendit̃ grauitas
pene damnatoꝛum dicitur ſupera
tio. ſuperat eñi omnẽ aliam penam
Quod vt melius intelligatur triplex pena eſt
diſtinguenda.

Pꝛima eſt pena mundi.
Scda pena purgatoꝛij.
Tertia eſt pena inferni.

Pꝛima pena eſt mũdi q̃ in hac vita ſentit̃.
Et lꝫ multiplex ſit vt expientia docet. tamen
terribilis fuit illa quã p xpo ſcti ſuſtinuerũt.
de qbus dꝛ Heb. xi. Ludibꝛia ꝛ ꝟbera expti
ſunt: inſup ꝛ vincla ꝛ carceres. Lapidati ſũt
ſecti ſunt: tẽtati ſunt: in occiſione gladij moꝛ
tui ſunt. Circuierũt in melotis ꝛ in pellib⁹ ca
pꝛinis: egẽtes: ãguſtiati: afflicti. Quiſnã expli
cet qt toꝛmẽtoꝝ gña excogitauerũt tyrãni quibus
cruciari mãdabant martyꝛes ſanctos. Quis
enarrare ſufficiat: quot diſciplinis: ieiunijs ꝛ
oꝛonibus carnẽ ſuã amici dei crucifixerũt cũ
vitijs. Et tñ oia iſta minima ſunt ꝛ qſi nihil in
cõparatione pene dãnatoꝝ. Jõ Greg. in. iij.
moꝛal. li. ait. Ecce aũt duꝫ beati Job vulnera
cruciatuſqꝫ conſidero: repẽte mẽtis oclos ad
Johem deduco: ꝛ nõ ſine grauiſſima admira
tione ꝑpẽdo: ꝙ ille ꝓphetie ſpũ intra matris
vterũ repletus: atqꝫ vt ita dixerim anteꝙ na
ſceret̃ renat⁹. Ille amicus ſpõſi: ille q̃ inter na
tos mulieruꝫ maioꝛ nemo ſurrexit. Ille ſicut
ꝓpha ꝛ pluſꝙ ꝓpha: ab iniqs in carcere mit
tit̃: ꝛ p puelle ſaltu capite trũcat̃: ꝛ vir tante
ſobꝛietatis p riſu turpiũ moꝛit̃. Nũqd credi
mus aliqd fuiſſe in ei⁹ vita qd illa ſic deſpecta
moꝛs tegeret. Sed qñ ille vl̃ in cibo peccauit
q̃ locuſtas ſolũmodo ꝛ mel ſilueſtre comedit.
Quid deo vel de q̃litate ſui tegminis deliq̃t: q̃
cameloꝝ pilis coꝛpus opuit. Quid de ꝯuerſa
tione ſua offendere potuit q̃ de heremo nõ re
ceſſit. Quid illũ loq̃citatis reatus polluit qui
diſiũctus lõge ab hoibus fuit. Qñ illũ vel ſilẽ
tij culpa attigit q̃ ad ſe veniẽtes tã vehemẽt̃
increpauit dicẽs. Genimina viperarũ qs do
bit vos fugere ab vẽtura ira. Quid ẽ ergo ꝙ
Job dei teſtimonio pfert̃: ꝛ tñ plagis vſqꝫ ad
ſterqliniũ ſternit̃. Quid eſt ꝙ iohes dei voce
laudat̃: ꝛ tñ p temulẽti ꝟbis in ſalt. tõis pꝛe
miũ moꝛit̃. Quid eſt ꝙ ops de⁹ ſic vehemẽt̃
in h ſeclo deſpicit qs ſic ſublimit̃ añ ſecl̃a ele
git: niſi hoc ꝙ pietati fideliũ patet: qm̃ idcir
co ſic eos pmit in infimis quos videt quõ re
muneret in ſummis. Hinc g̃ vnuſquiſqꝫ colli
gat quid illi paſſuri ſint quos reꝓbat: ſi h
ſic cruciat quos amat. Aut quõ ferient̃ qui i
iudicio arguẽdi ſunt. ſi ſic eoꝝ vita pmit̃ qui
ipo iudice teſte laudant̃. hec ille. Et ad idẽ eſt
illud Hiero. ad Palmachiũ ꝛ Occeanum. d.
Job ſanctus in tẽtatione ad gl̃iam ſuã deuo
tus ſic in ſuo doloꝛe clamabat. Quid pꝛodeſt
in toꝛmẽto meo lux. Ut quid mihi iũcta ſunt
genua? Ut quid vbera ſucci? Cur non in ven
tre matris moꝛtuus ſum ꝛ mox vt de vtero
exiui non ꝓtinus obij. Si hoc dei amicus di
cebat in lumine: qd ab inimicis eius dicet̃ in
tenebꝛis. Si ille dolet genua ſibi fuiſſe cõiũ
cta. cuius pedes in dei timoꝛe ſemp cucurre

nunt: quid dicturus eſt cuius nunq̄ inꝟitate
ſteterūt. Si ille ingemiſcit quē febris vrebat
quid dicturus eſt quē gehēna ꝯſumet. Diſpli
cet ⁊ illi ꝙ nat⁹ ex vtero vixit: qui bene vixit:
q̄ȝ illū ꝟmis moriturus edebat: quid facient
quos ignis eternus ⁊ ꝟmis nunq̄ moriturus
expectat. Scd̄a eſt pena purgatorij de qua
ſuo loco dicem⁹. Tertia eſt pena inferni cui
omnis alia pena tam mūdi q̄ purgatorij nō
eſt comparabilis.

Qd̄ grauis erit dānatoꝝ pena ꝓpter carē
tiā viſionis diuine ⁊ d̄ differentia pene ſenſus
⁊ pene damni. Caplm III

[T]ertia rō qua oſtdit̄ grauitas pene
damnatoꝝ dr̄ ꝑuatio. Priuabūtur
ſiquidē damnati in eternū viſiōe dei
Et vt dicit Ric. vi. di. iiij. li. Inter penas dā
ni carētia viſionis dei eſt maxima: ⁊ triſtitia
cauſata ex illa carētia appb̄ēſa vt ꝓueniens
ex actuali malitia ꝓp̄e volūtatꝭ eſt maxīa int̄
penas ſenſus: q̄ȝ q̄uis dānati non appetant
videre deū ꝓpter amorē ſue bonitatis: tn̄ ve
hemētiſſime illud appetūt ꝓpter deſideriū ꝓ
prie delectatōis: eo ꝙ credere firmiter cōpel
lunt̄ ex illa viſione maximā delectationē in
vidēte cauſari. Carētia eīm viſionis illi⁹ app̄
henſa vt ex actuali malitia ꝓprie voluntatis
ꝓueniēs: maior eſt pena q̄ pena ſenſus. In
paruulis tn̄ mitior eſt pena dāni: q̄ȝ ipā ap
ꝑhendūt nō eſſe in eis cauſatā ex actuali mali
tia ſue ꝓprie volūtatis. Procurēt ḡ pctōres
dū tp̄s ⁊ facultas dat̄ ad verā redire pniam
q̄m vt tactū eſt in p̄cedētibus irrepabil̄ erit i
ferni iactura: i quo nō ſemel ſufficit introiſſe
Semel q̄ppe dānat malos de⁹. ſemel ſniam
irreuocabilē ꝓfert. O q̄ amara erit illa dies
īmo illa hora q̄n peccatrix aīa terrenū h̄ cor
pus derelinquēs preſentabit̄ etiā inuita ⁊ no
lens coram maieſtate ſummi dei: ſuſcipietq̄ȝ
punitionem ⁊ penam delictoꝝ ſuorum. Ideo
dico ꝙ non eſt expectāda: ſed potius timen
da dies illa. Ergo ꝯuertimini pctōres ⁊ agite
pniam: vt de⁹ miſereat̄ vr̄i qui eſt bn̄dict⁹ in
ſecula ſeculoꝝ. Amen.

Dn̄ica in q̄nquageſima. de potentia dei. ꝓ
pter quā humiliari debēt pctōꝝ corda. vt ad
pniam redeant. Sermo. XV

Omnis plebs (vt vi
dit) dedit laudē deo. Habentur hec
ꝟba Lu. xviij. ⁊ in euāgelio p̄ntis
dn̄ice. Ex miraculo ceci illūinati p xp̄m (de q̄
Lu. meminit in euāgelio hodierno) cōmoti fue
re vniuerſi (qui rem tam grandē viderūt) ma
gnificare oīpotentē deū cui⁹ ſolius ꝟtute ce
cus ille potuit illūinari. Clamat (inq̄t euāgeli
ſta) Ieſu fili dd̄ miſerere mei. Et ad vocē xp̄i
d. ſibi. Reſpice fides tua te ſaluū fecit: ſubito
videndi bn̄ficiū obtinuit ⁊ accepit. Neq̄ȝ alia
via (q̄ increata) diuinalis talē potuiſſet effectū
ꝓducere. Iō admirātes illi (q̄ h̄ inſpexerunt)
deū extollēdo laudabāt. Nos ꝟo (q̄ nō ſolū h̄
vnū: ſȝ tot dei miracula ⁊ videm⁹ ⁊ audimus)
magis ac magis laudib⁹ ei⁹ debem⁹ inſiſtere.
Quod vtiq̄ȝ plene exoluim⁹: cū ob ei⁹ reueren
tiā timorē pariter ⁊ amorē pctā relinq̄m⁹ ꝟtu
tib⁹ inherēdo. Et q̄m ad id faciēdū ſatis effi
cax eſt ꝯſideratio altiſſime potētie dei: idcir
co in p̄nti ſmone de illa erim⁹ tractaturi: q̄te
nus illā cōmēorātes ad pniam reuertamur.
⁊ corde cōpūcti cū plebe pariter collaudem⁹ im
mortalē deū. De cui⁹ potētiā tria myſteria
p̄ncipalia ponimus ꝯtemplanda.

- Primum dr̄ vniuerſalitas
- Secundum qualitas.
- Tertium claritas.

Qd̄ deus poſſit nō ſolū oē poſſibile: ſȝ etiaȝ
oīe impoſſibile agenti creato dūmodo illud
nō dicat imꝑfectionē. Caplm I

[P]rimū myſteriū ꝯtēplandū de potē
tia dei dr̄ vl̄itas. In quo diſputādū
eſt. vtrū de⁹ ſit oīps. Et ꝓ pte vera ⁊
affirmatiua eſt ꝯfeſſio fidei. Nam in vtroq̄ȝ
ſymbolo patrū. ſ. ⁊ apl̄oꝝ deū oīpotētē decā
tam⁹. Et h̄ colligit̄ ex vtriuſq̄ȝ teſti pagina.
Vn̄ Gen. xvij. dixit deus ad abraā. Ego dn̄s
oīps. ambula corā me. Et Gen. xxxv. dixit de
us ad iacob. Ego deus oīps. creſce ⁊ multipli
care. Et Gen. xliij. quia iacob remiſit filios i
egyptum ait. Deus meus oīps faciat eū vo
bis placabilem. Et Exo. xv. Omnipotēs no
men eius. Et Tobie. xiij. Non eſt alius deus
omnipotēs p̄ter eū. Et Iudith. xvi. Deus om
nipotens tradidit holofernē in man⁹ femine
et confudit eū. Et Iob. xiij. Ad omnipotentē
loquar ⁊ diſputare cū deo cupio. Et. xxiij. De
us emolliuit cor meū ⁊ oīpotēs ꝯturbauit
me. Et Heſter. xiij. Mardocheus orās dixit
ad deum. Dn̄e rex omnipotēs in ditione tua
cūcta ſunt poſita: ⁊ nō eſt qui tue poſſit reſi
ſtere volūtati. ⁊ ſapiēs Eccl̄i. p̄mo. Vnus ē
altiſſimus creator oīm oīps ⁊ rex potēs ⁊ me
tuēd⁹ nimis. ⁊ Apo. i. Ego ſum alpha ⁊ ome
ga p̄ncipium ⁊ finis. dicit dominus deus qui
eſt ⁊ qui erat: ⁊ qui venturus eſt oīpotens
Et Apocalypſis. iiij. Clamabāt quattuor ani

malia. Sctūs ſctūs ſctūs dn̄s deus oīps. Et
Apoc. xv. Magna ⁊ mirabilia ſunt opa tua
de⁹ oīps. Et. xvi. Audiui alterū angelū dicē
tem. Etiā dn̄e de⁹ oīps vera ⁊ iuſta ſunt iu
dicia tua. Sȝ ꝯ hāc ꝟitatē inſtari pōt tripl̄r

Primo q̄ȝ deus non poteſt omne poſſibile.
Scd̄o q̄ȝ non pōt quodlibet impoſſibile.
Tertio quia in deo nihil eſt defectibile.

Primo inſtat̄ ꝙ de⁹ non ſit oīps ex eo q̄ȝ
nō pōt omne poſſibile. Nā multa ſunt poſſibi
lia agenti creato: vt poſſe pati: poſſe currere:
poſſe peccare: poſſe mori: poſſe mentiri: que tn̄
nullo mō pōt de⁹. ergo nō eſt oīps. Ad hoc
r̄ndet ſctūs Bon. di. xlij. primi. ꝙ ſm ph̄i ſen
tentiā quedā ſunt que dicūt potentiā q̄tū ad
modū dicendi: dicūt tn̄ impotentiā a pte rei.
vt poſſe mori: poſſe corrūpi. Nā ſi interroga
rem aliquē quid magis eligeret: an potentiā
habere moriendi aut illa priuari: r̄nderet pri
mus magis velle potentia illa carere. Propt̄
hoc intelligendū notandū eſt ꝙ quedā ſunt
que poſſe eſt potentia ſimpl̄r ⁊ pfecte. vt poſ
ſe intelligere: diligere: ⁊ opari. Quedā ſunt q̄
poſſe eſt potētie: tn̄ imꝑfecte. vt currere ⁊ am
bulare. Iſti eīm actus dicūt ſimul actionem ⁊
paſſionē ſiue defectū in agente. Quedā q̄ poſ
ſe eſt impotētie ſimpl̄r. vt priuationes: vt poſ
ſe peccare: poſſe mori: ⁊ hm̄oi. Scd̄m hoc in
telligendū ꝙ cū potentia dei ſit potentia perfe
ctiſſima: illa pōt de⁹ per ſe ⁊ in ſe que ſunt po
tentie ſimpl̄r: vt intelligere ⁊ opari. Illa vero
que ſunt imꝑfecte potentie pōt quidē non in
ſe: ſȝ per ſe pōt. Ex hoc qd̄ eſt ibi perfectionis
in ſe nō pōt ꝓpter illud qd̄ eſt ibi impotentie
⁊ imꝑfectiōis que in eo non cadūt. Illa autē
que ſunt ſimpliciter impotentie nec pōt in ſe
nec p ſe. Per ſe non pōt: q̄ȝ nihil eſt a deo qd̄
nō ſit a deo p ſe ⁊ imediate. Hoc aūt qd̄ eſt de
fectus nō pōt eſſe in deo nec a deo: q̄ȝ deus nō
deficit in eſſendo nec in agēdo. Ideo Aug. vt
recitat magiſter in textu: remouet a deo quat
tuor. ſ. mori: falli: miſerū eſſe: ⁊ mentiri. quia
iſta dicūt defectū ipſi⁹ hoīs. Nā quadruplex ē
actus ⁊ quadruplex eſt potentia. Prima ē po
tentia viuificatiua: ⁊ hui⁹ act⁹ eſt viuere. ⁊ cō
tra hunc eſt defect⁹ mori. Secūda eſt cogniti
ua: cui⁹ actus eſt noſcere. ⁊ cōtra hūc eſt defe
ctus falli. Tertia eſt potentia affectiua: ⁊ hu
ius actus eſt velle ſiue amare ⁊ delectari. ⁊ cō
tra hunc eſt miſerū eſſe. Quarta eſt potentia
opatiua: ⁊ hui⁹ act⁹ eſt agere. ⁊ cōtra hunc eſt
vinci ⁊ ſuperari. Ex his aūt quattuor genera
actuū remouentur a deo. ſcȝ corꝑales ſiue in
ſtrumentales vt currere ⁊ ambulare. act⁹ cul
pabiles vt peccare ⁊ mentiri. actus paſſiui vt
vinci ⁊ ſupari. actus defectiui vt mori ⁊ falli.
Et tales act⁹ habent potentiā cōiunctā defe
ctui. Et ſic pȝ ſolutio obiectiōis p̄me. Scd̄o
inſtat̄ ⁊ obijcit̄ ꝙ deus nō ſit oīps: q̄ȝ nō po
teſt oīe impoſſibile. Nā impoſſibile dr̄ tripl̄r
vel ſm naturā vt de ceco fieri videntē. vel ſm
tp̄s: vt te nō fuiſſe ex quo fuiſti. vel ſm diſci
plinā: vt idē eſſe nigrū ⁊ albū. q̄ȝ oīs ſcientia
ſupponit illud principiū ꝙ duo oppoſita non
poſſunt eſſe ſimul vera. Sȝ de⁹ nō pōt impoſſi
bile ſm naturā. q̄ȝ vt dicit Aug. in libro de ve
ra innocentia. Deus ita eſt oīps vt nunq̄
rōni ſue inſtituta euellat. Et idem Aug. ſuper
Gen. ad litterā. Tam nō pōt de⁹ facere contra
naturā quā bonā inſtituit: q̄ non pōt facere
ꝯtra voluntatē ſuā. Nō pōt etiā de⁹ facere im
poſſibile ſm tp̄us: q̄ȝ vt inquit Hiero ad Eu
ſtochiū. Cū cetera poſſit deus non pōt de cor
rupta facere virginē. Quod dictū non eſt in
telligendū quin deus poſſit reparare clauſtra:
ſed quia que corrupta eſt impoſſibile eſt non
fuiſſe corruptā. Item non poteſt deus impoſſi
bile ſm diſciplinā. ſcȝ vt duo oppoſita ſint ſi
mul in eodē ſubiecto. vt pȝ oībus ſapientib⁹.
ergo ſequitur ꝙ deus non ſit oīpotens. Re
ſpondet ſctūs Bon. ꝙ nos iudicamus aliq̄d
impoſſibile quadrupliciter. Vno modo per li
mitationē naturalis potentie. vt virginē pa
rere. Alio modo per limitationē nature intel
lectiue: vt duo corpa eſſe ſimul in eodē loco.
vel idē corpus eſſe in diuerſis. vel maius cor
pus eſſe in minori loco. que nullo modo poſ
ſum⁹ capere: cū noſtra imaginatio ſemp dicat
oppoſitū. Vnde etiā quando deus ſic facit in
ſacramento altaris: neceſſe eſt vt ratio ſupra
ſe eleuetur ⁊ credat. Tertio modo iudicamus
aliquid impoſſibile propter proportionē oīs
exiſtentie ſm oēm comparationē. ſcȝ princi
pij medij ⁊ vltimi. vt preteritū non fuiſſe pre
teritū. Omnis eīm potentia que intelligit̄ ali
quid facere reſpicit ens vel in rōne principij
vel termini vel vtroq̄ȝ modo. Vnde deus po
teſt facere de ente non ens: ⁊ de nihilo aliquid
⁊ de vno aliud. Sed non poteſt de vno ente fa
cere non ens. quia hoc nullius eſt potentie.
Quarto modo iudicamus aliquid impoſſibi
le ſm illuſtrationem veritatis eterne ⁊ ordi
nem diuine ſapientie. Nā ꝙ duo oppoſita in
ſint eidē ⁊ ſm idē: hoc ipſa veritas eterna eo
ipſo ꝙ veritas eſt indicat ⁊ illuſtrat vt iudice
tur impoſſibile: ſicut duo ⁊ tria non eſſe quinq̄ȝ.

Quādo ergo ᵭr ꝙ deꝰ nō poteſt quodlibet impoſſibile: quia nō poteſt impoſſibile ꝑ limitationem naturalis potētie. Rñdemus ꝙ h̄ eſt falſum ſicut experientia docet in operibꝰ miraculoſis. Et ad illud quod obijcit̄ ex dictis Aug. dicendū ꝙ eſt duplex ordo nature. ſpecialis ⁊ generalis. Ordo nature ſpālis tranſmutari poteſt ⁊ deſtrui: quia poteſt in alterā differentiaꝫ res relabi. Sed generalis nō ſic. Specialis ordo attendit̄ ſm potentiā nature ſpālis. Generalis ordo ſm potentiaꝫ obedientie que eſt generalis. Cōtra hūc ordineꝫ non facit deus ſed cōtra alium. Quia vt Augu. xix. lib. de ciuitate dei. ait. Illud eſt vnicuiqꝫ rei naturale: quod de iṗa facere diſpoſuerit omnipotēt̄ volūtas. Et de hoc diffuſius dixi in ſmone de miraculis in qōne. Utrum potentia dei in miraculis faciēdo ſit cōtraria nature. Ideo ſufficit nūc cōcludere ꝙ deꝰ poteſt omne impoſſibile ſm limitationē nature quia potentia dei nō eſt limitata ſ; īfinita. ⁊ ideo ſupra naturā. Secūdo pōt deus quodlibet impoſſibile ꝑ limitationeꝫ noſtre itelligentie: quia potentia eius ſuperat noſtrā intelligentiam. Ideo Baſilius dicit ⁊ Hilarius. Plura poteſt deus facere ꝙ̄ intellectus poſſit intelligere. Qḋ Paulus etiam ad Epheſ. iij. confirmat dicēs. Potens eſt omnia facere ſuperabūdanter ꝙ̄ petimus aut intelligimus. Impoſſibile ꝟo tertio modo nō poteſt deus. quia illud facere eſt nihil facere. Et ideo cum ꝑteritum nihil ſit: deus nō poteſt facere preteritum nō fuiſſe preteritū. Impoſſibile etiā quarto modo nō poteſt deus: quia illud eſſet poſſe inordinata contra ordinē ſapientie ſue Et quoniā deꝰ ſic ē omnipotēs vt nihil poſſit niſi quod ſuam potentiā decet: ⁊ nō deordiat ſapientiā. ideo hec impoſſibilia non poteſt.

Tertio inſtatur ꝙ deus nō ſit omnipotens quia in eo nihil eſt defectibile. Si potētia eēt in deo: tunc eſſꝫ aliquod imperfectū: quia ſm Ariſtotelem. ix. Metħ. Qualibet potētia melior eſt eius actus. Naꝫ forma melior eſt materia: ⁊ actio ꝙ̄ potentia actiua. eſt eñ finis eius. Sed nihil eſt melius eo quod eſt ī deo. ergo nulla potētia ſibi erit attribuēda. Ad hoc reſpōdet Thomas parte ṗma. q. xxv. ꝙ duplex eſt potentia actiua ſcilicet et paſſiua. Prima eſt ṗncipium agendi in aliud. Secūda eſt ṗncipium patiendi ab alio. vt patet. v. Metħ. Potentia paſſiua nō eſt in deo: ſed actiua tantū: eo ꝙ ſibi maxime competit eſſe ṗncipium actiuum: ⁊ nullo modo pati. Ideo ad auctoritatē Ariſt. dicendū eſt ꝙ quando actus aliud eſt a potētia oportet ꝙ actus ſit nobilior potentia. Sed actio dei nō eſt aliud a potentia eius: ſed eſt vtrunqꝫ eſſentia diuina. quia ſm Auguſtinū libro de fide ad Petrum. quicquid eſt in deo eſt iṗe deus. Conuenit igit̄ omnipotentia ipſi deo ſm fidei ſancte et ſcripturarum ſacrarum dogmata. Et inſtantie pretacte cum iam ſint ſolute ei preiudicare non poſſunt.

Qualr̄ oīpotentia dei eſt incōicabilis: ⁊ tñ ab illa depēdet oīs alia potētia: ⁊ ipſa nunꝙ̄ deficiet ſ; durabit in eternū. Caplm̄ II

Secundum myſterium declarandum de potentia dei dicitur qualitas. In quo notabunt̄ tres eius qualitates ſeu conditiones.

Prima ᵭr incōicabilitas.
Secunda ṗncipalitas.
Tertia ᵭr durabilitas.

Prima qualitas ſeu conditio potentie dei dicitur incōmunicabilitas. Nam lꝫ deus multa dederit tam angelis ꝙ̄ hoībus: tamē nūꝙ̄ cōmunicauit omnipotentiā ſuā. Nā vt dicit dñs Boñ. diſt. xliij. tertij libri. Omnipotētia cōmunicari nō poteſt alicui creature: q̄a omnis creatura eo ipſo ꝙ ex nihilo eſt deficit a ſumma ſtabilitate. vñ q: nō exiſtit per ſeipāꝫ deficit a ſumma ſimplicitate: vñ q: non agit per ſe totam deficit a ſumma immēſitate. vnde diſtare poteſt in ipſa virtus a ſubſtantia. ⁊ quoniā per ſe nō ſubſiſtit nec in ſe niſi ſuſtētetur a diuina potentia: quoniā non poteſt ſe iṗam ſuſtinere. ideo impoſſibile eſt iṗaꝫ eſſe omnipotentē. Rurſus quoniā ex ſeipſa tota non agit: nō poteſt in totaꝫ rei ſubſtantiam. et ideo non poteſt eſſe omnipotens cum non poſſit totum producere. Poſtremo quia virtus eius diſtat a ſubſtātia tñ poteſt elōgari ꝙ oīno deficiet. vnde nō poteſt in oīa. Sicut ergo ſoli deo cōuenit ſumma ſtabilitas ſūma ſimplicitas ſumma immēſitas: ſic etiā omnipotētia: que neceſſario req̄rit hec tria. Sed dubiū eſt de aīa xp̄i. an ei cōīcata fuerit oīpotentia: qm̄ videtur ꝙ ſic ex ꝟbis eius. Mat. vltimo. Data eſt mihi inq̄t oīs poteſtas in celo ⁊ in terra. Ubi g'o. hoc non de coeterna patris deitate: ſed de aſſumpta dicitur humanitate. Et iterum glo. ſup illud Lu. i. Hic erit magnus. ᵭ. Non ꝙ ante partum ꝟginis magnus non fuerit. ſed quia potentiā quam dei filius naturalr̄ habet: homo ex tempore erat accepturus. Uerūtamen Richardꝰ de media villa in. iij. diſ. xliij. cōcordans cum Boñ. ceteriſqꝫ theologis dicit ꝙ anima xp̄i nō eſt omnipotens. q: omnipotentia includit actiuā potentiam infinitā intenſiue. In anima aūt xp̄i cum ſit creatura nō eſt nec eſſe pōt actiua potentia infinita intenſiue. q: cuꝫ vnumquodqꝫ agat ſm ꝙ eſt in actu: ⁊ patiat̄ inq̄tuꝫ eſt in potentia: q̄tum res habet de actiua potentia tantū habet de actualitate. Ergo potentia actiua infinita includit actualitatē infinitam in habente illam potentiā. Actualitas autē infinita in nulla creatura eſſe pōt. q: omnis actualitas creature cū paſſibilitate permixta eſt. Poſſumus tñ dicere ꝙ anime xp̄i cōmunicata ſit omnipotētia: eo modo quo cōmunicat̄ ei nomen ⁊ exiſtentia deitatis hoc eſt ꝑ cōmunicationē idiomatū: q: ortum habet ex ꝑſonali vnionē. Sicut eñ poſſumus dicere ꝙ homo eſt deus: ita poſſumus dicere ꝙ homo eſt omnipotens. Et ſic intelligunt̄ gloſe ſuperius allegate. ſm ſcꝫ illum modū loquendi quo idiomata cōmunicant̄.

Scḋa cōditio ſeu qualitas potentie dei dicit̄ principalitas. Ipſa eñ vna ſola principalis ⁊ ſingularis eſt potentia que a nullo dependet. a qua ſunt omnes alie. Unde xp̄s in euangelio Ioħ. xix. dixit Pilato. Nō haberes in me poteſtatem niſi tibi datum eſſet deſuper. Et Paulus Ro. xiij. Nō eſt inquit poteſtas niſi a deo. Que verba ponunt̄ xxiij. q. i. c. Quid culpat̄. Ideo nihil pōt creatura niſi qḋ deus iubet vel ſinit. Et tam diu potuerūt homines ⁊ poterunt dominari ꝙ̄diu ſibi placuerit.

Tertia cōditio diuine potētie dicit̄ durabilitas. Ipſa quidem eſt que ſemꝑ durabit ⁊ nō deficiet. Unde Danielis. vij. Poteſtas eius poteſtas eterna que nō auferet̄. et regnum eius quod nō corrumpet̄. Et reuera ita eſt quando omnia regna mūdi que potētiſſima olim fuere ad nihilum deuenere: de q̄bus latius dicemus cū tractabimus de cōtemptu mundi.

Qḋ potentia dei cognoſci pōt per creatiōeꝫ et cōſeruationem rerum ac per punitionē omnium maloꝝ tam angeloꝝ ꝙ̄ hoīm.

Capitulū III

Tertium myſterium cōtemplandum de potentia dei dicit̄ claritas. Nam lꝫ ſit infinita: tñ magnitudo eius in triplici effectu nobis declarat̄.

Primus dicit̄ creationis.
Secundus cōſeruationis.
Tertius punitionis.

Primus effectus in quo declarat̄ nobis potentie dei magnitudo dicitur creationis. Naꝫ totū hunc mundū cōſtat eius virtute eſſe factum. Ipſe eñ deus potentia ſua cuncta creauit de nihilo. in quo admirari cogimur ineffabilem potentiā eius. Nam ſi oēs philoſophi: omnes viri doctiores huius ſeculi ſapientes: omnes deniqꝫ reges ⁊ principes terre: quotquot fuerunt vſqꝫ in hanc horā: et quot ſunt etiā ⁊ quot erunt vſqꝫ ad cōſummationē mūdi cōgregarent̄ inſimul ⁊ deliberarent ſiue cōtenderent de nouo in eſſe ꝓducere vnū minimum floſculū campi: aut minimū vermiculū terre: aut piſciculum aque: aut auiculam celi. ꝑfecto laborarent in vanū. Et quis eſt q̄ creauit oīa: qui fundauit terrā: qui mari eā circūdedit: qui cōdidit celos: ſolē ⁊ lunam: ⁊ cūcta ſydera que ſunt in eis: qui angelos ⁊ hoīes fecit ad beatitudinē ordinatos. Nempe dei potētia. O magne deus tibi nō īmerito loquit̄ Dauid in ṗs. dicēs. Potēs es tu ⁊ veritas tua in circuitu tuo. Tu dñaris poteſtati maris: motū autē fluctuū eius tu mitigas. Tui ſunt celi: et tua eſt terra: orbē terre ⁊ plenitudinē eius tu fundaſti: aq̄lonē ⁊ mare tu creaſti.

Scḋs effectus in quo relucet potētia dei dicit̄ cōſeruatio. Nā vt inq̄t Grego. Cuncta in nihilū tēderēt niſi manus cōditoris ꝯſeruaret. Que ꝟba ponunt̄ in tex. a magiſtro. diſ. xxxvij. ij. li. Et ſicut creaturas in eſſe cōſeruat: ita cū vult illarū ꝓprietates īmutat. Ipſa equidē potentia dei diuiſit mare rubrū in diuiſiōes. Exoḋ. xiiij. c. Ipſa fuit q̄ tot ſigna oſtēdit ꝑplo iudaico in deſerto. vt ptꝫ Exo. in capitulis ſequētibus. Ipſa tēperauit ignē vt nō vreret pueros poſitos in fornace babylonis. Dañ. iij. c. Ipſa deniqꝫ ſuperna potētia dei quoſcūqꝫ miraculoſos effectus ſupnaturaliter eſt opata.

Tertius effectus in quo declarat̄ nobis magnitudo diuine potētie dicit̄ pūitio. Puniuit ſemꝑ equidē qñ voluit deus omnes inimicos ſuos: et nullus vnꝙ̄ inuētus eſt qui valuerit ſe ab illo defendere. Nō angeli: nō hoīes qui cōfidebant ⁊ gloriabant̄ in virtute ſua. Et quis angelos malos de celo empyreo: ⁊ de illa delitioſa habitatiōe priuatos omni beatitudine exire fecit? Potentia dei. Quis a terreſtri paradiſo primos homines qui imperabāt auibus celi: piſcibus maris: ⁊ beſtiis terre ad hanc vallem lachrymarum eiecit? Potentia dei. Quis gigantes potentiſſimos ⁊ robuſtos ſubmerſit in aquis diluuij? Potentia dei. Quis tot reges et tyrannos: tot malos homines crudeles et impios: quot in mundo ſepius fuere

vt Sēnacherib.Pharao.Holofernes.Antio
chus.Nero.Domitian⁹.Julianus.Anthoni⁹
Seuerus.Ceſar.Pōpeius.Hannibal.⁊ reli-
quos exterminauit de terra.Potētia dei. Quis
oēs hoies mūdi ſtare coget ante tribunal iudi
cantis rōnē de ſuis opibus reddituros.Potē
tia dei.O miſeri mortales.o ꝟmiculi.o ꝑſum
ptuoſi pctōres an ꝯfiditis in viribus veſtris.
An ignoratis ꝙ magna ſit potētia dei noſtri.
Et cur illū cōtēnitis.Cur eius ꝓceptis nō obe
ditis:cur eius monitis nō acquieſcitis.Cur a
peccatis q̄ ſibi diſplicēt nō abſtinetis.Humi-
liamini inq̄t Pet.i.epl'a.v.c.ſub potēti manu
dei vt vos exaltet:qm̄ q̄ ſe humiliat exaltabit.
et q̄ ſe exaltat humiliabit.Ergo vt finis ſit hu
ius ſermonis id agere vnuſq̄ſq; dz:vt ꝯſide-
rata potētia dei reuertat ad pniam:⁊ cū plebe
collaudet illū q̄ paratus eſt penitētibus liberali-
ter indulgere:ꝯcedens hic grām:⁊ in futuro
gloriā.in qua viuit ⁊ regnat deus:ꝑ infinita
ſecula ſeculoꝝ.Amen.

Feria ſcd̄a poſt dn̄icam in q̄nquageſima.
de timore dei q̄ eſt efficaciſſima medicia ad cō
uertēdū pctōres ad pniam. Sermo XVI

O Mnis plebs vt vi-
dit dedit laudē deo.Luc.xviij.hec
verba ſcribunt.Que dicta ſunt in
ꝓcedētibus mouere debēt oim hoim corda ad
deū oipotentē vt illū timeant ⁊ vereant.Qm̄
q̄ꝛ pauciſſimi ſunt q̄ eius timorē hūc ſanctū
habeant:idcirco in hoc ſermōe de ipſo erimus
tractaturi.Ipſe etenī deus optime laudat qui
eū vt decet timet ac colit. Nam vbi timor eſt
ibi ⁊ fuga mali ſiue peccati:q: vt dicit Aug⁹.
ſuper .x.c.Job.Timor eſt fuga mali ſpiritu-
alis ne perdat homo qd̄ amat.Ut igitur ple
nam de ipſo habeamus noticiā tria principa-
lia myſteria ꝓponimus declaranda.

Primum dicit ratio.
Secundū diſtinctio.
Tertium duratio.

Cur deus qui ſumme bonus eſt ac totus
ſuauis ⁊ dulcis timeri debeat ⁊ poſſit a nobis
Capitulū I

P Rimū myſterium declarandū dicit
ratio.In quo diſputandū eſt cur de-
us timeri debeat.Nā videt quibuſ-
dam id nullo pacto cōuenire:eo ꝙ obiectū ti-
moris eſt malū.Unde Ariſ.ij.rheto.Illa inq̄t
timemus ex q̄bus nobis mala ꝓueniunt.Sz
deus eſt ſummū bonū a quo nō egrediunt ni-
ſi bona ſm̄ dionyſium in li.de di.no.ergo deus
nō pōt eſſe timoris obiectum:⁊ per ꝯſequē'
nō erit timendus.Sed in ꝯtrariū eſt omnis ſcri
ptura q̄ vt deū timeamus ampliſſime cōmen-
dat ⁊ clamat.Unde Deut.iiij.dei viuētis hec
ſunt verba ad Moyſen.Congrega ad me po
pulū vt audiant ſermōes meos:⁊ diſcant me
timere omni tēpore.Et ibidē.vi.c.Dominuz
deū tuum timebis ⁊ illi ſoli ſerues.Et Joſue
xxiiij.Timete deū ⁊ ſeruite illi corde perfecto.
Et.i.Reg.xij.Timete dn̄m ⁊ ſeruite ei ſoli in
veritate.Et Tobie.iiij.Multa bona habebi-
mus ſi timuerimus deū.Et Judith.xvi.Qui
(dū ſanatus rediret) cogitare cepit ꝙ illa ſani-
tas forſan anime ſue nō expediret. Unde ite-
rū ad ſepulcrū rediēs orauit: vt ſi nō eſſet vti-
le anime ſue ꝯtinuo ipſa īfirmitas rediret. ſta-
timq; rediit ſicut prius. Propterea dicimus
ꝙ qui bene orare volūt: oīa tandē cōmittere
debent volūtati diuine. ¶ Tertia iniuſticia eſt
ex pte eius ꝓ quo orat. Fiunt enī q̄nq; oratio-
nes ꝓ aliq̄bus qui nō merent beneficia q̄ po-
ſtulant ꝓ ipſis. Un̄ deus dixit ad Hiere. de po-
pulo iudaico peſſimo ⁊ indurato. Tu noli ora-
re ꝓ populo hoc: nec aſſumes ꝓ eis laudez et
oratione: vt nō obſiſtas mihi: q: ego nō exau-
diā te. Hiere. xi. c. Sz ad hoc facit exēplū ſan-
cti Bartholomei de quo in ſua legenda ſic hr̄.
Anno dn̄i. ccci. ſaraceni Siciliā inuaden-
tes Liparitanā inſulā (vbi corpus ſancti Bar-
tholomei quieſcebat) vaſtauerūt: ac eius ſepul-
crū cōfringentes: oſſa ipſius diſperſerūt. Ap-
paruit aūt ſanctus cuidā deuotiſſimo dicens.
Surge collige oſſa mea q̄ diſperſa ſunt. Cui il-
le. Qua rōne colligere aut aliquē tibi honorē
exhibere debemus: cū deleri permiſeris: nec au-
xiliū nobis impēderis. Cui ille. Per multū tē-
pus meritis meis dn̄s huic populo pepercit: ſz
coꝝ peccatis nimiū inualeſcentibus ⁊ ad celū
clamantibus iam ꝓ eis nō valui veniā impe-
trare. Sed ex his dubitari ſolet an ꝓ omni-
bus in hac vita exiſtētibus ſit orandū. Et rn̄-
det Tho. vbi. ſ. ar. vii. in rn̄ſione ad tertiū ar-
gumentū. Qd̄ ꝓ pctōribus orādū eſt: vt ꝯuer-
tant: q: ſicut nulli (q̄diu hic viuit) ſubtrahēdū
eſt correptionis beneficiū: q: nō poſſumus di-
ſtinguere pdeſtinatos a reprobatis: vt Aug.
dicit libro de correptiōe ⁊ grā: ita etiā nulli eſt
denegandū orōnis ſuffragiū. Pro iuſtis etiā
eſt orādū: vt perſeuerēt ⁊ pficiant: ⁊ vt nō ſup-
biāt dū ꝯſiderāt ſe alioꝝ ſuffragiis indigere.

¶ Qd̄ ſepe deus nō exaudit orātes: q: ipſi ve-
niā petētibus dare nolūt: aut crudeles ſūt pau-
peribus: aut diffidētes de deo. Caplm̄ II.

[S]Ecundū impedimentū ꝯtrium oran-
tibus ne exaudiant dicit iniquitas.
quando inueniunt in eis potiſſime
tres iniquitates, videlicet.
- Prima dr̄ irremiſſibilitas.
- Secunda dr̄ crudelitas.
- Tertia dr̄ infidelitas.

¶ Prima dicit iniquitas irremiſſibilitas, qn̄
orantes nolūt ꝓximis ſuis (qui eos leſerūt) ve-
niam petētibus indulgere ⁊ offenſas remitte-
re. Ideo dicit Eccl. xxviii. Relinque ꝓximo
tuo nocenti tibi. ⁊ tunc dep̄canti tibi peccata
ſoluent. Xp̄s autē in euangelio Mathei. v.
orari iuſſit ꝓ perſequētibus ⁊ calūniantibus.

Sed circa hoc ſatis in dubio verſatur ani-
mus. Primo q: in ſacra ſcriptura inducunt
multe imp̄cationes cōtra inimicos. Dicit enī
in ps̄. Erubeſcant ⁊ cōturbentur oēs inimici
mei. Et alibi. Erubeſcant impii ⁊ deducant in
infernū, muta fiant labia doloſa. Et alibi. Cō-
fundant ⁊ reuereant inimici mei ⁊c. Se-
cūdo q: vindicari de inimicis in malū inimi-
coꝝ cedit. ſz ſancti vindictā de inimicis petūt,
ſicut patet Apoca. vi. vbi martyres xp̄i indu-
cunt di. Uſq; quo nō vindicas ſanguinē no-
ſtrum de his qui habitāt in terra. Et Helias
rogauit vt ignis deſcenderet de celo: qui cōſu-
meret duos principes q̄nquagenarios, ⁊ ex-
auditus eſt. iiii. Reg. i. Tertio q: operatio
hominis ⁊ eius oratio nō deberent eſſe cōtra-
ria: ſed homines q̄nq; licite impugnant ini-
micos: alioquin oīa bella eſſent illicita. ergo
videt ꝙ nō ſit ꝓ inimicis orādū. ¶ Reſpon-
det Tho. vbi. ſ. eo modo (quo tenemur dilige-
re inimicos) tenemur ⁊ ꝓ eis orare. Diligim⁹
enī in eis naturam: nō culpā. Diligere etiā ini-
micos in generali eſt in pcepto. nō aūt in ſpe-
ciali. vt ſcz homo ſm̄ pparationem animi ſit
paratus etiam ſpecialiter inimicum diligere.
⁊ eum iuuare in neceſſitatis articulo: vel ſi ve-
niam peteret. Sed in ſpeciali inimicos dilige-
re abſolute ⁊ eos iuuare perfectionis eſt. Si-
militer ⁊ neceſſitatis eſt vt a cōmunibus no-
ſtris orationibus (quas ꝓ aliis facimus) inimi-
cos non excludamus. Qd̄ autem ſpecialiter
oremus perfectionis eſt: nō neceſſitatis: niſi
in aliquo caſu ſpeciali. ¶ Ad primū ergo di-
cendū ꝙ imp̄cationes (que in ſacra ſcriptura
ponunt) quadruplr̄ poſſunt intelligi. Uno
modo ſm̄ ꝙ ꝓphete ſolent ſigura imp̄cantis
futura pdicere. vt Auguſtinus dicit i li. de ſer-
mone domini in monte. Secūdo modo ꝑ
ut quedā temporalia mala peccatoribus quā-
doq; a deo ad correptionē mittunt. Ter-
tio mō intelligunt petere nō ꝯtra ipſos homi-
nes: ſed ꝯtra regnū peccati. vt. ſ. correptione
hominū peccatū deſtruat. Quarto mō cō-
formādo voluntatē ſuā diuine iuſticie circa
damnationē perſeuerantiū in pctō. ¶ Ad ſe-
cundū dicendū ꝙ (ſicut in eodē libro Aug. ait.)
Uindicta ſanctoꝝ eſt ꝓpter diuinā iuſticiā.
q̄ (vt inquit ps̄.) Letabitur iuſtus cū viderit
vindictā. ¶ Ad tertiū dicendū ꝙ licitum eſt

impugnare inimicos: vt compeſcantur a pec-
catis: eo ꝙ cedit in bonū eorum. Et ſic etiā
lz orando petere aliqua temꝑalia mala inimi-
corum: vt corrigant. Et ſic oratio ⁊ operatio
non erunt contraria. ¶ Secūda iniquitas di-
citur crudelitatis: quando orantes deum libe-
ralem inuenire volunt: ⁊ ipſi proximis ſuis
auari ſūt ⁊ crudeles. Ideo Tobie. xii. dicitur.
Bona eſt oratio cum ieiunio ⁊ elemoſyna.
¶ Tertia iniquitas dicit infidelitatis. Orant
multi ſine fide: ſumendo fidem pro fiducia ſi-
ue confidentia. Ideo dicit Iacobi primo. Si
quis indiget ſapiētia poſtulet a deo, poſtulet
autem in fide nihil heſitans. Nam vt inquit
pſalmiſta ps̄. xxxii. Oculi domini ſuper me-
tuentes eū ⁊ in eis qui ſperāt ſup mīa eius.
Et Prouerb. xxx. Clypeus eſt dn̄s omnibus
ſperātibus in ſe. Et Eccl. ii. Reſpicite filii na-
tiones hoim: ⁊ ſcitote quia nullus ſperauit in
dn̄o ⁊ confuſus eſt.

¶ Qd̄ deus q̄nq; nō exaudit orantes ꝓpter
illorum impatientiam. ⁊ qualiter orandū eſt
perſeueranter. Caplm̄ III

[T]Ertium impedimentū contrarium
orantibus ne exaudiantur dicit im-
patientia. Sunt enī multi qui ſi ſta-
tim non exaudiant cum orant efficiuntur im-
patientes: murmurāt de deo ⁊ ad deum am-
plius redire nolunt: deum eſſe durū tenacē et
auarū di. Quibus ſonare debet vox euāgelica
xp̄i di. Lu. xi. Quis veſtrū habebit amicum
⁊ ibit ad illum media nocte dicēs. Amice ac-
commoda mihi tres panes: qm̄ amicus me⁹
venit de via ad me. ⁊ nō habeo quod ponam
ante illum. Et ille deintus reſpōdens dicat.
Noli mihi moleſtus eſſe. Iā clauſum eſt oſti-
um: ⁊ pueri mei mecū ſunt in cubili: nō poſſū
ſurgere ⁊ dare tibi. Et ille perſeuerauerit pul-
ſans. Dico vobis. Et ſi nō dabit illi ſurgēs eo
ꝙ amicus eius ſit: ꝓpter importunitatez, ta-
men eius ſurget: ⁊ dabit illi quotquot habet
neceſſarios. Et ego dico vobis. Petite ⁊ dabi-
tur vobis. Ubi xp̄us docet nos pſeueranter
orare: quia perſeuerantia continua in quoli-
bet opere arduo ſatis prodeſt. Ideo ait Oui-
dius libro ſcd̄o de ponto. Percuſſu crebro ſa-
xa cauant aquis. Et lib. iiii. dicit Gutta cauat
lapidem non vi ſed ſepe cadendo. Et libro. i.
de arte amandi. Quid magis eſt durum ſaxo
quid mollius vnda? Dura tamen molli ſaxa
cauantur aqua. Et Job. xiiii. c. Lapides exca-
uant aque. ⁊ alluuione paulatim terra conſu-
mitur. Nec ꝓpterea quia replicatis vicibus
deus vult exorari: illiberalis ⁊ inurbanus eſt
cenſendus. qui ideo quandoq; ſua beneficia
rogatus differt conferre: vt nos humiliet: vt
corda noſtra magis inflammet. ⁊ bn̄ficia ſua
ſapidiora reddat. Amoueantur ergo impedi-
menta predicta. ⁊ erit tranquillitas in animo
orantis. Cui xp̄us hic dabit gratiam ⁊ poſt-
ea gloriam. Amen.

¶ Dominica Inuocauit in mane de tp̄e bene
diſpenſando. Sermo XXII

[E]cce nunc tempus

acceptabile. Doctoris gentiū ver-
ba ſunt iſta. ii. Corinth. vi. caplo.
et in epiſtola preſentis dominice. Ponderan-
da ſunt vba apl̄i: q̄ de tēpe dicit in lectione
occurrētis epl̄e: q̄m nulla granior periculoſior
q; iactura ꝙ pditio tp̄is. Illud nāq; datū eſt
nobis a deo vt poſſim⁹ mereri regnū eternū.
Si tn̄ defecerit ſine merito deficiet etiā ſpes
noſtre ſalutis. Diximus enī in pcedentibus ſer-
monibus de iuſticia dei: qualr̄ hīc in inferno
ſunt extra oēm ſtatū omneq; temp⁹ merendi
dolent ſe eſſe poſitos. Solerter itaq; vnuſq̄ſq;
ſtudere debet: vt temp⁹ ſibi cōceſſum fructuo-
ſe diſpenſet: quod q: pleriq; negligūt: idcirco
in preſenti ſermone de tempore erimus locu-
turi. de quo principaliter tria myſteria ppo-
nimus contemplanda.
- Primum dr̄ conditio.
- Scd̄m dr̄ nominatio.
- Tertium dr̄ obſeruatio.

¶ De trib⁹ ꝯditiōib⁹ tp̄is ſcz breuitate mobi-
litate ⁊ irreuocabilitate. Caplm̄ I

[P]Rimum myſteriū contemplandum
de tēpe dr̄ conditio. In quo attente
cōſiderare debemus quot ſunt pnci-
pales tp̄is ꝯditiones. Et reducimus illas ad
tres videlicet.
Prima dr̄ breuitatis.
Secunda mobilitatis.
Tertia irreuocabilitatis.
Prima cōditio temporis dr̄ breuitas: q̄a
vt inq̄t Paulus. i. Cor. vii. Tempus breue ē.
Et hoc tripliciter.
Primo reſpectu ſui.
Secundo reſpectu dei.
Tertio reſpectu noſtri.
Primo tp̄s eſt breue reſpectu ſui: q: incepit
eſſe ⁊ deſinet eſſe. Qd̄ tp̄s incepit eſſe patet ꝑ
dicta doctoꝝ. Unde Caſſiodor⁹ ſup ps̄. liiii.
ait. Tempus tūc cepit qn̄do mūd⁹ ſumpſit
initium. Et Origenes lib. primo ſup. r. Gen.

Tempus nō erat anteq̄ mūdus nō eſſet: ſed
eſſe cepit. Et Iſiđ. lib. i. de ſummo bono. Nul-
la ante p̄ncipiū mūdi fuerūt tp̄a: qꝛ cuꝫ ip̄m
ſit creatura in p̄ncipio mūdi factū eſſe credē-
duꝫ eſt. Et Aug. li. v. de tri. Tēpus non cepit
in tpe. Non em̄ erat tp̄s anteq̄ eſſet tp̄s. Et
ſi diceret̄ q̄ om̄e qđ cepit eſſe: aut cepit eē in
tpe: aut in eternitate. Si ḡ tp̄s cepit eſſe ꝛ nō
cepit eē in et̄nitate: ḡ cepit eē in tēpe. Rn̄det
d. Boñ. ij. di. ſcđ i li. in declaratōe lr̄e. Qđ ſm̄
Aug. differt dicere aliq̄d fieri ex tpe: ꝛ in tpe
ꝛ cū tpe. Ex em̄ importat ordinē: in importat
cōtinentiā: cū importat ſimultatē. ꝛ ideo nihil
factū eſt i tēpe: nec ex tpe: niſi qđ exceditur a
tpe. Quia ergo tp̄s ꝛ ea q̄ in p̄mordio tēpis
creata ſunt a tpe nō excedunt. ideo di. Aug.
ea eſſe creata cū tpe. nō in tpe. nec ex tempe.
Scđm aūt Bedā quē magr̄ inducit i textu
quattuor fuerūt a p̄ncipio creata ſcꝫ materia
p̄ma: angelica natura: celū empyreū: ꝛ tēpꝰ.
Dicit tn̄. d. Boñ. vbi. s. art. ij. q. i. c q̄ tēpus
accipi cōſueuit in ſcripturis ſctōꝝ q̄druplr̄. ſ.
cōiſſime: cōiter: ꝓprie: ꝛ magis ꝓprie. Com
muniſſime tp̄s dicit menſurā cuiuſlibet du-
rationis create. ꝛ ſic accipitur illud Beda. Cō-
muniter dicit menſurā cuiuſcūqꝫ mutatiōis:
ſiue illius q̄ eſt de nō eſſe in eſſe: ſiue alterius
q̄ eſt de vno eſſe in aliud eē. Et ſic accipit tp̄s
Ric. de ſctō Victore in glo. ſup. i. c. Geñ. vbi
dicit. Omne quod cepit ex tempe cepit. Ter
tio modo accipit̄ ꝓprie. ꝛ ſic dicit menſuram
variatiōis ſucceſſiue: ſiue ſit ſucceſſiua ſucceſ
ſione regulari ꝛ ꝯtinua ſiue nō. Et ſic. d. Au-
gu. ad Oroſiū q̄ affectiones varie āgeloruꝫ
mēſurant̄ tēpe ꝛ oīs variatio rerū. Quarto
modo accipit̄ magis ꝓprie: ꝛ ſic dr̄ menſura
motus ſiue variatōis ſucceſſiue cōtinue et re
gulate ſm̄ regulā motꝰ octaue ſphere. Et ſic
cōſueuit accipi ab Ariſto. ꝛ cōmentatore. iiij
phiſicoꝝ. Et iſta eſt coartata tēpis acceptio.
Et ſicut tp̄s cepit eſſe ita deſinet eſſe. Unde
Apo. x. Ioh. ait. Angelus quē vidi ſtantē ſup̄
mare ꝛ ſupra terrā leuauit manū ſuā ad celū
ꝛ iurauit ꝑ viuentē in ſecula ſeculoꝝ: q̄ crea-
uit celū ꝛ ea q̄ in eo ſunt. q̄ tp̄s amplius non
erit. Quēadmodū aūt ceſſante motu celi ceſ-
ſabit etiā ꝛ tempus: plenius dicaꝫ in ſmone
de cōtemptu mūdi. Scđo tp̄s ē breue reſpe
ctu dei. nam deus eſt eternus ſine tpe ſine ſuc
ceſſionis menſura: q̄m vt inq̄t Ariſt. iiij. Phi
ſicoꝝ. Ea dicunt̄ tpe mēſurari que p̄ncipiuꝫ
et finem habēt. Eſt aūt reperire principium et
finē in omni eo qđ mouet̄: quod vō eſt oīno
immutabile: ſicut nec ſucceſſionē ita nec prin
cipiū nec finē habere pōt. Ideo cū deꝰ ſit ma-
xime immutabilis ſibi maxime cōpetit vt ſit
eternus: qꝛ deus eſt ſuū eſſe vniforme. Unde
ſicut eſt ſua eſſentia ita eſt ſua eternitas. Et
hoc expꝛſſit Aug. d. ad Marcellinū. Deꝰ ſolus
eſt qui exordiū nō habet. Sꝫ q̄ ſoli deo nō
competat eternitas ꝓbare poſſet aliq̄s ꝑ di-
cta ſcripture. Un̄ Dan. xij. dr̄. Qui ad iuſticiā
erudiūt mltos fulgebūt q̄ſi ſtelle i ꝑpetuas et
nitates. Sed ſi ſolus deus eſſet eternꝰ n̄ eēnt
plures eternitates. Et dđ in p̄s. mōtes vocat
eternos. Illuminās inquit tu mirabilr̄ a mō
tibus eternis. Et Deut. xxxiij. colles vocātur
eterni. ꝛ Mat. xxv. Ignis inferni adhuc no-
minat̄ eternus. Ergo nō eſt ſolus deꝰ et̄nus
Rn̄det Tho. parte. i. ſumme. q. x. ar. iij. q̄ eter
nitas vere ꝛ ꝓpe in ſolo deo eſt: eo q̄ ꝯſequit̄
imutabilitatē vt dictū eſt. Solus aūt deꝰ eſt
oīno imutabilis. Scđm tn̄ q̄ aliq̄ ab ip̄o im
mutabilitatē recipiunt: ſm̄ hoc aliquid eter-
nitatis eius participāt. Quedam vō quātuꝫ
ad h̄ imutabilitatē ſortiunt̄ a deo: qꝛ nunq̄
deſinūt eſſe. Et ſic dr̄ Eccl̄s. i. Terra vō i eter
nū ſtat. Quedā etiā eterna in ſcp̄turis dicūt̄
ꝓpter diuturnitatē duratōis: lꝫ corruptibilia
ſint: ſicut in vbis allegatis dicunt̄ eterni mō
tes ꝛ colles. Quedā ampliꝰ participāt de rōe
eternitatis inq̄tū hn̄t intrāſmutabilitatem.
vel ſm̄ eſſe vt ignis inferni. vel ſm̄ ſuā ope-
rationē: ſicut angeli ꝛ beati vidētes deum in
q̄bus nō erūt q̄tū ad viſionē beatificā volu-
biles cogitationes vt docet Aug. xiiij. de trini.
Un̄ dicunt̄ hr̄e vitā eternā. ſm̄ illud Jo. xvij
Hec eſt vita et̄na vt cognoſcāt te ſolū verum
deū. Multe ḡ et̄nitates ſunt: qꝛ mlti ſūt par
ticipātes et̄nitatē ex ip̄a dei ꝯtēplatōe. Dici-
mus ḡ q̄ ſicē ſolꝰ deus eſt bonus ꝑ ſuā eſſen-
tiam. vt dicit Boetius i lib. de hebdomadibꝰ
omnia aūt alia ſunt bona ꝑ participationeꝫ:
ita ſolus deus eſt eternus ꝑ ſuā eſſentiā. alia
vō dicunt̄ eterna ꝑ participationē. Tertio.
tp̄s eſt breue reſpectu noſtri. Quid em̄ de tpe
dicā ad vitā p̄ntem nobis cōceſſo. Audiamꝰ
ſapientū ſanctorūqꝫ voces. Inq̄t em̄ Iob. viij
Sicut vmbra ſunt dies noſtri ſup terram. et
xiiij. Homo natus de muliere breui viuēs tpe
replet̄ multis miſerijs. Qui quaſi flos egre. ꝛ
ꝯte. ꝛ fugit velut vmbra. Et. xiiij. Breues di
es hoīs ſūt. Et Greg. xv. li. moral. Oīs lōgi
tudo vite p̄n̄ꝫ pūctus eſſe cognoſcit̄ cuꝫ fine
termínet̄. Et Iſiđ. li. i. ſoliloquiorum. Quoti
die dies vltimꝰ appropinquat. Quotidie ad

finē tendimꝰ. quotidie ad mortē ꝓperamus.
Et Iacobi. iiij. Que eſt vita veſtra: Vapor ē
ad modicū parens: ꝛ deinceps exterminabit̄
Et Seneca ad Lucillū. Punctū eſt oē qđ vi-
uimus: ꝛ adhuc puncto minꝰ. Et iterū ad eū-
dem. Quotidie morimur: quotidie demit̄ ali-
qua pars vite: ꝛ tūc quoqꝫ cū creſcimꝰ vita de
creſcit. Et idē de ꝯſolatione ad Marciā. Oīa
humana breuia ꝛ caduca ſunt ꝛ infiniti tp̄is
nullā partē occupantia. Et idē in tragedijs.
Etate fruere mobili curſu fugit. Et idē in que
ſtionibus naturalibus. Fugit tp̄us ꝛ auidiſſi
mos ſuos deſerit pēdo. Elegant̄ leſio cuidā
dicenti. ſexaginta annos habeo. Hos inq̄t ſe
xaginta dicis quos nō habes. Et Ouidiꝰ lib.
iij. de faſtis. Tp̄a labunt̄ tacitiſqꝫ ſeneſcimus
annis. Et celer admiſſis labit̄ annus equis.
Et in. x. metham. Labit̄ occulte fallitqꝫ vola
tilis etas: Et nihil eſt annis velociꝰ. Hinc ſa
pienter ph̄us quidā quaſdā ſibi q̄ōnes ꝓpoſi-
tas ſoluit. Interrogatꝰ etem̄ cū quibꝰ ſocijs ē
hō. rn̄dit. Cū ſeptē qui eū aſſidue moleſtant.
Hi ſunt fames ſitis calor frigꝰ laſſitudo infir
mitas ꝛ mors. Interrogatꝰ vbi eſt homo. rn̄-
dit. in bello multiplici ꝛ diuerſo. Intra ſe ha-
bet bellū mordentis ꝯſcie. In ꝓprio corpe hꝫ
bellū quattuor elemētoꝝ que ſecū pugnāt ad
inuicē per ꝯtrarias qualitates. Extra ſe habꝫ
bellū rerū cōcupiſcabiliū ꝛ diabolice tēptatio-
nis. Interrogatꝰ tertio quō ſe hꝫ hō: rn̄dit. vt
lucerna ad ventū que cito extinguit̄: vt ſcin-
tilla in mari que cito ab vndis abſorbet̄. vt
ſpuma gracilis que cito a ꝓcella diſpergitur.
vt fumꝰ qui cito diffundit̄. Interrogatꝰ quar
to cui ſilis eſt hō: rn̄dit. aceruo niuis. qꝛ acer-
uus niuis modico calore cito in aquā de qua
fuerat reſoluit̄. Sic hō genitꝰ de putredie mo
dica infirmitate in eā reuertit̄. Silis eſt etiā
hō roſe matutine: que dū colligitur mane pul
chra videt̄: in ſero vero marcida inuenitur.
Sic hō in iuuentute apparet floridꝰ: in ſene-
ctute vero marceſcit. Similis ē etiā pomo no
uo: qđ dū in arbore pendens ad incrementuꝫ
debitū ꝑuenire credit̄: modico tn̄ verme inte
rius exorto corroditur: ꝛ ſubito corruens ef-
ficitur inutile. Sic hō in puericia ſua aut i ado
leſcentia ſepiꝰ ſubita infirmitate preuentꝰ mo
ritur ꝛ inutilis efficitur. Interrogatꝰ q̄nto q̄d
eſt hō: rn̄dit. mancipiū mortis: hoſpes loci: vi
ator tranſiens. Mancipiū dicit̄: qꝛ manum
mortis nequit euadere. Hoſpes loci: qꝛ reci-
pitur cū gaudio. ſꝫ cito obliuioni tradit̄. Via-
tor vero tranſiens vocat̄: qꝛ dormiens aut vi
gilans: ſedens aut ambulans. vel q̄cq̄d aliud
faciens ſemper ad mortē ꝓperat. Abſoluit er-
go ph̄s optime dicta ſua oſtendens vite hūa-
ne dolendā breuitatē. Et quid ꝓdeſt eſſe in de
litijs: poſſidere diuitias: ſedere in throno re-
gni: florere in iuuentute: letari pulchritudine
ꝛ quibuſcūqꝫ tp̄alibꝰ bonis ꝑfrui: qn̄ tam cito
vita ceſſabit: Aut quō nō erūt irriſione digni
qui deū derelinquētes in illa ꝯfidūt: Hinc Au
guſtinꝰ in lib. de miſeria huiꝰ mūdi exclamās
ait. O vita p̄ſens q̄ multos decipis: que duꝫ
cognoſceris nihil es: dū exaltaris fumus es.
Sapientibꝰ amara es: inſipientibꝰ dulcis es.
Qui te querūt non te cognoſcūt: qui te cogno
ſcunt ip̄i te fugiūt. Ideo Paulus hāc breuita
tem vite ꝯſiderās. i. Coꝝ. vij. dicebat. Qui ha
bent vxores tanq̄ non habētes ſint: ꝛ q̄ flent
tanq̄ nō flentes. ꝛ qui gaudēt tanq̄ nō gau-
dentes: ꝛ qui emunt tanq̄ nō poſſidentes. ꝛ
qui vtunt̄ hoc mūdo tanq̄ nō vtunt̄. Prete-
rit em̄ figura huiꝰ mūdi. Scđa cōditio tp̄is
dr̄ mobilitas. Semp em̄ tp̄s eſt mobile ꝛ nū-
q̄ quieſcit. Sic ꝛ cōditio noſtra mutabilis ē
ꝛ mouet̄ ſemp cū tpe. Iō Job dicebat. xiiij. c.
loquens de hoīe. Nunq̄ in eodē ſtatu perma
net. Et Oui. lib. xv. metha. inq̄t. Nec ſpecies
cuiqꝫ manet rerūqꝫ nouatrix. Et alijs alias re
parat natura figuras. Nil equidē ꝯſtare diu
ſub imagine eadē. crediderim. Et in auten. de
nō alie. §. vt aūt dr̄. Quid eſt ſtabile inter ho-
mines ꝛ ita imobile vt nullā patiat̄ imutatio
nē: cū oīs noſter ſtatꝰ ſub ꝑpetuo motu conſi
ſtat. Et. C. de vete. iure. enucle. l. ij. §. ſed quia
diē. Humani iuris ꝯditio ſemp in infinitum
decurrit: ꝛ nihil eſt in ea quod ſtare perpetuo
poſſit. Et Caſſiodorꝰ lib. iij. epl̄arū. Humane
res mutabilitateꝫ patiunt̄. Ideo Seneca ad
Lucillū ꝑpulchre ſic loquit̄. Noli huic tranq̄l
litati cōfidere. Memento mare euertit̄ ꝛ eo-
dem die vbi luſerūt nauigia ſorbent̄. Videmꝰ
oīa iſta quotidie ꝑ expientiā deficere: experi-
murqꝫ oīa vanitati fore ſubiecta. ꝛ tn̄ omneꝫ
operā adhibemꝰ ad hec tp̄alia bona aſſequen
da. Pro celeſti aūt mercede que in eternuꝫ eſt
duratura: nec in minimo labore ſumꝰ parati.

Tertia cōditio tp̄is dr̄ irreuocabilitas. Per-
ditum nanqꝫ tp̄s adeo irreuocabilr̄ euolat vt
ampliꝰ recuperari non poſſit. Un̄ Ouidiꝰ in ter
tio de arte amandi. Nec que preterijt hora re
dire poteſt. O q̄ precioſum eſt tp̄s cū quo lu
crari poſſimus eternitatē. Iō Señ. ad Lucil-
lum dicebat. Oīa mi Lucille aliena ſunt tp̄s
tm̄ noſtrū ē. Ex hoc Hieronymꝰ ſic ſcribit ad

Euſtochiū. Omne tempus in quo te meliorē non ſenſeris exiſtima perdidiſſe. Et Bern. videns ocioſorum incredibilem numerum in libro de contemptu mūdi ſic loquitur. Heu heu nihil precioſius tempore: nihil hodie vilius reputatur. Hec ille.

De triplici vocabulo expreſſiuo temporis, ſcʒ nunc tunc ⁊ olim. Caplm II

Secundū myſteriū contemplandum de tpe dicit nominatio ſeu expreſſio. Nā ſm Tho. in ſcripto ſup. iij. ethi. ⁊ ſuper. v. phiſicoꝝ. Tempus triplici vocabulo exprimi ⁊ nominari ſolet.

Primum vocabulum eſt nunc.
Secundum vocabulum eſt tunc
Tertium vocabulum eſt olim.

Primū vocabulū quo tpus exprimit dicitur nūc, in quo ſignat tps pſens ſeu pſentis vite. qñ poſſum⁹ dūtaxat opari bonū. Nā in inferno opatio bona nulla erit vbi aie ſunt irreuocabiliter condemnate. Jn paradiſo nulla erit opatio laborioſa neceſſaria ⁊ vbi aie ſunt beatificate. Jn purgatorio etiā nulla pōt eſſe operatio meritoria: ſed tm̄ pena ſatiſfactoria. Jdeo cū audimus nūc euigilare debemus ⁊ intelligere ꝙ tm̄ preſens tpus eſt opportunum ad agendā pniam. Et qui futurū expectat mūdi allectus dulcedine grandi ſe exponit periculo. Jdeo dixit ſctūs Barlaā: ꝙ q̄ delectatiōes corporales deſiderāt: ⁊ in preſenti diſſimulāt agere pniam ⁊ puidere ſibi de futura vita: ſimiles ſunt cuidā hoi qui dū a facie vnicornis ne ab eo deuoraretur veloci⁹ fugeret: in quoddam baratrū magnū cecidit, dum aūt caderet manibus arbuſculā quandaʒ apprehendit: ⁊ baſe quadā lubrica ⁊ inſtabili fixit pedes. Reſpiciens vero vidit duos mures: vnū albuʒ ⁊ aliū nigrū inceſſanter radicē arbuſcule quam apprehenderat corrodentes: ⁊ iā ppe erāt vt ipam abſcinderent. Jn fundo aūt baratri vidit draconē terribilē ſpirantē ignē: ⁊ aperto ore ipm deuorare cupientē. Super baſem vero vbi pedes tenebat vidit quattuor aſpidum capita inde prodeuntia. Eleuans aūt oculos vidit exiguū mellis in ramis illius arbuſcule: oblituſqꝫ periculi in q̄ poſitus erat ſeipm totū ad mel comedendū cōuertit. Unicornis mortis tenet figurā que hoiem ſemper perſequit. Baratrū vero mūdus eſt omnibus periculis plenus. Arbuſcula vniuſcuiuſqꝫ eſt vita que per horas diei ⁊ noctis quaſi per murem albū ⁊ nigrū inceſſanter cōſumitur. ⁊ inciſioni appropinquat. Baſis quattuor aſpiduʒ corpus eſt ex quattuor elementis cōpoſitū: quibus inordinatis corporis cōpago diſſoluitur. Draco terribilis eſt os inferni cunctos deuorare cupiens. Dulcedo ramuſculi delectatio fallax mundi qua multi decipiūtur detinenturqꝫ ne in preſenti dū tempus adeſt ⁊ facultas datur clament ad dñm ⁊ toto corde conuertant ad illū. Secundū vocabulū quo tempus exprimitur dicitur tunc, ⁊ ſignificat illud quod eſt remotū a preſenti: ⁊ precipue futuꝝ. Jn ſcripturis vero diuinis ſepte tunc nobis ſe ingerunt iugiter meditanda. Primū tunc ē horribilis viſionis: quando ſcʒ damnati miſeri iudicem omniū in ſua maieſtate videbunt. Et de hoc ſic dicitur Luc. xxi. Tunc videbunt filium hominis venientē in nube cū poteſtate magna ⁊ maieſtate. Secundū tunc eſt generalis lamentationis: quando cōis erit ⁊ infructuoſa lamentatio damnandoꝝ. Et de hoc dicitur Matth. xxiiij. Tunc plangent ſe omnes tribus terre. Terciū tunc eſt iocunde aſſociationis. de quo dicitur Sap. v. Tunc ſtabūt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt ⁊ qui abſtulerunt labores eorū. Quartū tunc eſt timende locutiōis. de quo Dauid in pš. ij. ait. Tunc loquet ad eos in ira ſua: ⁊ in furore ſuo conturbabit eos. Quintuʒ tunc eſt dulcis vocatiōis qñ vocabunt electi ad poſſidendū glorioſiſſimū regnū dei. Et de hoc Matth. xxv. Tunc dicet rex his qui a dextris eius erunt. Uenite bñdicti pris mei poſſidete paratū vob̄ regnū a ɔſtitutiōe mundi. Sextū tūc eſt eterne dānatiōis. de quo Mat. xxv. Tūc dicet ⁊ his qui a ſiniſtris erūt. Diſcedite a me maledicti i ignē eternū q̄ par⁹ ē diabolo ⁊ āgel' ei⁹. Septimū tūc ē plene btificatiōis. de q̄ Eſa. lx. Tūc videbis ⁊ affiues ⁊ mirabit ⁊ dillatabit cor tuū. Si q̄s igit h̄ ſepteʒ tūc ſepi⁹ mēte reuolueret: hui⁹ mūdi fallacijs pfecto nō decipet. Tertiū vocabulū quo tps exprimitur dicitur olim. quod preſertim preterita nobis habet denotare. Jnter oīa aūt ſignificare nobis debet beneficia dei que ſuſcepimus ex quib⁹ ad pniam inducimur in preſenti. Jdeo xpus dicebat Matth. xi. Ve tibi corozaim ve tibi bethſaida: quia ſi in tyro ⁊ ſidone facte eſſent virtutes que facte ſunt in vobis olim in cinere ⁊ cilicio pniam egiſſent

De triplici obſeruatione tpis. ſcʒ naturali: ſuperſticioſa: ⁊ virtuoſa. Caplm. III.

Tertiū myſteriū contemplandū de tēpore dicitur obſeruatio. Nam a multis diuerſimode tempus obſeruatur

Jdeo triplex eius obſeruatio notari pōt.
Prima dr naturalis.
Secūda ſuperſtitioſa.
Tertia virtuoſa.

Prima eſt obſuatio nālis qñ q̄s comedit bibit dormit ſuaqꝫ negocia facit tpe debito. Sic agricole ſeruāt tps frumenta ſerendo tēpore autumnali nō eſtiuo. Naute ſeruant tps nauigando cū venti adſunt ſecundi. Medici ſeruant tps egrotis medicinas tpe opportuno miniſtrādo: qr Eccl'iaſtes. iij. dr. Oia tps habēt. Et Ouidius lib. i. de remedio amoris. Tēporibus medicina valʒ data tpe pſunt. Et data nō apto tpe vina nocent. Scd̄a tpis obſeruatio dr ſupſtitioſa. de qua loquit Aug. in Ench. ⁊ ponit. xxvi. q. vij. c. Quis exiſtimaret. Quis exiſtimaret inqt ꝙ magnū peccatū ſit dies obſeruare ⁊ menſes ⁊ annos ⁊ tpa. ſicut obſuāt q̄ certis diebus: ſiue mēſibus: ſiue annis: volunt vel nolūt aliq̄d inchoare: eo ꝙ ſm vanas doctrinas hoim fauſta vel infauſta exiſtimēt tēpora. Similiter rephendit obſeruatio tēporis ſupſtitioſa eadē cauſa ⁊. q. in c. nō licet. in. c. ſi q̄s. ⁊ in. c. nō obſuetis. Quia inquit apl's. ſiue manducatis: ſiue bibitis: ſiue aliq̄d aliud facitis in nomine dñi noſtri leſu xpi facite. in quo viuimus mouemur ⁊ ſumus. Modernis vero tēporibus exaſperādi maxime ſunt aſtrologi quidā qui oim hoim facta ſm aſtrorū regulam iudicant eſſe regulanda. Quos Aug⁹. li. v. de ciui. dei. c. vij. deridet ſic exclamando. O ſtulticiam ſingularem Eligitur dies vt ducat vxor. Credo ppterea qr pōt in diem nō bonū niſi eligat incurri et infelicit duci. Ubi eſt ergo ꝙ naſcenti iā ſidera decreuerunt. An pōt homo qd̄ ei iam cōſtitutū eſt diei electiōe mutare. Et qd̄ ipſe in eligendo die cōſtituerit nō poterit ab alia poteſtate mutari. Et paulo inferius ſequit Aug. Si autē ppterea valent ad has res dies electi: qr terrenis oibus corporibus: ſiue aiantibus: ſiue nō aiantibus: ſm diuerſitates tēporaliū momentoꝝ ⁊ ſiderū poſitio dūat. ɔſiderēt ꝙ innumerabilia ſub vno tēporis puncto vel naſcant vel oriantur: vel inchoent. ⁊ tam diuerſos exitus habeant. vt iſtas obſeruationes cuiuis puero ridendas eſſe perſuadeant. hec ille. Et reuera qui oīa inchoanda aut agēda perſuadēt ſm mathematicoꝝ dogmata nō ſolū peccant: verū etiam ⁊ ſepius inueniūt ſe deluſos. Nā ⁊ ego ipſe noui aſtrologū quendā in ciuitate Camerini: qui vix domū exire volebat abſqꝫ annotatione curſus ſiderū ⁊ planetarū. Hic vt a fidedignis in pfata ciuitate mihi relatum eſt: oblatas ſibi vxores per plures annos reſpuit: qñ ſm ſuam aſtrologiam nō videbat ſibi tempus ſalubre: tandē vt ipſe dicebat ſm aſtrorum fauorē vnam accepit: illāqꝫ duxit: cui pdicabat diu ſecū in leticia victurum. Sed vix per hebdomadā ſteterūt ſimul: et ſtatim rixe: diſcordieqꝫ peſtilentiſſime exorte ſunt inter ipſum ⁊ vxorē. ⁊ modico poſt tpe elapſo vxor in infirmitatē cecidit ⁊ mortua ē. Aſtrologo vero mentita eſt vis ſiderū. Jdem etiam ſocietatē quandā cū mercatoribus quibuſdā fecit: ⁊ ſeptingentos florenos ad negociandū p parte ſua deputauit. Emerunt autē mercatores maximā q̄titatem croci. Qd̄ cū vellent venetias deſtinare noluit aſtrologus mulos onerare: donec vidit per ſuā artem ſibi aſtra blandiri. Fatebaturqꝫ copioſum lucruʒ ex croco illo ſibi ac ſocijs puenturū. Ueruntñ cum ex ancona nauis quedā croco pdicto alijſqꝫ mercibus onuſta diſceſſiſſʒ flantibus cōtrarijs ventis: tēpeſtateqꝫ inualeſcente naufragiū paſſa eſt. Quod cū audiſſʒ aſtrologus nunꝙ deinceps aſtris credere voluit. Jdeo abſtinendū eſt a talibus obſeruantijs: ⁊ in omni tēpore noſtro diuinū eſt implorandū auxiliuʒ et inuocandū nomen dñi noſtri ieſu xpi. qm̄ vt dicit. xxvi. q. ij. Qui ſine ſaluatore ſalutem vult habere: ⁊ ſine vera prudentia exiſtimat ſe prudentē fieri poſſe: nō ſanus: ſed eger: nō prudēs: ſed ſtultus: in egritudine aſſidua laborabit: ⁊ in cecitatis noxia ⁊ dementia permanebit. Tertia obſeruantia tēporis dicit virtuoſa. eoꝝ ſcʒ qui cōſiderantes ea que diximus cognoſcūt tēpus viſitationis ſue. Hi ſiquidē dū illud habent conant operari bonuʒ audiētes vocē dei. de qua Paulus in epl'a dic. Tēpore accepto exaudiui te. ⁊ in die ſalutis adiui te. Ecce nūc. ſ. in pſenti vita tps acceptabile orandi: ieiunādi: peregrinādi: plangēdi: et lachrymādi p delictis: aliena reſtituēdi: cōfitendi pctā: ſatiſfaciendi deo ⁊ primo ꝟtutūqꝫ actus aggrediēdi: ppt q̄ ɔſequi valebim⁹ ⁊ in hoc ſcl'o dei grām: ⁊ in futuro ei⁹ leticiā in q̄ cū xpo regnabim⁹ p oia ſcl'a ſcl'oꝝ. Amen.

¶ Dominica inuocauit infra diem de vita hominis ſm triplicis ſtatus cōſideratiōnē.

Sermo XXIII

Non in ſolo pane viuit homo. Uerba ſunt redēptoris noſtri originalit Mat. iiij c. ⁊ in euangelio hodierno. Naturale eſt aiantibus

cunctis vt ſup oĩa ſe vitãqꝫ ſuã tueant̃. Joõ Boetiꝰ in.iij.de ꝯſolatõe ait. Omĩe nanqꝫ aĩal tueri ſalutẽ laborat.mortẽ ꝑniciẽqꝫ deuitat. Habet̃ quippe vita ab hoibus rõnabilibus charior ac ꝑcioſior cũctis rebꝰ. Pro illa etenĩ cõſeruãda nullũ laborẽ refugiũt:quelibꝫ alia mala patienter tolerãt:⁊ ſollicitiſſime oĩa oportuna remedia ipam vitã adiuuãtia excogitant ⁊ inueniũt. Verũtamen nullo ingenio nulla vi:nullaqꝫ arte fieri poteſt/vt nõ finiat̃ ⁊ termineť. Eapropter elaborandũ eſt/vt illa acquirat̃ vita: q̃ in eternũ erit duratura:qm̃ vt dicit ſaluator noſter in ꝟbis ꝑmiſſis. Nõ in ſolo pane viuit homo: qꝛ nõ hec ſola vita eſt/q̃ ſuſtentat̃ materiali pane:ſꝫ ⁊ alia longe felicior:longe melior:lõgeqꝫ diuturnior/que reficit̃ btã viſione dei. Cum ḡ pauciſſimi reperiant̃/q̃ ad illã deſiderandã ſuã mẽtẽ inflãment/ꝓpterea in hoc ſmone de vita hois erimus ꝟba facturi.quã ꝯſiderandã ꝓponimꝰ ſm triplicem ſtatum videlicet

·Primo/ſm ſtatũ nature condite.
·Scdo/ſm ſtatũ nature lapſe.
·Tertio/ſm ſtatũ nature beate.

De vita hois ſm ſtatuꝫ eiꝰ añ pctm̃.q̃ erat ſine paſſione ſine labore:⁊ ſine moriendi neceſſitate ⁊ obligatione. Capl̃m I

Primo ꝯſiderãda ꝓponit̃ hois vita ſm ſtatũ nature cõdite ſiue innocẽtie vel̃ originalis iuſticie.añ.ſ.ꝙ ꝑmi parẽtes peccaſſent. Et in tali ſtatu repimus triplicẽ conditionẽ humane vite.

Prima/cõditio dr̃ impaſſibilitatis.
Scda/tranquillitatis.
Tertia/immortalitatis.

Prima illiꝰ vite ꝯditio dr̃ impaſſibilitatis. qꝛ viuebat tũc homo ſine paſſione: nullumqꝫ contrariũ eũ ledere poterat. Unde Iſiõ.in li. de trinitate.quẽ magr̃.xix.di.ſecũdi libri.allegat/ſic inquit. Si homo in paradiſo innocenter viueret/nec ignis eũ vreret:nec aqua mergeret:nec aeris abſentia ſuffocaret:nec oĩa q̃ nocẽt mortalibus/impedirẽt. Et Aug.xiiij.li. de ciui.dei.c.xxvi.ait. Uiuebat itaqꝫ homo in paradiſo/ſicut volebat:ꝙdiu hoc volebat/qd̃ deus iuſſerat:viuebat fruẽs deo/ex quo bono bonus erat. Uiuebat ſine vlla egeſtate:ſemꝑ ita viuere habẽs in poteſtate. Cibus aderat ne eſuriet:potꝰ/ne ſitiret:lignũ vite/ne illũ ſenecta diſſolueret. Nihil corruptiõis in corꝑe vel ex corꝑe vllas moleſtias: vllis eiꝰ ſenſibꝰ ingerebat. Nullus intrinſecus morbus:nullus ictꝰ metuebat̃ extrinſecꝰ. Sũma in corꝑe ſanitas erat:in aĩa tota trãquillitas.h̃ Aug.

Sed ꝯtra iſta inſtare poſſumus ⁊ arguere multiplr̃. Primo ſic. Nulla dos corpis glioſi cõpetere poterat corpi nõ glioſo.ſed corpus ꝑmoꝝ parentũ nõ erat glioſuꝫ: quia corpus efficit̃ glioſum ꝑ redundantiã aie beate. Et aĩa ꝑmoꝝ parentũ nõ erat beata:qꝛ nõ videbat eſſentiã dei. Ergo corporibus illis nõ potuit cõpetere aliq̃ dos corpis glorioſi. Sꝫ impaſſibilitas vt docẽt theologi.xlix.di.quarti. dos eſt glorificatoꝝ corpoꝝ.ergo dos talis in ꝑmis parẽtibus eſſe nõ potuit. Secũdo arguit̃. Quia ſentire ⁊ intelligere eſt quoddã pati.ſꝫ in ſtatu innocẽtie homo ſentiebat et intelligebat.ḡ patiebat̃. Tertio arguit̃:q̃a oẽ molle/naturalr̃ paſſibile eſt a duro. ḡ ſi corpi hominis ꝑmi obiectũ fuiſſet aliquod durum pateret̃ ab eo.⁊ ſic fuiſſet paſſibilis. Ad primũ argumentũ rñdet Scotus di.xix. ſecũdi li.q.vna.ꝙ impaſſibilitas ſumit̃ duplr̃. Quedam eſt/que ꝑuat ⁊ potentiã ⁊ actum patiendi. Et hec dos eſt corpoꝝ glorificatoꝝ que nec patiunt̃ nec pati poſſunt.⁊ hec non fuit i parẽtibus ꝑmis. Quedã vero eſt impaſſibilitas/que ꝑuat actũ.⁊ nõ potentiã.⁊ hec nõ eſt dos/q̃ fuit in hoibꝰ ꝯditis.qm̃ lꝫ poſſent pati.tñ ꝙdiu diuinũ ſuaſſent iperiuꝫ/nunꝙ paſſi fuiſſent. Ad ſcdm obiectũ rñdet ſctũs Tho. p.i.q.lxvij.ar.ij.ꝙ paſſio dr̃ duplr̃. Uno mõ ꝓpe.⁊ ſic pati dr̃/qd̃ a ſua naturali diſpoſitõe remouet̃. Paſſio enĩ eſt effectus actõnis. In rebus aũt naturalr̃ ꝯria agunt ⁊ patiunt̃ ad inuicẽ:quoꝝ vnũ remouet alterũ a ſua naturali diſpoſitione. Et ſic.d.Dama.ꝙ paſſio eſt motus ꝑter naturã. Alio modo dr̃ paſſio cõiter ſm quãcũqꝫ immutationẽ etiã ſi ꝑtineat ad ꝑfectionẽ nature.⁊ ſic intelligere ⁊ ſentire et hmõi/que ordinant̃ ad bonũ nature/largo modo dicunt̃ paſſiones. Cũ aũt dr̃ ꝙ erat hõ impaſſibilis/intelligendũ eſt ꝙ hõ nõ patiebat̃ paſſione ꝑmo modo dicta. Ad tertium argumentũ rñdet ꝑfatus doctor:ꝙ in illo ſtatu poterat homo ꝯſeruare corpus/ne pateretur ab aliq̃ duro:ꝑtim q̃dẽ ꝑ ꝓpriã rõnem/per quã poterat vitare nociua:ꝑtim etiã ꝑ diuinã ꝓuidentiã/que ſic ipm tuebat̃/vt nihil ei occurreret ex improuiſo/a quo lederet̃. Actus ḡ cuiuſcũqꝫ agẽtis cõtrarij in corpus hominis fuiſſet impeditus/ne illud lederet/a potentia dei. Ipſa equidẽ ſuſpendit vim ignis vt non offenderet:nõ vreret/nec calefaceret tres pueros miſſos in fornacẽ ſuccenſaꝫ nimis iuſſu Nabuchodonoſor. vt patet Danielis.iij. Similiter ſanctiſſima virgo Agnes flãmis iniecta nihil nocumẽti paſſa eſt. Et iohãnes euãgeliſta iuſſu Domiciani crudeliſſimi. Rome in doliũ feruentis olei miſſus: diuina ſe ꝓtegente grãa/illeſus exiuit. Quibus exemplis et ſilibus manuducimur vt vera eſſe indubitanter credamus ea/que dicunt̃ de impaſſibilitate hois in ſtatu innocẽtie. Secũda cõditio vite hois in ſtatu nature cõdite dicit̃ trãquillitatis. Uiuebat equidẽ in tranquillitate in q̃ete abſqꝫ aliquo penali labore. Nõ erat ei opus fodere terrã.ſerere campos:colere agros:plãtare vineas:ꝯſtruere domos:peragrare ꝓuincias:nauigare maria:texere linũ aut lanam. vel alia facere:que cũ ſudore a nobis fiunt.vt vita noſtra miſera ſuſtentet̃. Habitabat ĩ paradiſo deliciarũ.vt inquit Damaſ.li.ij. Et Auguſ.xiiij.de ciui.dei.vbi aeris puritas ⁊ ſerenitas aderat:vbi humus ſponte ſuos fructus gignebat:vbi aĩalia ⁊ volucres celi homini deo obedienti obediebant. Et ſi diceret̃ qd̃ Geñ.ij.dicit̃ ꝙ deus poſuit eũ in paradiſo voluptatis vt oparet̃.ergo poſſet dici ꝙ poſuit eũ ad laborẽ. Rñdet Aug.ſuꝑ Geñ.ꝙ operatio illa nõ laborioſa: nõ tedioſa: ſed ſolatioſa ⁊ delectabilis erat.qualis nũc eſſe ſolet in his/q̃ plãtulas quaſdam irrigant aut flores colligunt.

Tertia cõditio vite hominis in ſtatu nature cõdite dicit̃ immortalitatis. erat enĩ abſolutus homo ab obligatione mortis: quã ꝓpt̃ peccatũ inobedientie incurrit. Unde Augꝰ.in q̃onibus noui ⁊ veteris teſtamẽti inq̃t. Deus hoiem fecit/qui ꝙdiu nõ peccaret/imortalitate vigeret.⁊ li.xiij.de ciui.dei.c.iij.ait. Fatẽdũ eſt/primos hoies ita fuiſſe inſtitutos/vt ſi nõ peccaſſent/nullũ morꝫ experirent̃ genus. Sꝫ eoſdem primos als pctõres/ita fuiſſe morte mulctatos:vt quicq̃d eoꝝ ſtirpe eſſet exortuꝫ: eadẽ pena teneret̃ obnoxiũ. Pro magnitudine q̃ppe culpe illius naturã damnatio mutauit in peius:vt qd̃ penaliter ꝓceſſit in peccantibus primis hoibus:naturaliter ſequeret̃ in naſcentibus ceteris. Si autẽ diceret̃ quõ poterat corpus illud ex elementis ꝯrijs cõpoſitum indiſſolubile ꝑmanere.cũ cõpoſitũ ex ꝯrijs naturaliter ſit diſſolubile.qꝛ vt dic̃ Auicenna. Cõtraria ſemꝑ appetũt ire in regiões ꝯrias. Rñdet Hugo li.de ſacris.di.ꝙ in paradiſo celeſti homo põt nõ peccare.⁊ nõ põt peccare.põt nõ mori.⁊ nõ põt mori:qꝛ ibi eſt peccãdi ⁊ moriẽdi omnimoda impoſſibilitas. Et in mũdo põt hõ peccare:⁊ nõ põt nõ peccare. põt mori ⁊ nõ põt nõ mori:qꝛ eſt ibi peccãdi et moriendi neceſſitas. In paradiſo vero terreſtri homo potuit peccare ⁊ potuit nõ peccare potuit mori ⁊ potuit nõ mori. ita/ꝙ in eo fuit moriẽdi ⁊ peccandi poſſibilitas ſine neceſſitate. Sãctus aũt Tho.i.ꝑte.q.xcvij.art.i.dic̃ ꝙ aliquid põt dici incorruptibile triplicit̃. Uno mõ ex ꝑte materie.eo ſcꝫ ꝙ nõ hꝫ materiã.ſicut angelus:vel hꝫ materiã q̃ nõ eſt in potentia niſi ad vnam formã: ſicut corpus celeſte. et hoc dicit̃ incorruptibile ſm naturam. Alio modo dr̃ aliq̃d incorruptibile ex ꝑte forme. qꝛ ſcꝫ rei corruptibili inheret aliqua diſpoſitio per quã totaliter a corruptione ꝓhibet̃.⁊ hoc dicit̃ incorruptibile ſm gloriã. qꝛ vt dicit Auguſ.in epiſtola ad Dioſcorũ. Tam potenti natura fecit deus animam:vt eius beatitudine redundet in corpus plenitudo ſanitatis ⁊ incorruptionis vigor. Tertio modo dicitur aliquid incorruptibile ex parte cauſe efficientis. Et hoc modo in ſtatu innocentie fuiſſet incorruptibilis homo ⁊ immortalis.qꝛ vt Aug.dicit in q̃onibus noui ⁊ veteris teſtamenti. Immortalitas illa erat ſm vim ꝙdam ſupernaturalẽ in anima reſidentẽ:nõ autẽ per aliquã diſpoſitionẽ corpori inherentẽ. ita/ꝙ mors et corruptio homini nõ nocuiſſet:qꝛ deus ita ſtatuerat. Ideo dicit adhuc Augꝰ.in li.de baptiſmo paruuloꝝ. Fiebat ordo iuſticie.vt ſic anima dño ſuo:ita corpus ei obediret. O damnoſa trãſgreſſio.o grauis inobediẽtia primorum parentũ/qua ⁊ ipſi ⁊ nos cũ eis illius ſtatus omnia iura ꝑdidimus.

De vita hois ſm ſtatũ eius poſt lapſum.et qualiter ꝓlongata fuit vita hominũ ad multos annos.⁊ ante ⁊ poſt diluuiũ.⁊ modo abbreuiatur. Capitulũ II

Secundo cõſideranda ꝓponit̃ hois vita ſm ſtatum nature lapſe. Et ꝙtum ad ꝓpoſitum ſpectat. tria de illa inquirere debemus.

·Primũ/dicit̃ ꝓlongatio.
·Secundũ/dubitatio.
·Tertiũ/abbreuiatio.

Primũ de vita hois inquirendũ dr̃ ꝓlõgatio. Nam lꝫ poſt pctm̃ data ſit plena poteſtas horrẽde morti vt cũctos hoies vita priuaret: tñ de mult̃ legimus ꝙ longiſſimis annis vixerũt. Uñ Geñ.v.hr̃ ꝙ Adã vixit annis nõgentis triginta. Et Seth nongentis duodecim. et Enos nõgentis quinqꝫ. ⁊ Caynan nõgẽtis decem. ⁊ Iareth nongentis ſexaginta duobus. ⁊ Mathuſalẽ nõgentis ſexaginta nouẽ. Sꝫ de his annis apud pleroſqꝫ ſat̃ dubita-

tum eſt an tales fuiſſent quales et nunc ſunt anni noſtri. Nā vt inquit Aug. li. xv. de ci. dei Plinius ſecūdus cū audiſſet homines ad tot annos puenisse. hec omnia in ſciētia tempoꝝ veniſſe eſt arbitratus: inquiēs quoſdā terminaſſe annū eſtate: alios hyeme. Archades triū menſiū annos habuiſſe. Egyptios quatuor. Lauinios tredecim. Acarnanas ſex. Ex hoc quidam dicere voluerūt q̄ decem anni illius temporis accipiunt̄ ꝑ vno anno noſtro. volētes q̄ nongenti anni ex illis eſſent ex noſtris nonaginta. Verūtn̄ falſum eſſe cōſtat: qꝛ vt ex codicibus hebraicis colligit̄ centum triginta annoꝝ erat Adam quando tertium filiū genuit: qui anni ſcḋm illos tredecim ex noſtris eſſent. Et homo tredecim annoꝝ nō potuiſſet filios generare. Sed omittamus Adā qui fortaſſe etiā quando creatus eſt potuit. Quid de Seth qui ſcḋm hebreos erat centum quinq̄ annoꝝ quando genuit Enos, ac per hoc nodum habebat vndecimū annū. Enos vero ſeptuaginta annorū erat quando genuit Malalehel. et ſic erat ſeptem annoꝝ. Quis homo ſeptennis generat: ſi tūc anni ſeptuaginta nuncupant̄ q̄ ſeptem fuerunt. Et propterea dicimus cum p̄fato Aug. q̄ tales erāt tunc anni quales et nūc. Quod ꝓbari pōt via triplici. videlicet.

Primo auctoritate

Secūdo rōne.

Tertio experientia.

Primo ꝓbat̄ auctoritate. Nā. xiiij. p̄fati li. Aug. inducit ſcripturā dicentē. Sexcēteſimo anno vite Noe mēſe ſcḋo die ſeptimodecimo menſis: rupti ſunt oēs fontes abyſſi magne. Et iterū Geñ. viij. Requieuit arca menſe ſeptimo. xxvij. die menſis ſuper montes Armenie. At vero aque ibāt et decreſcebant vſq̄ ad decimū menſem. Et poſt ſubdit̄. Sexcēteſimo primo anno vite Noe primo mēſe prima die mēſis iminute ſunt aque ſupra terrā. Ex quibus verbis apte deducit̄ q̄ inter ſexcēteſimū annū et ſexcēteſimū primū vite Noe fluxerūt menſes duodecim. Scḋo ꝓbat̄ q̄ anni illi tales erāt quales ſunt noſtri rōne. Joſephus eñ in primo antiq̄tatū li. aſſerens Hieronymū egyptiū Beroſiū chaldeū et Manetā: in libris quos de antiq̄tate ſcripſerūt de annis illis cōcordare nobiſcū. inducit rōnes quaſdā̄ perſuadētes hoies antiquos potuiſſe tamdiu viuere. Et has rōnes aſſumꝑ ſit ſibi Nicolaus de lira ſup. v. Geñ. Prima rō ſumit̄ ex bonitate cōplexionis primoꝝ parentū q̄ fuerūt a deo imediate formati: et per ꝯſequēs optime cōplexionati: et ſic ad longiorē vitā diſpoſiti. Et illa bonitas cōplexionis magis venit ad hoies ꝓpiquos illius tēporis: q̄ ad remotos tpis moderni. Scḋa rō ſumit̄ ex modo tēperate viuēdi. Ut eñ diximus in ſermōe de ieiunio. Victus ſobrius facit ad corpis ſanitatē. et ꝑ ꝯñs ad ꝯſeruationē et ꝓlongationē longioris vite. Tertia rō ſumit̄ ex bonitate nutrimēti: qꝛ ante diluuiū terre naſcentia fuere meliora q̄ poſt. qꝛ inundatio diluuij fuit ꝑ maiori pte ex aq̄s oceani ſalſis: que inducūt ſterilitatē terre: et ꝑ ꝯñs reddūt peiora terre naſcētia ex q̄bus breuiat̄ vita hois. Quarta rō ſumit̄ ex ꝑfectiōe ſciētie Ade. qui cognouit ꝟtutes fructuū herbarū lapidū p̄cioſoꝝ: et oim rerū naturaliū que faciūt ad ꝯſeruandā ſanitatē et vitā ꝓlōgandā. Et de hoc docuit hoies illius tēporis. Quīta rō ſumit̄ ex bono aſpectu ſiderū ſup regionē illā in qua manebāt: q̄ aſpectus multū facit ad longitudinē vite. Sꝫ per motū celi cōtinuū mutatus eſt tpe ꝓcedēte. Sexta ratio ſumit̄ ex diſpoſitione diuina hoc ordināte, vt ꝑ longā vitā hoim multiplicaret̄ genus humanū. Tertio ꝓbat̄ q̄ illi anni tales erāt quales ſunt noſtri experientia. Nā vt inquit Aug. viij. c. li. xv. de ciui. dei. nō potuiſſent tot homines ex vno adhuc viuēte per ordinata coniugia et honeſta matrimonia multiplicari: niſi illius vita fuiſſet diuturna. Ut eñ dicit magiſter hiſtoriarū ſup. x. c. Geñ. Philo. in li. queſtionū ſup Geñ. narrat q̄ ex tribus filijs Noe adhuc eo viuente poſt diluuiū nati ſunt vigintiq̄tuor milia viroꝝ et centū: exceptis mulieribus et paruulis. Vixit quippe Noe poſt diluuiū annis trecentis q̄nquaginta. et fuere oēs anni vite eius nōgenti q̄nquaginta: vt pꝫ Geñ. ix. c. Dicit etiā Aug. vbi. s. q̄ ex vno Abraā nō multo amplius q̄dringentis annis numeroſitas hebree gētis tāta ꝓcreata eſt: vt in exitu eiuſdē populi ex egypto ſexcenta milia hominū fuiſſe referantur bellice iuuentutis. Secundū inquirēdū de vita hominis lapſi dicit̄ dubitatio. Dubitant nanq̄ quidā vtrū poſt diluuiū vixerint hoies vltra centū et viginti annos ꝓpter ꝟba que Geñ. ix. dixit deus ad Noe. Nō ꝑmanebit inquit ſpūs meus in hoie: qꝛ caro eſt. Erūtq̄ dies illius cētū viginti annoꝝ. Et rñdet Aug. c. xxiiij. li. de ciui. dei. ſupius allegati. q̄ iſte nō fuit terminus humane vite poſt diluuiū: ſed terminus aſſignatus ad penitētiā his qui in diluuio erāt perituri. Et vt teſtat̄ magiſter in

hiſtoria ſcholaſtica deus dixit illa verba ante annos. xx. q̄ cepiſſet arca fieri. q̄ legit̄ facta in centū annoꝝ ſpacio. Vel ſcḋm Strabum eo anno dixit deus ꝟba illa quo cepit arca fieri. Sed quia in malitia ꝑſeuerauerunt ante prefixum terminū ſcꝫ anno cēteſimo deleti ſunt. Qḋ etiā poſt diluuiū nō vixerūt hoies ſupra centū et. xx. ānos patꝫ in ſcriptura. Ut eñ habet̄ Geñ. xi. Sem centū annoꝝ erat quando genuit Arphaxat biēnio poſt diluuiū: et poſt vixit annis q̄ngentis q̄nquagintaquattuor. Thare vixit ānis ducētis q̄nq̄. Et Geñ. xxv habet̄ q̄ Abraā vixit annis centū. lxx. q̄nq̄. Iſaac etiā vixit annis centum octoginta. vt pꝫ Geñ. xxv. et ſic inuēti ſunt q̄plures alij qui poſt diluuiū vixerūt vltra centū viginti ānos. Tertiū inquirendū de vita hois lapſi dicit̄ abbreuiatio. Nam omiſſis illoꝝ temporum que preterierunt cōditionibus: ꝯſiderare debemus q̄ fragilis q̄ debilis q̄ breuis ſit vita hoim tempis noſtri. Vix vnus repit̄ e mille qui centenariū immo octogenariū aut ſexagenarium numerū attingat annorū. Deficit nempe vt in pluribꝰ nimis repēte vita. Quis nam nō videat q̄t q̄ttidie infantes: q̄t pueri: quot adoleſcētuli robuſtiſſimi iuuenes et decore puelle cum luctu et lachrymis ducantur ad ſepeliendū. O vana ſpes, o deceptrix fiducia eoꝝ qui cōfidunt in iuuētute: in diuitijs: in magnificētijs et ſīlibus honoribus dominijs et ſolatijs. Pretereūt nāq̄ oia iſta velut vmbra. Omniū vita breuiſſima eſt. Faciant hoies quicq̄d velint vt ad ſenectutē attingāt et in etate decrepita moriant̄: adhuc ſatis anguſtum ſatiſq̄ breue videbitur ſapientibus oē tempus vite huius.

De vita hois in btitudine q̄ erit cū plena ſatietate abſq̄ admixtione cuiuſcūq̄ ꝯtrarij et cum ꝑpetuitate. Caplm III

Ertio cōſideranda eſt vita hois ſcḋm ſtatum nature beate: qm̄ tandē illa ſola deſiderāda eſt: illa amabilis: illa deniq̄ omni ſtudio ꝑquirēda. Pro illa ſollicitatiſſime eſt cogitandū que vere vita eſt. In qua potiſſime tres conditiones excellentiſſime reperiuntur.

Prima dr̄ ſatietas.

Secunda puritas.

Tertia eternitas.

Prima excellētiſſima cōditio vite beate dr̄ ſatietas: qꝛ in illa ex plena oim bonoꝝ participatione plene ſatiabit̄ animꝰ. ſcḋm illud ps. Satiabor cū apparuerit gl'ia tua. Et de hac ſatietate copioſius diſſeremus in ſmone de beatitudine in li. de ꝟtutibus. Scḋa ꝯditio excellētiſſima vite beate dr̄ puritas: qꝛ pura erit et mūda ab oi malo ſiue ab oi ꝯtrario. Unde Joh. Apo. xxi. de btis ſic ait. Abſterget deus oēm lachrymam ab oculis eoꝝ et mors vltra non erit neq̄ luctus neq̄ clamor neq̄ dolor erit vltra. Et. vij. c. idē ait. Non eſurient neq̄ ſitient amplius neq̄ cadet ſup illos ſol neq̄ vllus eſtus. Tertia cōditio excellētiſſima vite beate dr̄ eternitas. Vita nāq̄ illa durabit in eternū et nō deficiet. Propterea ſic pulchre in ſcripturis ſanctis nominat̄ eterna. Unde ij. Mach. vij. Rex mūdi defunctos nos pro ſuis legibus in eterne vite reſurrectōne ſuſcitabit. Et Sap. v. Juſti aūt in ꝑpetuū viuent. Et. i. Petri. v. Deus ois gratie vocauit nos in eternā gl'iam ſuā. Et. ij. c. i. Abūdanter miniſtrabit̄ vobis introitus in eternū regnū dñi et ſaluatoris noſtri ieſu xpi. et ad gal. vi. Qui ſeminat in ſpū: de ſpū metet vitā eternam. et Joh. iij. xp̄s dicit. Sic deus dilexit mūdū: vt filiū ſuū vnigenitū daret: vt ois q̄ credit i eū non ꝑeat: ſꝫ habeat vitā eternā. et. vi. c. Hec ē volūtas patris mei qui miſit me: vt ois q̄ videt filiū et credit in eū nō ꝑeat: ſꝫ habeat vitā eternā. et. x. c. Oues mee vocē meā audiūt: et ego cognoſco eas et ſequunt̄ me: et ego vitā eternā do eis. Et Matth. xix. Ois qui reliq̄rit domū vel fratres aut ſorores: aut patrē: aut matrem: aut vxorē: aut filios: aut agros ꝓpter nomen meū centuplū accipiet et vitā eternā poſſidebit. Et Matth. xxv. Ibunt hi in ſuppliciū eternū: iuſti aūt in vitā eternā. Mirū certe cur tāta ſit multoꝝ vecordia: immo inſipiētia: qui tam mira tam alta tamq̄ iocūda audiētes de beata vita ad eā ꝓperare non cogitāt. Nam ſi tanta faciūt ꝑ ꝯſuatiōe vite p̄ntis: cur etiā eadē et ſimilia facere recuſant ꝑ adeptione future vite. Hec vita laborioſa eſt: illa delitioſa: hec inq̄eta: illa tranq̄lla hec inſtabilis: illa firma. hec pericloſa: illa ſecura. hec dubia: illa certa. hec periculis plena illa pericula non formidans. hec communis bonis et malis: illa propria tantum bonorū. Hec tandem breuiſſima momentanea et caduca: illa vero vt diximus perpetua et ſempiterna. O igitur damnabilis reprehenſibiliſq̄ imprudentia hominū huius ſeculi: qui tātum ꝓcurant panem et viuāt: viuant inquam ad modicū et quaſi nihil: et non querūt ꝟtutes non penitentiā: non bona opa ꝑ que viuere poſſint vita illa beata ꝑenni. Inquit chriſtꝰ.

Non in ſolo pane viuit hõ: qꝛ nõ hec ſola vita
eſt magnificanda cui panis eſt neceſſariꝰ: ſꝫ
alia exq̃renda in q̃ deꝰ pñtia ſue claritatis pa-
ſcit intuentiũ oim tã angeloꝝ ꝙ hoim: deſide-
ria ⁊ appetitꝰ. vbi oẽs pariter collaudabimꝰ
ipſum deum fontẽ bonoꝝ oium: qui ſit bene-
dictus per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

Feria ſecunda poſt Inuocauit: de veritate
tremendi iudicij ꝯtra eos qui de illo male ſen
tiunt. Sermo XXIIII.

c Um venerit filius

hois in maieſtate ſua ⁊ oẽs ange-
li eiꝰ cũ eo: tũc ſedebit ſup ſedem
maieſtatis ſue ⁊ congregabunt̃ ante eũ oĩs
gentes. Saluatoris noſtri verba ſunt iſta ori
ginalr̃ Matth.xxv. ⁊ in euãgelio hodierno.
Diẽ terribilẽ vltimi iudicij ꝯſiderãtes ſatis ſu
perq; timere debemꝰ: ne ſimul cũ dãnatiſ ⁊ dia
bolis ꝓijciamur in ignẽ eternũ. Sunt tñ mul
ti qui letant̃ cũ malefaciũt: ⁊ deũ nõ timẽt ac
hoies nõ verent̃: qui credere nolũt ꝙ filiꝰ ho-
minis venturꝰ ſit ad iudicandũ oẽs rõnemq;
ab oibꝰ exigendã. Eapropt̃ vt ait Aug. li.xx.
de ciui.dei.c.i. De die vltimo iudicij dei qđ ipe
donauerit locuturi eũq; aſſerturi aduerſus i-
pios ⁊ incredulos tanq̃ in edificij fundamẽ-
to priꝰ ponere debemꝰ teſtimonia diuina. Hec
ille. In hoc itaq; ſermone deſudabimꝰ oĩ inge
nio vincere curioſos: incredulosq; ꝯfundere:
quibꝰ veritatẽ iudicij per ſanctarũ ſcripturaꝝ
ſacrorumq; doctoꝝ dicta dilucida oſtendemꝰ
Et vt ordinate veniamus in campũ: notabi-
mus in hoc ſermone triplex teſtimoniuꝫ quo
probatur futurum vniuerſale iudicium.

Primum eſt patrum ⁊ prophetarum
Secundum chriſti ⁊ apoſtolorum.
Tertium eccleſie ⁊ doctorum.

Qđ oẽs patres ac ꝓphe veteris teſtamẽti
diuinitꝰ inſpirati predixerũt xp̃m eſſe ventu
rũ ad iudicãdos viuos ⁊ mortuos. Caplm̃.I

p Rimũ teſtimoniũ quo ꝓbat̃ futurũ
iudiciũ vl̃e dr̃ patrũ ⁊ ꝓphetarũ. Et
lꝫ Aug. v.c. p̃fati lib.xx. de ciui. dei di
cat priꝰ eligẽda eſſe teſtimonia noui teſtamẽ
ti ꝙ veteris: qm̃ ꝙuis vetera priora ſint tp̃e
noua tñ antepõẽda ſunt dignitate. Verũ in
hoc dicendi gñe mihi plus ſatiſfacit vt a vete
ris teſtamẽti pagina ſumam originẽ. Iõ au-
diamus qđ ibi ponit̃ de iudicio Geñ.xv. Deꝰ
ad Abraam loquens ait. Ego iudicabo. Et
Deut.xxxij. Iudicabit dñs pplm̃ ſuũ: ⁊ in ſer-
uis ſuis miſerebit̃. Et Iob.xix. Fugite a facie
gladij: qm̃ vltor iniquitatũ gladiꝰ eſt. ⁊ ſcitote
eſſe iudiciũ. Et.i. Reg.ij. Dñs aſcendit in ce-
los ⁊ intonuit ⁊ ipe iudicabit orbem terrarũ.
Et ps.ix. Parauit in iudicio thronũ ſuuꝫ. Et
ps.lxxi. Iudicabit pauperes ppl'i ⁊c. Et ps.cix.
Iudicabit in nationibus implebit ruinas ⁊c.
Et Prouerb.xxij. Iudicabit dñs. Et.xxix. A
dño egredit̃ iudiciũ ſinguloꝝ. Et Eccl's.iij.
Iuſtũ ⁊ impiũ iudicabit dñs: ⁊ tp̃s ois rei tũc
erit. Et Sap.iij. Fulgebũt iuſti ⁊ tanq̃ ſcin-
tille ⁊c. Et Iudith.xvi. Ve genti inſurgẽti ſu-
per genꝰ meũ. dñs em̃ omps vindicabit i eis
in die iudicij viſitabit illos. Et Eſa.iij. Stat
ad iudicandũ dñs: ⁊ ſtat ad iudicãdos popu
los. Dñs ad iudiciũ veniet cũ ſenioribꝰ ppl'i
ſui ⁊ principibus eius. Et.xi.c. Non ſm̃ viſio
nem oculoꝝ iudicabit: neq; ſm̃ auditũ auriũ
arguet: ſꝫ iudicabit in iuſticia pauperes: ⁊ argu
et in equitate ꝓ manſuetis terre. ⁊ pcutiet ter
ram virga oris ſui. Et.c.xiij. Ecce dies dñi ve
niet crudelis ⁊ indignationis plenus: ⁊ ire fu
rorisq; ad ponendam terram in ſolitudinem:
⁊ peccatores eius conterendos de ea. Et.li.c.
Brachia mea populos iudicabunt. Et Eze-
chielis.vij. Iudicabo te iuxta vias tuas. Et
Danielis.vij. Iudicium ſedit. Et Iohelis.ij.
Conturbent̃ oẽs habitatores terre: quia ve-
niet dies dñi. qꝛ prope eſt dies tenebrarum ⁊
caliginis: dies nebule ⁊ turbinis. Et Michee
iiij. Iudicabit inter populos multos: ⁊ corri-
piet gentes fortes. Et Sophonie.i. Iuxta eſt
dies dñi magnus: iuxta ⁊ velox nimis. Dies
ire dies illa dies tribulatiõis ⁊ anguſtie: dies
lo caſu licet ſacerdoti reuelare cõfeſſionẽ ſiue
cõfitens peniteat ſiue nõ: ſiue confiteat pctm̃
in ope ꝑpetratũ ſiue ꝑpetrandũ. ſiue ſit pctm̃
in fide ſiue in morib'. Hec rõ eſt: q: ſi licitum
eſſet reuelare ꝯfeſſionẽ: primo cõfeſſio vilis
redderet in pplo. Scdo pplus a re ſibi neceſ
ſaria retraheret. Tertio via fraudib' apiret.
q: cũ multũ credat hoi in ſua cõfeſſiõe: multi
mali ſe in ꝯfeſſiõe iuſtos oſtenderent: vt a ſa
cerdote poſtea laudarent: vt ſic poſſent ꝓmo-
ueri ⁊ honorari. Quarto reuelans mentiret:
q: eadẽ ꝑſona ſm naturã vere affirmare po
teſt aliqd in ꝑſona alteri' loquẽs: qḋ vere ne-
gat loquens in ꝑſona ꝓpria. Vñ angelus lo-
quens moyſi in ꝑſona dei vere dixit. Ego ſũ
dñs de' tuus qui eduxi te de terra egypti. Exo
di. xx. qḋ vere negaſſet in ꝑſona ꝓpria loqns
Ergo a ſimili hõ repſentãs dei ꝑſonã in foro
cõfeſſiõis: vere aliqd põt affirmare qḋ extra
forũ ꝯfeſſionis qñ loquit vt ꝑſonã ꝓpriã ge-
rens vere negat. verum ergo dicit negãdo ſe
audiſſe vel ſcire que ad noticiã ei' nõ deuene-
runt: niſi inquantũ eis repſentabat ꝑſonã dei
Ergo extra forũ cõfeſſionis dicẽdo ſe illa au-
diuiſſe vel ſcire mentit. Sʒ cõtra hoc inſta-
tur multipliciter ⁊ arguit. Primo q: Bern. in
lib. de p̃cepto ⁊ diſpẽſatiõe. c. iiij. ait. Iniquũ
ꝓculdubio foret ſi ſtatuta ꝑ ſola charitate cõ
tra charitatẽ tenerent. Cũ ḡ celatio ꝯfeſſiõis
inſtituta ſit ꝑ ſola charitate: ſi aliqñ eſſet vti-
le aie cõfitentis: vt ei' cõfeſſio reuelaret. ergo
iniquũ eſſet ſi celaret. Rñdet ad hoc Rich. ꝙ
etſi aliqñ eſſet vtile confitenti vt ſua cõfeſſio
reuelaretur: tamen nunꝗ poteſt eſſe vtile cõi
vtilitati cuius bonũ principalius reſpicit cha
ritas ꝙ̃ perſone ſingularis bonũ. iuxta dictũ
vij. q. i. c. ſcias. Plurimoꝝ vtilitas vnius vti-
litati preferenda eſt. Secundo arguitur. q:
vnuſquiſqʒ tenetur obedire pape. Ergo ſi pa-
pa p̃ciperet alicui ꝙ reuelaret confeſſionẽ ille
deberet ei obedire. Rñdet Rich. ꝙ ſacerdos
nõ tm̃ teneẽ celare cõfeſſionẽ precepto eccl'ie
ſed iure nature ⁊ diuino. Papa aũt etſi ſit ſu-
pra omne ius poſitiuũ: nõ tñ eſt ſupra ius na
turale vel diuinũ. Ideo in tali caſu pape non ẽ
obediendũ. Tertio arguitur ꝙ eſſet poſſibile
vt ſacerdos haberet aliquod peccatũ mortale
de quo non poſſet confiteri quin reuelaret illi
cui cõfiteretur confeſſionẽ ſibi factã. Ergo in
tali caſu licet reuelare confeſſionẽ. Reſpõdet
Rich. ꝙ non. ⁊ ꝙ tali caſu durante ſacerdos
non debet illud peccatũ confiteri: ſed ſufficit ſi
bi de illo conteri cũ voluntate ⁊ propoſito con
fitendi quando hoc facere poterit ſine reuela
tione illius perſone que ſibi confeſſa eſt: ſine
quocunqʒ preiudicio ſigilli confeſſionis. for-
tiori eñ vinculo obligatur confeſſor ad celan
dum ꝙ̃ penitens ad confitendum. Quarto
arguitur ponendo caſum ꝙ aliquis in cõfeſ-
ſione audiat hereticũ nolentẽ deſiſtere ab he-
reſi: ⁊ volentẽ corrũpere alios: tũc videtur ꝙ
magis ſacerdos tenetur ſeruare fideʒ xp̄o ꝙ̃
ip̄i heretico. ergo magis debet confeſſionem
illius detegere ꝙ̃ permittat eũ gregẽ dñi cor-
rumpere. Rñdet Boñ. ⁊ Scotus ꝙ ꝓpterea
ſacerdos nullo modo dʒ illius cõfeſſionẽ reue
lare. põt tamen ſine reuelatione confeſſionis
ſuperiori dicere. Vigila ſuper gregem: quia lu
pus querit inuadere. ⁊ tunc confitenti ⁊ deo
ſeruatur fides. Ex hoc Scotus improbat ver
ſiculũ illũ. Eſt hereſis crimen quod nec cõfeſ-
ſio celat. Quinto arguitur ponendo caſum
videlicet. Si duo euntes cũ ſuo ſacerdote or-
dinaſſent ip̄m occidere in nemore per quod
eſſent trãſitũ facturi. ⁊ parũ ante nemoris in
troitũ vnus penitẽtia ductus ſacerdoti hoc in
confeſſione reuelaret: tunc licitũ videretur ta
li ſe ſubtrahere ab ingreſſu nemoris: quia ali
ter corpali morti ſe exponeret ⁊ daret alij op-
portunitatẽ crimen cõmittendi. Sed ſubtra-
hendo ſe crimen ſibi cõfeſſum ſuo ſocio reue-
laret. ergo in tali caſu licet reuelare confeſſio-
nẽ. Reſpondet Rich. ꝙ in tali caſu ſacerdos
poſſet renuere intrare nemus cũ illis. ſcʒ pre-
tendendo aliquã cauſam neceſſariam. Si ta
men poneretur caſus ꝙ oporteret ſacerdoteʒ
aut mortẽ ſubire aut reuelare confeſſionẽ: te-
netur mortem ſubire ne confeſſioneʒ reuelet.

Sexto arguitur ponendo caſum aliũ. ſcʒ ꝙ
aliquis prior de ordine monachoꝝ confitetur
abbati ⁊ ꝙ̃diu eſt in prioratu habʒ occaſionẽ
trahentem ad peccatũ a quo nõ vult deſiſtere

Si p̄latus ergo habet curã anime ſue debet il
lum inde amouere: ſed amouendo innoteſcit
ipſum peccaſſe. ergo videt ꝙ ꝯfeſſio poſſit ali
quo mõ reuelari. Reſpondet Boñ. ꝙ abbas
debet perſuadere tunc priori voluntariam cõ-
feſſionẽ ⁊ ꝙ ipſe petat abſolui ab onere officij
Quod ſi nõ vult facere debet eũ ſuſtinere: niſi
ſit talis religio in qua ſubditi tranſmutari et
trãſferri poſſunt ſine nota infamie. Septi
mo arguit q: multotiẽs poſſet eſſe ꝙ penitens
licẽtiaret ꝑ ſua vtilitate cõfeſſorẽ vt cõfeſſio-
nẽ reuelet. ergo in tali caſu nõ eſſet peccatum.
Rñdet Ric. ⁊ Boñ. ꝙ ſacerdos de licentia cõ-
fitentis põt licite peccatũ ſibi cõfeſſum alij re
uelare qui ſibi neceſſarius eſt vel vtilis ad per
ficiendũ que requirunt ad illud foꝝ. q: ꝙ̃diu
hoc pendet adhuc gerit perſonam vicarij dei.
Sed de licẽtia cõfitentis hoc reuelare alij per-
ſone nõ licet niſi ille qui cõfeſſus eſt hoc iterũ
diceret cõfeſſori extra cõfeſſionem. Sed ꝙ̃tũ
cunqʒ penitens hanc licentiã det cõfeſſori: cõ-
feſſor tñ valde debet vitare ſcandalũ. ſ. ne fra-
ctio ſigilli reputet. ⁊ q: ſi dicat ſe licentiatũ a
penitente ꝙ de peccatis eius poſſit loqui ⁊ pe-
nitens negat: cõfeſſori incũbit ꝓbare ꝙ p̄di-
ctam licentiã a penitente habuerit. qḋ ſi ꝓba
re nõ poſſet tanꝗ reuelator cõfeſſionis puni-
ret. Qñ vero cõfeſſor aliquid nouit extra cõ-
feſſionẽ: ⁊ poſtea illud audiuit in ꝯfeſſione: po
teſt illud reuelare alteri: ita tamen ꝙ modus
ſciendi per cõfeſſionẽ ſemꝑ maneat in occul-
to. Quia tamẽ poſſet ex hoc ſcandalũ genera-
ri: maxime apḋ penitentẽ ⁊ apud alios: de bo-
no ⁊ equo magis debet celare ꝯfeſſor ꝙ̃ vnus
alius. Et ideo ꝓpter vitandũ ſcandalũ penitẽ
tis debet ei ꝓteſtari in cõfeſſione quõ nõ de-
bet illud celare: nõ q: per illam ꝓteſtationem
acquirat ius reuelandi: ſed q: ꝓximo auferẽ
nota ſcandali. Debet etiam cõfeſſor peccata il
la reuelare ꝓpter neceſſitatẽ nõ ꝓpter ſuam
voluntatem. Et ſic ptʒ quãta eſt vis ſigilli cõ-
feſſionis. Addit etiam Ric. ꝙ ſub ſigillo cõ-
feſſionis cadit etiã perſona cũ qua penitens
cõfitetur ſe peccaſſe. Ratio eſt. q: cum penitẽ-
tia ſit ſacramentũ: ſacerdos teneẽ celare om-
ne illud quod neceſſariũ eſt ad integritatem
ſacramenti. Sed penitens nõ poſſet ſufficien-
ter exprimere aliquando peccatũ ſuum niſi no
tificando perſonã cum qua peccauit. ſcʒ cũ co-
gnouit filiam ſuã: ⁊ nunꝗ habuit niſi vnam.
et ſimilia. Inſuper teneẽ ſacerdos celare om-
ne illud ſibi dictum in cõfeſſione quo cõfitens
poſſet ꝓdi: vel mala ſuſpitio de illo generari in
cordibus alioꝝ. Sed quandoqʒ detegẽdo per
ſonam cũ qua penitens peccauit ꝓdetetur cõ
fitens: q: ſi detegeret filiam cõcubuiſſe cũ pa
tre ſuo ꝓderet pater qui cõfeſſus eſt cõcubu-
iſſe cũ ea. Adhuc licitum nõ eſt facere aliquid
qḋ ſit occaſio retrahendi hoies a re ſibi ad ſa
lutem neceſſaria. Sed reuelatio perſone cum
qua penitens cõfitetur ſe peccaſſe eſſet occaſio
retrahendi hoies a re neceſſaria. ſcʒ a cõfeſſi-
one. q: nõ tantũ quis retrahitur a re aliqua
ꝓpter timorem leſionis ꝓprie fame: ſed eti-
am perſone ſibi cõiuncte vinculo amicitie.

Quarta ratio ſubſequit. quia dicens extra
forum cõfeſſionis ſe audiſſe crimen de perſo-
na ſibi in cõfeſſione accuſata quod nullo mo-
do audiuit extra cõfeſſionẽ mentiret. vt ptʒ
ex dictis. Peccata ergo ipſius penitẽtis in re
latione ad ipſum cadũt ſub ſigillo cõfeſſiõis
de neceſſitate ⁊ abſolute: ⁊ primo ⁊ directe et
explicite ⁊ ex omnibus cauſis. Perſona auteʒ
cũ qua cõfitens cõfitetur ſe peccaſſe cadit ſub
ſigillo cõfeſſionis de neceſſitate ⁊ abſolute. nõ
primo: ſed ex cõſequenti ⁊ indirecte ⁊ implici
te. nec ex omnibus cauſis: ſed ex aliquibus.
Peccata eñ ipſius penitentis nõ referẽdo ea
ad perſonã determinatã: ſicut cũ aliquis dicit.
Ego audiui tale quid qḋ tamen nõ audiuit ni
ſi in cõfeſſione: cadunt ſub ſigillo cõfeſſionis
de neceſſitate. nõ tñ abſolute: ſed ſub cõditiõe
ſed ſi ex ꝓlatione taliũ verboꝝ ꝑ ſe vel ꝑ acci
dens directe vel indirecte aliqua verecundia
vel cõfuſio vel ſuſpitio mala: vel aliqḋ aliud
nocumentum illi qui cõfeſſus eſt poſſet ꝓue-
nire. Ea vero que penitẽs interſerit in cõfeſſi
one q̃ nõ ſunt peccata nec circũſtantie peccati:
nec que deducũt in manifeſtationẽ ꝯfitentis:
vtpote ſi interſerat in cõfeſſione. In tali terra
ſunt blada ⁊ hmõi. nõ cadũt ſub ſigillo cõfeſ-
ſionis niſi de cõgruitate. Si in dicendo illa nõ
dat intelligere confeſſori ꝙ talia velit celare.
Vñ ꝯfeſſor dicẽs ſe talia audiuiſſe mẽdax nõ
eſt: q: per cõparationem ad ea non repſenta
uit perſonã dei: ſed hois. Similiter ⁊ ſi aliqs
alius a cõfeſſore audiret aliquid ab aliquo dũ
cõfiteẽ debet illud tenere ſecretũ ex lege natu
re q̃ dicit. Qḋ tibi nõ vis fieri: nõ facias alijs

Tertio cõfeſſio debet eſſe occulta ꝙ̃tuʒ ad
ꝯfitentem: vt nõ reuelet ea q̃ ſibi ꝓ ſua ſalu
te in ꝯfeſſione vel dicta vel impoſita ſunt: et
quoꝝ reuelatione ſcãdalũ oriret. De pn̄ia au
tẽ impoſita dicit Ric. ꝙ aut penitens manife
ſtando pn̄iam ſibi iniunctã a ꝯfeſſore faceret
p̄iudicium abſqʒ vtilitate: aut proprie fame

aut cõfeſſori qui forte talem iniunxit pniam
ꝑ qua ſi ſciret incurreret alicuius vel aliq̄ꝝ
maliuolentiã: vtpote qꝛ iniūxit mulieri vt ab
ſtineret a familiaritate alicuius viri piculoſa
Aut penitẽs manifeſtãdo ſuã pniam: nec fa-
me ꝓprie nec ꝯfeſſori: nec alicui ꝑiudiciū ge-
neraret. In pmo caſu penitẽs tenet pniã ſu
am celare: ⁊ in ſecũdo ſimilr. Si em̄ illud qđ
confeſſor ſibi iniūgit ſeu cõſulit bona fide ꝓ
ſalute anime ſue ⁊ ſecreto alij reuelaret in cõ
feſſoris ꝑiudicium crimen ꝓditionis incurre
ret ⁊ ſigilli ſecreti fractionem. In tertio caſu
non tenetur tacere nec dicere: ſed de hoc irre
prehenſibiliter poteſt facere quod illoꝝ duoꝝ
ſibi melius placuerit.

Qđ cõfeſſio eſt reiterãda qñdo q̄s male
cõfeſſus fuiſſet ꝓpter ſuã negligentiã aut qñ
frauduléter diuiſit ꝯfeſſionẽ: vel qñ ꝯfeſſus ẽ
cū deliberatione peccãdi Caplm III

T Ertiū myſteriū cõtemplandum de
confeſſione dicit iteratio. Eſt enim
quãdoq̄ neceſſariū reiterare ꝯfeſſi
onem peccatoꝝ alias factã: ⁊ dicere illa eadẽ
peccata in numero que quis fuiſſet cõfeſſus
maxime ꝓpter tria.

Primo ꝓpter negligentẽ electionẽ
Scđo ꝓpter cõfeſſionis diuiſionẽ.
Tertio ꝓpter malitie cõtinuationẽ.

Primo eſt neceſſariū reiterare confeſſionẽ
ꝓpter negligẽtẽ electionẽ. Qñ q̄s ẽ negligẽs
querere ſacerdotẽ pitū ⁊ abſoluẽdi auctẽ ha
bentẽ: ⁊ cõfeſſus fuiſſet alicui q̄ eū aut neſci-
uit aut nõ põt abſoluere. Talis ꝓfecto ꝙ pri
mū ſibi cõſtat de impitia ⁊ facultate ſacerdo
tis cui cõfeſſus ẽ: ⁊ đ negligẽtia ꝓpa q̄ mag
ſufficientẽ querere noluit: tenet eadẽ pctã in
numero cõfiteri ſacerdoti diſcreto ⁊ eum ab
ſoluere valenti. ꝓpterea đr de pe. di. vi c. cui
aūt. Qui vult cõfiteri pctã ſua vt iueniat gra
tiam: querat ſacerdotẽ ſcientẽ ligare ⁊ ſolue-
re: ne cum negligẽs circa ſe extiterit: negliga
tur ab illo qui eū miſericorditer monet ⁊ petit
ne ambo in foueã cadãt. Scđo iterãda eſt
cõfeſſio rõne diuiſionis. Qñ em̄ quis fuiſſet
cõfeſſus aut ꝑ malitiã: aut ꝑ verecūdiã ꝑtez
peccatoꝝ vni ſacerdoti ⁊ partẽ alteri cū a nul
lo ſit abſolutus: nec talis confeſſio fuerit fru-
ctuoſa: debet ſi vere vult cõfiteri eadem pctã
in numero vni tm̄ ſacerdoti ſe accuſando nar
rare. Nam vt ſcribit de pe. di. v. c. conſideret.
Caueat ſit penitẽs ne verecūdia ductus diui
dat apud ſe confeſſionẽ: vt diuerſa diuerſis
velit ſacerdotibus manifeſtare. Quedã em̄
vni celat que alij manifeſtãda reſeruat. qđ eſt
ſe laudare ⁊ ad hypocriſim tendere ⁊ ſemper
venia carere ad quã fruſtra putat totã ꝑue
nire. hec ibi. Sed dubitat vtrum confitens
alicui ſacerdoti omnia pctã ſua de q̄bus eſt
memor ſi diu poſt ac ceptã remiſſionẽ recor-
detur alicuius peccati mortalis de quo non
fuerit cõfeſſus quod ante ſuã confeſſionẽ cõ
miſerat: teneat tentione neceſſitatis illđ pec
catū confiteri illi eidẽ ſacerdoti. Rñdet Ric.
di. xvij. quarti. d. Mihi diſtinguendū videt
ꝙ aut tempe confeſſionis penitẽs adhibuit
debitã diligentiã ꝓut de lege cõmuni hūana
ꝑmittit fragilitas: vt memoriã haberet oīm
peccatoꝝ ſuoꝝ mortaliū. Aut fuit negligens
et ignorãs ignorãtia affectata vel craſſa. Si
ſcđo modo credo ꝙ recta rõ exigit vt illđ idẽ
pctm̄ confiteat eidem ſacerdoti: ſi illū cõmo-
de poteſt iuenire: ⁊ nõ ſit illi ſacerdoti poſtea
interdicta abſoluẽdi poteſtas: aut predictū
pctm̄ ⁊ omnia alia pctã mortalia priori ſacer
doti cõfeſſa ꝓut poteſt recolere confiteat alij
ſacerdoti. Si pmo modo, nõ credo ꝙ priori
ſacerdoti teneatur tentione neceſſitatis illud
pctm̄ cõfiteri: tenet tñ illđ pctm̄ ꝯfiteri abſq̄
alioꝝ ꝯfeſſione alij ſacerdoti. Quãuis em̄ de
iſto fuerit abſolutꝰ ꝙtū ad iudiciū eccl'ie triū
phãtis ⁊ militãtis. qꝛ ſacerdos abſoluere põt
de confeſſis ⁊ de pdicto modo oblitis. tamen
q̄a abſolutio de oblitis debet intelligi ſub hac
conditione vt ſcꝫ quando reducta fuerint ad
memoriã dicant illi ſacerdoti in confeſſione
qui ab illis poteſt abſoluere: tenet illud confi
teri poſt eius remotã obliuionẽ. Tertio ne-
ceſſarium eſt iterare confeſſionẽ ꝓpt malitie
continuationẽ. quãdo. ſ. cõfeſſus eſt peccata
ſua ſemel aut pluries tm̄ vt faceret qđ eccl'ia
mandat. Cõtinuãdo tamen ꝓpoſitū malevo
luntatis: qm̄ non erat diſpoſitus ab aliq̄ pctõ
ſe corrigere ⁊ emendare. Talis etem̄ adverã
pniam reuerſus ſi debite vult cõfiteri omnia
eadem peccata que pus fuerat confeſſus de-
bet reiterare. Sunt tamẽ aliq̄ ſcrupuloſe di.
ꝙ ſi quis in peccato mortali exiſtẽs cõfiteat
ſacerdoti accuſans malã voluntatem ſuam:
et confitẽs omnia alia pctã quoꝝ recordatur
ex quo paratus eſt ⁊ promptus adhuc pecca
re. ſic confitendo peccat mortalr: quia ꝙtum
in ſe eſt facit irreuerentiã ſacramento: et ſine
ſacramenti cõtemptu eſſe non videtur. Sed
contra iſtos eſt. ca. ꝙ quidam. extra de pe. et
re. vbi dicitur. Qđ quidam ad confeſſionem
de criminibus veniūt ⁊ ꝙuis confiteri velint

·1· 2·do·1·go· 2º d·i· or· R·2· poſt ꝑndiū· de execrãdo pctõ adulterij. c. i. v. 31.

ſe tm̄ aſſerūt abſtinere nõ poſſe. ꝯſultatiõi tue
taliter rñdemꝰ ꝙ eoꝝ cõfeſſionẽ recipe debes
⁊ eis de criminibꝰ cõſiliū exhibere. qꝛ lꝫ nõ ſit
vera illa pnia: admittenda eſt tñ eoꝝ cõfeſſio
⁊ crebris ⁊ ſalubribꝰ monitis eſt pnia indicẽ-
da. hec ibi. Dicit tñ Rich. ꝙ tales abſoluendi
nõ ſunt. Vñ ſi abſolutionẽ non recipiant: non
cõtemnit ſacrm̄ nec a cõfeſſore nec a cõfeſſo.
Si aūt cõfitens in pctõ mortali attritꝰ eſt de
pctõ ſuo: ita vt ꝓbabilr poſſit preſumere ſe eſ
ſe diſpoſitū: non peccat abſolutionẽ recipiẽdo
imo frequent virtute clauiū ꝑ ſuſceptionẽ ab
ſolutionis formatur ſua attritio. Hec Rich.
Dent igitur operã oẽs peccatores vt bene cõ-
fiteantur: qm̄ cõfitentibꝰ largit deus in hoc ſe
culo gratiam ⁊ in futuro gl'iam: in qua ipe vi
uit ⁊ regnat per eterna ſecula. Amen.

¶ Dñica Remiſcere in mane: de fetidiſſimo
ac ꝑniciosiſſimo vitio luxurie. quo quaſi maxi
ma pars virorum ac mulierū demergitur in
infernum. Sermo XXX

Hec eſt voluntas dei

H sanctificatio veſtra vt abſtineatis
vos a fornicatione. Doctoris gen
tiū verba ſunt iſta. i. Theſſal. iiij. ⁊ i epl'a pre
ſentis dñice. Cogitãti mihi ꝙ m'lta milia mi
liū hoim precipitant i infernū ob fetidiſſimū
luxurie vitiū: ſtatim venit in mentẽ aureū illđ
dictū ⁊ notabile Aug. doctoris magni in lib.
de agone xpiano. Inter oīs xpianoꝝ certami
na duriora ſunt prelia caſtitatꝭ: vbi quotidia-
na pugna ⁊ rara victoria. Hec ille. Maximū
autẽ in eo peccato periculū eſt. qm̄ cū grauiſſi
me ledat aiam non ſentitur: q̄nimo vſq̄ adeo
ꝙplures facti ſunt ceci vt ipi turpiſſimi ⁊ abo
minabiles dicere nõ erubeſcant aut nullū aut
ſatis leue peccatū eẽ: illudq̄ deo aut nihil aut
ſatis modicū diſplicere: ſicq̄ cū tali falſiſſima
dãnataq̄ opinione corrupti ſunt ⁊ abomina
biles facti in ſtudijs ſuis. Quapropter aduer
ſus eos quantū poterimus modeſte ⁊ ſine au
ditorū offenſione de ipſa luxuria in generali
verba faciemus. de qua loquitur apl'us in the
mate preallegato monens oẽs vt illã euitẽt.
De ipa ergo tria myſteria erũt contẽplanda.

Primum dicitur offenſio.
Secundum conditio.
Tertium punitio.

Confutatio erroꝝ illoꝝ qui dicunt luxuriã
non eſſe peccatum: quibus cõtrarium per au-
ctoritates rationes ⁊ exempla tam ſanctorū
ꝙ etiam philoſophoꝝ oſtendetur. Caplm. I.

P Rimū myſteriū cõtemplandū de lu-
xuria dicitur offenſio. In quo decla-
randū eſt ꝙ graue peccatū ꝙue pni-
cioſum ſit ipa luxuria qua deus offendit ⁊ aīa
maculat. Oſtendemꝰ aūt hoc tripliciter, videlꝫ

Primo auctoritate
Secundo ratione
Tertio exemplis.

Primo oſtendemꝰ luxuriã eſſe peccatū gra
ue aut mortale auctoritate. Inq̄t em̄ Seneca
in ꝓemio declamationū. Nihil tã mortiferum
ingenijs ꝙ luxuria. Et idẽ in tragedijs. Lu-
xuria eſt peſtis blanda. Et idẽ ad Lucillum.
Vanas fuge voluptates breues ⁊ penitẽdas.
Et idẽ lib. ij. declamationū. Adoleſcens luxu-
rioſus peccat: ſenex luxurioſus iſanit. Et Tul
lius pmo de officijs. Luxuria cū oī etati tur-
pis ſit: ſenibus tñ fetidiſſima eſt. Et idẽ pmo
de officijs. Si cõſiderare volumꝰ que ſit in na
tura excellentia ⁊ dignitas: intelligemꝰ ꝙ ſit
turpe defluere luxuria: ⁊ delicate atq̄ molliter
viuere: ꝙq̄ honeſtū parce cõtinenter ſeuere
⁊ ſobrie. Et Valeriꝰ maximꝰ lib. ix. Blandum
malū luxuria. Et Tob. iiij. Attende fili mi ab
oī fornicatione. Et vt đr. xxxij. q. vij. c. nõ ſolū
Oīs imūda pollutio fornicatio dicit: ꝙuis q̄ſ
q̄ diuerſa turpitudinis voluptate ꝓſtituatur
Et ad Heb. xiij. Fornicatores ⁊ adulteros iu
dicabit deus. Et. i. Cor. vi. Neſcitis qꝛ iniqui
regnū dei non poſſidebūt. Nolite errare: neq̄
fornicarij, neq̄ idolis ſeruientes: neq̄ adulte
ri: neq̄ molles: neq̄ maſculoꝝ concubitores
regnū dei poſſidebūt. Et in eodẽ. c. Fugite for
nicationẽ. Omne em̄ pctm̄ quodcūq̄ fecerit
hõ extra corpꝰ eſt. q̄ aūt fornicat: in corpꝰ ſuū
peccat. An neſcitis qm̄ membra veſtra tẽplū
ſunt ſpūſſcti? Et Ephe. v. Oīs fornicator aut
imūdus aut auarꝰ ⁊c̄. nõ hꝫ hereditatẽ in re-
gno xpi ⁊ dei. Et Gal. v. Manifeſta aūt ſunt
opa carnis: que ſunt fornicatio imūdicia: im
pudicicia luxuria ⁊c̄. que predico vobis ſicut
predixi. qm̄ qui talia agūt: regnū dei nõ conſe
quentur. Et Petrus prima epl'a. c. i. Obſecro
vos tãꝙ aduenas ⁊ ꝑegrinos abſtinere vos
a carnalibus deſiderijs que militãt aduerſus
animã. Et Apoc. xxi. Timidis ⁊ incredulis ⁊
execratis ⁊ homicidis ⁊ fornicatoribꝰ ⁊c̄. erit
pars illoꝝ in ſtagno ardenti igne ⁊ ſulphure.
Et Aug. in libro de conflictu vitioꝝ. O ꝙ par
ua concubitus hora pro qua perditur eterna
vita. Et Iſidorus in preallegato. c. non ſolū.
xxxij. q. vij. Inter cetera ſeptem vitia vitium
fornicationis maximum ſcelus eſt: quia per

carnis immundiciã dei templũ violatur. Ex
cuius verbis colligiꝭ ꝙ luxuria vnũ eſt de ſe-
ptẽ vitijs capitalibus. Qđ etiã pꝫ.xxij.q.i.c.
ꝑdicandũ. Et.xxv.diſ.c.vnũ orariũ.§.alias.
Unde Claudianus ait. Luxuries ꝓdulce ma
lum que dedita ſemꝑ. Corporis arbitrijs hebe
tat caligine ſenſus. Et Hiero.ad Suſannam.
O ꝙ̃ acerbus eſt luxurie fructus; amarior fel
le: ⁊ crudelior gladio. Et Greg.xxxij.li.moral.
Diaboli ꝓprie corpus ſunt qui ſuggeſtionuꝫ
turpiũ blandimentis decepti et per luxurie flu
xum ſuccumbũt. Et Hiero.ad Damaſum pa-
pam de filio ꝓdigo. Luxuria inimica deo: ini-
mica virtutibus; ꝑdit oẽm ſubſtantiã patris:
et a patris volũtate delirans futuram paupꝫ
tatem cogitare nõ ſinit. Et idem ad matrẽ et
filiam in gallijs cõmorantes. Qui luxuriatur
viuens etiã mortuus eſt. Ferreas mẽtes libi
do domat. Quid ad tot dicta ⁊ moraliũ philo
ſophoꝝ ⁊ ſanctoꝝ dei carnales poterũt rñdere.
Quõ amplius ſuam luxuriã poterũt excuſare.
Sꝫ vt fortius cõuincanꝭ rõnes ſuperaddanꝭ
Secũdo oſtẽdimus luxuriã eſſe peccatum
mortale.rõne. Nam multi qñqꝫ dicere ſolent
luxuriam nõ eſſe peccatũ: qꝛ actus eius eſt na
turalis ⁊ ad illũ natura inclinat. Pro quibus
triplicem rõnem aſſignabimus quare luxu-
ria peccatũ eſt.

Prima dꝛ cõtemptus.
Secũda exceſſus.
Tertia damni.

Prima ratio diciꝭ cõtemptus. Ubi enĩ eſt
cõtemptus ⁊ trãſgreſſio mandatoꝝ dei ibi eſt
peccatũ. vt dicemus die ſequenti. ſed in luxu-
ria eſt cõtemptus dei ⁊ tranſgreſſio mandato
rũ eius. ergo ibi eſt peccatũ. Mandauit nãqꝫ
deus homini dicẽs. Exo.xx. Nõ mechaberis.
Et vt diciꝭ ab Aug.xxxij.q.iiij.c. Meretrices
Profecto noĩe mechie omnis illicitus cõcubi
tus atqꝫ illoꝝ membroꝝ nõ legitimus vſus
ꝓhibitus debet intelligi. Secũda ratio di-
ciꝭ exceſſus. Nam ſm Tho.ij.ij.q.cliiij. ideo
luxuria peccatũ eſt: qꝛ modum rõnis excedit
circa venerea: in quibus ordo rõnis eſt: vt
cauſa ꝓcreande ꝓlis ⁊ fornicationis euitan-
de vir habeat vxorẽ ſuam. vt diciꝭ.i.Corint.
vij. ⁊ mulier habeat virum ſuum. Omnis er-
go actus qui nõ eſt ſm legem matrimonij cir
ca venerea deficit a rõne. ideo eſt peccatum.
Tertia rõ eſt quare luxuria eſt peccatum
damni. Ut enĩ inquit Ric.xxxiij.diſ.quarti.
Cõcubitus cõcubinarius ſeu fornicarius eſt
cõtra legem naturalem; nõ a natura generis
ſed ſpeciei. Naturalis enĩ ratio dictat carnalẽ
cõcubitũ nõ debere fieri in ꝑiudiciũ ⁊ damnũ
boni ꝓlis. Sed cõcubitus cõcubinarius ſeu
fornicarius eſt in notabile ꝑiudicium ⁊ dam-
num boni ꝓlis. Sicut enĩ dicit Aug.ix. ſuper
Gen. Bonum ꝓlis eſt vt amanter ſuſcipiaꝭ
benigne nutriaꝭ; religioſe edoceaꝭ. quo bono
vt in pluribus caret ꝓles genita per cõcubitũ
cõcubinarium. Nam primo bono caret ſepiſſi
me eo ꝙ nõ ſuſcipiatur. Quiſnã explicet que
fornicatores ⁊ adulterãtes ſacrilegi ⁊ inceſtu
oſi ne detegaꝭ eorũ malicia ꝓli genite aut ge-
nerande inferant mala. Audiamus Hiero-
nymũ ad Euſtochiũ ſic dicentẽ. Pudet dicere
quot quotidie ꝟgines ruant; quantas de ſuo
gremio perdat mater eccleſia: ſuꝑ quot ſidera
ſuperbus inimicus ponat thronum ſuũ: quot
petras excauet vt habitet coluber in foramini
bus earũ. Uideas pleraſqꝫ viduas anteꝙ̃ nu
ptas ⁊ infelicem cõſcientiam mentita tantũ
veſte ꝓtegere quas niſi tumor vteri ⁊ infan-
tiũ ꝓdiderit vagitus erecta ceruice ⁊ ludenti
bus pedibus incedunt. Alie vero ſterilitatem
ꝓbent. ⁊ nõdum nati hominis homicidiũ fa-
ciunt. Nõnulle cum ſenſerint cõcepiſſe de ſce-
lere abortiuo venena meditanꝭ: ⁊ frequenter
etiam ipſe cũ mortue fuerint trium criminuꝫ
ree ad inferos perducunꝭ. xp̃i adultere. ſui ho
micide: ⁊ nõdum nati filij paricide. Iſte ſunt
que ſolent dicere omnia munda mũdis. Suf
ficit mihi cõſcientia mea. Cor mundũ deſide-
rat deus; Cur me abſtineam a cibis quos de-
us creauit ad vtendũ. Et ſi quando limpide ⁊
feſtiue videri volũt: ⁊ ſe vino ingurgitauerit
ebrietati ſacrilegiũ copulantes; aiũt. Abſit vt
me a xp̃i ſanguine abſtineam. Et ſi quã vide-
rint triſtem atqꝫ pallentem: miſeram ⁊ mani
cheam vocant cõſequenter. Tali enĩ ꝓpoſito
ieiunij hereſis eſt. He ſunt que per publicũ
nuptialiter incedunt: ⁊ furtiuis oculorũ nuti-
bus adoleſcentiũ gregem poſt ſe trahunt: que
ſemper audiũt per ꝓphetam. facies meretri-
cis facta eſt tibi. hec ille. Si honeſtas patereꝭ
vt omnia poſſent dici; multa que diebus me-
is euenerũt ſcandala aperirem: ſed melius eſt
ſilentio ꝑterire. Quid referam quidue dicam
de monaſterijs. Quid de puellis in domo pa-
rentũ. Quid de viduis vanis atqꝫ laſciuis. qđ
de alijs que ſanctũ nomen ꝓfitentur: ⁊ quoti
die cũ patribus ſpiritualibus colloquuntur.
Taceo que ſcio. Certe ſi ponerenꝭ aures in la
trinis: in fluminibus: in hortis: in foueis: ⁊
cauernis terre: audirenꝭ voces ibi clamãtiũ

paruuloꝝ interemptoꝝ ⁊ occiſoꝝ a crudeliſſi
mis matribus. O libidinoſe mulieres. o laſci
ue ⁊ incõtinentes belue. o impie matres do-
mate carnem: refrenate libidinẽ: ſi nõ vultis
vt vterus intumeſcat. De ſodomitis aũt quo
ſmone impietatem loquemur. O inimici hu
mani generis. o abominabiles peccatores. o
peſſimi homines vbi ſunt filij veſtri. perierũt
certe perierũt. Et cur perierũt. ve ac iterũ ve
vobis. quia perierũt ꝓpter iniquitatẽ veſtrã
Similꝛ ꝓles ſi naſcaꝭ aliunde ꝙ̃ de legitimo
thoro vt in pluribus negligẽter nutritur: ⁊ ad
ꝟtutes raro diſciplinaꝭ. Et ſi quãdo ꝯtrariũ
apparet illud eſt ſatis rarũ. Et ſcribitur. ff. de
leg.l.nam ad eã. Non ſolum ius ſcriptuꝫ: ſed
etiam naturale adaptaꝭ potius ad ea que vt
in pluribus ꝙ̃ ad ea que per raro eueniunt.
Sũt ⁊ alia mala que incurrit ꝓles genita ex
adulterio que cauſa breuitatis omitto. Nam
vt ſcribiꝭ.lvi.diſ.c.vndecũqꝫ dꝛ. Undecunqꝫ
homines naſcanꝭ ſi parentũ vitia nõ ſectanꝭ
honeſti ⁊ ſalui erũt. ⁊ ea.di.c.nunꝙ̃. ait Chry
ſo. Nunꝙ̃ de vitijs erubeſcamus parentum.
Ad idem eſt.c.naſci.ea.di. Tertio oſtẽdimꝰ
luxuriam eſſe pctm̃ exemplo. Ob nullã nanqꝫ
cauſam ſancti corꝑa ſua duris flagellatiõibꝰ
caſtigarunt niſi vt luxuriã ſuperarent. Elegit
ſiquidem Suſanna falſo criminari ⁊ accuſa-
ri potius ꝙ̃ in peccato cõſentire. Dañ.xiij. Et
Joſeph paſſus eſt criminari ab vxore Phuti
far ꝑncipis eunuchoꝝ Pharaonis ꝙ̃ pecca-
re cum illa. Gen.xxix. Et Benedictus vt car-
nis tẽtationẽ ſuꝑaret: inter pũgentes ſpinas
ꝓiecit ſe nudum vt refert Greg.ij.dial.li. Et
Hierony. in vita Pauli ꝑmi heremite recitat
qualiter feruente perſecutione Decij ⁊ Vale-
riani; quidam iuuenis etate florens in ame-
niſſimos hortos eſt adductus ibiqꝫ in lectu-
lo inter candentia lilia ⁊ rubentes roſas liga
tis manibus eſt collocatus. Quo cum rece-
dentibus cunctis meretrix ſpecioſa veniſſet
cepit delicatis ſtringere colla amplexibus.
et quod dictu quoqꝫ ſcelus eſt: manibus con
tractare virilia vt corpore in libidinem exci-
tato ſecum meretrix impudica ſuperiaceret.
Incipiebat voluptas iuueneꝫ moleſtare. Tã
dem celitus inſpiratus preciſam mordẽs lin
guam in oſculantis ſe faciem expuit ac ſic li-
bidinis ſenſum ſuccedens doloris magnitu-
tudo ſuperauit.

Qualiter luxuria infatuat hominem et
obdurat cor eius ⁊ inducit ſcandala ac mala
plurima. Caplm II

Ꝺ Ecundũ myſteriũ ꝯtemplanduꝫ de
luxuria dꝛ conditio. Eſt enĩ illiꝰ pcti
peſſimi triplex conditio mala ꝑ quã
eius grauitas declaraꝭ.

Prima dꝛ infatuatio.
Scđa obduratio.
Tertia ſcandalizatio.

Prima mala conditio deteſtabilis luxurie
dꝛ infatuatio. Ex ipã etenĩ iſatuatur anima
vt nec deum timeat nec homines vereatur.
Unde Hieronymus cõtra Jouinianũ inqt.
Amor forme rationis obliuio eſt ⁊ inſanie ꝓ
ximus. Et Ouidius in epiſtolis. Quid dece-
at non videt vllus amans. Propterea apud
antiquos impudicus amor cecus depingeba
tur. Et a Grego.xxxi. moral. Prima luxurie
filia poniꝭ cecitas mentis. Et de hoc exem-
plum habemus Salomonis. de quo ait Gre
gorius.xxxij.q.iiij.c. Salomon. Salomõ ꝗ̃ꝑ
pe immoderato vſu atqꝫ aſſiduitate mulierũ
ad hoc vſqꝫ perductꝰ eſt vt templũ idolis fa
bricaret. ⁊ qui prius deo templum conſtruxe
rat aſſiduitate libidinis ⁊ perfidie ſubtractꝰ
idolis cõſtruere templa non timuit. Et de eõ
Hieronymus ad Euſtochiũ inquit. Rex enĩ
erat Salomon. aliũ nõ timebat qui diſputa-
uit a cedris libani vſqꝫ ad hyſopum que exit
per parietẽ. a dño tamẽ receſſit: quia amator
mulierũ fuit. Nam vt habeꝭ.iij.Regum.xi.c
Auerterunt mulieres cor eius. Cũqꝫ iam eſſꝫ
ſenex deprauatum eſt ꝑ mulieres cor eius vt
ſequereꝭ deos alienos; nec erat cor eius per-
fectum cum domino deo ſuo. ſicut dauid pa-
tris eius: ſꝫ colebat Salomon Aſtharthem
deam ſidoniorum: ⁊ Chamos deum moabi-
tarum: ⁊ Moloch idolum ammonitarum.
Edificauitqꝫ Salomon phanũ Chamos deo
⁊ idolo Moab in monte qui eſt contra hieru
ſalem: ⁊ Moloch idolo ſeruorum Amon ⁊c.
ibi. Sed hic occurrit dubium quomodo ſa
lomon dicatur ſenex quãdo deprauatus fue
rat per mulieres; quia dicit Rabbi Salomõ
ꝙ erat tantũ duodecim annorum quãdo re-
gnare cepit. Et in textu biblie in fine caplĩ ꝓ
allegati dꝛ ꝙ regnauit quadragita annis
Ipſe auteꝫ deprauatus fuit ꝑ mulieres ante
mortẽ ſuam per ſex annos vel circiter: qꝛ edi
ficauit poſt deprauationem templa idoloruꝫ
in quoꝝ edificatione fluxerunt plures anni.
Et ſic quãdo fuit deprauatũ cor eius nõ vide
tur habuiſſe vltra.xlvi. annos vel circiter. Ex
tali vero etate nullus dꝛ ꝓprie ſenex. Ad hoc
reſpondet magiſter in hiſtorijs dicens ꝙ

Salomon regnauit octuaginta annis. ⁊ alle-
gat Joſephū hoc dicentē. Scriptura tñ regni
ſui tacet annos q̄dragīta. ſicut dr̄ de Saule. i.
Reg. xiij. ꝙ duobus annis regnauit ſup iſra-
el. ſ. bene ⁊ innocenter. ⁊ tacent decē ⁊ octo an
ni in quibus male ſe habuit. Sed de dicto ma
giſtri hiſtoriarū parum eſt curandum qui cō
tradicit ſibiipſi ⁊ etiam ſcripture. dicit em̄ ꝙ
Salomon vndecim annoꝝ genuit Roboam.
Et ꝙ Roboam mortuo patre fuit. xli. anni.
Et. iij. Reg. xiiij. c. dicit̄ ꝙ. xli. anni erat Ro-
boam cū regnare cepiſſet. Et ſic reuertit̄ pri-
mum dictū ſcilicet ꝙ Salomon vixit tm̄. lij.
annis. Si autem diceret̄ ꝙ Roboam regna
uit viuēte patre quadraginta annis: ita ꝙ p̄n
cipium regni ſui cōputatur ab illo tēpore quo
pater ſuus incepit depravari: ſequitur ꝙ mor
tuo patre fuit. lxxxi. anni. quod eſt cōtra dictū
magiſtri ⁊ etiam ſcripturam que. xij. c. iij. Re
gū dicit ꝙ Hieroboā audita morte Salomo-
nis reuerſus eſt de egypto. ⁊ venit cū alijs in
ſichen vbi cōgregatus fuit populus ad cōſti-
tuendū Roboam regem. Ex quo videt̄ ꝙ nō
regnauit viuēte patre. Inſuper dicit̄ de Robo
am ꝙ derelicto cōſilio ſenū: adheſit cōſilio iu-
uenū qui nutriti erant cū eo. Ex quo p3 ꝙ tūc
Roboam erat adhuc iuuenis, quod nō pōt di
ci de homine habēte. lxxxi. annos. Ideo dicit
Nicolaus de lira. ꝙ Salomon poſtꝙ̄ q̄dragin
ta annis regnauerat mortuus eſt. ⁊ ſucceſſit
ei in regnū filius eius Roboam habens. xli.
annos ſicut dicit ſcriptura. Sed qñ Salomō
incepit regnare ſcriptura nō exprimit: ſed tā
tū exprimit annos regni ſui. Habuit ergo vi-
ginti vel plures annos in principio regni ſui.
Et ſic qñ mortuus fuit ſexaginta annos habu
it ad minus. Et ſic ꝯuenienter pōt dici ꝙ poſt
q̄nquaginta annos etatis ſue deprauatus fu-
it ꝑ mulieres. Et iam tūc poterat dici ſenex:
q2 et leuite cōpleto anno q̄nquageſimo etatis
ſue ſuire ceſſabāt in tabernaculo tanꝙ̄ ſenes
vt habet̄ Leuit. ix. c. Sed Rabbi Salomon
arguit cōtra. q2. iij. c. iij. Reg. Salomon dixit
in principio regni ſui. Ego ſum puer ꝑuulus
ignorans exitum ⁊ introitū meum. Ergo tūc
erat duodecim annoꝝ. Rñdet Nico. ꝙ verbū
illud Salomonis intelligendū eſt reſpectu tā
ti regiminis ſibi impoſiti. Vñ Exo. xxxiij. dr̄.
Joſue filius Nun puer nō recedebat de taber
naculo. Et tñ tūc erat q̄draginta duoꝝ annoꝝ.
Preterea. ij. c. iij. Reg. dixit Dauid Salomo
ni. Vir ſapiēs es. Vir aūt nō dr̄ ꝓprie niſi ha
bēs annos triginta vel circiter. Et ſi adhuc d.

catur ꝙ Hiero. in epiſtola ad vitalē p̄ſbyterū
videat̄ dicere ꝙ Salomon vndecim annoꝝ
genuit Roboā. ⁊ ꝙ duodecimo anno etati ſ
ſue accepit regnū. Dicēdū ꝙ Hiero. nō loqui
ibi aſſertiue. vt p3 ex fine eiuſdē ep̄le. Hec de
Salomone ſufficiāt. Quid dicemus de alijs
luxurioſis ⁊ carnalibus: nōne ipſi inſaniunt
nūc chorizando: nūc cantādo: nūc cōponendo
veſtes: nūc caput eleuando ad feneſtras mu
lierculaꝝ: nūc vana ⁊ ocioſa loquēdo: ⁊ hmōi
Que oia q̄d aliud dixerim ꝙ̄ fatuitates ⁊ in
ſanias falſas. Juuentus ſiquidē eſt aliq̄s no
cturno tp̄e ꝑ longū ſpaciū ſub quadā feneſtra
ſteciſſe: ibiq3 ꝯſpexiſſe gattā ꝙ̄dam quā ſuā
credebat amaſiā. loquebat̄ illi. ⁊ illa nō reſpō
debat. Suſpirabat: languebat: gemebat: ⁊ an
xiebat̄. Tandē petrullam ꝙ̄dam ꝓiecit ſuper
eā: qua perterritū animal mie mie damās au
fugit. O ꝑditio tp̄is. o deprauatio ſenſus: o ce
citas fatue mētis. Quid dicā de illis mulierib⁹
ſtultis quas poete ſiue gentiles extollūt. eo ꝙ
amore victe ſeipſas interfecerūt. O fatua ⁊ li
bidinoſa Medea: cur tibiipſi mortē intuliſti.
Clamant poete tui ꝓpter amorē Jaſonis qui
te rapuit: qui te eduxit a patria: qui te decepit
et dereliquit. O damnabilis amor qui ad tan
tam dementiā te perduxit. vt vno momento
corpus ſimul ⁊ aīaz interimeres. Et tu o Cle
opatra egypti regina q̄tāta ſcelera perpetra-
ſti ꝓ amore Marci Antonij tui. Scribit nāq3
Plutarchus in vita eiuſdem Marci Antonij
ꝙ ſepius in alexandria Marcus Antonius
noctu famulorū veſtibus indutus per vrbem
ibat: domos populariū obſidebat: illudebatq3
homines ⁊ reportabat quādoq3 verbera. ſed
et Cleopatra ſequebat̄ deferens ancille veſti
menta. Et dum bellū nauale cōmitteret̄ inter
Marcum Antoniū ⁊ Octauianū. Cleopatra
affuit ibi in aurea puppi ⁊ purpureo velo. Et
poſt multas fatuitates deuicto Antonio: et a
ſeipſo perempto gladio: et merore Cleopa-
tra prolapſa eſt in febrim: ⁊ tandem depulſis
omnibus preter duas ſibi amiciſſimas mu-
lieres ianuas claudi fecit: acceptoq3 aſpide
nudum ſibi brachium dedit: cuius morſu atq3
veneno mortua eſt. O ꝙ̄ libenter hec fatua ex
empla a fatuis amatoribus audiunt̄. ſed ve
re ſi cogitarent ꝙ̄ vana ⁊ tranſitoria: imo et
pericu loſa atq3 nociua ſint anime iſta: deum
diligerēt ſuper omnia ſicut ſapienter ſanctiſſi
ma illa Agnes dicebat quando a filio p̄fecti
qui eam diligebat tēporalia pollicebantur. Di
ſcede a me pabulum mortis: fomes peccati:

nutrimentū facinoris: quia iā ab alio amato-
re preuenta ſum qui longe te nobilior eſt ge-
nere ⁊ dignitate: cuius mater virgo eſt: cuius
pater feminā neſcit: cui angeli ſeruiūt: cuius
pulchritudinē ſol ⁊ luna mirant̄: cui⁹ opes nū
ꝙ̄ deficiūt. O ſi cōſiderarent iſta muliercule
leues non ita de facili crederēt ruffianis: nec
ita cito tangerent̄ in corde ad aſpectū cuiuſ-
cunq3 ſpecioſiſſimi aut formoſiſſimi iuuenis
Secūda cōditio immūde luxurie dr̄ obdu-
ratio. Ex nullo ſiquidē pctō ita obdurantur
corda miſtoꝝ ſicut ex maledicta luxuria. Pro
pter illam fiunt incātationes veneficia ⁊ dia
bolice artes. Unde. xxxij. q. iiij. c. i. eo dr̄. Per
vitia luxurie maxime demones colunt̄. Pro
pter illaz legunt̄ libri in quibus blaſphemat̄
et in vanū aſſumit̄ ſanctiſſimuz dei nomen.
Hoc aūt tempe in domibus nobiliū ⁊ dñorū
magnoꝝ ad inſtructionē ribaldā vt ſic dicaz
et meretricalē nobiliū filiarū habent̄ ſoneti
Petrarche. ꝓpter luxuriā multi nō cōfitent̄.
Alij vero ficte confitent̄. ⁊ celebrāt aut cōicant
cum pctō mortali. Et vt omittā reliqua ꝓpt̄
luxuriā multi heretici fiūt nō credētes īfernū
negātes paradiſuz ⁊ hmōi. Quīmmo ꝓ ma
iori parte oēs hereſes aut ortū habēt ab ipā
luxuria aut terminant̄ ad illam ſicut factū ē
diebus noſtris in illis qui dicebant̄ del Bari
letto: ⁊ in illis anima ſimplici ⁊ in fraticellis
de opinione quoꝝ peſſimi mores ⁊ nephāda
opera honeſtius tacent̄ ꝙ̄ referant̄. In cle-
mentina etiā ad noſtrā. de hereticis dicit̄ de
begardis ⁊ beginis mulieribus que fuerūt in
alemania. ⁊ poſt multas hereſes de quib⁹ ibi
dem fit mentio. dicebāt carnalē actum nō eē
peccatū. O vere deflendū malū quo vexatur
humanū genus. Pauciſſimi etem̄ ſunt q̄ ani
moſe velint luxurie vitiū expugnare. Tertia
conditio execrande luxurie dr̄ ſcandalizatio.
Sequunt̄ quippe ex ipā ſcandala plurima et
ꝑiculoſiſſima. Amon ꝓpter violentiam Tha
mar ſororis ſue ab Abſalone fratre ī cōuiuio
occiſus eſt. ſicut patz. ij. Regū. xiij. Sichem ⁊
Emor cū omni populo ſuo ꝓpter violentiam
Dine filie iacob a filijs iacob occiſi ſunt et in
captiuitatē ducti. Gene. xxxiiij. Semiramis
regina poſt mortē viri in libidine exardeſcēs
a ꝓprio filio cognita ꝓpter horrorē facinoris
ab ipō tandem occiſa eſt. prout recitat Pau-
lus Oroſius. Troia magna vt ſcribit Phry-
gius vates ꝓpter raptum Helene poſt bellū
decennale: in quo ex vtraq3 parte tam troia-
norum ꝙ̄ grecoꝝ multa milia hoīz gladio cor

ruerūt: incendio perijt interfectis Priamo ⁊
Heccuba regina alijſq3 innumerabilib⁹ mu-
lierib⁹ atq3 viris. Nos inſuꝑ videm⁹ q̄ttidie
odia rixas ſcādala diſſenſiones ⁊ homicidia
q̄ nō niſi ꝓpter luxuriā eueniūt.

Qualr̄ deus acriter puniuit luxuriā ꝑ aq̄s
diluuij ⁊ ꝑ incendiū ignis: ⁊ punit quottidie
ꝑ tp̄alia flagella. Caplm̄ III

Tertiū myſteriū ꝯtemplandū de lu-
xuria dr̄ punitio. Punit nanq3 deus
op̄s acerrime luxuriā in hoībus: ſicē
p3 in triplici punitione.

Prima generalis.
Secunda ſpecialis.
Tertia peſtilentialis.

Prima punitio gn̄alis fuit tp̄e diluuij: quā
do excepto Noe ⁊ vxore ſua: Sem Cham et
Japhet cum vxoribus ſuis qui ſaluati ſunt ī
arca: cōſumpta eſt omnis caro que moueba-
tur ſuper terrā: non tm̄ hoīm: ſed etiā exceptꝭ
illis animalibus ⁊ volucribus que introierūt
ī arcaz: omniū volucrum animantiū beſtiaꝝ
omniūq3 reptiliū que reptāt ſuper terrā: vni
uerſi homines ⁊ cūcta in quibus ſpiraculum
vite eſt in terra mortua ſunt. vt dr̄ Gene. vij.
O terribile iudicium. o aſpera vindicta ⁊ cru
delis que ſeuit in tam innumerabilē multitu
dinem hoīm ⁊ aīalium ac volucrū celi. Et di-
cit Nico. de lira. ꝙ interfecta ſunt animalia
terre ⁊ aues celi: nō aūt piſces: ad deteſtādū
pctā hominū q̄ facta fuerūt in terra ⁊ in aere
non aūt in aquis. Que vero fuerit illa pecca
ta facile ex ſcripturis colligi pōt. Dicit̄ nanq3
Geñ. vi. Uidentes filij dei filias hominuz ꝙ
eſſent pulchre acceperūt ſibi vxores ex oībus
quas elegerāt ⁊c. que ponunt̄ ibi. Que expo-
nendo Nico. de lira. d. ꝙ. quorūdā opinio fu
it. vt ꝑ filios dei intelligerent̄ demones incu
bi qui dicunt̄ filij dei ꝓpter naturā ſpūalem.
iſti in ſpecie humana cōmiſcuerunt ſe cū mu
lieribus. ⁊ inde nati ſunt gigātes. Et ꝓpt̄ea
indignatus deus inūdauit diluuiū. Sed hec
expoſitio non eſt rōnabilis: quia diluuiū non
fuit in penam demonū: ſed hominū. Alij vero
dixerūt ſicut Rabbi Salomon ꝙ filij dei ac-
cipiunt̄ ꝓ filijs iudicū aut potentū: q̄ quando
videbāt filias ſubditoꝝ pulchre ornari: ⁊ qñ
dabantur ad nuptias accedebāt ad ipās eas
cognoſcēdo carnaliter anteꝙ̄ mariti illas co
gnoſcerent. Sed hic intellectus deficit: q2 vt
dr̄ in ſcriptura. Omnis caro corruperat viā
ſuam ſuꝑ terrā. Propterea dicit Nico. de lira
ꝙ filij dei intelliguntur illi qui fuerūt orti de

Seth ⁊ ab eo deſcēderūt: qui a patre ſuo fuerunt inſtructi in cultu diuino. Per filias hoīs intelligunt mulieres deſcendētes de Cayn: que erant lubrice laſciue ⁊ diſſolute. Et de illis p̄ceperat Seth de voluntate dei filijs ſuis vt non ↄtraherēt cum eis. Et ipſi ꝓcedente tempore fecerunt ↄ̄triū. Et poſt viſꝫ adeo hoīes facti ſunt diſſoluti q̄tū ad pctā fornicatiōis et adulterij ac cōtra naturā. vt dicit Nico. de lira ⁊ ſanctus Metodius martyr. Aggrauabantur antē h̄ peccata: quia nō fiebāt ex paſſione tm̄: ſed ex certa malitia ⁊ cū cōtinuatōe ⁊ ꝑſeuerantia ſine hominū verecūdia ⁊ abſꝫ dei timore. Propterea dr̄ q̄ multa malitia hominū erat ſup terrā. ⁊ q̄ cūcta cogitatio cordis intēta erat ad malū omni tempe. ⁊ q̄ illi potentes erāt a ſeculo viri famoſi. i. male fame qui gloriabant in malitia ſua. O inuincibilis manus oīpotentis dei: o potentiſſimum brachium: o inſupabilis dextera. Poſt fabricatam arcam ⁊ p̄nunciatū diluuiū p centum annos cum illi pſeuerarent in iniquitate ſua ſubmerſi ſunt in aq̄s. Uidiſſes tūc repēte mutari celū: obſcurari aerē: tonare vētos: tonare fulgura: ⁊ nubes celi ⁊ cataractas aperiri. ⁊ aquas abundantiſſime fluere ſup terram. Uidiſſes attonitos cunctos trementes atꝫ pallētes. Uidiſſes manducātes maſticando ruminare. ⁊ non poſſe cibū ꝓijcere aut deglutire. Uidiſſes chorizantes ⁊ luxuriātes oīs pauore pterritos. Audiſſes ⁊ poſt cōmunem eiulatum ⁊ clamores virorū: mulierū: ſenum iuuenum: ⁊ paruuloꝝ mortē expectantiū clamantiū ⁊ dicentiū. Heu heu ve nobis. Ad q̄d deuenimus vt peamus ī aquis? O quid erat iſpicere inde ad modicū illos ab aquis ſublatos ⁊ ibi eiectos. In breui omnes pariter deleti ſunt: ⁊ ꝓpter luxuriaꝫ grauiter ſic puniti.

Secūda punitio fuit ſpecialis: qñ indignatus deus Sodomā incēdio deſtruxit. Ut eñ dr̄ Gen. xix. Pluit dñs ſuper Sodomā ⁊ Gomorram ſulphur ⁊ ignem de celo. ⁊ ſubuertit ciuitates ⁊ omnē circaregionem: vniuerſos habitatores vrbium ⁊ cuncta virentia terre. Scd̄m vero magiſtrum hiſtoriarū ſpāliter etiam punitum fuit luxurie vitiū in ſodomitis in nocte natiuitatis xp̄i: in qua omnes ſubita morte perierūt. Unde Hiero. ſup illud Eſa. ix. Habitātibus in regiōe vmbre mortis lux orta eſt eis, ait. Lux illa oēs iſto vitio laborātes extinxit: ne nā quā ſumpſerat tāta imunditia fedaref. Tertia ↄditio dr̄ peſtilētialis. Ut eñ colligit ex glo. i. c. flagitia. xxxij. q. vij. Et in auten. Ut nō luxurient contra naturā pctm̄ luxurie ⁊ p̄cipue ſodomie tēpeſtates et peſtilentias inducit. Et reuera ob nullā aliaꝫ cauſam credo tempibus iſtis tam crebro italiaꝫ peſte fore vexatā niſi ꝓpter luxuriā ⁊ maxime ſodomiā. O horrendū facin⁹. o fetidiſſimum malū. o execrandū flagitium quo pueri facti ſunt meretricule: ⁊ vbi rōne etatis tenere inueniri debet puritas ⁊ innocētia: iam tē prehēdenda ⁊ obiurgāda ſe offert turpitudo ignominioſiſſime ſodomie. Ut ergo deum habeamus beniuolū nobiſcꝫ ſemp ꝓpitiū mundicie ⁊ puritati vacemus: abhorreamuſꝫ et euitemus damnatiſſima pctā luxurie. Sicꝫ merito obtinebimus in hac vita dei grām et in futuro ſempiternā gl̄iam: in q̄ regnat xp̄s dei filius cum patre ⁊ ſpūſancto p cūcta ſemp ſecula. Amen.

Dñica reminiſcere poſt prandiū de execrādo pctō adulterij q̄ maculata eſt magna pars ⁊ multitudo ↄiugatoꝝ. Sermo XXXI

Hec eniꝫ eſt volūtas

dei ſanctificatio vr̄a vt abſtineatis vos a fornicatōe. Iterū vbi. ſ. Cōquerebat dolens Hier. c. xxiij. ⁊ dicebat. Cōtritū eſt cor meū in medio mei: ⁊ ↄtremuerūt oīa oſſa mea. Factus ſum quaſi vir ebrius et quaſi homo madidus a vino a facie dñi et a facie v̄boꝝ ſanctoꝝ ei⁹: q2 adulterijs repleta eſt terra. Qd̄ ꝑfecto vereficari pōt tp̄e iſtoꝝ: q̄ matrimonia quaſi ꝓ maiori parte ab adulteris ſiue viris ſiue mulieribus polluta ſunt et fedata. Quapropter in hoc ſmone ↄ̄ adulteros aliqua declarabimus: vt intelligant ipſi miſerabilem ſtatum ⁊ damnabilē ↄditioneꝫ in quibus ſeſe reperiunt. De adulterio igitur tractaturi tria p̄ncipalia myſteria per ordinem proponimus declaranda ⁊ annotanda, videlicet.

Primū dr̄ diffinitio.
Scd̄m abominatio.
Tertium punitio.

Quid ſit adulteriū ⁊ quō ſumif multipl'r ⁊ qual'r multi credūt ſe in ſtatu eē mr̄imonij q̄ ſunt poti⁹ adulteri q̄ ↄiugati. Capl'm I

Primum myſteriū de adulterio notandū dr̄ diffinitio. In quo quid eſt adulterium declaremus. Et dominus Hoſt. in ſumma ſua li. v. ti. de adulterijs, ait. Adulteriū eſt alieni thori violatio vl' proprij deturpatio. Que verba ſumi poſſunt ex his que dicuntur. xxxvi. q̄ſtione p̄ma, c. lex in. §.

cū ergo. Pro quoꝝ verboꝝ pleniori intelligētia notandum q̄ adulterium poteſt ſumi tripliciter. Et hoc triplici ratione.

Primo improprie.
Secundo proprie.
Tertio propriiſſime

Primo ſumif adulteriū improprie int' viꝝ ⁊ vxorem.

Primo ratione contrariatiōis.
Secundo ratione inordinationis.
Tertio ratione modificationis.

Primo dicitur adulteriū inter virū ⁊ vxorem rōne cōtrariationis. qñ ſunt int' eos impedimēta ↄ̄ria ꝓpt' q̄ mr̄imoniū ſtare nō pōt Et primū ipedimētū eſt votū ſolēne. poſt qd̄ ſi q̄s ↄ̄heret eēt excōicat⁹ qñ faceret illud ſciēter ⁊ mr̄imoniū nullū eſſet. vt in de. eos. de cōſan. ⁊ affi. Sec⁹ aūt de mr̄imonio ↄtracto poſt votū ↄtinētie ſimplex. Nam vt dicit Rich. in iiij. di. xxxviij. Qui ↄ̄hit poſt votū ſimplex cōtinētie peccat mortal'r ↄtrahēdo ⁊ etiā ↄſummando, tn̄ mr̄imoniū tenet. Quō aūt ſolennizetur votū: ⁊ qd̄ ſit votū ſimplex aut ſolenne: ſpeciali⁹ dicā in ſmone de votis. Secundū impedimentū eſt ordo ſacer. de quo nota ſm Rich. vbi. ſ. q̄ ordines minores nō ipediunt mr̄imoniū cōtrahendū nec dirimūt cōtractū, nec ipediūt vſum ipſi⁹ mr̄imonij niſi ↄtrahentes eſſent religioſi profeſſi tacite vel expreſſe. Et lꝫ ↄtrahēs cū vnica ⁊ virgine cleric⁹ ī minorib⁹ retineat p̄uilegiuꝫ clericale ſi veſtes ⁊ tonſurā deferat clericales. ex. de cleri. ↄiu. lib. vi. c. i. Nō tn̄ retinet bn̄ficiū eccl'iaſticū nec poteſt recipere. Ordines aūt maiores. ſ. ſubdiaconat⁹ diaconat⁹ ⁊ p̄ſbyterat⁹ ſiue ſacerdotiū ipediūt mr̄imoniū ↄtrahendū ⁊ dirimūt ↄtractū, q2 mr̄imoniū nullū eſt. ſicut pꝫ. xxxij. diſt. c. ſi q̄s eoꝝ. ⁊ c. erubeſcāt. Rō eſt: q2 ſic ordinatus in ſacris tenef ſeruare cōtinentiā: eo q̄ ordo ſacer loquendo de ordine maiori hꝫ ipſi citū votū ſolēne ex ↄſtitutiōe eccl'ie. Un̄ Petrus de palude in. iiij. di. xxxvij. dicit q̄ etiā ſi q̄s an̄ annos diſcretiōis ordinaref in ſacris: q̄ talis obligaf ad ↄtinentiā ex ſtatuto eccleſie: lꝫ nō voto ſuo. Ioh. vero an. in nouella dicit q̄ greco cui licitū eſt vti ↄtracto: illicitū eſt in ſacris cōſtituto cōtrahere. Un̄ iſta eſt dr̄ia inter cōſtitutos in ſacris eccl'ie occidētalis ⁊ eccl'ie orientalis. Nā p̄mis nō licet vti cōtracto an̄ ſuſceptū ordinē: ſecūdis vō licet. Et q̄ ↄtrahit in ſacris eſt excōicat⁹. in de. eos. ex. de ↄſan. ⁊ affi. Sciendū tn̄ q̄ q̄uis ordo ſacer p̄cedēs ↄtractū mr̄imoniū dirimat illud: ſi tn̄ ordo ſequif ↄtractū mr̄imoniū nō dirimit. vt in extrauagāte Io. xxij. Et ſi ſciēte vxore ⁊ aſſentiente ordiat⁹ eſt in ſacris tenef ad cōtinētiā vtercꝫ: ita q̄ etiā poſt mortē viri non pōt cōtrahere. Intelligif eñ tacite cū viro ↄfeſſa cōtinentiā. Si aūt ordinat⁹ eſt vxore inuita vel ſciente factū: ſꝫ iuo ignorante ipo tñ ſciente iure: dꝫ cogi p iudicē ad ingreſſum religionis ſi nondū eſt ↄſummatū mr̄imoniū: vt ſic illa poſſit cū alio cōtrahere. Et ſi ad hoc cogi nō pōt vel ↄſummatū eſt mr̄imoniū dꝫ exutus bn̄ficio clericali reſtitui vxori etiā ſi eſſet ep̄s: imo ⁊ papa. Et intelligif ſi vxor eū petit. Ipe tñ exigere nō pōt debitū: ſꝫ reddere tenef Hec Tho. ⁊ Petrus de palude in. iiij. vbi. ſ.

Tertiū impedimentū eſt machinatio mortis. qñ aliquis machinat in mortē viri alicui⁹ vt poſſit cū vxore eius ↄtrahere: aut aliqua machinaref in mortē vxoris alicui⁹ vt virū eius acciperet ſi mors fuerit ſubſecuta. ⁊ ſi ſic machinantes ↄtraxerint mr̄imoniū nullū eſt. Et tales ſunt ſeparādi. q2 ſunt in adulterio ſiue fornicatione. vt notaf. xxxi. q. i. c. Si q̄s viuente marito. Et lꝫ Rich. teneat hoc eſſe verū cū inter eos p̄ceſſit adulteriū dū primū ↄſtabat cōiugiū. Tñ Inno. ⁊ Hoſtien. tenēt q̄ ſola machinatio cū effectu dirimit tā ↄtractū q̄ ↄtrahendū. Rō aūt eſt ne adulteri ꝓpter adulterarum amorē eſſent proni ad interficiēdos maritos earū vt eas haberēt vxores ⁊ ecōuerſo. Tñ ſi adulter interficit virū adultere non hac intentione vt habeat ipām vxorē: ſed ex alia cauſa ⁊ occaſione: ⁊ poſtea ↄtrahit cū ea matrimoniū tenet. vt ex de conuer. infi. in. c. laudabile. Et ex̄ de eo qui du. in matri. quā pol. p adul. c. ſuper hoc. in glo. Uxor etiā procurans maritū interfici per infidelē cū q̄ adulterata ē qui poſt hoc per eius ſtudiū ad fidē conuertitur: non poteſt cū illo contrahere. Et ſi poſtea contrahat dirimendū eſt matrimoniuꝫ. quia vt dicit Rich. xxxv. di. quarti. tale damnū tali lucro eccleſia recompenſare non vult. ex̄ de conuer. infi. c. laudabile. Sed quomodo dicemus de dauid qui cōmiſit adulteriū cū Berſabee: ⁊ poſtea machinat⁹ eſt mortē viro eius ⁊ duxit eā in vxoreꝫ. vt habetur. ij. Reg. xi. Ad qd̄ r̄ndeo ſm illud quod ſcribif. xxxi. q. i. c. ſi qua vidua. §. ſed obijcitur. q̄ in veteri teſtamento multa p̄mittebant ꝓpt' infirmitatē: q̄ in euāgelij perfectiōe eliminata ſunt. Quartū impedimentū eſt adulteriū. Ut eñ dicit Richard⁹. ſi adulter dat fidē adultere viuēte marito de contrahendo cū ipſa ſciens ipſam ha-

dere maritū tp̄e quo cōtrahit cū ea vel dat ſibi fidē de ꝯtrahendo poſt eiꝰ mortē: nō poterit eā ducere in vxorē. Et ſi poſt mortē mariti eā de facto duxerit ſeparandi ſunt. ſicut notatur xxxi. q. i. c. relatū. Et ex̄ de eo qui du. in matri. quā pol. per adul. c. ſi quis vxorē. Huius ratio eſt ne adulter vel adultera proni eſſent ad interficiendū maritū adultere vt poſtea poſſent matrimonialiṫ copulari. Si aūt adulter ignorat illā habere virū poteſt cū ipſa contrahere poſt mortē mariti. Sic eſt de muliere contrahente cū viro quem ignorabat vxorē habere. ex̄ de eo qui dux. in matri. quā pol. per adulte. c. veniens. Tamen ſi vir dat mulieri fidez de contrahendo viuente illius marito quaz nec ante nec poſt cognouit viuente ſuo marito. ſi poſt illius mortē duxerit illā in vxorē nō ſunt ſeparandi. ex̄ de eo qui du. in ma. quā pol. per adul. c. ſi quis. Quintū īpedimentū eſt aliud matrimoniū. quando ſcz quis haberet vxorē ⁊ ſumeret aliā. Et nota diligenter ꝙ ille aut ſcit iſtū habere vxorē: aut non. ſi bene contrahit cū ipſo: ⁊ ſcit illū habere vxorē non poteſt ſtare matrimoniū: etiā ſi mortua prima vxore de nouo contrahat. Et idē iudiciū eſt ſi neſciuit qñ contraxit. ſi poſtea ipſa prima vxore illius adhuc viuente ſciuit: ⁊ ꝑmiſit ſe cognoſci ab eo cū quo de facto contraxerat. Si vero ab initio quādo contraxit neſciuit illū habere vxorem ⁊ ſemper ſtetit in iſta neſcientia vſqz ad mortē vxoris illius: ſed poſt mortē eiꝰ ſcit eſt in poteſtate illius ignorātis matrimoniū ratificare: vł diuortiū petere. Ita tamen ꝙ ſi poſtꝙ̄ ſciuit ſe permiſit cognoſci: non poterit diuortiū petere. ex̄ de eo qui du. in ma. quam pol. per adul. c. i. ⁊ c. veniens. ⁊ de cōiugio ſeruorum. c. propoſuiſti. ⁊ xxxiiij. q. ij. c. ſi virgo. Alīs poterit petere ſi vult. E. quod dictuz eſt de viro ducente ſecundā vxore: idē intelligiṫ de muliere ducente ſecundū maritū. Si autez inde mortua prima vxore vir non cognoſcat illā adulterā ſecūdā carnaliter: que ſecū ignoranter contraxerat: ſed ipſe ducat tertiaz: ſm Hoſtieñ. debet remanere cū tertia. ꝙuis etiā poſtea cognoſcat ſecundā. quia prima viuente conſenſus habitus cū ſecunda nullus fuit. ⁊ ſic non impediuit ꝯſenſum tertie. Quin etiā ſi poſt mortē prime cognouit carnaliter ſecundam que fuit ignorans iſtū habere vxorem. ⁊ nunc etiā ignorans eſt: ⁊ ipſe vir contrahat cū tertia: adhuc remanebit cū tertia. Dicitur aūt mulier ſm Hoſtieñ. inſcia quando habet iuſtā cauſam ignorandi: vt quia vir de remotis veniens: aſſerebat ſe non habere vxorem. ex̄ de ſpon. c. cū ad publicū. Ideo aūt inſcia nō cōmittit adulteriuz: quia non cōmittitur ſine dolo. vt patet. xxxiiij. q. ij. c. cū in lectū. Sextū impedimentū eſt affinitas. que ſm Ray. eſt proximitas perſonarū ex carnali copula ꝓueniens omni carens parentela. Contrahiṫ aūt non ſolū per copulā cōiugalē: ſed etiā per copulā fornicariam. vt notatur. xxxv. q. iij. c. nec eā. Et ex̄ de eo qui cognouit cōſanguineā vxoris ſue. c. diſcretionē. Hec affinitas operatur ꝙ omnes conſanguinei vxoris petri ſunt ſibi affines in eodē gradu in quo ſunt cōſanguinei vxoris. Similiter omnes conſanguinei petri ſunt affines vxoris ſue in eodē gradu in quo ſunt ſibi conſanguinei. Et quod dicitur de vxore idē intelligas de quacunqz muliere carnaliter cognita. Sed conſanguinei petri non ſunt affines conſanguineis vxoris ſue: nec inter eos prohibetur matrimonium. ex̄ de conſan. ⁊ affi. c. ſuper eo. Unde germani poſſunt contrahere cū duabus mulieribꝰ germanis. Et pater ⁊ filius poſſunt contrahere cū matre ⁊ filia. Et relicta viri qui fuit germanus vxoris mee vxore mea mortua poteſt eē vxor mea. Qui ergo contrahit ſcienter in aliquo gradu affinitatis vſqz ad quartū gradū eſt excōicatus. vt habetur ex̄ de conſan. ⁊ affi. in de. eos. Septimū impedimētū eſt cognatio ſiue naturalis que dicitur cōſanguinitas: ſiue ſpiritualis que dicitur compaternitas. ⁊ legalis que diciṫ adoptio vel arrogatio. Quelibet hoꝝ īpedit ⁊ dirimit matrimoniū. Qualiter aūt id fiat: quia longū eſſet hic ponere. ⁊ q̄ ſint alia matrimoniū īpedientia: derelinquo ꝑticulariṫ explicāda audiētibꝰ cōfeſſiōes. qui ſi periti ſunt vt decet: nō debent talia ignorare

Secūdo ſumiṫ adulteriū improprie rōne inordinatiōis: qñ ſcz inter virū ⁊ vxorē inordinatus eſt amor ⁊ adulterinꝰ. de quo ſic loquitur Hiero. xxxij. q. iiij. c. origo. di. Origo quidem amoris erat honeſta: ſ; magnitudo deformis. vñ ⁊ Sextus pythagoricꝰ in ſententijs ait. Adulter ē in ſuā vxorē amator ardentior. In aliena q̄ppe vxore oīs amator turpis eſt: in ſua nimius. Sapiens dz iudicio amare ꝯiugē nō affectu. ſ. libidinis non regnet in eo voluptatis impetus: nec preceps feraṫ ad coitū. Nihil eſt fedius ꝙ̄ vxorem amare quaſi adulterā. Hec ille. Poteſt aūt amor viri ad vxorem ⁊ econtra turpis ⁊ adulterinus vocari: aut rōne intentiōis: aut ratione modi. Ratione intētionis fit turpis cū quis cognoſcen-

do vxorē ſuam mente ⁊ cogitatione exit terminos matrimonij aliam cogitando ⁊ appetēdo vel ita ꝙ vellet facere etiā ſi nō eſſet ſua vxor. Uñ Boñ. in. iiij. di. xxxi. dicit. ꝙ ſi q̄s cognoſcit vxorē ꝓpter delectationē finalem: aut moueṫ in delectationē tāto impetu vt cognoſcat vxorē tanꝙ̄ meretricē. hoc eſt ſi ita cognoſcit ac ſi nō eſſet vxor: q2 tunc ponit delectationem finē vltimū. ſecus autē ſi vult in ea delectari q2 vxor: ita ꝙ nullo mō eā cognoſceret ſi vxor nō eſſet: q2 tūc nō eſt oīmoda inordinatio eſt pctm̄ veniale: q2 excuſaṫ ꝑ bonū matrimonij vt nō ſit mortale. Cōcordat Ric. i. iiij. diſ. xxxi. Rōne etiā modi amor dr̄ turpis qñ cōiuges modū ⁊ regulā honeſtatis excedunt vel ꝑtermittūt. Quō pñt hec turpia abſqz verecundia narrari. Quot inter pleroſqz fiūt illiciti tactus: quot beſtiales: quot ſolatia inhoneſta: quot nefandiſſima ſcelera. Bonū eſt certe edificare domū ad habitādū: ſed incōueniēs videṫ vt in fundamento ponaṫ tectū ⁊ econuerſo. O cōiuges adulteri. quot crimina: quot ſcelera ꝑpetratis. Nō expedit illa dare loqui. Jō Ambro. in li. de patriarchis. ⁊ notaṫ. xxxij. q. iiij. c. nemo. ait. Grauius eſt crimen vbi celebrati cōiugij iura temeranṫ ⁊ vxoris pudor ſoluiṫ. hec ibi. Tales autē adulterini amoris ſunt ſigna cū vir plus ꝙ̄ debet ad vanitates aperit manū: cū eam vanis oculis aſpicit inhoneſtiſqz verbis alloquiṫ: cū ꝓpter eā parētes deſpicit. ⁊ eā ocioſam in domo eſſe nō curat. Tertio ſumiṫ adulteriū improprie inṫ virū ⁊ vxorem rōne modificationis: qñ cōiuges ⁊ cōtrahendo ⁊ cōſummando mr̄imoniū modū ⁊ regulā honeſtatis excedunt aut ꝑtermittūt. Pro q̄bus dixit angelus Tobie: qñ timebat Sarrā accipere in vxorē eo ꝙ tradita fuerat ſucceſſiue ſeptē viris ⁊ demoniū occiderat illos. vt dr̄ Tobie. vi. Audi me ⁊ oſtendā tibi q̄ ſunt quibus pōt ꝑualere demoniū. Hi eos qui cōiugia ita ſuſcipiūt: vt deū a ſe ⁊ a ſua mēte excludāt: ⁊ ſue libidini ita vacēt ſicut equus et mulus q̄bus nō eſt intellectus: hz poteſtatē demoniū. Tu aūt cū acceperis vxorē igreſſus cubiculū ꝑ tres dies cōtinēs eſt ab ea: ⁊ nihil aliō niſi orōnibus vacabis cū ea. Hinc Petrus de palude in. iiij. ait. ꝙ cōtrahētes in peccato mortali ſi ꝯhant per vba de pñti peccant mortaliter niſi ꝯfiteanṫ. Quia vt Augꝰ. dicit. Sacramēta talia fiunt vnicuiqz cū quali cōſcientia accedit ad ea. Et vt idē dicit. In omni ſuſceptiōe ſacramenti poſt baptiſmū neceſſaria eſt vnicuiqz cōfeſſio ſi credit ſe peccaſſe. Ideo repħenſibiles ſunt qui ſine vllo timore dei: ſine vlla deuotione matrimonia cōtrahūt. Magis autē repħenſibiles qui poſt cōtractū matrimoniū ea exercent que exercere nō licz. Nec expedit talia clare loqui. Qui habet aures audiendi audiat. hinc Ambro. in li. de patriarchis ait. Grauius eſt crimen ⁊c̄. vbi. ſ.

Secundo pōt ſumi adulteriū ꝓprie. cū. ſ. aliquis vxoratus accedit ad aliquā perſonaz ſolutam. vel aliqua cōiugata miſcet ſe cuz aliquo libero ⁊ ſoluto. Sed vt in pluribus plus in hoc deficiunt viri ꝙ̄ vxores. Et tamen quidam adeo fatui ſunt vt exiſtimēt viris ad peccatum nō imputari ſi ſic adultereṅṫ. Contra quos eſt dictū Inno. pape. xxxij. q. v. in. c. xp̄iana. Xp̄iana religio adulteriū in vtroqz ſexu pari rōne cōdemnat. Et de hoc Hiero. ad Oceanum ait. Quod nō licet feminis: eque nō licet viris: ⁊ eadem ſeruitus pari rōne cenſeṫ. Et Ambro. xxxij. q. iiij. c. nemo. Nec viro licet quod mulieri nō licet. ⁊ eadem a viro que ab vxore debeṫ caſtimonia. Et Augꝰ. xxxij. q. vi. c. ſi dicturi. Si dicturi eſtis vxoribus veſtris ſeruate vos. Quales vultis eas inuenire: tales ⁊ ipſe vos inueniant. Quis viuēs eſt qui nō velit caſtam ducere vxorem. Et ſi accepturus es virginem: quis nō intactam deſideret Intactam queris: intactus eſto. puram queris: purus eſto. Non enim illa poteſt ſi tu nō potes. Sed his ratio addi pōt. quia ſm apoſtolum. i. Corinth. vij. Mulier ſui corporis poteſtatem nō habet: ſed vir. ſimiliter autē et vir ſui corporis poteſtatem nō habet: ſed mulier. Sed arguūt multi de pluribus veteris teſtamenti qui habuerūt cōcubinas. vt Abraam ⁊ Jacob. Abraam enim habuit filium de ancilla. vt diciṫ Geñ. xvi. ⁊ Gal. iiij. ⁊ Jacob habuit duas vxores ⁊ duas cōcubinas: ⁊ tamen nō fuit illis imputatū ad peccatū. Rñdet Boñ. diſ. xxxiij. q̄rti li. ꝙ illō factū eſt ex diſpēſatiōe diuina q̄ ꝯueniēs fuit ꝓpṫ q̄tuor.

Primo ꝓpter cōgruitatē.
Sc̄do ꝓpter neceſſitatē.
Tertio ꝓpter vtilitatē.
Quarto ꝓpter honeſtatē.

Prio ꝓpṫ ꝯgruitatē. Cōgruū q̄dē fuit. qm̄ tp̄s illō erat figure. ⁊ q2 xp̄s generare debebat liberos ⁊ filios ꝑ baptiſmū in eccl'ia catholica et in hereticis diuerticulis. Jō ī figura debuit ꝓcedere gñatio ex libera ⁊ ancilla. Et rurſus qm̄ inṫ illos q̄ ab hereticis baptiſanṫ q̄dā hereſis ſequūṫ: q̄dā ad eccleſiā reuertūṫ. Jō vtriuſqz figura ꝓceſſit. Primū ī hiſmael: dō q̄ dic. u

eſt. Eijce ancillam ⁊ filiū eius. Secundi in an
cillis Jacob: quarū filij ſunt inter liberos cō⸗
putati. vt habetur ab Aug. in li. de baptiſmo par
uuloꝝ. ⁊ ab eodē ſuper Joban. ⁊ notatur. xxxij.
q. iiij. c. recurrat. Secūdo fuit cōueniens
diſpenſatio illa ꝓpter neceſſitatē. Pauci nan
q̄ erāt deū colentes: ⁊ ne cultus diuinus peri
ret neceſſe fuit vt filios multiplicarent. ⁊ cōti
git ꝙ vxores ſteriles habebāt. Ideo neceſſe
erat ipſos plures habere: vel vxores: vel ꝯcu
binas. Tertio fuit illa diſpenſatio cōueni⸗
ens ꝓpter vtilitatē. q2 filij erudiebantur a pa
rentibus ⁊ vt plurimū mores patrum ſerua⸗
bant. Et ideo q̄to plures tanto dei cultus cele
brior. Quarto fuit cōueniens ꝓpter hone
ſtatem. q2 nō affectu libidinoſo: ſed caſto. nō
affectu adulteri: ſed mariti cōcubinas cogno
ſcebant. Unde Ambro. in li. de patriarchis. de
Abraam ait. Nō ardore aliquo vage ſuccen⸗
ſus libidinis: nō petulantis forme captus de⸗
core ancille cōtuberniū poſthabuit thorum: ſz
ſed ſtudio querende poſteritatis ⁊ ꝓpagan⸗
de ſobolis. Ad idē eſt. c. obijciunt. xxxij. q. iiij.
Nō ſunt itaq̄ antiqui patres in hoc imitādi.
q̄m alia fuit illius temporis q̄ noſtri cōditio.
Reperiunt tamen ⁊ nunc pleriq̄ adulteri pec
catū excuſare volentes ꝓpter vxorū ſterilita⸗
tem ⁊ appetitū habendi filios. Contra quos
Aug. xxxij. q. iiij. c. Sic ait. Sic nō ſunt facien
da adulteria etiā voluntate filios generandū
quēadmodū nec furta facienda etiā volunta
te paſcēdi paupes ſanctos. Et idē. xxxij. q. v.
c. ſi quis. Si quis vxorē habeat ſterilem: ſiue
corpore deformē: ſiue membris debilem: vel ce
cam: vel claudam: vel ſurdā: vel ſi quid aliud:
ſiue morbis: ſiue laboribus: doloribuſq̄ cōfe
ctam: ⁊ quicq̄d excepta fornicationis cauſa
cogitari pōt vehementer horribile ꝓ fide ſo⸗
cietateq̄ ſuſtineat. hec ille. Malū ergo eſt et
rep̄henſibile ſi vxorem quis relinquat ob eius
ſterilitatē vel infirmitatē vel deformitatē: ⁊ al
teri adhereat. Sed peſſimū eſt ⁊ iniquū ſi pul
chram vxorē. ſi fecundā: ſi bene natam: ſi mo
ribus decoram: ſi virū amantem: ipſe cōtem⸗
nat ꝓ quacūq̄ alia perſona. Audi queſo o vir
infatuate quid ad te ſapiēs loquitur Prouer. v.
Letare inquit cū muliere adoleſcētie tue. i. cū
vxore. Et Eccī. vij. Noli diſcedere a muliere
ſenſata ⁊ bona quā ſortitus es in timore dñi.
Gratia enī verecundie eius ſuper aurū. Uidi
ego plures venerabiles: honeſtas: pudicas:
formoſas: manſuetas: benignaſq̄ vxores ab
ingratis maritis derelictas: ipſoſq̄ amatores

factos turpiſſimarum meretricum. O pdito
res viri. o dementes ⁊ ſtulti. nōne vxores ve⸗
ſtre corona ſunt capitis veſtri. Nullum vtiq̄
ornamētū tēporale pōt eſſe in domo: qd̄ vxo⸗
ri bone cōparetur. Nō vaſa argentea: nō aurea
nō eburnei lecti: nō late porticus: nō regis au
le: nō alia queq̄ decora. Naz oīa iſta ſunt qua
ſi ſtelle ⁊ luna in domo ſua. Sed virtuoſa cō⸗
iunx eſt quaſi ſol. Unde Eccī. xxvi. dicitur. Si⸗
cut ſol oriens mūdo: ſic mulieris bone ſpeci⸗
es in ornamentū domus ſue. Ipſa eſt que da
ta eſt in adiutoriū viro: nō cōcubina. Conſide
ra nanq̄ mulieris bone in cunctis diligentē
ſolertiam. Hec enī blada ⁊ frumenta ordinat
et gubernat: tuetur oleum: ſalſas carnes in do⸗
mo eſſe ꝓcurat: pannos laneos ne a tineis
corrodantur ventilat. Lineos quoq̄ ꝓ neceſſi⸗
tate ꝓcurat ⁊ lauat: diſſipata ⁊ quaſi cōſum⸗
pta reſarcit: peruigiles oculos: mentēq̄ pru⸗
dentem ad omnem ſubſtantiā domus habet.
Columna viri ⁊ filiorū eſt. Si maritus lan⸗
guet cū infirmo infirmatur. cibū p̄ dolore nō ſu
mit. ſomni oblita quieſcere neſcit. Erudit fili⸗
os ⁊ omnē familiā in timore dei: ⁊ bonis mo⸗
ribus inſtruit. Sed quid cōcubina facit. Uer
ba certe loquitur blanda ſed venenoſa. fingit ſe
plus amare q̄ amet. nūc meſta facie: nunc le⸗
ta. Aliquid ſemꝑ q̄rit. Si in domo eius vxore
abſente ingreditur: quicq̄d pōt rapere rapit. Si
ſibi in amicitie ⁊ fidelitatis ſignum aliquid
adulter ſeruandū tradiderit: aut perdidiſſe ſe
mentietur: aut ꝓcaciſſima īportunitate abhorū
ad ſe arripiet. Euacuat burſam: denigrat fa⸗
mam: ⁊ ad peccatū ligat animam amatoris.
Hinc eſt ꝙ ſapiēs Prouerb. v. c. ait. Ne intē⸗
deris fallacie mulieris. Fauus enī ſtillans la⸗
bia meretricis. ⁊ nitidius oleo guttur eius.
Nouiſſima autē eius amara quaſi abſinthi⸗
um. ⁊ lingua eius acuta quaſi gladius biceps
Pedes eius deſcendūt in mortem: ⁊ ad infe⸗
ros greſſus eius penetrāt. Per ſemitam vite
nō ambulant: vagi ſunt greſſus eius ⁊ inue⸗
ſtigabiles. Nunc ergo fili audi me ⁊ ne rece⸗
das a verbis oris mei. Longe fac ab ea viam
tuam: ⁊ ne appropinques foribus domus eꝰ
Hec ille. Docet itaq̄ ſapiēs q̄liter vnuſquiſq̄
cognoſcere debet mulieris fornicarie fraudē ⁊
dolū. Sed ve mūdo a ſcandalis: q2 viri pleni⸗
q̄ his ſceleſtiora nefandiora q̄ cōmittūt. Hi
ſunt qui ꝓpter pueros ⁊ maſculos abhor⸗
rent vxores. O peſſimuz. o damnatiſſimū ge⸗
nus hominū. Quid turpius? quid abominabi
lius: quidue fetidius dici poteſt audiri vel co⸗

gitari. Tales ſiquidez ſunt ꝓpter quos venit
ira dei i filios diffidētie. Tertio poteſt ſumi
adulteriū ꝓpriiſſime: cū ſcz cōiugatꝰ accedit
ad cōiugatā. qd̄ pctm̄ ē grauiſſimū ſm̄ Tho.
ij. ij. q. c liiij. eo ꝙ fit iniuria tam ꝓprie vxori
q̄ etiā viro adultere.

Qd̄ abominādū ē adulteriū eo ꝙ ꝯtrariatur
bono m̄rimonij ⁊ inducit ſcādala m̄lta ⁊ ipli
cat adulteros mult̄ laq̄is. Capl'm II

S Ecūdū myſteriū ꝯtēplādū de adul⸗
terio dr̄ abominatio. Abominandū
q̄dē fugiendūq̄ ⁊ deteſtādū ē adul⸗
terij malū maxime ꝓpter tria.

Primo ꝓpter cōtrariationem.
Scdo ꝓpter ſcandalizationem
Tertio ꝓpter implicationem.

Primo ꝓpter ꝯtrariationē. q2 ꝯtriatur omī bono
m̄rimonij. Scdm̄ enī Aug. in li. de bono con
iugali. ⁊ notatur. xxvij. q. ij. c. omne. Tria bona
inueniunt in m̄rimonio. ſ. fides: ples: ſacrm̄
Quoꝝ ſufficiētia ſm̄ Aſteſanū in ſum. li. viij
ti. ix. ſumi pōt a cauſa inſtituēte vel efficiēte.
Nam vno modo m̄rimonium eſt a dictamine
nature: vt ſcz vir cohereat cū muliere ad na⸗
ture cōſuationē. ⁊ ſic eſt bonū ꝓlis. Alio mō
a dictamine rōnis recte. ſ. vt vir cohereat cū
vxore ſua nō cū aliena. ⁊ ſic eſt bonum fidei.
Tertio a dictamine grē ⁊ ſignatur vnio diuine
nature ⁊ humane: ⁊ ſic eſt bonum ſacramēti.
Adulteriū ḡ ꝯtriatur bono fidei: q2 ꝑ illud fran⸗
gitur fides. que q̄dē in hoc attenditur ꝙ vir cū
alia: nec mulier cū alio cōmiſceatur. ad quaz fi
dem ſe mutuo obligant corde ore ⁊ ope. Cor
de cū a viro anulus imponitur digito vxoris.
Unde Iſid. xxx. q. v. c. femine. ait. In primis
anulus a ſpōſo ſpōſe datur. Fit nimirū ꝓpter
mutue dilectōnis ſignū. Uel ꝓpter id magis
vt pignore eoꝝ corda iungantur. Unde ē q̄rto
digito anulus inſeritur: id ꝙ in eo vena quedā
vt fertur ſanguinis ad cor vſq̄ ꝑueniat. h̄ ibi.
Ore ſe obligāt: q2 ore vel ſigno capit̄ vbi eſt
os exprimitur cordis ꝯſenſus. Ope ſe obligāt
cū ſibi mutuo cōſentiunt in copulā carnalem
ex quo inter eos cōſtans debet eſſe fides cor
dis oris ⁊ opis ꝯ quod facit adulteriū. Con⸗
trariatur etiā adulteriū bono ꝓlis. Nam ſollici
tudo naturalis eſt p̄ris vt de ꝓle ſua certitudi
nem habeat. Sed ꝑ adulteriū talis certitudo
haberi nō pōt. Et multa ex h̄ mala ꝓlē ſubſe⸗
quuntur vt dictū eſt in p̄cedenti ſmone. Con⸗
trariatur adhuc tertio adulteriū bono ſacri: q2
m̄rimoniū ſignificat deſpōſationē xp̄i cū ec⸗
cleſia: quā nunq̄ dimiſit. Sed ꝑ adulterium

vxor dimittitur eo ꝙ aplſ Ephē. v. ait. Uiri di⸗
ligite vxores vr̄as ſic ⁊ xp̄s eccl'iam. Scdo
abominādū eſt adulteriū ꝓpter ſcādalizationē
Inducit ſiquidē ad multa p̄iculoſiſſima ſcan
dala adulterātes e quibus vnū referā. Retu
lit mihi quidā frater fide dignus ꝙ in ciuitate
Aſſiſij fuit quedā adultera q̄ vt ſuū amatorez
in virū poſſet habere ordinauit cū eo vt ma⸗
ritū interficeret. Et ſero quodā cū vir iſtius
domū ingrederetur ab vxore ſua ſtatiz capitur ⁊
ſtricte amplexās illū tādiu tenuit donec adul
ter qui latebat ibi exiēs cum ſecuri ꝑcuſſit ca
put eius ⁊ occidit. Quo facto clam ſepelierūt
corpus in domo quadā vetuſta. Mane autē
ſurgens mulier viſitauit eccleſias aſſerēs vi
rū ſuū nocte receſſiſſe a domo ⁊ verſus ſanctū
Jacobū de galacia iter arripuiſſe. mirabātur
ſui: hoc audiētes tā mater q̄ reliqui quō ni⸗
hil retuliſſet de ꝑegrinatiōe ſua. Elapſis aūt
quibuſdā diebus mulier hec viricida i domo
ſua plorādo eiulare cepit. Heu vir mi dilecte
heu me infelicē ⁊ miſerā. Ad quā ꝑueniētes
vicini cauſam petierunt meroris ſui. Que re
ſpōdit ꝙ vir ſuus mortuus erat in via: quia
ſic acceperat a quodā ꝑegrino qui de ſancto
Jacobo reuertebatur: ſibi tamē incognito. Qd̄
cum ꝑueniſſet ad aures parentū viri: ſtatim
ſuſpicari ceperūt de malitia mulieris. Ad que
etiam vehemētius mouebantur ꝓpter nimiaz
adulteri ſui familiaritatē cū illa. Recurrētes
autem ad officiales indicauerūt factum: qui
ordinauerūt vt mulier illa maligna poneretur
in torturam. Quod cū factū fuiſſet veritatez
confeſſa eſt. Qua de re territus amicus eius
fugam petijt extra ciuitatē. Et mane quodā
data ſentētia mulier hec peſſima igni adiudi
cata eſt. Et dū combureretur: ille exiſtēs extra
ciuitatē ſuper montē quendam vnde videre
poterat ſpectaculum: reſpiciebat ⁊ adeo in fa
tuitatez verſus eſt ꝙ ſponte ſua redijt ad locū
in quo ſua fuerat dilecta combuſta. Unde cū
nollet diſcedere etiam a multis monitus ca⸗
ptus eſt: ⁊ die ſequenti in eodem loco decapi⸗
tatus. Tertio abominandū eſt adulterium
ꝓpter implicationem. Implicat enim in mul
tos errores in quibus difficile eſt: immo poſ⸗
ſibile conſulere et prouidere. Quotnam filij
illegitimi matre ſciente ſuccedunt in heredi⸗
tatem? Quot vxores adulteras cum quibus
adulterabantur alijs maritis viuentibus poſt
illorum mortē retinēt cum peccato: licet ſub
colore ⁊ nomie matrimonij. Repperi ego in
vna italie ciuitate hominem qui ex alterius

vxore tres habebat filios: que tñ adultera du
os alios habebat de viro proprio: qui crede-
bat oēs ſimul eſſe filios ſuos. Adulteri aūt cū
diu ſimul familiaritatē habuiſſent; lꝫ ſecrete:
decreuerūt virū interficere. Qđ cū feciſſent ac
cepit eā in vxorē: ⁊ bona oīa viri ꝓ quinqꝫ fi-
lijs quoꝝ tñ duo legitimi erant diſpenſabat
O quot vinculis erat iſte ligatus. peccauerat
adulterando: peccauerat in contrahendo ma-
trimoniū: peccauerat in contracto perſiſtēdo:
peccabat etiā bona cōicando duoꝝ filioꝝ viri
interfecti alijs tribus qui erant ex adulterio.

Qđ oēs leges tā diua ꝙ eccl'iaſtica ꝙ et
ciuilis puniūt grauiter adulteriū. Caplm. III.

Ertiū myſteriū notādū de adulterio
T dicitur punitio. Punitur adulteriuꝫ
grauiter ſm triplicem legem.

Primo ſm legem diuinam.
Secundo ſm legem eccleſiaſticam.
Tertio ſm legem ciuilem.

Primo ſm legē diuinā. Nā Leuit. xx. ſcri-
bitur. Si quis mechatus fuerit cū vxore alte
rius ⁊ adulteriū perpetrauerit cū coniuge pro
ximi ſui morte moriatur: ⁊ mechus ⁊ adulte-
ra. Sed quero an liceat viro propter adul-
teriū interficere vxorē: Ad quod rñdet Rich.
in. iiij. di. xxxvij. ꝙ occidere vxorē propt' adul
teriū pōt intelligi dupliciter. Aut qꝛ ipſam cō
uictā ⁊ condemnatā per iudiciū vir procurat
occidi a iudice. Et hoc viro licitū eſt amore iu
ſticie ⁊ non libidine vindicte. hoc tñ non licet
fieri in iudicio eccleſiaſtico; ſed ciuili. vbi lex
talis poſita eſt per illū qui eā punire de iure po
tuit. Aut qꝛ eā occidit extra iudiciū. Et h° nū-
ꝙ facere licuit ſm legē diuinā: lꝫ in aliquo ca
ſu ꝑmittat ſm legē humanā. Ideo magiſter
ſniarū diſt. xxxvij. quarti ait. Sancta eccleſia
mundanis nunꝙ ſtringitur legibus: gladiuꝫ
non habet niſi ſpiritualē. Quod etiā ponitur
xxxiij. q. ij. c. Inter hec. Scđm vero Rich. in
quarto. ſi cōtraxiſſent non ſemper dirimendū
eſt matrimoniū cōtractū. Secundo punitur
adulteriū ſm legē eccl'iaſticā: que illud punit
per ſeparationē. Scđm aūt Rich. in. iiij. diſt.
xxxv. ſeparatio pōt dupl'r intelligi. Aut ꝙtuꝫ
ad vinculū: aut quantum ad cohabitationē ⁊
thorū. Primo modo vir non pōt ſeparari ab
vxore propter adulteriū. ſed bene ſecūdo mo
do in penā mulieris que fidē fregit ⁊ in fauo
rem viri qui fidem ſeruauit. Excipiuntur tñ
caſus ſeptē in quibus non licet viro propter
adulteriū vxorē dimittere. Primus eſt ſi ipſe
fuerit fornicarius. Et de hoc Aug. in libro de
ſermone dñi in monte. Et. xxxij. q. vi. c. nihil
ait. Nihil iniquius ꝙ cauſa fornicationis di-
mittere vxorē: ſi ⁊ ipſe conuincitur fornicari.
Occurrit enim illud. in quo alterum iudicas:
teipm condemnas. Eadē em̄ agis que iudi-
cas. Quapropter quiſquis cauſa fornicatio-
nis vult abijcere vxorē ſuā: prius debet eſſe a
fornicatione purgatus. Secundus caſus ſi
vxor vi oppreſſa fuit. pro quo facit. c. ita ne.
xxxij. q. v. Cuius ratio eſt: qꝛ vt ſcribit. xxxij.
q. i. c. cū ꝑ bellicā. Nullo modo ad opprobriū
male voluntatis trahitur: quod conditio neceſ
ſitatis extorſit. Terti⁹ caſus. ſi credebat ma-
ritū eſſe mortuū ⁊ cōtraxit cū alio. quia talis
per ignorantiā probabilē excuſatur. vt dicit
in prefato. c. cū per bellicā. Quartus caſus ſi
alter ſub ſpecie mariti cognouit eā. ⁊ talis per
ignorantiā excuſatur. xxxiiij. q. ij. c. in lectum.
Quintus caſus ſi maritus tradidit eā adul-
terandā preſertim inuitā. ex. de eo qui cogno.
conſan. vxo. ſue. c. diſcretionē. quia in illo caſu
adulterium magis imputatur viro ꝙ vxori.
Sextus caſus. ſi maritus poſt adulteriū co-
gnouit eā ⁊ tolerauit: quia crimen per reconci
liationē dimiſſum amplius obijci non debet:
niſi recidiuū ſequatur. Septimus caſus eſt
ſi matrimonio vtriuſqꝫ in infidelitate contra
cto vir dedit vxori libellū repudij ⁊ vxor alte-
ri nupſit. tūc em̄ ſi vterqꝫ reuertat ad fidē vir
tenetur eā recipere. ex. de diuor. c. gaudemus.
Cuius ratio eſt: quia cū dedit ſibi libellū repu
dij quod facere illicitū erat ſm iudiciū dei in-
terpretatiue tradidit eā adulterandā. Aliqui
addunt octauū caſum. ſ. ſi vir contra volunta
tem vxoris abſtinendo ei occaſionē adulterā
di dederit. Aliqui tñ dicunt ꝙ propter hoc nō
excuſaretur mulier adulterans. Notandum
tñ ſm Rich. ꝙ dimittere vxorē propter adul
teriū ordinatur ad correctionē adultere. Aut
ergo mulier q̄ adulterata eſt; eſt correcta vel
parata ſe corrigere; aut probabil'r preſumit
incorrigibilis. Si correcta eſt: non tenetur eā
dimittere. quia non eſt pena corrigēs vbi cor
rectio iam preceſſit. Similiter ſi parata eſt ſe
corrigere vt iuſtū eſt non tenetur eā dimitte
re. quia nō eſt neceſſariū apponere penā gra-
uiorē ad corrigendū delictū qñ mitiori modo
pōt expiari. Si aūt probabiliter preſumitur
incorrigibilis: tunc credo ꝙ eā tenetur dimit
tere ne ſuo crimini videatur conſentire dum
correctionē non apponit. Unde Chryſo. ſuper
Matth. ⁊. xxxij. q. i. c. ſicut crudel'. Sicut cru-
delis eſt ⁊ iniquus qui caſtā dimittit: ſic fatu⁹

eſt ⁊ iniquus qui detinet meretricem. Patro-
nus em̄ turpitudinis eſt qui celat crimē vxo-
ris. Preſumit autē tunc vxor incorrigibilis:
aut qñ pertinaci aīo ſe corrigere renuit. aut
qñ emendationē ꝓmittens ex ꝯſuetudine la-
bit. Sciendū inſuꝑ ꝙ ꝙtū ad ſeparationē
a thoro pōt vir dimittere vxorem ꝓprio arbi
trio ſtatim cū ſcit ipſam adulteraſſe. Nec tene
tur reddere debitū exigēti niſi ꝑ eccleſiā cōpul
ſus. Sed ſic reddendo nō ꝑiudicaret ſibi qn
poſſet agere ad diuortiū: maxime ſi ꝓteſtatio
nem ꝑmiſit ꝙ ad illam copulā accedet: nō vt
velit cedere iuri ſuo: ſed tm̄ ne ſit eccleſie ino-
bediens. Tñ ſm aliquos eccleſia nō dꝫ ipſum
cōpellere niſi cognouerit de cauſa ⁊ diffinierit
Si autē loquamur ꝙtū ad ſeꝑationē a coha-
bitatiōe: tunc diſtinguo. Quia aut matrimo-
niū eſt clandeſtinū ⁊ abſqꝫ teſtibus. ⁊ tūc lici-
te pōt vxorē dimittere: aut ꝯtractū in facie ec
cleſie vel ſaltē coram teſtibus. ⁊ tunc nō licet
dimittere eā ſine iudicio eccleſie. Et ſicut vir
pōt ab vxore adultera ſeparari: ita ⁊ vxor a
viro adultero. Tñ in ſeparatione duo cōſide-
rant. vt dicit Ric. ſ. ipſa dimiſſio cōiugis: ⁊ ac
cuſatio q̄ eſt via ad hanc dimiſſionē. Quantū
ad primū vir ⁊ vxor iudicant ad paria. qꝛ ſi-
cut vir pōt vxorē dimittere ꝓpter adulteriū:
ita ecōuerſo: ꝙuis ad hoc iudicent ex ineq̄li
cauſa. Nec eſt hoc ꝯ iuſticiā: qꝛ minor de illis
cauſis ſufficit ꝙtū ad illum effectū. Sicut vi
demus ꝙ duo latrones quoꝝ vnus plus fu-
ratus eſt ꝙ alius iudicant ad ſuſpendiū. ⁊ ita
ad eandē penam ex ineq̄li cauſa: qꝛ ille q̄ mi-
nus fuit furatus meruit hanc penā. Quantuꝫ
ad ſecundū vir ⁊ mulier nō ſunt equalis cōdi
tionis. Fauorabilius em̄ recipit accuſatio vi-
ri cōtra vxorem ꝙ ecōuerſo. Tum qꝛ vir eſt
caput vxoris. Tuꝫ qꝛ mulier adultera magis
cōfundit virū ꝙ ecōuerſo. Tum qꝛ adulteriū
mulieris magis ledit matrimoniū: qꝛ cauſat
incertitudinem ꝓlis. Et hac rōne grauius eſt
adulteriū in muliere ꝙ in viro: licet fornica-
tio ſimplex grauior ſit in viro: eo ꝙ i ipſo ma
gis viget vſus rōnis. Tertio punit adulte
rium lege ciuili pena mortis. C. de adulte. l. ꝙ
uis. Ex quibus oībus apparet tāti peccati g-
uitas. qđ cōiugati euitare debēt vt habeant
in hoc ſeculo dei grām: ⁊ in futuro beatā glori
am: in qua viuit bñdictus deus ꝑ infinita ſe-
cula ſeculoꝝ. Amen.

Feria ſecūda poſt reminiſcere. de fuga pec-
cati: qđ magis fugiendum eſt ꝙ quelibet hu
ius ſeculi mala. Sermo XXXII

N peccato veſtro
I moriemini. Verba ſunt redēpto-
ris noſtri originaliter Joh. viij. c.
et in euangelio hodierno. Ad oſtēdendum ꝙ
graue malū ſit eſſe in ſtatu peccati: replicauit
ſaluator noſter loquēs phariſeis peccatoribus
ꝑ eadē verba eandēqꝫ ſniam. ſ. ꝙ in peccatis
morerent. vt ſic cognita infirmitate atqꝫ peri
culo ſolliciti eſſent querere ſalutē ⁊ medicinā:
Qm̄ nihil eſt qđ magis detineat i peccatis el
ligatas aīas ꝙ errонеa cogitatio eoꝝ qui ar-
bitrant pctm̄: aut nihil aut parū obeſſe. Ideo
Seneca ad Lucillū dicebat. Nō eſt extrinſe-
cus malū noſtrū intra nos eſt. et in viſcerib⁹
noſtris ſedet: ideo difficulter ad ſanitatē ve-
nimus: qꝛ nos egrotare neſcimus. Et Aug⁹.
ſuꝑ ps. l. Nemo eſt inſanabilior eo q̄ ſibi ſan⁹
videt. ꝓpterea in hoc ſermōe de fuga peccati
dicēdū eſt. de q̄ ſapiēs Ecci. xxi. dicebat. Qua
ſi a facie colubri fuge peccatū. Aſſignabi-
mus autē triplicem principalem rōnem qua
re peccatū eſt fugiendū.

Prima ratio dicit cōplacentie.
Secunda nocentie.
Tertia diſplicentie.

Qđ pctm̄ eſt fugiēdū eo ꝙ placet diabolo:
et qualiter ipſe indirecte cauſa eſt peccatoꝝ: ⁊
quō leticia vel delectatio pōt eſſe in demoni-
bus. Capitulū. I

Rima rō quare pctm̄ eſt fugiēdū dr
P cōplacētie. Placꝫ em̄ multū inimici
ſimo nr̄e ſalutis diabolo. De quo cir
ca tria dubitare cōtingit.

Primo circa cauſalitatē.
Scđo circa generalitatē.
Tertio circa iocunditatē.

Primo ꝯtingit dubitare circa cauſalitatē.
Utꝝ diabolus ſit directe cā pcti. Et videt ꝙ
ſic. qꝛ pctm̄ directe ꝯſiſtit in affectu. Sꝫ Aug.
dic̄ l. iiij. de tri. Diabol⁹ ſue ſocietati malignos
affect⁹ inſpirat. Et Beda ſuꝑ act⁹ apl'oꝝ. Di
abol⁹ aīam i affectū malicie trahit. Et Iſiđ. li.
de ſūmo bono. Diabol⁹ corda hoim occultis cu-
piditatib⁹ replet. ḡ videt ꝙ ipſe ſit cā peccati.
Sꝫ ꝯ eſt qđ Aug. ꝓbat i ꝑmo ⁊ tertio. đ li.
ar. ꝙ nulla alia re mēs ſit ſua libidinis niſi ꝓpa
volūtate. ḡ cā pcti nō ē diabol⁹: ſꝫ ꝓpa volun
tas. Rñdet Tho. l. ij. q. lxxx. ꝙ cū oē pctm̄
volūtariū ſit. nihil pōt directe eſſe cā pcti niſi
qđ pōt mouere volūtatē ad agēdū. Volūtas
aūt a duob⁹ pōt moueri. Uno mō ab obiecto
ſic̄ dꝛ ꝙ appetibile apphēſum mouet appetitū

Alio mō ab eo q̄ interius inclinat voluͣtatē ad
volēdū.hoc aūt nō eſt niſi vel ipſa voluͣtas vl'
deus.De⁹ aūt nō pōt eē cā pcti.q2 vt.d.Aug.
li.lxxxiij.q.Deo auctore nō fit hō deterior.Re
linquit̄ ḡ ꝙ ex hac pte ſola voluͣtas hoīs ſit di
recte cā pcti eius. Ex pte aūt obiecti pōt in
telligi ꝙ aliq̄d moueat voluntatē tripl'r.Uno
mō ipſum obiectū ꝓpoſitū.ſicut dicim⁹ ꝙ cib⁹
excitat deſideriū hoīs ad comedēdū.Alio mō
ille q̄ ꝓponit hmōi obiectū.Tertio mō q̄ pſua
det obiectū ꝓpoſitū hr̄e rōnē boni:q2 ⁊ h̄ aliq̄
liter ꝓponit ꝓpriū obiectū voluͣtati:qd̄ eſt rō
nis bonum vez vel apparēs.Primo mō res
ſenſibiles exterius apparētes mouēt volunta
tē hoīs ad peccandū.Scd̄o mō ⁊ tertio modo
vel diabolus vel etiā hō pōt incitare ad peccā
dū vel offerēdo aliqd̄ appetibile ſenſui:vel p-
ſuadēdo rōne.Sed nullo iſtoꝝ triū modoꝝ
aliq̄d pōt eſſe cā pcti:q2 voluͣtas nō mouet̄ ex
neceſſitate ab aliquo obiecto niſi ab vltimo fi
ne.Uñ nō eſt ſufficiēs cauſa peccati.Neq3 res
exterius oblata:neq3 ille qui eā ꝓponit niſi q̄
pſuadet.Ideo cū diabolus ſuggerēdo vel ali-
qua appetibilia ꝓponēdo inducat in affectū
peccati:nō eſt directe cā peccati:ſed ſolū p mo
dū ꝓponentis vel perſuadētis appetibile. Et
ſic ptz ad obiecta ſolutio.Ex q̄bus colligimus
ꝙ nullus pōt ſi peccat de diabolo cōqueri:ſed
tm̄ ſeipſum debet inculpare vel accuſare eo ꝙ
omne peccatū:vt ꝓbatū eſt in primo ſermone
huius opis:eſt voluntariū. Secūdo cōtin-
git dubitare circa generalitatē.vtrū oīa pctā
hoīm ꝓueniant ex diabolica ſuggeſtione. Et
ꝙ ſic videt̄.q2 dicit Diony.in lib.de diui.no.
Multitudo demonū eſt cauſa oīm maloꝝ ſibi
et alijs.Et Damaſ.d.Oīs malicia ⁊ oīs imū-
dicia a diabolo ſunt excogitata.Sed cōtra eſt
illud qd̄ dic̄ Aug.in li.de eccleſiaſticis dogma
tibus.Nō oēs cogitatiōes male a diabolo ex
citant̄:ſed aliquotiens ex motu liberi arbitrij
emergūt.Rn̄det Tho.i.pte.q.cxv.⁊.i.ij.vbi
d.ꝙ aliq̄d dr̄ cā alicuius dupl'r.Uno mō dire
cte.alio mō indirecte.Indirecte quidē ſicut cū
aliqd̄ agens cauſat aliquā diſpoſitionē ad ali
quē effectū dicit̄ eſſe occaſiōaliter ⁊ indirecte
cauſa illius effectus:ſicut ſi dicat̄ ꝙ ille qui ſe
cat ligna eſt occaſio cōbuſtiōis ipſoꝝ. Et hoc
modo dicendū eſt ꝙ diabolus eſt cauſa oīm
peccatoꝝ noſtroꝝ.q2 ipſe inſtigauit primū ho
minē ad peccandū:ex cuius peccato cōſecuta
eſt in toto humano genere quedā ꝓnitas ad
omne pctm̄.Et p hunc modū intelligēda ſunt
verba Dio.⁊ Damaſ.Directe aūt dicit̄ eſſe ali
quid cauſa alicuius qd̄ operatur directe ad il-
lud.Et hoc mō diabolus nō eſt cauſa oīs pec-
cati.Non em̄ oīa peccata cōmittunt̄ diabolo
inſtigante:ſed quedā ex corruptione carnis ⁊
libertate arbitrij.q2 vt Origenes dicit.Si di
abolus nō eſſet:adhuc hoīes haberēt appeti-
tum cibi ⁊ venereoꝝ. Tertio cōtingit dubi-
tare circa iocunditatē.vtrū demones poſſint
in aliquo iocundari.Et videt̄ ꝙ ſic:q2 Aug⁹.
ꝯ manicheos dicit.Poteſtatē habet in eos q̄
dei p̄cepta cōtemnūt:⁊ de cauſa infelici letat̄.
Item ꝓuerb.xiij.dicit̄.Deſideriū ſi cōpleat̄
delectat aīam.Sed ipſi mali a mala deſiderāt
que eueniūt.ergo in illis delectant̄.Preterea
phs.x.ethicoꝝ.c.x.dicit.ꝙ phīa hʒ mirabiles
delectatiōes.puritate ⁊ firmitate.ſed mali an
geli multū ſciūt de phīa.ergo habēt magnas
delectatiōes. Sed ꝯ arguit̄.Primo q2 dic̄
idē Ariſ.primo ethicoꝝ.c.xviij.Delectatio ſi
ſit fortis expellit oēm triſticiā ⁊ que ſibi ꝯria
eſt.⁊ que cōtingens.ergo a ſimili triſticia ſi ſit
fortis expellit oēm delectationē ⁊ que ſibi ꝯria
eſt.⁊ que cōtingens.Sed triſticia maloꝝ an-
geloꝝ eſt valde fortis.ergo nullam cōpatit̄ ſe
cum in eis delectationē.Item in angelis bo-
nis leticia nullā cōpatitur triſticiam.ergo a ſi
mili:nec triſticia in angelis malis cōpatit̄ leti
ciam.Itē in nobis nō poteſt ſimul eſſe leticia
et triſticia.q2 leticia eſt cū dilatatōe cordis et
triſticia cū quadam cordis cōſtrictione.Con
ſtrictio autē ⁊ dilatatio motus ſunt cōtrarij.
ergo a ſimili in angelis nō pōt eſſe leticia ſi-
mul ⁊ triſticia:ſed ſemp habent triſticiam.er
go nullam habēt leticiam. Rn̄det ad hanc
q̄ōnem Ric.in.ij.diſ.vi.ꝙ de pena maloꝝ an-
geloꝝ cōtingit loqui aut p ſtatu ante iudiciū.
aut p ſtatu poſt iudiciū.Primo mō adhuc pe
na eoꝝ nō eſt cōpleta:q̄uis ſit grauis ⁊ mul-
ta.ideo capaces ſunt alicuius vani gaudij p
uenientis ex euentu malorū que deſiderant.
Unde Aug⁹.de ciui.dei.li.iiij.Praua docent̄
turpibus gaudent.Loquēdo vero de pena eo
rum p ſtatu poſt iudiciū:ſic nō cōpatietur ſe-
cum in eis aliqd̄ gaudium:q2 tunc pena eo-
rū erit cōpleta.Et ideo natura eoꝝ erit ita in-
diſpoſita ad ſuſceptionē gaudij ꝙ nullū agēs
creatū habebit ꝓportionalem virtutē ad cau
ſandū delectationē in ſubiecto indiſpoſito. A-
gens autē increatū ex ingente ſua iuſticia nul
lum cauſabit in eis gaudiū. Preterea Aug.
xiiij.de ciui.dei.c.xvij.ait.Elationis vicium in
dei aduerſario qui eſt diabolus:maxime dña-
ri ſacris lr̄is edocet̄.Sed ſm philoſophū.iij.

Ethi.c.ix.Qualis eſt vnuſquiſq3 talis ⁊ finis
eius.Uidet̄ ergo ꝙ diabolus finē ſuū conſti
tuit in excellentia.Cum ḡ ſm phm̄.vi.Ethi.
c.vi.fines ſint p̄ncipia opabiliū q̄cq̄d malus
angelus appetit ꝓpter excellentiam appetit.
Sed poſt iudiciū nihil eueniet de q̄ cōſequat̄
excellētiā nec verā nec eſtiatā.Cū ḡ ex euētu
rei deſiderate nullū ꝓueniat gaudiū ſi deſide
rans nō cōſequit̄ finē ꝓpter quē illud deſide
rabat:nihil eueniet poſt iudiciū ex cuius euē
tu aliquod in eis gaudiū oriat̄. Ad primū
argumentū dicendū ꝙ ante iudiciū non eſt
maloꝝ angeloꝝ triſtitia ita fortis ꝙ expellat
oēm delectationē ⁊ magnā ⁊ paruā. Ad ſe-
cundū dicēdū ꝙ angeli boni eo ꝙ ita ſunt cō
iuncti cū diuina volūtate vt nihil eueniat cō
tra eoꝝ voluntatē abſolutā:⁊ quia habēt ſub
ſtantialis glorie cōplementū:iō in eis nulla
poteſt eſſe triſtitia.Sed in angelis malis nō
eſt adhuc tota pena completa quam ppetuo
habituri ſunt poſt iudiciū:idō interdū in eis
eſt aliquod gaudium.Gaudent em̄ de malis
euētibus que euenire deſiderāt. Ad tertiū
dicendū ꝙ cū in homine ſimul eſt triſtitia et
letitia:tūc eſt cōſtrictio cordis in vna parte:⁊
dilatatio in alia.Uel pōt dici ꝙ ſi letitia ma-
ior eſt q̄ triſtitia cor dilatabit̄ minus ꝓpter
triſtitiā.Si aūt triſtitia eſt maior q̄ letitia
eſſet ecōuerſo.Si vo equarent̄ tūc cor non
cōſtringeret̄ ꝓhibēte letitia:nec dilataret̄ p-
hibente triſtitia.hec Ric.Notandū tamē ſm
Tho.parte.i.q.lxiiij.ꝙ dolor ⁊ gaudiū ſm ꝙ
ſunt paſſiones in demonibus eſſe nō poſſunt
Sic em̄ ſunt ꝓprie appetitus ſenſitiui qui eſt
vtus in organo corpali.ſed ſm ꝙ nomināt
ſimplices actus:ſic pn̄t eē in demonib⁹.⁊ ſic
dolor nō eſt aliud q̄ recurſus ad illud qd̄ eſt
vel nō eſt.Multa em̄ vellent nō eſſe vt oēs
hoīes fore dānatos q̄ tm̄ nō ſunt:q2 multi ſal-
uant̄.iō in eis eſt dolor:⁊ q2 multos vellent
peccare.⁊ eoꝝ deſideriū implet̄.iō in eis eſt
gaudiū eo mō q̄ ſupius dictū eſt.Cū ḡ pctm̄
diabolo ſūme ſit gratū:q̄ demētia eſt illi com
placere peccādo.An neſcitis o excecati pctōres
ꝙ ipe vos q̄rit perdere cupitq3 btā vita p̄ua
re:⁊ vos ſecū trahere in ifernū.O infelices aīe pec
catrices ꝯſiderate q̄d facitis cū diabolo obtēpe
rat̄.Profecto ꝯtentatis letūq3 facitis hoſtē pe
ſtilentiſſimū q̄ nullo placat̄ obſeq̄o:q̄nimmo
ſuiētes magis crudeliuſq3 torquebit.
Qd̄ pctm̄ eſt fugiendū eo ꝙ p̄uat hoīem
diua gr̄a:⁊ ſep ei eſt ānexus cruciat⁹ ⁊ pena
ac interficit ipam aīam. Caplm̄ II

Ecunda ratio quare peccatū ⁊ deli-
ctum eſt fugiendū dicit̄ nocentie.
Nocet ſiquidē homini plus q̄ cete-
ra mala que dici an cogitari poſſunt potiſſi-
mum propter tria.
Primo ꝓpter priuationem.
Scd̄o ꝓpter cruciationem.
Tertio ꝓpter interfectionem.
Primo pctm̄ nocet hoī ꝓpter p̄uationē eo
ꝙ p̄uat illū bono nature qd̄ p̄eminet cunctis
bonis fortune.h̄.d.Aug.in.iij.⁊.vij.ꝯfeſ.⁊ in
li.de fide ad petrū.Sʒ ꝯ poſſʒ q̄s arguere.q2
d.Dio.in li.de di.no.ꝙ bona nature in demo
nib⁹ manēt integra poſt pctm̄:ſʒ pctm̄ hoīs n̄
eſt grauī⁹ pctō demonis.ḡ ꝓpt̄ illud nō debʒ
p̄uari bono nature. Rn̄det Tho.i.ij.q.lxxxv
ꝙ bonū nature hūane pōt dici tripl'r. Pmo
ipa p̄ncipia nāe ex q̄b⁹ nā ꝯſtituit̄ ⁊ ꝓpetates
ex his cauſate.ſicut potētie aīe ⁊ hmōi. Scd̄o
dr̄ bonū nature donū originalis iuſticie:qd̄
fuit in p̄mo hoīe collatū toti humane nature
Tertio dr̄ bonū nature natural' hoīs digni
tas q̄ eſt ꝙ hō ſit rōnis pticeps:ſm quā hʒ
naturalē inclinationē ad vtutes. Primum
bonū nature neq3 tollit̄ neq3 diminuit̄ p pctm̄.
Scd̄m total'r eſt ablatū p pctm̄ p̄mi parēt̄
Tertiū vo diminuit̄ ⁊ aufert̄ p pctm̄:q̄a vt
inq̄t ps.homo cū in honore eēt nō intellexit
cōparatus eſt iumētis inſipiētib⁹:⁊ ſilis fact⁹
eſt illis.In hoc eq̄dē ꝙ hō rōnalis ē dignior
cūctis volucrib⁹ celi:⁊ nobilior beſtijs terre ⁊
piſcib⁹ maris merito reputat̄.In eo vero ꝙ
peccādo rōēʒ ſubijcit ſenſualitati:viuitq3 mo
re brutoꝝ:ipis recte iuſteq3 cōparatur. Pro
pterea loquēs de⁹ ad aīam peccatricē.Hier.
ij.ait.q̄ vilis fcā es nimis iterās vias tuas
Silr̄ ex ipa naturalis inclinatio ad virtutem
diminuit̄ p pctm̄.Nā ex hoc ꝙ aliq̄d iclinat̄
ad vnū ꝯrioꝝ diminuit̄ inclinatio ei⁹ ad aliud
Unde cū pctm̄ ſit ꝯriū vtuti ex hoc ipo ꝙ hō
peccat diminuit̄ bonū nature qd̄ ē inclinatio
ipa ad vtutē.Per ſeptē quippe gradus ꝯſcie
diminute bone nature ruit in ꝓfundū pctōꝝ
In p̄mo gradu pctm̄ eſt importabile.Mēs
em̄ inſueta pctis cū peccare incipit apparet
ei adeo importabile onus vt videat̄ viuens
eſſe in inferno.In ſcd̄o gradu pctm̄ ē graue.
Nā lapſu tpis ꝓpter p̄cedens pctm̄ iterū pec
care nō iam videt̄ importabile ſed tm̄ graue.
In tertio gradu peccatū eſt leue.Qd̄ ei p̄ma
vice fuit importabile:in ſecūda graue:in ter-
tia fit leue.In quarto gradu pctm̄ eſt inſenſi
bile:eo ꝙ iam onus eius non ſentit̄ nec eius

grauitas eſtimaf, In qnto gradu eſt delecta
bile; eo ꝙ cū maximo ſtudio ꝓpꝫ ei⁹ delecta
tionē cōmittif, In ſexto pctm̄ eſt deſiderabile
qꝛ poſt diuturnā in illo ꝑſeuerantiā adeo ad
ipm̄ inclinaf volūtas vt ſine vlla tētatōe car
nis aut diaboli queraf ꝛ deſideref vt poſſit
cōmitti. In ſeptimo pctm̄ ſit defenſabile tanꝙ̄
bonū ꝛ iuſtū, vt vitiſicef qd ſapiēs ait Prou.
xviij. Pctōꝛ cū in ꝓfundū pctōꝝ venerit cōtē
nit. Cōtēnit ſiquidē dei iuſticiā atqꝫ iudicia
ꝛ pctm̄ ridēs ꝛ ludēs cōmittit, Et ſi redargui
tur illud excuſat atqꝫ defendit, O q̄t vſurarij
erroneā ſibi fecere ↄſciaꝫ qua impijſſime vſu
ras exercēt ꝛ dicūt nō ēē pctm̄, O q̄t adulteri
fornicatores ꝛ ſodomite letanf cū male fece
rint, vt dꝛ Prou. ij. ꝛ exultāt in reb⁹ peſſimis
luxuriāqꝫ ſuā tanꝙ̄ bonā defendētes dicunt
impoſſibile fore quēpiā viuere ſine illa, Ecce
qualꝛ iſti ꝛ ſilꝛes ꝑuati ſunt bono nature icli
natōe .ſ. quā ad bonos actus hēbant. Scd̄o
nocet pctm̄ hoi ꝓpꝫ cruciationē. Eſt ſiqdē ſp
ꝛ etiā in hoc ſeculo mortali culpe ānexa pena
inſeparalꝛ. Et ſumif rō ſm̄ Boñ. in. ij. diſti.
xxxvi. tripliciter.

Primo ex ꝓfectiōe diuine equitatis.

Scd̄o ex pulchritudine vniuerſitatis.

Tertio ex inordinatione culpe ꝛ conditio
ne peccantis.

Primo ſumif rō ex ꝓfectiōe diue eq̄tatis
Tante eñ equitatis eſt deus q̄ eſt iudex oim̄
vt nō patiaf dedecus pcti ad modicū ēē ſine
decore iuſticie. Oimodo iuſticia debꝫ iniuſti
ciā ſupare. Scd̄o rō ſumif ex pulchritudie
vniuerſitatis. Uniuerſum nāqꝫ ex ordie pul
chritudinē hꝫ. ꝛ talis eſt iſta pulchritudo q̄lē
decuit fieri ad oñſionē ſūme ſapie dei, ꝛ ꝓpꝫ
hoc nec ad momētū eſſe in ea aliqd inordia
tum; ꝛ ita nec pctm̄ a pena ſeparef. Tertio
ſūmif rō ex corruptōe culpe ꝛ ↄditōe peccātꝪ
Nam ꝙ eñ culpa cōmittif q̄n modus ſpēs et
ordo circa actionē voluntaꝪ ꝑuef. Et dū vo
luntas volūtarie in ſuo actu deordinat ſemet
ipam incuruat. Et dū incuruaf modo ſpe et
ordine ꝑuaf ꝙtū ad habilitatē ad bonū. Talꝛ
aūt ꝑuatio eſt in aīa magna dānificatio ꝛ le
ſio, Unde Aug. in ſmone de innocētib⁹. Ne
mo hꝫ iniuſtū lucrū ſine iuſto damno. Ubi lu
crū ibi dānū. Lucrū in arca dānū in ↄſciētia,
Tulit veſtē ꝛ ꝑdidit fidē. Accepit pecuniaꝫ ꝛ
amiſit iuſticiā. Preterea volūtas rōnalis q̄ eſt
cā pcti eſt q̄ſi media inꝫ ſinderiſim ꝛ ſenſuali
tatē, media eſt etiā inꝫ deū ꝛ alias creaturas
Et cū ſe cōuertit ad hec inferiora ab eo rece
dit q̄ ſurſum eſt; ꝛ dū acq̄rit ꝑuū bonū vt nūc
amittit magnū bonū ſimplꝛ; ꝛ q̄ erat media
fecit ſe ifimā. Et dū cū ſindēſi diſcordat icurrit
ex illa repugnātia remorſuꝫ quēdā ꝛ afflictiō
nē internā. Jd̄o Aug. li. i. ↄfeſ. Juſſiſti dñe ꝛ ſic
eſt vt pena ſua ſibi ſit oīs inordinat⁹ anim⁹,
Ex q̄ ↄcludif ꝙ ad culpā inſeꝑabilꝛ ſeq̄f pe
na ſiue pena dicaf dānificatio q̄dā; ſiue q̄dā
afflictio ſiue inuolūtaria paſſio. Sed pena q̄
eſt dānificatio ſemꝑ ſequif ꝛ actu ꝛ hitu; q̄a
nunꝙ̄ hō eſt in culpa q̄n ſemꝑ ſit in damno,
Afflictio vō ſiue remorſus ſemꝑ ſequif i ha
bitu; ſaltē ꝙuis ꝓpter delectationē inteſaꝫ vl
incōſiderationē ſiue diſtractionē animi ſi ſen
tiaf, Talis aūt pena cōpetit ſtatui in ꝑñti; in
futuro vō ſubſeq̄f alia pena ↄſūmata ꝛ ꝑfe
cta. Tertio pctm̄ nocet hoi rōne infectōis,
Pctm̄ nāqꝫ inficit aīam ꝛ facit eā mortuaꝫ
mō ſuo. Un̄ Aug. in. xiij. d ci. dei. c. ij. icit, Quā
uis eñ aīa hūana veracif imortalis ꝑhibeaf
hꝫ tñ quādā etiā ipa mortē ſuā. Nam idō dr
imortalis; qꝛ modo ꝙtulocūqꝫ nō deſinit vi
uere atqꝫ ſentire. Corp⁹ autem idō eſt morta
le; qm̄ a vita quā hꝫ deſeri pōt nec per ſeipm̄
aliq̄ten⁹ viuit. Mors igif aīe fit cū eā deſerit
de⁹; ſic corpis cū id deſerit aīa. g̃ vtriuſqꝫ rei
i. toti⁹ hois mors eſt cū aīa a deo deſta deſe
rit corp⁹. Jta eñ nec ex deo viuit ipa. nec cor
pus ex aīa. Hmōi aūt toti⁹ hois mortē illa
ſequif quā ſecūdā diuinoꝝ eloq̄orū appellat
auctas. Hāc ſaluator ſignificauit vbi ait, Eū
timete q̄ hꝫ ptātē aīam ꝛ corp⁹ ꝑdere in ge
hennā. ſ ille. Ex q̄b⁹ vobis habef differentia
triplicis mortis. Prima mors eſt corꝑalis q̄
fit ꝑ ſeparationē aīe ab ipo corꝑe. Et hec ipi
aīe q̄ imortalis eſt cōuenire nō pōt, Secūda
mors eſt ſpūalis que cōꝑetit aīe cū ꝑ pecca
tum ſeparaf a deo. Uita nanqꝫ anime ē dei
gratia ſine qua mortua iudicaf, Tertia mors
eſt gehennalis que ꝑuat dānatos nō omni
vita; ſed vita beata; vita glorioſa; vita felici
ſima omni iocūditate repleta. O quātum re
putati ſunt crudeles qui ſeipos interfecerūt
ſua corpora occidēdo. Sed profecto crude
liſſimi ſunt peccatores qui peccando occidūt
ꝛ perimūt animas ſuas, ꝓpterea dixit in pſ
Dauid, Qui diligit iniquitatē odit animam
ſuam. Et Paulus Roma. vi. rōnem ſubdit
dicens. Stipendia enim peccati mors; gra
tia autem dei vita eterna.

Qualꝛ pctm̄ eſt fugiendū; qꝛ diſplicet deo
qꝛ pctōꝛ trāſgredif ꝑcepta ei⁹ ↄtēnit ifinituꝫ
bonū; ꝛ ꝓuocat irā eius. Caplm III

t Ertia rō quare pctm̄ eſt fugiendum
dicif diſplicentie. Diſplicet nanqꝫ ꝛ
abominabile eſt oīpotēti deo ꝓpꝫ tria.

Primo propter tranſgreſſionem.

Secundo propter derelictionem.

Tertio propter prouocationem.

Primo peccatū diſplicet deo ꝓpter trāſgreſ
ſionē; qꝛ per illud tranſgrediunf hoies; ꝛ con
temnunt mādata ei⁹. Propterea dixit Aug.
in libro contra manicheos. Peccatū eſt in ve
ritatis preceptis vl in ipa veritate errare. Et
idē quē magiſter inducit in textu. xxxv. di. ſe
cundi libri. Peccatū eſt dictū vel factū vel cō
cupitū contra legē dei. Et Ambro. libro de pa
radiſo. Peccatū eſt preuaricatio legis diuine
ꝛ celeſtiū inobedientia mandatorū. Si ergo
diſplicet patri vt filius eius ſua precepta recu
ſet ꝛ paruipendat, ſic cuiqꝫ homini mortali in
aliqua ſuperioritate conſtituto graue eſt a ſu
is ſubditis deſpici atqꝫ contemni. quantoma
gis abominabile eſt excelſo celoꝝ regi ſi pec
cando hoies eiuſqꝫ mandata violando maie
ſtati ſue iniuriā faciant. O peccatores exceca
ti cognoſcite vias veſtras. Cognoſcite erro
res merite dānationis. Quotienſcūqꝫ pecca
tis mortaliter deū omnipotentē vilipenditis.
Secūdo peccatū diſplicet deo rōne derelictio
nis, quia quotiēſcūqꝫ quis mortaliter peccat
derelinquit ipſum qui eſt ſummū bonū; verū
bonū; deſiderabile bonū; durabile bonū in quā
quo ſolo anima repleri poteſt ꝛ ſatiari. pro bo
no vili; pro bono momentaneo; pro bono tē
porali; pro bono quod ſine deo nullū bonū eſt.
Ut eñ inquit Aug. in libro de libero arbitrio.
Peccatū eſt ſpreto incōmutabili bono bonis
cōmutabilib⁹ adherere. Hinc per Hiere. ij. c.
de peccatoribus deus cōqueritur dicens. Me
dereliquerunt fontē aque viue ꝛ foderūt ſibi
ciſternas diſſipatas que continere non valēt
aquas. Fons aque viue dicitur ipe deus; qꝛ i
eo eſt oīs boni indeficiens plenitudo. Hinc
Aug. iiij. lib. confeſ. ait. Redite preuaricato
res ad cor; ꝛ inherete ei qui fecit vos, ſtate in
eo ꝛ ſtabitis; quieſcite in eo ꝛ quieti eritis. bo
nū quod queritis ab illo eſt. Ciſterne aūt diſ
ſipate vocantur huius ſeculi bona que abſqꝫ
deo nihil ſunt. Jdeo Aug. ix. confeſ. dicebat.
Omnis copia que deus me⁹ non eſt egeſtas
mihi eſt. Diſpliceret vtiqꝫ cuicunqꝫ formoſe
puelle ſi ſponſus ſuus ea derelicta turpiſſime
meretricule adhereret. Turbaretur quilibet
magnus dñs gratioſus ꝛ liberalis ſi eius fa
muli eo ſpreto ſeruirent alicui dño paupi par
ciſſimo ꝛ auariſſimo, Quāto magis indigna
ri debet deus infinitū bonū cū a nobis deſerif
propter ſuperbū diabolū; aut corruptibilē car
nem vel tranſitoriū ac labilē mundū. Tertio
peccatū diſplicet deo rōne ꝓuocationis. Per
illud vtiqꝫ prouocatur ꝛ inducif ad indigna
tionē ꝛ irā. Totus ſuauis ꝛ dulcis eſt pius cle
mens ꝛ miſericors atqꝫ benignus; ꝛ propriū
eius eſt miſereri; tamen iraſcitur; indignatur
ꝛ quaſi cogitur vt reos damnet quos voluiſ
ſet ſaluare. Cur damnauit Cayn? propꝫ pec
catū. Cur iudā? ꝓpter peccatū. Cur oēs illos
qui in iudicio cū diabolo iudicabunf eternis
ignibus cruciādi? ꝓpter peccatū. O ſumma
ꝛ infinita pietas dei. Ubi ē dulcedo tua? Cur
tā durus atqꝫ ſeuer⁹ efficieris hoib⁹ quos cō
didiſti? Reuera ſi peccata nō eſſent de⁹ nunꝙ̄
cōmoueref furore. Cū ergo tanta ſit in pecca
to iniquitas tantūqꝫ periculū; merito illud cū
cti fugere ꝛ abhorrere; vt ſic liberenf a mor
te damnationis eterne ꝛ perueniant in regnū
beate vite; in quo viuit ꝛ regnat deus ꝑ eter
na ſecula ſeculorum. Amen.

Feria tertia poſt Reminiſcere: de ſuperbia
quam chriſtus verbo ꝛ exemplo docuit con
temnendam. Sermo XXXIII.

q Ui aūt ſe exaltaue
rit humiliabitur; ꝛ qui ſe humilia
uerit exaltabif. Uerba ſunt redē
ptoris noſtri Matth. xxiij. ꝛ in euangelio ho
dierno. Dñs ꝛ ſaluator noſter precipuus hu
militatis cultor diſcipulos ſuos ꝛ nos oēs ꝑ
ſepe monuit; tam verbo ꝙ̄ exēplo euitare ſu
perbiā. In preſenti vero euangelio deteſtat⁹
eſt ſcribas ꝛ phariſeos; eo ꝙ ad nihil aliud va
cabant; niſi vt in ceteros ſuperbirent. Non ti
mebant deum; deſpiciebant proximos; ꝛ repu
tabant ſeipſos. Querebantqꝫ peruerſe ꝛ inor
dinate propriam excellentiam. Et vt inquit
Aug. xiiij. de ciui. dei. c. xiij. Quid eſt aliud ſu
perbia niſi peruerſe celſitudinis appetit⁹? Per
uerſa enim eſt celſitudo deſerto eo cui debꝫ ani
mus inherere principio ſibi quodāmodo fie
ri atqꝫ eſſe principium. Propterea ipſi phari
ſei ꝛ ſcribe arguebantur a xp̄o; ꝛ eorum opera
condemnabantur. Nos vero ſi ad penitentiā
redire querimus; a ſupbia diſcedere debem⁹.
quia non poteſt cum illa dei gratia inueniri.
Ea propter in preſenti ſermone de ipſa ſuper
bia vitioꝝ omniū venenoſa regina aliqua ꝑ
curremus. de qua modo noſtro tria myſteria
proponemus declaranda.

Primum dicitur diuina odiatio.
Secundum ſpecificatio.
Tertium diſtinctio.

Qualiter deus propter odiū ſuperbie angelos malos eiecit de paradiſo: τ per ſcripturas odiū eius predicaƭ, τ qualiter cōminatur ſuperbis: τ quō iſtos humiliauit. Capl'm.I.

P Rimū myſteriū declarandū de ſuperbia dicit diuina odiatio. In quo cōſiderandū eſt ꝙ graue ſit ſuperbie viciū ex odio quod deus habet ad illud. Quod quidem colligi poteſt ex quatuor.
Primo ex angelorum deiectione.
Secundo ex ſcripture teſtificatione.
Tertio ex multiplici cōminatione.
Quarto ex ſuperbor̄ humiliatione.

Quarto ſeparatur a diuino officio. Uñ Iſidorus. xi. q. iij. cū excōicato. dicit ꝙ non licet cū illo orare. Propter quod dicit Ray. in ſumma ⁊ alij doctores ꝙ ſi excōicat⁹ eſt in eccl'ia quando dicit᷑ diuinū officiuꝫ dꝫ admoneri vt exeat. Et ſi exire nolit: violenter dꝫ emitti. Et ſi fieri non poteſt: dimitti debet officiū quouſqꝫ exeat: etiā miſſa ſi nondū incepit canonem Secus ſi incepiſſet: quia tunc debet proſequi vſqꝫ ad cōmunionē ſumptā: ⁊ poſtea reſiduū exeundo in ſacriſtiam dicere. Hoc vero intelligendum eſt quādo excōicatio eſſet notoria. Nam ſi occulta eſt: non eſt euitandus excōicatus in publico: ne prodatur crimen. Hodie tamen per decretū conſtantien. prohibita eſt huiuſmodi participatio in diuinis quo ad excōmunicatos denunciatos in eccleſia ⁊ nominatim. Ipſe tamen excōmunicatus ſcienter participans in diuinis nō euadit mortale peccatū. Quinto ſeparatur a fideliū conſortio: quia non poteſt participare cū alijs fidelib⁹: nec ipi cū eo in comedendo vel bibēdo vel ſalutando vel loquēdo. exceptis caſibus qui ponuntur. xi. q. iij. c. quoniā. in textu ⁊ in gloſa. de quibus loco ſuo plenius dicemus. Sexto ſeparatur excōmunicatus a quolibet actu legitimo. Unde nec teſtificari poteſt nec accuſare nec aduocare nec iudicare. ⁊ iudicata per eū cū notoriū eſſet non tenerent. nec abſoluere nec ligare: nec eligi poteſt ad prelaturā ſeu dignitatē nec eligere. Solū ad predicationē admitti poteſt: ſicut ⁊ infidelis. vt cōuertatur ex doctrina ad verā p̄nīam ⁊ obedientiam. de conſe. di. i. c. epiſcopus. Septimo ſeparatur poſt mortē ab eccleſiaſtica ſepultura: q2 non pōt ſepeliri in eccleſia vel in cimiterio: ſꝫ extra ſicut animalia bruta. Nec debet deferri cū modo conſueto fideliū ad eccleſiā. nec poſſunt ꝓ eo fieri orationes ſolennes ſeu officium: niſi prius abſolueretur poſt mortē a ſententia. qđ fieri poteſt quando apparerent ſigna contritionis ante mortē ⁊ ꝙ queſiuit abſolutioneꝫ. Exemplū eſt de illis ſanctimonialibus quas beatus Benedictus excōicauit propter loquacitatē ſuā: que poſt mortē earū ſunt viſe exire de ſepulcris ⁊ de eccleſia quando celebrabatur ⁊ dicebatur officiū. quas cū beatus Benedictus reconciliaſſet: nō ſunt amplius viſe exire. ſicut refert Gregorius. ij. dial. li. Non ſint igitur chriſtiani obſtinati ad obediendū ſpernentes eccleſiaſticas cēſuras: ⁊ excōmunicationes paruipendentes, quia vt dicitur in. c. nihil. xi. q. iij. Nihil ſic debet formidare xp̄ianus q̄ꝫ ſeparari a corpore chriſti. A contumacibus itaqꝫ ⁊ inobedientibus ⁊ excōmunicatis aufert deus gratiam ſuam: quam nobis et obedientibus largiatur in hac vita: deinde ꝑducens ad etherea regna: qui ſit benedict⁹ in eternum ⁊ in ſecula ſeculorum. Amen.

Sabbo poſt Remiſcē: de pctō ꝯtētiōis qđ vt plimū ex vana gl'a oriri ſolꝫ. Ser. XXXVII

Ixit patri ſuo. ecce

D tot annis ſeruio tibi: ⁊ nunq̄ꝫ mādatum tuum preterivi. Luce. xv.

et in euangelio hodierno. Proprium eſt eorū
qui inanis glorie vento impelluntur libenter cō
tendere. Quod vitiū rep̄henſibile inuentū eſt
in filio ſeniore de quo euangeliū meminit. No
lebat enī introire domū: ſed cōtendebat nō ſo
lum cū ſeruis: ſed etiam cū genitore ſuo. Et
quī ad penitentie integritatem requiritur vt
omnia vitia deponantur. Cum vero cōtentio
que ex vana gloria naſcitur piculoſa poſſit eſſe
atqʒ dānabilis: idcirco de ipſa in hoc ſermone
dicemus de qua tria myſteria erūt declarāda.

Primū dicitur diffinitionis.
Secundū abominationis.
Tertiū determinationis.

Quid ſit ↄtentio: ⁊ quō pōt fieri vel ꝓpter
emulationē: vel ꝓpter diſputationē: vel pro-
pter litigationē. Caplm I

P Rimū myſteriū declarandū dicitur dif
finitionis. In quo q̄d ſit cōtentio vi
deamus. Et nō loquimur de cōtenti-
one que eſt orō ad cōfutandū vel cōfirman-
dum accōmodata qui color eſt rhetoricus. vt
dicit Tullius in rhetorica: ſed loquimur de cō
tentiōe put eſt vitiū. Et ſic diffinitur ſm Alex.
in. ij. ſum me hoc modo. Cōtētio eſt impugna
tio veritatis cū cōfidentia clamoris. Eſt ergo
cōtendere verbis ↄtra aliquem tendere. Hoc
autē fieri pōt tripliciter.

Primo rōne emulationis.
Secūdo rōne diſputationis.
Tertio rōne litigationis.

Primo pōt aliquis cōtendere cuʒ alio rōne
emulationis ⁊ inuidie. Nā aliqui ſunt qui ita
diligūt ſuos ⁊ gloriam eorum: vt nō poſſint ſi
ne diſplicētia famam ⁊ virtutes alioꝝ audire
et dicentibus atqʒ narrantibus obſtant ⁊ cō-
tradicunt. Talis fuit cōtentio que fuit in co-
rinthijs cōuerſis ad fidem. quos Paulus re-
p̄hendit. i. Corinth. i. dicēs. Obſecro vos fra
tres per nomē dn̄i noſtri ieſu xp̄i: vt idipſum
dicatis oēs: ⁊ nō ſint in vobis ſciſmata. Si-
tis autem perfecti in eodem ſenſu ⁊ in eadem
ſcientia. Significatum eſt enī mihi de vobis
fratres mei ab his qui ſunt cloes: q2 cōtentio
nes ſunt inter vos. Hoc autem dico qō vnuſ
quiſqʒ veſtrum dicit. Ego quidem ſum Pau
li. ego autem Apollo. ego vero Cephe. ego au
tem xp̄i. Diuiſus eſt chriſtus? Et. iij. c. Cum
ſit inter vos zelus ⁊ cōtentio: nōne carnales
eſtis: ⁊ ſm hominem ambulatis? Cum enim
quis dicat: ego ſum Pauli: alius autem: ego
Apollo: nō ne homines eſtis. Quid ergo eſt
Apollo. Quid vero Paulus. Miniſtri eius
cui crediditis. Et vnicuiqʒ ſicut dominus de
dit. Ego plantaui. Apollo rigauit: ſed deus in
crementum dedit. Itaqʒ neqʒ qui plantat eſt
aliquid: neqʒ qui rigat: ſed qui incrementum
dat deus. Exiſtimabant nanqʒ illi Corinthij
ꝙ qui a meliore ⁊ maiore eſſet baptiſatus.
ille maiorem gratiam aſſequeretur: quaſi ho-
mines darent gratiam. Similiter etiam cō-
tendebant romani et iudei cōuerſi ad fidem.
Dicit enim Hieronymus in prologo in epi-
ſtolam ad Roma. Romani qui ex iudeis et
gentibus crediderunt: hi ſuperba cōtentione
volebant ſe alterutrum ſuperponere. Nam iu-
dei dicebant. Nos ſumus populus dei quos
ab initio dilexit et fouit. Nos circumciſi ex
genere Abraam ſancta deſcendimus ex ſtir-
pe. Nos de egypto ſignis dei ⁊ virtutibus libe-
rati: mare ſicco pertranſiuimus pede. Nos per
quadraginta annos experti ſumus mirabi-
lia magna dei. Nos ſoli digni ſumus accipere
legem: et vocem dei loquentis audire. No-
bis promiſſus eſt chriſtus: ad quos ipſe ve-
niſſe teſtatur. Dicit enim. Non ſum miſſus
niſi ad oues que perierunt domus iſrael. cum
vos canes potius q̄ꝫ homines appellauerit.
Non eſt ergo equum vt vos hodie idola de-
ferentes comparemini nobis. Econtra gen-
tiles dicebant. Quanto maiora circa vos dei
beneficia narraueritis: tanto maioris crimi-
nis reos vos eſſe monſtrabitis. Semper enī
his omnibus ingrati fuiſtis. Nam ipſis pedi
bus quibus pertranſiſtis mare: poſtea ante
idola ludebatis. Manna vobis faſtidio fuit.
et ſemper in deſerto cōtra deum murmuraſtis
Sepe deum ad iram ꝓuocaſtis. ⁊ ad vltimū
chriſtum in lege ⁊ prophetis promiſſum oc-
cidiſtis. Nos itaqʒ vobis digniores ſumus:
qui vt de chriſto audiuimus mox in eum cre
didimus. Ideo per ꝓphetam de nobis domi-
nus ait. Populus quem nō cognoui ſeruiuit
mihi. Unde cōſtat nos non ex induſtria: ſed
ex ignorantia deliquiſſe. His ergo altercan-
tibus apoſtolus medius inter eos omnes:
eorum cōtentiones dirimens: ad vnam cō-
cordiam eos adduxit: oſtendens nullos eo-
rum meritis ſuis eſſe ſaluatos: q2 omnes iu-
dei ⁊ omnes gentiles ſub peccato tenebantur:
ſed per dei gratiam liberati ſunt. Ideo dicitur
Roma. ij. Nō enim eſt perſonarum acceptio
apud deum. Et. iij. c. Nō eſt enī diſtinctio. oēs
enī peccauerunt ⁊ egēt gloria al's gratia dei.
Et. x. c. Omnis qui credit in illum non cōfun
detur. Non eſt enī diſtinctio iudei ⁊ greci.

Nam idem dn̄s omniū: diues in oēs qui in-
uocant illū. Sic ⁊ diſcipuli Johannis bapti-
ſte forte cōtendebant de Johanne baptiſta et
de xp̄o. Sic ⁊ quotidie cōtendunt aliqui de p̄
dicatoribus: de doctoribus: de fundatoribus
religionū: ⁊ de ſanctis. Pro q̄bus facit exem-
plum illud qō ponitur in legenda Johannis ba
ptiſte. Qō duo doctores erant famoſiſſimi:
quoꝝ vnus in magna deuotione habebat Jo
hannem baptiſtā: alius vero Johannē euan-
geliſtam. Cū quilibet ſatis ſanctū ſuū cōmen
daret: ⁊ alterū alteri p̄ferret: tandē ↄcluſerūt
ſe velle facere publicam diſputationē ad pro-
bandū quis maior eſſet. Sed nocte p̄cedente
diſputationem Johannes baptiſta apparuit
ſuo deuoto. ⁊ Johannes euangeliſta ſuo: reue
lantes ꝙ diſputationē talem dimitterent: q2
ipſi bene cōcordabant in celeſtibus ⁊ ipſi debe-
rent cōcordare in terris: ⁊ demum in ſupernis
viderent hanc veritatē. Scd̄o pōt quis cō
tendere cōtra alium rōne diſputatiōis. Que
ſm Alex. ſi fieret ꝓ declaratione mentis ⁊ ſer
uato modo debito: nullū eſſet peccatum. Sed
ſi fieret ex quadā titillatione honoris ⁊ glorie
veniale peccatū eſſet. ſicut fuit in aplis. de qui
bus dr̄ Luce. xxij. Facta eſt ↄtentio inter eos
quis eoꝝ videretur eſſe maior. Ipſi enī tunc vt
dicit Tho. ij. ij. q. xxxviij. nō cōtendebant cuʒ
intentione impugnandi veritatē: q2 quilibet
defendebat qō ſibi veꝝ videbatur. Erat tamē
in eoꝝ cōtentione deordinatio: q2 cōtendebāt
de quo nō erat cōtendendum. ſcʒ de primatu
honoris. Nōdum enī erant ſpirituales. ſicut
dicit ibi glo. ideo dn̄s cōpeſcuit eos. Sed nun
quid licitū eſt diſputare cuʒ hereticis. Ad hoc
r̄ndet Alex. in. ij. ꝙ hereticus aut eſt ab eccle-
ſia p̄ciſus ꝓpter pertinacem ſn̄iam: aut non.
Si primo mō tunc nō eſt cū eo habendum cō
ſilium. iuxta illud p̄s. Non ſedi cū cōſilio vani
tatis. Et de hoc apl's ad Titū. iij. c. ait. Here-
ticum hominē poſt primā ⁊ ſecūdā correpti
onē deuita. Un̄ heretici poſt damnationē nō
vocantur ad cōſilium. ſicut patʒ. xxiiij. q. i. c. ma-
iores. Si vero heretici adhuc ſunt corrigibi-
les: licitū eſt cōtēdere ⁊ diſputare cū eis vt ad
fidem reuocentur: vel vt falſitas eoꝝ alijs ma-
nifeſtetur. Hoc autē intelligendū eſt de ꝓbatis
in doctrina: q2 periculoſum eſſet ſimplicibus
cū hereticis diſputare. Tertio pōt quis cō
tendere cōtra alium rōne litigatiōis. ſicut fa-
ciunt multi qui omnē ſn̄iam p̄ximi querūt in
fringere: ⁊ clamoroſis vocibus multiplicatio
neqʒ verboꝝ volunt vincere. Et ſm Tho. ij.
ij. vbi. s̄. ſi cōtentio fiat ꝓpter notabilem im-
pugnationem veritatis: aut iniuriam vel dā
nū p̄ximi. ſicut facere ſolēt ꝓcuratores ⁊ ad-
uocati: peccatū eſt mortale.

Qō abominandum eſt vitium cōtentio-
nis: tum q2 reddit hominē exoſum: tum pro-
pter honorem: tum etiam ꝓpter ſcandala que
inde ſequuntur. Capitulū II

S Ecundū myſteriū declarandū de cō
tentione dr̄ abominationis. Eſt enī
abominabile ꝓpter tria hoc vitiū.

Primo ꝓpter cōfuſionē.
Scd̄o ꝓpter honorationē.
Tertio ꝓpter deriuationē.

Primo ꝓpter cōfuſionē. ↄtētio nanqʒ facit
ipſos ↄtentioſos abominabiles ⁊ exoſos hoi
bus: ſil'es canibus q̄ntū ad actū: ⁊ demonibus
q̄ntū ad maliciam. Quiſnā nō vituperabit ho
minē ſemꝑ clamantē ↄtendentem paratū ad
oīa cōtradicere: ⁊ ſn̄iam ſuā verā vel falſam ſu-
perbe ⁊ ptinaciter defendentē. Ideo Aug. ait
Nihil eſt ita ſil'e actibus demonū ſicut litiga-
re. Et ꝓuerb. xvi. Homo ꝑuerſus ſuſcitat li-
tes. Et. xviij. Labia ſtulti miſcēt ſe rixis: ⁊ os
eius iurgia ꝓuocat. Et iteꝝ. xvi. Uir inſipiēs
fodit malū: ⁊ in labijs eius ignis ardeſcit. Et
xvij. c. Semꝑ iurgia querit malus: angelus
autē crudelis mittetur cōtra eū. Scd̄o abo-
minā da eſt ↄtentio ꝓpter honorationē. Eſt
quidē homo qui ↄtentiones fugit dignus ho
nore. Un̄ ꝓuerb. xx. Honor eſt hoi qui ſeꝑat
ſe a cōtentionibus. oēs autē ſtulti miſcent ſe
cōtumelijs. Et Pau. ij. Ti. ij. Stultas autē et
ſine diſciplina q̄ōnes deuita: ſciens ꝙ gene-
rant lites. Seruū autē dn̄i nō oportet litigare
ſed manſuetū eſſe ad oēs docibilē patientē cū
modeſtia corripientē eos qui reſiſtunt verita
ti. Quanti autē meriti ſit apud deū nō cōten-
dere: clarū eſſe pōt per illud qō legitur in vitis
patrū. Qō orāte ſancto Machario vox inſo-
nuit ad eū dicēs. Nō dum ad menſurā duarū
mulierū veniſti que habitāt in p̄xima ciuita
te. Cūqʒ queſiuiſſet Macharius ⁊ inueniſſet
eas: cōuerſionē earū interrogauit. Ipſe vero
dixerūt ꝙ erant mulieres duorū fratrū: ⁊ per
quinqʒ annos ſimul fuerant: nec verbū ↄten
tioſum fecerāt: nec vnq̄ꝫ aliqua earū dicto vel
facto aliā cōtriſtauerat. Qō audiēs Macha
rius bn̄ edificatus receſſit. Tertio eſt abo
minā da ↄtentio ꝓpter deriuationē. ab illa ſi
quidē ſepe deriuantur plurima ſcandala: odia:
diſſenſiones: rixe: ⁊ q̄ñqʒ poſt verba venitur ad v̄
bera. Propterea dr̄ Eccl̄i. xi. Ab vna ſcintilla

augetur ignis: ⁊ ab vno doloſo augetur ſanguis. Et, xxviij, caplo. Lis feſtinans effundit ſanguinem.

Qđ non eſt contēdendū cū potentioribus ſe: nec cum diuitibus: neq͵ cum loquacibus ⁊ linguoſis. Caplm III

T Ertium myſteriū cōtemplandū de contentione đr determinatio. Naȝ licet non ſit cum aliquo contendendum: verūtamen ſapiens enumerat tria hominum genera.

Primi ſunt potentes.
Secundi locupletes.
Tertij linguati.

Primi cū quibus nō eſt litigandū neq͵ cōtendēdū ſunt potētes. Unde Eccli. viij. Non litiges cū homie potente: ne forte incidas in man⁹ illius. Potētes aūt dicunt͛ oēs ſuperbi vel ſupiores dñi plati ⁊ parētes: cuȝ quibus nō eſt ꝯtēdendū. Secūdi ſunt locupletes et diuites. Unde Eccli. vbi ſ. đr. Non ꝯtendas cū viro locuplete: ne forte ecōtra ꝯſtituat tibi litem. Multos pdidit aurū ⁊ argentū: ⁊ vſq͵ ad cor regū ſe extēdit ⁊ ꝯuertit. Et lȝ piculoſum ſit cū talibus ꝯtendere vbis. tñ pcľoſius ē litigare fact. O q̃t paupes voluerīt cū diuiti b⁹ i iudicio ꝯtēdere ſiue p poſſeſſionib⁹ ab eis occupatis ſiue p pecunijs ⁊ alijs rebus vſurpatis, ⁊ tandē diuites pualuerunt. Un̄ enim dicit ſapiēs Prouer. xix. Diuitie addūt amicos plurimos: a paupe aūt ⁊ hi quos habuit ſeparant͛. Et Yſid. xi. q. iij. c. paup. ait. Paup dū nō habet q̇d offerat: nō ſolū audiri cōtennit: ſed etiā cōtra veritatē oppmit͛. Cito violatur auro iuſticia: nullāq͵ reus pertimeſcit culpam quā redimere nūmis exiſtimat. Nec tm̄ paupib⁹: verūetiā ⁊ diuitib⁹ hmōi litigia ſunt dānoſiſſima, qm̄ vt ait Chryſo. lib. iiij. epiſtolarū. Longa queſtio litigantiū nō tam auget patrimonia q̄ euertit. Tertij cū q̇bus nō eſt cōtendendū ſunt hoies linguati ⁊ ſine rōne loquētes. Unde Eccli. viij. Non litiges cū homine linguato: ⁊ nō ſtruas in ignē illi⁹ ligna. Sunt de hmōi genere mulieres garrule loquaces ⁊ litigioſe. vix vna dom⁹ reperit͛ i q̄ n̄ ſit hmōi peſtis macula. Cōtēdit mulier nunc cū vno: nunc cū alio: nūc cū viro: nūc cū ſocru: nūc cū nuru: nūc cū vicina: eſtq͵ ꝯtētio illi velut cibus. De hac ſapiēs Prouerb. xix. dicit. Tecta iugiter pſtillātia litigioſa mulier q. d. ꝙ q̇ habitat in domo pſtillāte qn̄ vult declinare ſtillicidiū in vno loco inuenit in alio. ita ꝙ nō inuenit requiē. Sic ⁊ ille q̇ mulierē habet litigioſam in domo. Ipſa equidem eſt venenū amariſſimū turbās oia bona, q̇a vt ſcribit͛ Prouer. xvij. Melior eſt buccella ſicca cuȝ gaudio q̄ dom⁹ plena victimis cū iurgio. Quiſnam valet exp̄mere quot odia aut ſcandala exorta ſit: ⁊ indies oriri vident͛ int͛ patrem ⁊ filium: inter fratrem ⁊ fratrē: inter vicinum ⁊ vicinū ꝑpter ꝯtētiones mulierū. Sed audiant viri qui ſenſu ⁊ rōne mulieres ſupare debēt ſalubre conſiliū qđ illis damus Si in domo ſunt duo germani ſimul cohabitantes ⁊ inuenerit litigātes vxores: caueant ne ⁊ ipſi litigēt: ſ potius vnuſquiſq͵ aduocet ſuam ⁊ vbis vel factis corrigat illam ꝑut neceſſitatibus viderit expedire. Sic faciāt viri vxoribus: ſic ⁊ paterfamilias ſubditis ſuis. Juſtum nāq͵ eſt inuicē ſupportare ⁊ nō omi verbo cōtrariū referre ſmonē. Iđ apoſtolus Eph. iiij. d. Obſecro vos ego vinct⁹ in dño vt digne ambuletis vocatōne qua vocati eſtis cū omni humilitate ⁊ māſuetudine: cū patiētia ſupportātes inuicē i charitate: ſolliciti ſeruare vnitatē ſpūs in vinculo pacis: quaȝ nobis largiat͛ deus concedēs hic gratiam ⁊ in futuro gloriam. Amen.

¶ Dñica oculi in mane de ira dei: que efficax remediū eſſe poteſt ad inducendū homines ad penitentiā. Sermo XXXVIII

V Enit ira dei i filios

diffidentie. Doctoris gentiū vba ſunt iſta originaliter ad Eph. v. ⁊ in epiſtola pn̄tis dominice. Efficaciſſimū remedium arbitratus ſum peccatoribus vt ad pniam redeant ante illoꝝ faciem proponere terribilitatē ⁊ horrorē iracundie dei, Naȝ vt Auguſtinus ait, iiij. li. de doctrina chriſtiana. Pleroſq͵ incredulos miſericors dei patiētia longa peccare facit intrepidos: quia deum non arbitrant͛ peccatorum ſuorum vltorem Nos igitur huic periculo ꝓuidere volentes: in preſenti ſermōe de ira dei erimus verba facturi. Et lȝ multis infectum guſtum habentibus g̃uia ſint huiuſcemōi verba: tñ humilib⁹ ⁊ deuotis videbunt͛ animarū languentium medicina. Inquit em̄ Auguſti. xxiij. q. iiij. c. ipa pietas. Moleſtus eſt medicus furenti frenetico: ⁊ pater indiſciplinato filio. Tñ nō ppterea negāda ē infirmo medicina: nec a filio diſciplina eſt auferēda. Ad hoc vocati ſumus vt clamem⁹ ⁊ arguamus ⁊ deteſtemur delicta: annūtiemuſq͵ tremenda iudicia dei. Per Eſaiam enim, lviij. c. domin⁹ ait. Clama

ne ceſſes: quaſi tuba exalta vocem tuaȝ: ⁊ annūcia pplo meo ſcelera eoꝝ. Propterea vtar verbis Hiero. ad Palmachiū ⁊ Oceanum dicēs. Adulari nō poſſum: ne ⁊ fratrē meū decipiam: ⁊ me ſermo percutiat Salomonis q̇ ait Uerba adulatoꝝ mollia ſunt ⁊ hec feriunt interiora ventris. Pro ſalute itaq͵ ⁊ correctiōe peccatoꝝ de ira dei ſecure loquimur: de qua tria myſteria principalia erūt ꝯtēplanda.

Primū dicit͛ cōtemptibilitas.
Secundū terribilitas.
Tertiū ꝓpinquitas.

Qđ pleriq͵ cōtemnunt iram dei: vel q: cogitant deum nō eſſe: vel q: credunt ipſum nō iraſci: vel q: diu expectauit illos deus.

Capitulū I

P Rimū myſteriū cōtemplandū de ira dei dicit͛ cōtemptibilitas. In quo videre libet quare eſt ꝙ multi audientes loq̇ de tremēda ira dei: illā nō timēt: ſ potius vt experiētia docet ridēdo ꝯtēnūt. Et colligi pōt huius erroris tres pncipales rōnes.

Prima dicit͛ ſtulte cogitationis.
Secūda falſe opinionis.
Tertia diuturne expectationis.

Prima rō quare a multis nō timet͛ ira dei: dicit͛ ſtulte cogitationis, qm̄ ſtulte cogitant deum nō eſſe. Pro quibus querimus. Utruȝ poſſit aliquis cogitare nō eſſe deū. Et videt͛ ꝙ nō, q: vt ait Anſel. Deus ſm animi cōceptionem eſt: quo nihil melius nihilq͵ maius excogitari pōt. Sed maius eſt qđ nō pōt cogitari nō eſſe q̄ quod pōt. Ergo cū deo nihil maius poſſit cogitari deuȝ eſſe: ita eſt qđ nullo modo pōt cogitari nō eſſe. Sed cōtra arguitur per textū. Job. Damaſ. Dicit em̄ ſic, Intantū pualuit pernitioſa malicia hominū: vt dicant nō eſſe deum. Et Tullius li. i. de natura deoruȝ ait. Quidam dixerūt totam de dijs immortalibus opinionē factam eſſe ab hominibus ſapientibus reipublice cauſa, vt quos ratio nō poſſet eos ad officiū regium ducerent. Reſpōdet dñs. Bon̄. diſ. viij. primi li. ꝙ cogitare cū aſſenſu aliquid nō eſſe pōt ꝓuenire dupliciter. Aut ex defectu intelligentis, aut ex defectu intelligibilis. Defectus intelligentis eſt cecitas vel ignorantia ob quam: q: ignorat rem: cogitat ipſam nō eſſe. Contingit autē dupliciter eſſe cognitionem de aliquo ente. ſcȝ ſi eſt, et quid eſt. Intellectus autē noſter deficit in cognitione diuine veritatis q̄tum ad cognitionem quid eſt, nō autem q̄tum ad cognitionem ſi eſt. Ex hoc ait Damaſ. Cognitio exiſtēdi deū nobis naturaliter eſt inſerta. Et Aug. de fide ad Petrū. Nihil tm̄ nouit mens q̄tum deū eſſe ⁊ ſe. Et hugo de ſancto Uic. Sic deus ab initio cognitionem ſuam in homine temperauit. vt ſicut nunq̄ quid eſſet poſſit cōprehendi, ita nunq̄ q: eſſet poſſit ignorari. Quia ergo intellectus noſter nunq̄ deficit in cognitione dei, ſi eſt: ideo nec pōt ignorare ipſum eſſe ſimpliciter. Quia vero deficit in cognitōe quid eſt. ideo frequēter cogitat deum eſſe qđ nō eſt: ſicut idolum vel creaturam: vel nō eſſe qđ eſt ſicut deum iuſtū. Secūdo pōt cogitari aliquid nō eſſe per defectū a parte intelligibilis. Et hmōi defectus poteſt eſſe duplex. Aut defectus pſentie, aut defectus euidentie. Defectus pſentie, vtpote quia nō ſemper ⁊ non vbiq͵: nō vbiq͵ totaliter quod nō ſemper eſt: ſed aliquando eſt aliquādo nō. aliquando vero poteſt cogitari nō eſſe. Similiter de eo qđ nō eſt vbiq͵: quia eadem ratione qua poteſt cogitari non eſſe hic: poteſt cogitari non eſſe alibi. Similiter etiam de eo quod ſm partem adeſt ſm partem abeſt. Deus autem eſt totus ⁊ vbiq͵ ⁊ ſemper. ideo non poteſt cogitari non eſſe. Hanc rationem aſſignat Anſelmus in libro cōtra inſipientem. Non ſolum ꝓpter defectum preſentie poteſt aliquid cogitari non eſſe: ſed ⁊ propter defectum euidentie quia non eſt euidens in ſe et in probando. Sed deum eſſe eſt veritas euidens in ſe ⁊ in probando in ſe: quia eſt quo nihil maius excogitari poteſt. In probando vero quia ⁊ ductu rationis hoc probarunt philoſophi. ergo non poteſt cogitari niſi inſipienter ⁊ ſtulte ꝙ non ſit deus. Unde Dauid in pſ. ait. Dixit inſipiens in corde ſuo nō eſt deus. Stultus ergo eſt, qui cogitat vel dicit, non eſt deus quem cōfitetur intellectus rationis naturale lumen. Unde Bernardus in li. de diligendo deum. Inexcuſabilis eſt omnino infidelis ſi nō diligit deum toto corde. Clamat nempe intus eius innata iuſticia: q: ex ſe toto illum diligere debet: cui ſe totum debere nō ignorat. hec ille. Clamat deū eſſe omnis creata natura angeli homines celū ⁊ terra ⁊ omnia que in eis ſunt. Un̄ Aug. in li. de vtilitate credēdi ait Non em̄ fruſtra intueri oportet ⁊ inaniter ordinē celi: pulchritudinē ſiderū: viciſſitudines temporꝝ: in quoꝝ cōſideratione nō curioſitas eſt exercēda: ſed gradus ad eterna faciēdus. Et Job. xij. Interroga iumenta ⁊ docebunt te: et volatilia celi: et indicabunt tibi. Loquere terre ⁊ reſpondebit tibi: et narrabūt piſces

maris, Quis ignorat ꝙ omia hec manus dñi fecerit? Mirabilis certe in tanta rerũ varietate ordo reperitur. Eſt quidẽ ordo ſitualis ſiue localis: quia quelibet creatura tenet ſuũ locũ ſm ſuã dignitatẽ. Nã terra ⁊ terrena ſicut viliora in imis locata ſunt. Aqua vt dignior ei preeminet. Aer vt perfectior ſuperior eſt. Et ignis ita actiuꝰ ⁊ calidus a nobis elongatur ſuper alia elementa ſituatus. Celi incorruptibiles: ſol ⁊ luna ⁊ ſtelle lucentes in ſpheris ſuis altiſſime collocate ſunt. Et celũ empyreũ nobiliſſimũ vbi gaudent ſancti cũ xpo ſupremũ oim eſt. Subſequit̃ ⁊ alius ordo qui tempus poteſt dici. Ordiatiſſime eñ ſol facit curſum ſuũ per ſigna zodiaci infra annũ integrũ. Et ſic tranſeũt tempora veris eſtatis: autũni: ⁊ hyemis cũ effectibus ſuis. Tranſeunt ⁊ dies naturales eadẽ tpis menſura ad motum primi mobilis cõpletũ. ⁊ ea q̃ in hyeme mortua videbantur in vere reuiuiſcunt ⁊ in eſtate fructificant. Predicat inſuper deum eſſe ſacra ſcriptura tã veteris ꝙ noui teſtamenti: ⁊ ois ſcriptura ⁊ phoꝝ ⁊ poetarũ oiumq; gentiliũ. O qualis dementia illoꝝ ergo qui tante veritati acquieſcere nolũt. Tales vtiq; ſunt q̃ dei iracundiã nõ formidãt. Secũda ratio quare a multis non timetur ira dei: dicit̃ falſe opinionis. Nã cũ multi negare non poſſint eſſe deũ: opinantur tñ falſe ꝙ in illo ira cadere nõ põt. Dicunt nanq; deũ eſſe clementiſſimũ: irã vero dementie fore cõtrariã, id eo nec in deo cadere poſſe. Pro quibus dicit Lactantius in ꝑncipio libri de ira dei. Aduerti ſepe donate plurimos id exiſtimare qd̃ nonnulli phoꝝ putauerunt non iraſci deũ: qm̃ benefica ſit tñmodo natura diuina, nec cuiq; nocere preſtãtiſſime atq; optime congruat poteſtati. Arguunt ⁊ ſecũdo modo tales, quia nulla paſſio cadit in deo, ſed ira dei eſt paſſio quedã: ergo non cadit in deo. Tertio confirmant errorem ſuũ, quia omne peccatũ a deo eſt remouendũ. ſed ira eſt vnũ ex ſeptẽ vitijs capitalibꝰ, ergo eſt a deo remouenda. Uerũtamen contra ſic tenentes ſunt auctoritates ⁊ dicta ſiue ſcripture ſacre ſiue gentiliũ ⁊ moraliũ philoſophoꝝ. Unde Exo. xv. In multitudine glorie tue depoſuiſti oẽs aduerſarios noſtros. Miſiſti irã tuã que deuorauit eos. Et. xxxij. c. moyſes ad deũ orans ait. Quieſcat ira tua ⁊ eſto placabilis ſuper nequicia ppl̃i tui. Et. iiij. Reg. xxij. Magna ira dñi ſuccenſa eſt contra nos. Et Deut. xi. Iratus dñs clauſit celũ ⁊ pluuie nõ deſcendunt. Et. ij. Paral. xij. dicit̃ de filijs iſrl̃.

Quia humiliati ſunt auerſa eſt ab eis ira dñi. Et. xxiiij. c. Facta eſt ira dñi cõtra iudã ⁊ hieruſalẽ. Et Iob. ix. Deus cuius ire reſiſtere nemo põt. Et dauid in pſ. ij. Apprehẽdite diſciplinã nequãdo iraſcat̃ dñs. Et pſ. vi. Dñe ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. Et pſ. xvij. Fundamenta montium conturbata ſunt ⁊ cõmota ſunt: qm̃ iratus eſt eis. Et pſ. lxxvij. Ira dei aſcendit in iſrael. Et pſ. lxxviij. Effunde irã tuã in gentes q̃ te nõ nouerunt. Et pſ. lxxxix. Quis nouit poteſtatẽ ire tue: ⁊ pre timore tuo irã tuã dinumerare? Et Eccl̃s. v. Ne dicas corã angelo non eſt ꝓuidentia: ne forte iratus dñs diſſipet cuncta opera tua. Et Eſaie. v. Iratus eſt furor dñi in ppl̃m ſuũ. Et Hiere. iiij. Plangite ⁊ vlulate: qr̃ non eſt auerſa ira furoris dñi a vobis. Et Treñ. iiij. Cõpleuit dñs furorẽ ſuũ: ⁊ effudit irã indignatõis ſue. Et Oſee. v. Effundam quaſi aquã irã meã. Et Naum. i. Ulciſcẽs dominus in hoſtes ſuos: ⁊ iraſcẽs ipe inimicis ſuis. Et Roma. i. Reuelatur ira dei de celo. Et Rom. iij. Nunquid iniquꝰ eſt deus qui infert irã. Et. i. Theſſal̃. ij. Peruenit ira dei ſup illos vſq; in finẽ. Et Apoc. xv. Cõſummata eſt ira dei. Et. xvi. c. Audiui vocẽ magnã de templo dicentẽ ſeptẽ angelis. Ite ⁊ effundite ſeptem phialas ire dei in terrã. Et Ualerius maximꝰ lib. i. Lento eñ gradu ad vindictã ſui diuina procedit ira: tarditatemq; ſupplicij grauitate compenſat. Et Ouidius de arte amandi. Flectitur iratꝰ voce rogante deus. Et Aug. xviij. de ci. dei. c. xij. Apollini delphico inſtituti ſunt ludi muſici: vt placaretur ira eius qua putabant afflictas eſſe ſterilitate grecie regiones: quia non defenderunt templũ eius. quod ref. Danaus cũ eaſdẽ terras bello inuaſiſſet incẽdit. Et in ꝑmo lib. vbi. ſ. c. iij. dicit de iunone que apud gentiles colebat̃ pro dea. Apud virgiliũ nempe iuno inducitur infeſta troianis Eolo ventoꝝ regi aduerſus eos irritando dicere. Gens inimica mihi tyrrhenũ nauigat equor. Iliũ in italiã portans victoſq; penates Hec ille. Et idẽ virgilius cõmemorat in principio ꝑmi libri Eneidos ob irã iunonis eneã profugũ fuiſſe cum reliquis troianis dicens. Arma virũq; cano troie qui primus ab oris. Italiã fato ꝓfugus lauinaq; venit. Littora. multũ ille ⁊ terris iactatus ⁊ alto. Ui ſuperũ ſeue memorẽ iunonis ob irã. At ⁊ Ualerius maximus lib. i. rubrica de neglecta religione: multa narrat de iratis dijs. Nos ħo talia exẽpla non inducimus vt errores gentiliũ com-

probemus: ſed tñ vt oſtendamus ꝙ etiã ſm illos ira ponenda ſit in deo. Pro ſolutione itaq; obiectorũ tria ſunt notanda. Primum ſm Boñ. in. iij. ſen. di. xxxij. ⁊ Rich. in. iiij. di. xxvi. ⁊ Tho. i. parte di. xxij. ꝙ qñcuq; dicit̃ aliquid de deo qd̃ in nobis denotat paſſionẽ: de deo dicit̃ ſm effectũ: ⁊ nõ ſm paſſionis defectũ. Odiũ ergo amor ira ⁊ ſimilia que in nobis ſunt paſſiones: in deo dicunt̃ ſm effectũ quoad nos, vt tũc dicat̃ odire cũ effectũ odij nobis exhibet. tunc iraſci cũ effectũ ire nobis oſtendit. Ipe autẽ deus ſtabilis manens ſine paſſione aliqua dat cuncta moueri. Secundum notandũ ꝙ nõ oĩa que ſm nomẽ ſonãt virtutẽ: dicũt virtutẽ in re. nec oĩs que ſm nomen ſonant vitiũ: dicũt illud in re. Propterea inquit Iuuenalis ſatyra. xiiij. Fallit eñ vitiũ ſpecie virtutis ⁊ vmbra. Et Seneca ad Lucillum. Uitia in nobis ſub virtutũ noĩe repunt. Et Greg. xli. di. c. ſepe vitia. ait. Sepe vitia ſe ingerunt: ⁊ virtutes ſe eſſe mentiunt̃: vt tenacitas parſimonia: effuſio largitas: crudelitas zelus iuſticie: remiſſio pietas velit videri. Idõ non omne quod dicitur ira: vitiũ eſt aut peccatũ. Tertiũ notandũ ſm Boñ. in. iij. di. xv. ꝙ triplex eſt ira. Quedã eſt preter rõnis imperiũ. primus. ſ. iracundie motus. Secunda ira eſt contra rõnis imperiũ quãdo quis cõcitatus in irã paſſioni rationẽ ſubijcit ſequit̃q; inordinate impetuꝫ ire. Tertia eſt ira que eſt ſm rationis imperiũ: quando quis iraſcit̃ ſm ꝙ merito iraſci debet. Sic merito iraſcuntur patres filijs impijs: ⁊ prout exigit illorũ malicia ordinate corrigunt eos. Sic iraſcuntur prelati ⁊ dñi quilibet ſubditis inobedientibus. Sic iratus eſt chriſtus quando eiecit omnes vendentes ⁊ ementes de templo. Dicimus ergo ꝙ deus qui eſt clemẽtiſſimus ſine ſui mutatione: ſine paſſione: ſine peccato: ſua exigente iuſticia iraſcitur ſepe peccatores obſtinatos in ira conculcans: quando eis effectus ire demonſtrat. Hi ſunt guerre peſtilentie: tempeſtates: grandines: ſterilitates terre fames: terremotus: terrores de celo: ⁊ ſigna magna. O preſumptuoſi peccatores: audiuiſtis iam ꝙ falſa eſt opinio veſtra. Dicebatis eñ ꝙ non iraſcitur deus. Et ecce tot preconia ſcripturarũ clamant irã dei ab omnibus eſſe timendã. Tertia ratio quare a multis non timetur ira dei: dicitur diuturne expectationis. Conſueuit equidem deus propter longanimitatem ſuã ſufferre peccatores iniquos per tẽpora longa: vt ſic per dulcediuẽ eius attrahã-

tur ad pniam. Sed inde multi ſumunt audaciam ⁊ deteriores facti irã dei non exiſtimãt. Uerũtamen vt ait Hieronymꝰ in expoſitione Hiere. quanto maior eſt numerus temporꝫ q̃bus obliuiſcimur deũ: tãto maior ẽ pena pctĩ qd̃ nec longitudĩe tempoꝝ potuerit edomari.

Qd̃ terribilis ẽ ira dei eo ꝙ ſeuit in paruulos ⁊ in iuſtos: atq; orõnes ſupplicantũ ſpernit ⁊ abominatur. Capl̃m. II.

Ecundũ myſterium contemplandũ de ira dei dicitur terribilitas. Conſiderandum nanq; eſt ꝙ cũ iraſcitur deus ⁊ prouocatur etiã ad tpaliter flagellandum homines ſibi rebelles: ſeuerus eſt ⁊ terribilis valde maxime propter tria.

Primo propter paruuloꝝ punitionẽ.
Secundo propter iuſtoꝝ afflictionẽ.
Tertio propter orationũ deteſtationẽ

Primo deus iratꝰ eſt terribilis propter paruuloꝝ punitionẽ. Punit nanq; paruulos pueros ⁊ innocentes ꝓpter peccata parentum. Perierunt nempe ⁊ ſuffocati ſunt in diluuio oẽs infantes ⁊ paruuli quotquot reperiebantur in mundo. Aduſti ſunt in ſodomis ⁊ incẽdio concremati oĩs qui erant in vteris matrum ⁊ qui ſugebant vbera. Et tamen ſepius vexatur mundus aut fame aut peſtilẽtia aut qualibet alia aduerſitate: que non niſi ꝓpt̃ peccata veniũt, paruuli qui ea non cõmiſerũt puniuntur pro illis. O formidabilis dei iuſticia. o tremenda dei iracundia: cur eos qui te non leſerunt exterminas? paruulos cur tam acriter punis? ⁊ reſpondebit tibi protinus ꝙ propter peccata parentũ. Sed hic oritur dubiũ. vtrũ filij propter peccata parentũ puniri poſſint. Et videt̃ ꝙ non. Nã per Ezech. xviij. deus dixit. Filius non portabit iniquitatẽ patris: ⁊ pater non portabit iniquitatẽ filij. Iuſticia iuſti ſuper eũ erit: ⁊ impietas impij erit ſup eũ. Et ex̃ de his que fiunt a maio. par. ca. c. queſiuit. in glo. dicitur. Peccata ſuos debẽt tenere auctores. Et idem. C. de penis. l. ſancimus. ⁊. C. ne vxor pro marito. l. ob maritoꝝ. ⁊. xi. q. iij. c. illud. ⁊. ex̃ de ſen. excõ. li. vi. c. romana. §. vlti. ⁊. lvi. di. c. ſacr̃. Et Aug. ait. i. q. iiij. c. nullius. Nullius crimen maculat neſcientẽ. Ad hoc facit ibidẽ. c. placuit. ⁊. c. iudei. Sed contra arguitur quia Exo. xx. deus dixit. Ego ſum dominus deus tuus: fortis: zelotes: viſitans iniquitatem patrum in filijs in tertiam ⁊ quartam generationẽ eoꝝ qui oderunt me Ad idem facit. c. vergentis. ex̃ de hereticis. ⁊ idem habetur ex̃ de filijs preſby. nõ ordi. c. i.

m

c. ad preſentiam. c. preſentium. c. conqueren
te. ⁊. c. quoniam. ⁊. i. q. iiij. c. eccleſia. §. itē. di
citur. Cain peccante chanaā filius eius male
dicitur. Reſpondet ſctūs Bonī. diſt. xxxiij. ſe
cundi libri ꝙ duplex eſt punitio. vna eterna⁊
alia temporalis. Filij non puniuntur pro pec
cato parentum pena eterna. Unde Anſelmꝰ
de conceptu virginali dicit ꝙ paruuli non dā
nantur pro culpa ade tm̄: ſed pro propria cul
pa quā habent. lꝫ non habeant eam agendo:
ſed contrahendo. Puniuntur tamen filij pro
peccato parentum pena temporali: eo ꝙ filij
ſunt aliquid patris. Et hoc patet per ſacram
ſcripturam in pluribus exemplis. Ideo dicit
Greg. i. q. iiij. c. eccleſia. ſ. paruulos. Paruu-
los ſodomitarum non excuſauit ignorantia:
quin pro paterno ſcelere celeſti igne cōſume-
rentur. Sed hoc igne pena illis diminuta eſt
quibus ſucceſſio paterni ſceleris eſt adēpta.
Pariter etiam demonſtratuꝫ eſt pro peccatis
parentum paruulos aliquando corporaliter
flagellari. Secundo deus iratus eſt terribi-
lis propter iuſtorū afflictionē. Affligit etiam
⁊ ſepe bonos cum malis. Sed dubitatur hic
verum poſſit eſſe in aliquo pena ſine culpa. Et
videtur ꝙ non. quia Hieronymus ait. Quic
quid patimur peccata noſtra meruerunt. Et
Gregorius dicit i collecta. Nulla eis nocebit
aduerſitas ſi nulla dominet̄ iniquitas. Sed
contra eſt illud Iob. xvij. Non peccaui ⁊ in a-
maritudinibus moratur oculus meus. Et Io
hannis. ix. Quis peccauit: hic aut parentes
eius vt cecus naſceretur? Et reſpondit xp̄us.
Neqꝫ hic peccauit neqꝫ parentes eius. Et ex-
ponit Augu. ꝙ hoc non dicitur quia non pecca
uerit: ſed quia cecitas non erat pena peccati.
Preterea pro peccato originali non meretur
quis niſi ſemel mori. ſed lazarus non tm̄ fuit
mortuus ſemel: ſed bis. ergo videtur ꝙ aut
mors prima aut ſecunda fuerit ei abſqꝫ meri
to peccati inflicta. Item chriſtus nullum ha-
buit peccatum: ⁊ tamen in eo fuit pena. Re-
ſpondet Bonī. diſt. xxxvi. ſecundi libri. ꝙ ma-
lum pene dupliciter poteſt ordinari. Uno mo
do ad malum culpe quod puniendo ordinat.
Alio modo in comparatione ad bonuꝫ quod
deus elicit ex illa pena. Si ergo aliqua pena in
fligatur cuius ordinatio principaliter conſi-
ſtit in comparatione ad malum culpe punien
dum: neceſſe eſt aliquam culpam preceſſiſſe.
nec tm̄ preceſſiſſe: ſed etiam aliquo modo cō-
municari inſeparabiliter. Pena enim aut eſt
directe ordinata ad puniendum: aut eſt ordi
nata principaliter ad malum excludendum.
Primo modo eſt pena infernalis. Secundo
modo eſt pena purgatoria. Primo modo pe-
na requirit preſentiam culpe ſm̄ deformitatē
⁊ maculam. Secūdo modo requirit culpe pre
ſentiam ſm̄ reatum ⁊ ſequelam. Si autem pe
na infligatur p̄ncipaliter propter ordinē quē
habet ad bonum quod inde elicitur. Aut ergo
propter bonum propriū: aut propter alienū.
Si propter bonum proprium: ſic requirit ꝙ
in ſubiecto illo aliquādo fuerit culpa: ⁊ ꝙ poſ
ſit eſſe de futuro. Si autē propter bonum alie
num: ſic ſufficit pene vt fuerit culpa in alio ꝙ̄
in eo qui punitur. in eo videlicet pro quo pe-
na illa ſuſtinetur. per quem modū fuit in chri
ſto: cuius mors ⁊ paſſio ordinata erat ad re-
dimendum genus humanum ⁊ liberandum
⁊ reparandum a lapſu in quem ceciderat ex
peccato primi parentis. Et ſic patꝫ ꝙ omnis
pena aliquo modo reſpicit culpam. Sed que-
dam vt preſentem in ſe: vtpote pena inferna-
lis. Quedam vt preteritam in ſe: ſed preſen-
tem in reatu ⁊ ſequela. ſicut pena purgatoria.
Quedā vero ſolū vt preteritā. ⁊ hoc in eo qui
punitur. Et ſic eſt omnis pena iuſtoꝝ excepto
xp̄o. Quedā vero reſpicit culpā non in ſe: ſed
in alio. ſicut in xp̄o. Poteſt etiā pena ordina-
ri ad bonū quod inde elicitur. Et ſic poteſt eē
in aliquo ſine culpa talis pene meritoria: q2
illud malū pene recōpenſatur per maius bonū
quod inde elicitur. ſicut patet in ceco nato: in
Iob: in lazaro: in Tobia: ⁊ in quelibet viro in
ſto. hec Bonī. Alex. aūt in. iij. ſumme allegādo
Iohannē damaſcenū dicit. Concedit deus in
ſtuꝫ incidere in calamitates propter multas
cauſas. Prima eſt. vt eaꝫ que in ipſo latet vir
tutem alijs manifeſtam faciat. vt Iob. i. Se-
cunda eſt: vt non ex recta conſcientia cadat p
ſuperbiam: vt in Paulo. ij. Coꝝ. xij. Tertia vt
alij erudiantur: vt in lazaro ⁊ diuite Luc. xvi
Quarta propter gloriam dei. vt in ceco nato
Iohannis. ix. Quinta propter zelum alterius
ſiue imitationem. vt gloria eius qui paſſus ē
magnificata in pugna alijs paſſio fiat ſpes fu
ture vite vt in martyribus. ad Heb. xi. Pro-
pterea dicit Aug. li. i. de ciui. dei. c. viij. Hec cū
ita ſint q̄cunqꝫ boni ⁊ mali pariter afflicti ſūt
non ideo ipſi diſtincti nō ſunt: quia diſtinctū
non eſt qd̄ vtriqꝫ perpeſſi ſunt. Manet enim
diſſimilitudo paſſoꝝ etiā in ſimilitudine paſ
ſionū. Et lꝫ ſub eodē tormento non eſt idem
virtus ⁊ vitiū. Nam ſicut ſub vno igne aurū
rutilat ⁊ palea fumat: ⁊ ſub eadē tritura ſtipu
le cōminuunt̄ frumenta purgantur: nec ideo
cum oleo amurca cōfunditur: quia eodem p̄li
pondere exprimitur: ita vna eademqꝫ vis ir-
ruens bonos p̄bat: purificat: eliquat: malos
damnat: vaſtat ⁊ exterminat. Unde in eadeꝫ
afflictione mali deū deteſtantur atqꝫ blaſphe-
mant: boni autem p̄cantur ⁊ laudant. Ter
tio deus iratus eſt terribilis: eo ꝙ quādo poſt
diuturnam expectationē p̄uocatur ad iracun
diam nō exaudit obſtinatorū voces peccato-
rum. put plene diximus in ſermone de impe-
dimentis orationis.

Qd̄ cognoſcitur ira dei p̄pinqua: tum cum
peccata ſunt cōſummata: tum cum peccato
res ſunt obſtinati. tum cū illam p̄phete ⁊ ami
ci dei p̄nunciant ⁊ cōminant̄.

Capitulū III

Tertium myſteriū cōtemplandum de
ira dei dicitur p̄pinquitas. Quāuis
enī neſciamus certitudinaliter quā-
do p̄pinqua ſit ira dei ad flagellandū peccato
res: poſſumus tamen id cognoſcere ex cōie-
ctura ſignorū. Sunt autem de hoc tria princi
palia ſigna.

Primū peccatoꝝ cōſummatio.
Secundū populoꝝ obſtinatio.
Tertiū p̄phetarū annunciatio.

Primum ſignum ad cognoſcendū ſeu timē
dū ne p̄pinqua ſit ira dei eſt peccatoꝝ cōſum-
matio. Qn̄ cōſummata ſunt peccata ⁊ īpleta
eſt menſura. Poſſunt autē notari ſeptē ſigna
cōſummationis peccatoꝝ: q̄bus ſignis adim
pletis nihil aliud nobis expectandū ⁊ timen-
dum eſt ꝙ̄ ira: vindicta: flagellū: ⁊ vltio diui-
na. Primū eſt horribilitas peccatoꝝ multoꝝ.
Secundū multitudo peccantiū. Tertiū impu
nitas manifeſtoꝝ ſcelerum. Quartū aīaduer-
ſio in peccatis. Quintum affectio ad ſcelera.
Sextū ſtudiū peccandi. Septimū longa per-
ſeuerantia in peccatis. Has cōditiones expli-
cant̄ Geñ. vi. c. Prima cōditio ſeu primum ſi
gnum: q2 in mūdo tēpore diluuij erāt magna
peccata ⁊ horrēda nimis. p̄pterea d2. Uidēs
autē deus ꝙ multa malitia. Qd̄ verbū mani-
feſte oſtendit horribilitatē ⁊ turpitudinē mul
toꝝ peccatoꝝ. Scd̄o cōmuniter homines ta-
lia perpetrabant. p̄pterea ſubdit̄: hominum.
Tertio inſup peccata illa inuerecūde ⁊ impu-
ne fiebant. ideo ſubiunctū eſt: eſſet in terra. i.
manifeſta erant ⁊ impunita. Quarto fiebāt
peccata tota mētis animaduerſione. ideo ad-
dit̄: ⁊ cuncta cogitatio. ſ. nō partim nō diui-
ſim: ſed in malis integra ⁊ cūcta. Quinto fi
ebant tota cordis affectiōe: ideo ſubdit̄: cor-
dis. Sexto perpetrabant̄ toto ſtudio. ideo ſub
dit̄: intenta eſſet ad malū. Septimo fiebant
p̄ſeueranter. p̄pterea addit̄: omni tēpore. Ti
meo ſatis ne hec ſigna verificent̄ in nobis. Tē
pore nanqꝫ iſto nefandiſſima ſcelera cōmitti
ſolēt: nec a paucis: ſꝫ a multis. neqꝫ puniunt̄
aut corrigunt̄: qm̄ illi ad quos ſpectat corri-
gere vel punire deteriores ſunt alijs. Et non
eſt veritas: nō iuſticia: neqꝫ rectitudo in filijs
hoīm. Fiunt peccata cū animaduerſione men
tis: cū omni affectione: ſtudio: ac p̄ſeuerātia.
O fatui populi cur nō timetis? Cur nō expa-
ueſcitis? Cur ad pn̄iam redire negligitis. Au
dite pſal. dicentē. Niſi cōuerſi fueritis gladiū
ſuū vibrauit: arcū ſuū tetendit ⁊ parauit illū.

Secundū ſignū p̄pinquitatis ire dei dicit̄
populoꝝ obſtinatio. Qn̄cunqꝫ populi pctōres
obſtinant̄ ⁊ obdurant̄ in corde: nō moti bene
ficijs dei: nō cōminationibus: nō p̄dicationi-
bus: nō ſignis: nō deniqꝫ vllo alio mō: ſignuꝫ
forte eſt ꝙ p̄pe eſt eis flagellū dei. Eſt de hoc
exemplū obſtinatiſſimi populi iudeoꝝ quē de
us deleuit p̄pter obſtinationē ſuam. Nā poſt
multa mala a iudeis p̄petrata: xp̄s viuens in
carne in medio ipſoꝝ vocauit eos: ad pn̄iam
vita miraculis ⁊ doctrina. Ipſi vero noluerūt
audire ipſum. In dn̄ica autē oliuarū cum in-
troiſſet hieroſolymā. vt dicit̄ Luce. xix. c. Ui-
dens ciuitatē fleuit ſup illā dicens. O ciuitas
ampla. o ciuitas regia. o ciuitas digna: plena
populo: affluēs diuitijs: ⁊ abundās peccatis.
Uenient dies in te: ⁊ circūdabunt te inimici
tui vallo ⁊ circūdabunt te: ⁊ coanguſtabūt te
vndiqꝫ: ⁊ in terrā p̄ſternent te: ⁊ filios tuos q̄
in te ſunt. ⁊ nō relinquēt in te lapidē ſup lapi
dē eo ꝙ nō cognoueris tp̄s viſitationis tue.
Propterea dicit Hiero. in qōnibus ad helbi-
diā. Intantū aūt hieruſalē amauit dn̄s vt fle
ret eā ⁊ plangeret: ⁊ pendēs in cruce loqueret̄
Pater ignoſce eis: q2 neſciūt q̄d faciunt. Ita
qꝫ impetrauit qd̄ petierat: ⁊ datū eſt eis tēpus
pn̄ie vſqꝫ ad q̄drageſimūſcd̄m annū. Poſtqd̄
p̄ſeuerātibus in blaſphemia: egreſſi ſunt duo
vrſi de ſiluis romanoꝝ Ueſpaſianus ⁊ Titus
et eos interfecerūt atqꝫ lacerauerūt. hec ille.
Die autē q̄a crucifixus eſt ieſus dei filius: cō
uerſus ad mulieres que plangebant ⁊ lamen
tabantur eum: dixit. Filie hieruſalem noli-
te flere ſup me. ſed ſup vos ipſas: flete ⁊ ſup fi
lios veſtros: q2 venient dies in q̄bus dicetis
Beate ſteriles que nō genuerunt: ⁊ vbera q̄
nō lactauerūt. O ſaxea. o lapidea: o adaman

tina iudeoꝝ corda. Nec verbis chriſti credide
runt: nec ſuſceperunt teſtimoniũ apoſtoloꝝ: q̇
magna virtute p̄dicabant reſurrectionē ma-
giſtri ſui: ſed indies crudeliores facti: perſeq̄-
banẗ eccleſiã: lapidauerunt Stephanũ: inter
fecerunt Jacobum Juſtum, ⁊ Paulo cõuerſo
miraculoſe: ac ceteris p̄dicantibus xp̄m im-
piiſſime reſtiterũt. Voluit tñ deus anteq̄ irã
ſuã inferret in eos: terroribus ⁊ ſignis: celi il
los ad penitentiã vocare. Et vt meminit Jo-
ſephus in libris de bello iudaico. ⁊ Euſebius
in hiſtoria eccleſiaſtica, ⁊ Policratus in libro
de nugis curialiũ. Stella quedam ſub forma
gladii ſtare viſa eſt: quaſi iminens deſuper ci-
uitati. Cometes exicialibus flãmis per totuz
annũ viſus eſt ardere. Luna eclipſim p duo-
decim noctes paſſa eſt cõtinuas. Cũ die feſti
plurimi cõueniſſent octaua die mẽſis aprilis
noctis t̄pe hora nona tantus fulgor luminis
aram templũq; circũdedit: vt dies clariſſim⁹
videreẗ: manſitq; ſpacio hore dimidie. Hoc
quidē ignaris ꝓſperũ viſum eſt: ſed ꝓbos pe
ritoſq; doctores portẽtũ exiciale nõ latuit. Ja
nua templi que erat ad orientē cũ eſſet ere ſo
lido induta tanti ponderis q̄ vix a viginti vi
ris ſũmo conatu impellẽtibus clauderet: repē
te hora noctis ſexta p ſeipſam aperta eſt: q̄q̄
ferreis vectibus teneret. Die vigeſima p̄ma
maii ꝓpe occaſum ſolis: viſi ſunt currus ⁊ qua
drigẽ in omnẽ regionẽ p aerẽ ferri: ⁊ armato
rũ cohortes nubibus cõmiſceri. In nocte pen
thecoſtes ſacerdotes ingreſſi templũ ad diui
na officia celebranda: primo ſenſerũt quoſdã
ſtrepitus: ⁊ paulo poſt audierũt voces clamã
tes. Diſcedamus ab his ſedibus. Ante quar
tũ annũ belli in die feſti tabernaculoꝝ: quidã
ruſticus ⁊ plebeus ieſus noīe: filius Ananie:
repente clamare cepit. Vox ab oriente: vox ab
occidẽte: vox a quatuor ventis: vox ſup hiero
ſolymã ⁊ templũ, vox ſup ſponſos ⁊ ſponſas,
vox ſup vniuerſum populũ. Sicq; indeſinen
ter die ac nocte clamabat per vicos ⁊ plateas
diſcurrẽdo. ⁊ flagellatus ac percuſſus etiã an
te iudicē flagris vſq; ad oſſa laceratus vt ta
ceret: ipſe quolibet die cũ eiulatu ſemp illud
replicabat addens. Ve hieroſolymis. Ve ma
ſculis ⁊ femellis. Nec vnq̄ in tot ꝓdigiis at
q; ſignis ille dure ceruicis populus errores ſu
os corrigere voluit. Ob quã obſtinationē al
tiſſimus deus in illos iram ſuã effudit. O q̇s
explicet ſine ſingultibus. Quis audiat ſine la
chrymis. Quis ꝯſideret ſine timore ciuitatis
hieroſolymitane exidium ⁊ deſolationē. Re

fert nanq; Joſephus in. vi. libro de bello iudai
co. q̄ Titus ⁊ Veſpaſian⁹ cũ exercitu validiſ
ſimo a romanis miſſi in die ſolenni paſce:
quando etiã ex circumiacentibus locis innu
merabilis populus uenerat: hieroſolymã ciuita
tem obſederunt: feceruntq; in circuitu vallũ
muniti ſſimũ. ita vt nullus ciuitatem exiens
illud pertranſire poſſet. Ob quã cauſam in bre
ui ciuitas fame cepit vrgeri: tantũq; inualuit
penuria rerũ q̄ ꝓpter famem hec que referã:
dicit Joſephus fuiſſe mala ſecuta. Primo q̄
p̄dones per ciuitatem diſcurrentes vi intra-
bant domos ⁊ rapiebant ſi quid ibi inueniſ-
ſent comeſtibile. Secũdo q̄ filii ex ore paren
tum ⁊ ecõuerſo violenter ſtricto gutture ma
ſticatum cibum extrahebant: ⁊ velut rabidi
comedebãt. Tertio q̄ etiam fimũ boum: alia
q; viliſſima ſumpſerunt in cibum. Quarto q̄
multi cõtendebant exire vt herbas colligerẽt
et capiebanẗ a romanis: ⁊ tãtus numerus fu
it captiuoꝝ vt tute cuſtodiri non poſſent. qua
propter ſtatutum fuit: vt euulſis eorũ oculis
aut amputatis illorũ manibus cõpellerentur
ſic ad ciuitatem redire. Quinto q̄ q̄plures di
uites ne iocalia ſua peruenirẽt ad manus ro
manorũ: quos veriſimiliter credebant ciuita
tem debellaturos illa deglutiuerũt. Cuius rei
fama cũ deueniſſet ad aures romanorum: cõ
mouit eos vt exiſtimarent captiuos iudeos
quos tenebant gēmas in ventre adhuc reti
nere. Quare vna nocte duoꝝ miliũ patefacta
ſunt viſcera. Sexto q̄ multi formoſi iuuenes
in via: in plateis publicis: in ꝓpriis domibus
fame afflicti improuiſa morte cadebant. Se
ptimo q̄ inuente ſunt mulieres que filios ꝓ
prios comederunt. Unde refert Joſephus de
quadam. q̄ cũ nõ haberet ad comedendum.
lactentem filiũ in manibus tenens dixit. In
felicis matris: infelicior fili: in bello: in fame:
in direptione: cui te reſeruabo? Veni ergo
nunc. O mi nate eſto cibus matri: p̄donibus
furor: ſeculis fabula. Et his dictis filium iu-
gulauit ⁊ coxit. ⁊ dimidium comedens: partē
alteram occultauit. Et ecce cõfeſtim p̄dones
odorem carnis cocte ſentientes in domuz ir
ruunt: ⁊ niſi carnem ꝓdat mortem minanẗ.
Tunc illa detegens infantis membra. Ecce
inquit vobis partē optimam reſeruaui. At il
los tantus horror inuaſit q̄ nec loqui potue
runt. Et illa. meus eſt inquit hic filius: meuz
eſt peccatum. ſecuri edite: q2 prior ego come
di quem genui. Illi vero trementes ⁊ territi
diſceſſerũt. O quot erant in ciuitate illa amo

ra ſpectacula: vbi videbãtur quotidie tot mo
rientes. O quot infantes ⁊ pueri extẽdentes
manum ad vbera matrum ⁊ panem petentes
ad pedes illarum mortui deficiebant. O quot
erant ibi flebiles voces. quot lamẽta: quot ſin
gultus: quot gemitus ⁊ ſuſpiria. Clauſerat eis
deus ⁊ ſtrinxerat venam miſericordie ſue. Tã
dem poſt biennium capta fuit ciuitas ⁊ in pre
dã data. ⁊ muri ⁊ edificia quelibet ſolo equa-
ta. ⁊ vt Joſephus refert: decies centena milia
iudeorum fame ⁊ gladio perierunt: ⁊ nouem
milia vendita fuerunt. O ſi poſſem in talem
aſcendere ſpeculam: vnde qua omnem italiaz cer
nerem: omneſq; meam vocem poſſent audire
profecto clamarem. O italia plange: o italia
time. o italia caue ne propter obſtinationem
tuã in te deſeuiat ira dei. Vocauit ipſe te mul-
tis annis: dotauit amplis beneficiis. Miſit
ad te predicatores ſuos. Terruit te ſignis ⁊ ꝓ
digiis. Senſiſti terremotus: peſtilentias: ⁊ tē
porum ſterilem cõditionem. Cõminatus eſt
tibi deus? Sic. Certe hoc fecit vt te induceret
ad penitentiam. Et tu indies durior efficeris
in peccatis ⁊ malicia perſeuerando. Fiunt iã
vbiq; vſure publice. Omnia fedata ſunt ſpur
ciſſimis vitiis carnis ⁊ ignominioſe ſodomie
Superbia pomparum iam occupauit omnes
ciuitates ⁊ terras. Blaſphemie dei: periuria:
mendacia: iniuſticie: violentie: oppreſſiones
pauperum: ⁊ ſimilia ſuperabundant. O italia
decora. o regio diuitiis plena. Noli contemne
re deũ: noli exacerbare maieſtatē eius. Ter-
tiũ ſignũ propinquitatis ire dei dicitur ꝓphe-
tarũ annũciatio. Cognoſcimus ꝓpinquã dei
irã q̄ſi per ꝓphas ſuos deus illã ꝓnũciat. Die-
bus aũt iſtis multa dicuntur ꝓnũciata p ſan
ctã Brigidã que ſpiritu claruit ꝓphetico. per
ſanctũ Methodiũ: ⁊ p nonnullos alios. Ego
aũt qui dicta ipoꝝ etiã originaliter legi: cum
illa clare nõ intelligã: non audeo quicq̄ teme
re diffinire. Hortor tñ oēs ꝓplos vt ceſſent a
via ſua mala: ne forte ſi in illa pſeuerauerint:
repente ſupueniat ira ⁊ indignatio dei: a qua
ipſe nos liberet qui eſt benedictus ⁊ laudabi-
lis per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

Dñica Oculi infra diē de vitio ⁊ pctõ diſ-
cordie: qd̃ nullo pacto ſtare põt cum veritate
penitentie: ob quod penitentes ab illo ſibi ma
xime cauere debent. Sermo XXXIX.

Omne regnuz in ſe
diuiſum deſolabitur: ⁊ domus ſu-
pra domum cadet. Verba ſunt re
demptoris noſtri originaliter Luce. xi. c. ⁊ in
euangelio preſentis dominice. Non potuit ef
ficacius aut clarius explicari q̄ pernicioſum
ſit malum aut graue diſcordia damnata q̄ in
verbis domini noſtri ieſu chriſti que dixit cõ
tra phariſeos. Et licz ſua fuiſſet intentio oſtē
dere demones concordes eſſe ad omnem ma
liciam hominumq; perditionem: veruntamē
nos intelligimus diſſenſiones quelibz regna
validiſſime exterminare. Ad hoc autem aſtu
tus diabolus innititur: vt charitate abiecta
cum diſcordiis odiis ⁊ diſſenſionibus deum
omnipotentem offendamus. Eapropter pro
vtilitate penitentium in preſenti ſermone cõ
tra diſcordie vitium ſtilum noſtrum exacue-
mus: quoniam redemptor noſter amarũ illi⁹
effectum qui eſt regnoꝝ deſolatio apperuit in
verbis allegatis in themate: in quibus de diſ
cordia tria myſteria erunt declaranda. videlz

Primum dicitur originatio.
Secundum diſtinctio.
Tertium offenſio.

Qd̃ tres poſſunt eſſe radices vl̃ originales
cauſe damnabilis diſcordie. vanagloria vide
licet: auaricia: vel ſtultitia ſiue leuitas. Cap. I

p Rimum myſterium declarandũ de
diſcordia dicitur originatio. In quo
videndum eſt que ſunt diſcordie ori
ginales cauſe. Et aſſignari poſſunt tres cauſe

Prima dicitur vana gloria.
Secunda dicitur auaricia.
Tertia dicitur ſtultitia.

Prima cauſa diſcordie dicitur vana gloria
Scd̃m enim Greg. xxxii. moral. diſcordia ē
vane glorie filia. Nam vt dicit Tho. ſcd̃a ſcd̃e
q. xxxvii. diſcordia importat quandam diſgre
gationem voluntatum: inquantum ſcz volun
tas vnius ſtat in vno: ⁊ voluntas alteri⁹ ſtat
in altero. Qd̃ autem voluntas alicuius in ꝓ-
prio ſiſtat: prouenit ex hoc q̄ aliquis ea que
ſunt ſua prefert his que ſunt aliorum. Qd̃ cũ
inordinate fit: pertinet ad inanem gloriam ⁊
ad ſuperbiã. Et ſm circunſtantias poteſt eſſe
peccatum mortale aut veniale. Sed aliquis
poſſet arguere q̄ diſcordia non eſt peccatum
Nam Actuũ. xxiii. paulus poſuit diſcordiam
inter phariſeos ⁊ ſaduceos: quod non feciſſet
ſi fuiſſet peccatum. Item dicitur Actuum. xv.
Facta eſt diſſenſio inter paulum ⁊ barnabã.
Sed Thomas reſpondet ad primum q̄ cau
ſare diſcordiam per quam tollitur mala con-
cordia eſt laudabile. ⁊ hoc modo fecit paul⁹.
Chriſtus etiam de ſeipſo dicit. Matthei. x. c.

Non veni pacem mittere: ſed gladium. Ad
ſecunduꝫ dicit Thomas ꝙ diſcordia que fuit
inter Paulum ⁊ Barnabam fuit per accidēs
⁊ non per ſe. Uterqꝫ enim intendebat bonuꝫ.
ſed vni videbatur hoc eſſe bonum: alij aliud.
quod ad humanum defectum pertinebat. nec
erat talis controuerſia in his que ſunt de ne-
ceſſitate ſalutis. Sꝫ hic oritur vnum dubiū
verum auditores diuerſorum magiſtrorum
tenentium diuerſas opiniones excuſentur a
peccato ſi opiniones ſuorum magiſtrorum te
nent quādo nō ſunt bone. Et reſpondet Tho.
in quodlibetis ꝙ ſi diuerſe opiniones docto-
rum ſacre ſcripture non ſunt contra fidem vl'
bonos mores: abſqꝫ periculo auditores vtrā
qꝫ opinionem ſequi poſſunt. Sicut varia fuit
opinio inter Auguſtinum ⁊ Hieronymuꝫ de
obſeruatione legaliū ante diuulgationē euan
gelij. In illis vero que pertinent ad fidem vel
bonos mores: nullus excuſatur ſi ſequat̃ er-
roneam opinionem alicuius magiſtri. in tali
bus enim ignorantia non excuſat. Alioquin
immunes a peccato fuiſſent qui ſecuti ſunt opi
nionem Arrij Neſtorij ⁊ aliorum hereſiarcha
rum. Nec poſſunt excuſationem habere pro-
pter ſimplicitatem: ſi in talibus opinionē er-
roneam ſequantur. In talibus nanqꝫ dubijs
non eſt de facili preſtandus aſſenſus: ſed po-
tius vt dicit Auguſtin⁹ in. iij. de doctrina chri
ſtiana. cōſulere quis debet regulam fidei quā
de ſcripturarum planioribus locis ⁊ eccleſie
auctoritate perceperit. Qui ergo aſſentit opi-
nioni alicuius magiſtri contra manifeſtum
ſcripture teſtimoniuꝫ: ſiue contra illud quod
publice tenetur ſm eccleſie auctoritatem: nō
pōt a vitio erroris excuſari. Cōcordat Mo-
naldus ⁊ Hoſtienſis. Aliqua tamen ſunt que
aliquando fuerunt in varia opinione doctoꝝ
anteqꝫ per eccleſiam fieret determinatio. Et ꝓ
illo tempore potuerunt excuſari qui vnam vel
contrariam tenebant. Sed poſtꝙ determina
tum eſt per eccleſiam ⁊ firmata altera earum
hereticum eſſet contrarium ſentire. ſicut eſt
exemplum de paupertate chriſti: de qua ante
Johannē. xxij. erant varie ⁊ contrarie opinio
nes. vtrum chriſtus cuꝫ apoſtolis habuit ali-
quid in cōmuni. Sed determinatum fuit per
ipſum Johannē. xxij. imo per eccleſiam ꝙ ha
buit. eo ꝙ Johis. iiij. dicitur. Diſcipuli eius
abierunt in ciuitatem vt cibos emerent. Et
Johis. xij. de iuda dicitur. Fur erat: ⁊ loculos
habens ea que mittebantur portabat. Et hoc
ipſum dicitur. xij. q. i. c. habebat. Qui ergo cō
trarium aſſereret pertinaciter hereticus habe
retur. Addit Hoſtieñ. ꝙ quando ſunt diuerſa
iura ⁊ opiniones: ſcꝫ nec contra deum nec bo
nos mores: humanior ſententia eſt preferen
da ceteris . . . bus quia ſtandū eſt ei qui me-
liori innitit . . . ationi. di. xx. c. i. ⁊ ex̄ de ferijs.
c. capellanus. Adde etiā ꝙ in his que ꝯcernūt
forū conſcientie in dubijs tutior via eſt eligē-
da. ex̄ de ſponſalibus. c. iuuenis. Nec tamen de
facili contraria opinio eſt reprobanda. Se-
cunda cauſa diſcordie dicitur auaricia. Inqt
Seneca in libro de quattuor virtutib⁹. Quie-
tiſſime viuerent homines ſuper terram ſi hec
duo pronomina tollerentur meum ⁊ tuū. Et
Plato in Phedrone. Propter pecuniarū poſ-
ſeſſionem vniuerſa bella nobis fiunt. Et Sa-
luſtius in catilinario. Imperij ⁊ diuitiarum
cauſa bella atqꝫ certamina omnia inter mor-
tales ſunt. Et Lucanus libro. iij. Certamen
mouiſtis opes. Uidemus hoc per experientiā
omni die: quando propter auariciā filius diſ-
cordat a patre: frater a fratre: ⁊ amic⁹ ab ami
co. Tertia cauſa diſcordie dicitur ſtultitia.
Sunt nanqꝫ multi ſtulti ⁊ leues: q̄ omnia cre
dunt que a ſuſurronibus eis dicuntur. Suſur
ratio ſiquidem aptiſſimum eſt inſtrumentuꝫ
ad diſcordias ſeminandas. Propterea dixit
ſapiens Prouerb. xxvi. Cum defecerint ligna
extinguetur ignis: ⁊ ſuſurrone ſubtracto iur-
gia conquieſcunt. Et Eccl'i. xxviij. Suſurro ⁊
bilinguis maledictus. Multos enim turba-
uit pacē habentes. Lingua tertia multos cō-
mouit: ⁊ diſperſit illos de gente in gentem. Ci
uitates muratas diuitum deſtruxit: ⁊ domos
magnatorum effodit. Uirtutes populorū cō-
cidit: ⁊ gentes fortes diſſoluit. Lingua tertia
mulieres viratas eiecit: ⁊ priuauit illas labo-
ribus ſuis. Qui reſpicit illam non habebit re-
quiem. nec habebit amicū in quo requieſcat.
Flagelli plaga liuorem facit: plaga autem lin
gue comminuet oſſa. hec ibi. Quiſnam ſuffi-
ceret enumerare diſcordias q̄ exorte ſunt in-
ter ciues: inter vicinos: inter dños: int' pplos
inter vxorē ⁊ virū: inter fratrē ⁊ fratrē ꝓpter
ſuſurrātes. O lingua ignita. O lingua vene
nata. O lingua immanior ⁊ crudelior omni
fera peſtifera. Tu lingua ſuſurronum inſtru-
mentū es diaboli: tu illius ſagitta vulnerans
tu eius acutiſſimus enſis. Propterea ſuſur-
ratio ponitur inter gravia peccā que execratur
deus. de quibus ſapiens dicit Prouer. vi. Sex
ſunt que odit dñs: ⁊ ſeptimū deteſtat̃ aīa ei⁹.
Oculos ſublimes: linguā mēdacē: man⁹ effū

denteſ innoxiū ſanguinē: cor machinās co-
gitatōes peſſimas: pedes veloces ad currēdū
in malū: ꝓferentē mēdacia: teſtē fallacē: ⁊ eū
q̄ ſeminat inter fratres diſcordiā. Sed culpa
pabiles adhuc ſunt illi q̄ a ſuſurronibus ſibi
cauere aut neſciunt aut nolunt.

Qō triplex eſt diſcordia dānabilis: ſciſma
tice prauitatis: ciuilis partialitatis ⁊ impor-
tabilis ſocietatis. Capl'm II

Secundū myſterium declarandū de
diſcordia dicitur diſtinctio. Diſtin-
guitur enī triplex diſcordia damna-
bilis ⁊ periculoſa. videlꝫ

Prima eſt ſciſmatice prauitatis.
Secunda ciuilis partialitatis
Tertia importabilis ſocietatis.

Prima diſcordia eſt ſciſmatice prauitatis
Eſt aūt ſciſma vitiuꝫ quo q̄s ſummo pōtifici
ſubeſſe recuſat ⁊ mēbris eccl'ie ſubiectis cō-
care nō vult. Sciſma ſiquidē grecū eſt nomē
quod latine ſciſſurā ſonat. vt dr. xxiiij. q. i. c.
ſciſma. Eſt aūt petm̄ mortale: qr ꝯriat̃ chari-
tati eccl'iaſtice vnitatis. Eſt aūt drn̄tia inter
hereſim ⁊ ſciſma: quia hereſis oppon it̃ dire-
cte ⁊ per ſe fidei. vt dicit Tho. ij. ij. q. xxxix.
et ſciſma ꝑ ſe opponit̃ eccl'iaſtice vnitatē cha
ritati. Unde Hiero. xxiiij. q. iij. c. int' hereſim.
Inter hereſim ⁊ ſciſma arbitror intereſſe ꝙ
hereſis puerſum dogma habet. ſciſma auteꝫ
ab eccl'ia ſeparat. Cōtra ſciſmaticos dr ex̄. i
c. de ſumma tri. ⁊ fide catho. vna eſt fideliuꝫ
vniuerſalis eccl'ia extra quā nullus omnino
ſaluat̃. Et. xxiiij. q. i. c. loquit̃. Cyprian⁹ ait.
Loquit̃ dñs ad petrū. Ego dico tibi qr tu es
petrus ⁊ ſuꝑ hac petrā edificabo eccl'iam me
am. Suꝑ vnū edificat eccl'iam. Et qꝫuis apo
ſtolis oībus poſt reſurrectionē ſuā parē pote
ſtatem tribuat ⁊ dicat. Sicut miſit me pater
⁊ ego mitto vos: accipite ſpm̄ſanctū: tamē vt
vnitatē māifeſtaret: vnitatis eiuſdē originē
ab vno incipientē ſua auctoritate diſpoſuit.
Ad idem eſt. c. alienus. c. oībus. c. quoniā ve
tus. prefata cauſa ⁊ queſtione. Sꝫ hic orit̃
vnum dubiū. Quid cū duo vl' plures ſunt i ec
cleſia gerētes ſe ꝓ papa: ⁊ quilibet eoꝝ habet
ſuam ſequelā. Quis eoꝝ dicet̃ ſciſmatic⁹ cuꝫ
ſuis ſequacibus. Reſpōdeo aut conſtat aut
cōmuniter tenet̃ ꝙ quilibet eoꝝ intruſus eſt
id eſt nō canonice electus. Aut conſtat vnuꝫ
eoꝝ canonice ⁊ rite electū. videlꝫ a duab⁹ par
tibus cardinaliū ⁊ ſine violētia: ⁊ poſtea ali⁹
ſuꝑinductus. Aut dubitat̃ quis illoꝝ ſit cano
nice vel rite electus vnus vel alter. Et i pmo
caſu nullus eoꝝ eſt papa: ſed quilibet eorūꝫ ē
ſciſmaticus cum his qui ſciēter ſequunt̃ ipꝫ:
⁊ excōicati ſunt ipō facto: extra de elec. c. licet
Et de hoc loquit̃. c. ſi duo. lxxix. diſtin. vbi dr
Si duo forte cōtra fas temeritate ꝯcertātiū
fuerint ordinati in ſummos pōtifices nulluꝫ
ex eis futurum ſacerdotē. i. ſummū pontificē
ꝑmittimus. Sed illū ſoluꝫ in ſede apoſtolica
ꝑmanſurū cenſemus quē ex numero clericoꝝ
id eſt cardinaliū noua ordinatione diuinum
iudiciū ⁊ vniuerſitatis ꝯſenſus elegerit. Nec
obſtat ꝙ hoc ſtatuit Honorius auguſtus. et
ad imperatorē non ſpectat ſtatuere aliquid d̄
electionibus eccl'ie. ſicut nec de reb⁹ alijs eccle
ſiaſticis. vt. xcvi. di. c. bene: quia vt dr in glo.
in prefato. c. ſi duo. Honorius fecit illud roga
tu eccl'ie. ⁊ eccl'ia approbauit. iō rōne appro-
bationis ſtatutū illud habet quaſi feciſſet ec-
cleſia. Qñ ergo cōſtat nullū eoꝝ canonice ele-
ctum: vt quia nō a cardinalibus: ſed ab alijs
in quo caſu loquit̃. c. ſi quis ex epiſcopis. ⁊. c.
ſi quis pecunia. lxxix. diſtin. Uel ſi a cardina-
libus. non tamē a duabus partibus cardina
lium. vt in. c. lꝫ. ex̄. de elec. qui tali adheret ve-
re ſciſmaticus eſt. ⁊ per concilium prouiden
dum eſſꝫ cum cardinales hmōi eſſent. Alias
ſi ipſi cardinales alium eligerēt ille eſſet ver⁹
apoſtolicus. Et nota ꝙ ex hoc electio pape ſi
moniace facta eſſet a cardinalibus dūmodo
alias rite ceſſare non poteſt nec tolli quin ſit
verus papa. Et ſimiliter quātūcūqꝫ crimino
ſus ⁊ irregularis eſſet electus. vt dicit glo. in
ca. ſi quis pecunia. In ſecundo caſu ſcꝫ cum
conſtat vnum canonice electū. ⁊ poſtea alius
ſe intrudit. ſicut Cornelius papa qui Fabia-
no ſucceſſit. ⁊ poſt eum canonice creatū No-
uatianus quidam papam ſe fecit. vt dicitur
vij. q. i. c. factus eſt. ⁊. c. nouatianus. Tūc pri
mus eſt verus papa. ⁊ ſecūdus apoſtaticus
⁊ ſciſmaticus cum ſequacibus eius. Sic ſub
Eugenio quarto factum eſt ſciſma tempore
beati Bernardi. Naꝫ ipō. eugenio rite electo
alius intruſus eſt: ſed meritis ⁊ labore ſancti
Bern̄. ſciſma illud ablatum fuit: remanente
eugenio in apoſtolica ſede. Deinde ſub Johe
xxij. factū eſt aliud ſciſma. Nam cum ipſe de-
clararet fore hereticos qui aſſererēt xp̄ꝫ nihil
habuiſſe in cōmuni etiam mobile. quidaꝫ fra
ticelli nuncupati de opinione dixerunt ipſum
papam Johannē hereticū cum ſucceſſoribus
⁊ ſequacibus eius ⁊ fecerūt aliū papā Piſis
Greci aūt circa annū domini nōgenteſimum
ſciſma facientes in hereſim inciderunt de

ſpũſancto damnatã.extra de ſum.tri.⁊ fi.ca.
c.i.li.vi.Sed reducti fuere ad eccľie vnitatẽ
tempe Eugenij quarti. In tertio vero caſu
cum dubiũ eſt quis hoꝝ duoꝝ ſit canonice ele
ctus:quia electio pmi dꝛ facta ꝑ metum qui
cadit in conſtantẽ virũ:ꝙuis a duabꝰ ptibus
cardinaliũ poſtmodũ ab eis fit electio ſine vi
olẽtia ⁊ metu quocũqꝫ.ſicut accidit caſus cir
ca annos.M.ccc.lxxx.Nam moꝛtuo Gre-
goꝛio.xi.cadinales debentes ꝓcedere ad ele-
ctionem ſucceſſoꝛis.vt dꝛ fuerũt a romanis
cõminati ꝙ occiderent ſi nõ eligerent italicũ
aliquẽ.Elegerunt igiť archiepm̃ barenſem ⁊
qui tũc erat rome exꝑmẽtes ei ꝙ eligebãt eũ
ad vitanduꝫ periculum ſe fingebant eligere.
Electo ergo illo qui Urbanus.vi.dictus eſt:
ille vt fertur.dixit.ꝙ ſi volebant eum eligere
voluntarie eligerẽt.quia intendebat eẽ papa
Publicato igiť Urbano papa ⁊ a cardialibꝰ
ipſis adoꝛato ⁊ conſecrato de cõſenſu eoꝛuꝫ
et ꝑncipibus xp̃ianitatis ac ꝑ eos ſignifica-
to ꝙ canonice eſſet electus.Inde ad aliquot
menſes ipſi receſſerunt ab eo:⁊ ſugientes ad
ciuitatem fundẽſem que eſt in ꝑncipio regni
ibi elegerũt aliũ qui dictus eſt Clemens.vi.
qui tranſtulit curiã ſuam in auinonẽ:illumqꝫ
venerata eſt ꝓ papa tota Francia ⁊ hiſpania
⁊ cathalonia.Alteri vero ſcꝫ vꝛbano adheſit
italia alemania et vngaria ꝑſeuerauitqꝫ hoc
peſſimũ ſciſma vltra.xxx.annos.Cum ergo
hic eſſet dubiũ ex ignoꝛãtia facti:qꝛ exceptis
cardinalibus ⁊ paucis alijs tũc ꝑñtibus:cete
ri ſcire non poterãt ſi talia ſic ꝓceſſerunt vel
aliter cum diuerſi diuerſimode referrẽt:⁊ ꝑ̃
etiã ignoꝛantia iuris:quia dubiuꝫ erat apud
peritiſſimos.vtrum fuerit talis metus qui ca
dere poſſet in conſtantem virum vel nõ:vel
etiam quia poſt electõnẽ habuerunt tempus
ad recedendũ:⁊ non fecerũt:immo per ſigna
expꝛeſſa oſtenderũt voluntarie ⁊ libere factã
electionem.In illo ꝰ ſciſmate illi ꝓpꝛie erant
ſciſmatici:qui ſcientes factum contra iura vľ
contra ꝯſciam faciebãt ducti amoꝛe vľ odio
vel cupiditate vel ambitione.Alij ꝟo excuſa
bantur etiam adherẽdo ei q̃ nõ erat verꝰ pa-
pa:quem tamẽ ipſi credebãt veruꝫ.Et ꝙuis
vna pars excõicaret alterã:tamẽ qui ſimpľr
inherebant excuſari videbanť.Durante ꝟo
illo ſciſmate poſt Urbanum ſucceſſit ex alte-
ra parte Bonifacius nouus.Bonifacio ſuc-
ceſſit Innoc.vi.⁊ Innoc.Grego.xij.ex alia ꝑ-
te Clementi ſucceſſit Benedictꝰ.xij.Sub his
aũt.ſ.Greg.xij.ex vna pte ⁊ Benedicto ex al

tera:factũ ẽ aliud ſciſma ãno dñi.M.cccc.x.
Nam recedentibus cardinalibus ab vtro-
qꝫ papa:⁊ cõuenientibus Piſis conciliũ cele
bꝛantibus depoſitis illis duobus.ſcꝫ Greg.⁊
Bñdic.ſub eadeꝫ videlꝫ rõne:quia dicebanť
ſcandalizare facto ſuo publico totam eccľiaꝫ
cũ nõ vellent cõuenire inſimul in aliquo vno
loco vt ꝓmiſerant ⁊ iurauerãt.demũ creatus
eſt Piſis Alexãder papa qui fuit Petrus de
candia oꝛdinis minoꝝ:cui ſucceſſit Ioh.xxiij
bononie electus.Et cum pene omnes reges
⁊ ꝑncipes xp̃ianitatis dimiſſis Gregoꝛio et
Bene.obedientiã dediſſent Alexandro ⁊ ſuc
ceſſoꝛi ſuo.tamen adhuc maximum dubium
erat.vtrũ cauſa ꝓpter quã creatus fuit Alex.
videlꝫ quia Greg.⁊ Bene.ſcandalizabant ec
cleſiam eſſet vera.Nihilominus ex quacũqꝫ
trium partiũ quicũqꝫ credebat ſimpľr ſuum
verum papã:⁊ non alios motus conſcientie
dictamine:paratus etiam adherere alteri ſi
hoc ſibi conſtaret:excuſatus creditur a vitio
ſciſmatis ⁊ ſentẽtijs eius.Cuius ſignũ eſt:ꝙ
in qualibet obediẽtia erant multi peritiſſimi
⁊ ſancti viri.Nam ſub Urbano ⁊ Bonifacio
fuit ſancta Bꝛigida ⁊ ſancta Katherina de ſe
nis.Sub Clemẽte ⁊ Benedicto ex alia parte
fuit btũs Petrus de lucemburgo clarus mi-
raculis.Sub Benedicto etiã fuit ſanctꝰ Uin-
centius de oꝛdine pꝛedicatoꝝ.Tandem con
gregato concilio conſtantie Grego.pꝛefatus
ſponte renũciauit ꝑ Carolum de malateſtis
ſuum in hoc procuratoꝛem.Iohannes.xxiij.
fugam arripuit:ſed captus per imperatoꝛeꝫ
rediit ⁊ tandem depoſitus fuit.Benedictus
etiam qui nec venire nec mittere voluit depo
ſitus fuit.vbi creatus fuit dominus Oldo de
columna cardinalis:qui fuit Martinus pa-
pa.v. Secunda eſt diſcoꝛdia ciuilis partia-
litatis.quando ciues relicto amoꝛe commu-
nis boni:conuertẽteſqꝫ omnia ad pꝛopꝛium
commodũ diſcoꝛdant ad inuicem.Nam vt i
quit Ariſtoteles.ij.Politicoꝝ.ciuilitas que-
dam cõmunicatio eſt.Et ibideꝫ.Politica eſt
oꝛdo quidam inhabitãtium ciuitatẽ.Quãdo
ergo ciues non regunť ẜm oꝛdinem nec ſunt
cõmunicatiui:ad diſſenſiones veniunt.Ta-
les ſunt hodie quaſi in omnibus ciuitatibus
italie tyranni quidem.de quibus dici poteſt
quod ſapiens ait Pꝛouerbioꝛũ.xxix.Homi-
nes peſtilentes diſſipant ciuitatem.Et vt idẽ
ait.xi.capľo.Benedictione iuſtoꝛũ exaltabiť
ciuitas:⁊ oꝛe impioꝛum ſubuertetur.Impij
equidem ⁊ partiales non reipublice:ſed pꝛo

pꝛie vtilitati ſemꝑ inuigilãt.Cõtra quos ait
Caſſiodoꝛus li.iij.epiſtolarũ.Nobiliſſimi ci-
uis eſt patrie ſue augmenta cogitare.Et Tul
lius in pꝛimo de officijs.Omnino qui reipublice
ꝑſunt ſeruent duo ꝑcepta Platonis.Unum
vt vtilitatem ciuium ſic tueantur:vt quecun-
qꝫ agũt ad eam referant obliti cõmodoꝛũ ſuo
rum.Alterũ vt totũ coꝛpus reipublice curent
nedũ partem aliquam tueanť reliquas deſe-
rant.Ut em̃ tutela:ſic ꝓcuratio reipublice ad
eoꝛũ vtilitatem qui cõmiſſi ſunt:nõ ad eoꝛuꝫ
quibus cõmiſſa eſt gerenda eſt.Qui autẽ par
ti ciuium cõſulunt partẽ negligunt:rem perni
cioſiſſimã in ciuitatem inducunt ſeditionem
atqꝫ diſcoꝛdiam.Hinc apud athenienſes ma
gne diſcoꝛdie orte.⁊ in noſtra republica nõ ſo
lum ſeditiones:ſed etiam peſtifera bella ciui-
lia:que grauis ⁊ foꝛtis ciuis in republica di-
gnus pꝛincipatu fugiet atqꝫ oderit:⁊ tradet
qꝫ ſe totũ reipublice:neqꝫ opes aut potentiam
cõſectabiť:totamqꝫ eam ſic tuebiť:vt omni-
bus cõſulat.nec nõ criminibus falſis in odiuꝫ
aut inuidiam vocabit:omninoqꝫ ita iuſticie
honeſtatiqꝫ adhereſcet:vt ea cõſeruet:ꝙuis
grauiter offendat:moꝛtemqꝫ appetat potius
ꝙ deſerat illa que dixi.Miſeria omnio eſt am
bitio:honoꝛũqꝫ cõtẽtio:de qua ꝑclare eſt apõ
eundem Platonẽ.hec ille.Nam ⁊ antiqui ro-
mani et iam ꝓpter rempublicam domeſticas
iniurias diſſimulabãt.Unde valerius maxi
mus lib.iiij.rubꝛica de moderatiõe.Stagip-
pus teciates hoꝛtantibus amicis:vt grauem
in adminiſtratione reipublice ⁊ emulũ ſibi ve
hementer aduerſariũ:ſed alioquin ꝓbum et
oꝛnatum virũ qualibet ratione vel tolleret vľ
ſubmoueret:negauit ſe facturũ:ne quem in tu
telam patrie bonus ciuis locum obtineret ma
lus ⁊ impꝛobus occuparet:ſeqꝫ vehemẽti ad
uerſario vꝛgeri ꝙ patriam egregio aduocato
carere ꝑoptauit.In eodem libro Ualerius ru
bꝛica.Qui ex inimicis iuncti ſunt amicitia.
aliud refert exemplũ.Emilius inquit lepidus
bis cõſul ⁊ pontifex maximus ſplendoꝛeqꝫ ho
rum par vite grauitate:diutinas inimicitias
cum Fuluio flacco eiuſdẽ amplitudinis viro
geſſit:quas ſimul vt cenſoꝛes renunciati ſunt
in campo depoſuit:exiſtimans eos nõ opoꝛte
re priuatis inimicitijs diſſidere q̃ publice ſum
ma iuncti eſſent poteſtate.O damnoſum vi
rus in ciuibus italie a diabolo diſſeminatum.
Iam iam vbiqꝫ partialitates abundãt.ꝓpter
quas omne bonũ publicũ penitus deſtructum
eſt:⁊ euerſum omniſqꝫ iuſticia cõculcata ⁊ ab

ſecta. Tertia eſt diſcoꝛdia impoꝛtabilis ſo
cietatis eoꝝ qui inſimul ꝯueniunt:aut in vna
domo:aut in vicinia:aut in religione:aut in
aula pꝛincipis:aut in quocũqꝫ collegio:⁊ qui di
ſcoꝛdant:nec vnus aliũ recto oculo reſpicere
valent:eo ꝙ neſciunt ſeruare regulam Pauli
dicentis ad Eph.iiij.Cum omni humilitate
et manſuetudine:cũ patientia ſuppoꝛtantes
inuicem in charitate:ſollicite ſeruare vnitatẽ
ſpiritus in vinculo pacis.O infelix tempoꝛis
huius cõditio in qua ad modicum tolerare ſo
cius neſcit sociũ:frater fratrem:ꝓximus ꝓxi
mum ſuũ.Uix domus reperiť in qua non re
gnet diabolus diſcoꝛdie.vix etiam vt ſic dicã
aliqua cõgregatio eoꝝ qui vocanť iuſti.Ubi
qꝫ ſecte:vbiqꝫ diſſentiões:vbiqꝫ voluntatũ et
animoꝝ cõtrarietates.O ꝙtos decipit ꝑſum
ptio ꝓpꝛia ⁊ ſuijpſius elata opinio:qui dũ ſu
as diſcoꝛdias:imo ⁊ odia ignita cõſiderant:
foꝛmant ſibi cõſcientiam:dicũtqꝫ zelo ⁊ cha-
ritate odire ac diſcoꝛdare.Taceo qꝺ ſcio qꝺ
vidi:quodue quotidie de multis q̃ ſancti repu
tanť experioꝛ.Unũ dico ꝙ vbi cõcoꝛdia non
eſt nõ habitat ipſe xp̃s.Dixit em̃ Mat.xviij.
Ubi fuerint duo vel tres cõgregati in nomĩe
meo ibi ſum in medio eoꝝ.Et Eccĩ.xxv.ſapi
ens notabiliter eſt locutus.In tribus inquit
beneplacitũ eſt ſpũi meo q̃ ſũt ꝓbata coꝛam
deo ⁊ hoĩbus.Cõcoꝛdia fratꝝ:amoꝛ ꝓximoꝝ
et vir ⁊ vxoꝛ bene ſibi ꝯſentiẽtes.

Qꝺ diſcoꝛdia offendit omne bonũ hoĩs:
ſpũale.ſ.coꝛpoꝛale ⁊ tempoꝛale.

Capitulũ III

Tertiũ myſteriũ declarandũ de diſcoꝛ
dia diciť offenſio.Offendit nãqꝫ di
ſcoꝛdia tria deſideranda bona.
Pꝛimũ bonũ ſpirituale.
Secundũ bonũ coꝛpꝛale.
Tertiũ bonũ tempoꝛale.
Pꝛimũ bonũ quod offendit diſcoꝛdia dici
tur ſpũale bonũ.ſ.aĩe.Nam nullũ eſt peccatuꝫ
adeo graue qꝺ diſcoꝛdantibus nõ fiat faci-
le.Ex illa ſiquidẽ ꝓuenerũt ire:rixe:odia:ini
micitie:⁊ lites:cõtentiones:mẽdacia:ꝑiuria:
blaſphemie:homicidia:obſtinatiões:⁊ ꝯtem
ptus ſacramentoꝝ eccleſie.Pꝛopter illaꝫ ple
riqꝫ ꝑ annos ⁊ annos:nec ꝯfiteri nec cõicare
curant.Pꝛopterea figurata eſt diſcoꝛdia per
beſtiã.de q̃ Ioh.Apoc.xiij.ait.Uidi de mari.i.
de amaro coꝛde diſcoꝛdantiũ.beſtiã aſcendẽ-
tẽ.i.diſcoꝛdiã habẽtẽ capita ſeptẽ.i.ſeptem
capitalia vitia.⁊ coꝛnua decem.i.tranſgreſſio
nem decẽ ꝑceptoꝛuꝫ:⁊ ſuꝑ coꝛnua eius diade

mata decem.i.gloriā de malo:qm̄ diſcordan
tes ⁊ partiales letanť in malis ſuis. Scd̄z
bonū quod offendit diſcordia dicíť corpale.
Fac nāq͛ diſcordia cor diſcordātiū triſte. Et
vt dr̄. Prouer.xvij. Anim⁹ gaudens etatē flo
ridaz facit. ſpūs triſtis exiccat oſſa. Et Eccl'i
xxx. Jocūditas cordis hec eſt vita hominis.
Et iterum ibi. Ante tempus ſenectā adducit
cogitatus. Tertium bonū quod offendit diſ
cordia dicitur temporale. Ut cm̄ Saluſtius
ait in iugurtino. Cōcordia parue res creſcūt
diſcordia maxime dilabuntur. Et Tullius de
amicitia. Que domus tam ſtabilis: que ciui-
tas tam firma:que non odijs ⁊ diſſidijs fun-
ditus poſſit euerti. Patet hoc ꝑ experientiā
in romane reipublice deſolatiōe. Cur deſtru
cta? Cur deſolata? Cur ad nihilū deducta ro-
manoꝝ gloria atq͛ potentia? Fatua certe fal
ſaq͛ fuit opinio eorum qui dixerunt romam
defeciſſe:eo ꝙ ibi acceptatus ſit cultus xp̄i:
ob quod indignati ipſoꝝ dij ciuitatez ipam
odio graui ſunt ꝓſecuti. Et lꝫ Aug. ſatis copi
oſe contra ſic dicētes diſputet in lib. de ci. dei
Tamē nō deſunt poete ⁊ hiſtoriographi qui
dicunt romanoꝝ regnū ampliſſimū fore deꝑ
ditum ꝑpter ciuila bella. ꝑpterea Lucanus
in ꝑncipio ſui ꝑmi libri ſic cantat. Bella per
emathios pluſq͛ ciuilia campos. Juſq͛ datū
ſceleri canimus populūq͛ potentem. In ſua
victrici cōuerſum viſcera dextra. Cognataſq͛
acies ⁊ rupto federe regni. Certatum totis
concuſſi viribus orbis. In cōmune nephas i
feſtis obuia ſignis. Signa pares aquilas et
pila minātia pilis. Quis furor o ciues? que
tanta licentia ferri? Gentibus inuiſis latium
prebere cruorem? Cumq͛ ſuperba foret baby
lon ſpolianda tropheis. Auſonijs: vmbraq͛
erraret craſſus inulta. Bella geri placuit nul
los habitura triūphos. Heu quantum terre
potuit pelagiq͛ parari. Hoc quez ciuiles hau
ſerunt ſanguine dextre. Unde venit titan et
nox vbi ſidera fundit. Quaq͛ dies melius fla
grantibus eſtuat horis. Et qua bruma rigēs
⁊ neſcia vere remitti. Aſtringit ſcythicū gla-
ciali frigore pontum. Sub iuga iam ſeres iā
barbarus eſſet araxes. Et in.ij.lib. Idem ait.
Quinniū brute nephas ciuilia bella fatemur
Qui igiť conſiderat romane vrbis interituz
de qua dr̄. Romam quāta fuit ipa ruina do
cet. Facile cognoſcere poterit quāta ſit diſcor
die vis ad nocendum ad perdendum ad de-
ſtruendum ⁊ annihilandum omne regnum.
Sed adhuc nobis ſe offerūt exempla tot flo-
rentiſſimarum ciuitatum italie:in quibus vi
dentur palatiorum ruine: deſolationes viaꝝ
et platearum:paucitas populorūz:⁊ priſtine
dignitatis ac felicitatis antique omnimoda
diminutio. O Bononia ſtudiorum mater. o
ianua regina maris. O parma. O eſculum.
O Placentia. O aſſiſium. O viterbiū. O alie
ciuitates ⁊ terre que diſcordijs ⁊ ꝑtialitatib⁹
locum dediſtis. Ubi eſt gl'ia veſtra? vbi po-
puli multitudo? vbi antique diuitie. O diſcor
dia maligna? O diſcordia deteſtāda? Propť
illam nempe ciuis inſurrexit in ciuē: frater i
fratrē:amicus in amicū:⁊ platee ciuitatū hu
mano ſanguine ſunt madefacte: atq͛ indies
ciuitatum conditiones deteriorate:eo ꝙ om
ne regnum vt dictum eſt in principio in ſeip-
ſum diuiſum deſolabitur, a qua deſolatione
liberet nos chriſtus ieſus dei filius qui cū pa
tre ⁊ ſpūſancto viuit ⁊ regnat per infinita ſe
culorū ſecula. Amen.

Feria ſcd̄a poſt oculi de diuitijs: a qua-
rum cupiditate amoreq͛ inordinato retrahē
di ſunt penitētes q̄ cupiūt eternas ⁊ celeſtes
diuitias poſſidere. Sermo XL

Iecerūt illuz extra

e

ciuitatē. Scribūtur hec verba ori
ginaliter Luce.iiij. capitulo. et in
euangelio hodierno. Horribile ſatis eſt audi
re ꝙ nazareni eiecerunt chriſtum foras ma-
terialem ciuitatem. Sed multo magis dete-
ſtabile eſt ꝙ xp̄iani ipſum de ſuo corde repel
lant. Et licet multa ſint vitia atq͛ peccata ꝓ-
pter que chriſtus a multis cōtemniť: verum
tamen vnū eſt ſatis generale auaritia ſcꝫ ꝓ-
pter quam pauci ſunt hodie qui chriſtū velint
habere. Ut enim diciť Hieremie.vi. A mino
re vſq͛ ad maiorem omnes auaritie ſtudent
et a propheta vſq͛ ad ſacerdotem cuncti fa-
ciunt dolum. Eſt autem auaritia inmodera
tus amor pecunie. vt dicit Auguſtinus ꝑ pe-
cuniam intelligēdo queuncq͛ temporalia bo
na que poſſideri poſſunt. Nam.i.q.iij. caplo
totum. diciť. Totum quicquid homines ha-
bent in terra omnia quoꝝ domini ſunt pecu-
nia vocatur. Propterea vt homines ad ve-
ram penitentiā per diuitiarū contemptū per
ueniant. in preſenti ſermone de diuitijs eri-
mus locuturi:in quo tria myſteria erunt de-
claranda.

Primū diciť damnatio.
Secundū conditio.
Tertium malignatio.

Qd̄ amor inordinatus diuitiarū reprehendi
tur ⁊ damnať v͛bo ⁊ exemplo: tā a ſanctis q̄
a ꝓbis moralibus. Capitulū I

p

Rimū myſteriū declarandū de diui-
tijs diciť damnatio. Damnať ſiqui-
dem nō ſolum a ſanctis: verū etiam
a gentilibus ⁊ moralibus ꝓbis. Et vt clarius
habeať: queriť. vtrū diuites diuitias habētes
aut habere volentes poſſint eternam ſalutē ac
quirere. Et ꝙ nō arguiť. Primo ꝑ teſtimonia
ſanctarū ſcripturarū. Deinde ꝑ dicta ⁊ exem-
pla philoſophoꝝ. Inquit ſapiēs Eccl'i.xi. Si di
ues fueris nō eris immunis a delicto. Et ꝓuer.
xxviij. Qui feſtinat ditari nō erit inocēs. et Da
uid ps.xxxiij. Diuites eguerūt ⁊ eſurierūt. ⁊.i.
Ti.vi. Qui volūt diuites fieri incidūt in tem-
ptationez:⁊ laqueū diaboli ⁊ deſideria multa
inutilia ⁊ nociua que demergūt hoīem in inte
ritum ⁊ perditionē. Et Jaco.v.c. Agite nūc di
uites plorate vlulātes in miſerijs veſtris que
aduenīēt vobis. Diuitie v͛re putrefacte ſunt:
et veſtimēta veſtra a tineis comeſta ſūt. Au-
rū ⁊ argentū veſtrū eruginauit: ⁊ erugo eorū
in teſtimoniū vobis erit:⁊ mādūcabit carnes
v͛ras ſicut ignis. Et Aug. in li.lxxxiij.q. Cha-
ritatis venenū eſt ſpes adipiſcendoꝝ. Et Hie
ro. ad Euſtochiū. Diuinis euangeliū vocibus
intonat nemo pōt duobus dn̄is ſeruire. Et au
deat quiſq͛ xp̄m mēdacē facere deo ⁊ māmo-
ne ſeruiendo. Uociferať ille ſepe. Qui vult ve
nire poſt me abneget ſemetipſum ⁊ tollat cru-
cem ſuā ⁊ ſequať me. Et ego onuſtus auro ar
bitror me xp̄m ſequi? Et idem ad Julianū ait
Diuitem purpuratū gehenne ſuſcepit flāma.
Lazarus pauꝑ plenus vlceribus cuius car-
nes putridas lābebāt canes:⁊ vix de micꝭ mē
ſe diuitis miſerā ſuſtinebat animam: in ſinu
Abrae recipiť:⁊ tanto patriarcha parente le-
tať. Difficile imo impoſſibile eſt vt ꝓſentibus
quis ⁊ futuris fruať bonis: ⁊ hic ventrem et
illic mentē impleat. vt de diuitijs tranſeat ad
diuitias: vt in vtroq͛ ſeculo ꝓmus ſit: vt ⁊ in
celo ⁊ in terra appareat glorioſus. hec ille. Et
ſanctus ſanctoꝝ xp̄s. Luc.vi.c. ait. Ue vobis
diuitibus qui habetis cōſolationē veſtrā. Et
idē Matth.v. Beati inquit pauꝑes ſpū: qm̄
ipſoꝝ eſt regnū celoꝝ. Et Matth.xvi. Facili-
us eſt camelū per foramen acus tranſire q̄ di
uitem intrare in regnū celoꝝ. Genitrix vero
eius v͛go ſanctiſſima. Luc.ij.c. ſic cecinit. Eſu
rientes impleuit bonis:⁊ diuites dimiſit ina-
nes. Satis etiā dānabiles fore diuitias xp̄s
et ſancti exemplo pariter ⁊ opere demonſtra-
runt. Pauper ſiquidem xp̄s ex paupere matre
natus vſq͛ ad patibulū crucis pauperem vi-
tam duxit. Unde Bern̄. in ſermone quodam
ait. Omniū bonorū eterna in celis affluentia
ſuppetebat: ſed paupertas nō inueniebať in
eis. Hanc itaq͛ dei filius cōcupiſcens deſcen-
dit vt eam ſibi aſſumeret: ⁊ ſua eſtimatiōe il-
lam faceret ꝑcioſam. De paupertate autē xp̄i
dixi in ſermone de natiuitate. Pauperes ad-
huc ipſe voluit eſſe apoſtolos ſuos. ꝓ quibus
dicit Chryſoſ. ſuper Matth. Si bonū eſſet au
rum hoc vtiq͛ dediſſet apoſtolis xp̄s: qui eis
ineffabilia cōtulit bona. Nunc autē nō ſolum
nō dedit: ſed etiam habere ꝓhibuit. Unde et
Petrus in paupertate gloriať dicens. Aurū ⁊
argentū nō eſt mihi. Philoſophi inſuper at
q͛ gētiles ſuo mō damnabiles ⁊ periculoſas
eſſe ꝓdicant diuitias tēporales ⁊ illas fateanť
noxias. Un̄ Tullius in primo de officijs ait.
Pecunie fugienda cupiditas eſt. Nihil eſt enī
tam anguſti animi tamq͛ parui q̄ amare di-
uitias: nihil honeſtius: magnificentiuſq͛ q̄
pecuniam cōtemnere. Et Sen̄. ad Lucillum.
Aude hoſpes cōtemnere opes: ⁊ te quoq͛ di-
gnū finge deo. Nemo alius eſt deo dignior q̄
qui opes cōtempſit. Et idem in libro de tran-
quillitate animi inducit exemplū ⁊ verba ze-
nonis. Zeno inquit noſter cū omnia ſua au-
diſſet ſubmerſa. Jubet me dixit fortuna expe
ditius philoſophari. Et Ualerius maximus
de Anaxagora dicit. ꝙ cū poſt longam peregri
nationez rediſſet i patriam omniaq͛ ſua diſ-
ſipata vidiſſet: retulit. Non eſſem ego ſaluus
niſi iſta periſſent. Et de Crate thebano dicit
Hiero. ad Paulinum ⁊ ponif.xij.q.ij.c. gloria
epi. Crates ille thebanus homo quondā di
tiſſimus: cū ad philoſophandū athenas per-
geret: magnū auri pondus abiecit: neq͛ puta
uit ſe poſſe ⁊ virtutes ⁊ diuitias ſimul poſſide
re. Et cōtra Jouinianū idem ſic loquitur. Le
guntur plurimi philoſophorū diuitias nō tan-
tū cōtempſiſſe: ſed etiam abieciſſe quaſi impe
dimentū ſapientie ⁊ virtutis. Fecit hoc So-
crates quem omniū philoſophoꝝ ſecte tanq̄
ſapientie ⁊ virtutis vnicum fontem veneran
tur. Et Lactan. lib. i. di. inſti. ait. Naz ⁊ abie
ciſſe quoſdā res familiares ſuas ⁊ renunciaſ-
ſe vniuerſis voluptatibus cōſtat: vt ſolaz nu
damq͛ virtutē nudi expeditiq͛ ſeq̄renť. Con
cludimus ergo per omnia dicta ꝙ diuites cū
q̄bus virtutes ſtare nō poſſunt eternam ſalu
tem nō habebunt. Sed cōtra obijci pōt.
Diciť enī ꝓuerb.xiij. Redēptio anime viri diui

tie ꝓprie. Et Eccli. xxvij. Propter inopiã multi deliquerunt. Et Saluſti⁹ in catilinario. Semper in ciuitate quib⁹ opes nulle ſunt bonis inuident: malos extollunt: vetera odere: noua exoptant: odio ſuarum rerum mutari omnia ſtudent. Et Ariſto. iiij. ethicorũ. Diuitie ſunt vtiliũ. Et. ij. rheto. Unũ aliquid neceſſariorum eſt ſubſtantia. Et idem. Omnis indigentia mala eſt. Et. i. poli. Res poſſeſſa organũ eſt ad vitam. Et. ij. poli. Confert multitudo ſubſtantie. Et in euangelio Luce. xix. de zacheo diuite ⁊ principe publicanorũ xp̃us dixit. Hodie huic domui ſalus a deo facta eſt. Et Matth. viij. Centurionem ſub ſe milites habentẽ non damnauit: ſed potius approbauit fidẽ eius dicens. Non inueni tantã fidem in iſrael. Reſpondeo ad hãc queſtionẽ ꝙ diuitie poſſunt haberi cũ peccato ⁊ abſq; peccato. Cũ peccato habentur triplici ratione.

Prima dicitur inordinate affectionis
Secunda impie iuſtificationis.
Tertia indebite diſpenſationis.

Prima ratio quare damnabiles ſunt diuitie dicitur inordinate affectionis: cũ quis ad illas inordinate afficitur: conſtituens in eis beatitudinis finẽ. Et ſic intelliguntur omnes auctoritates que videntur concludere ꝙ diuites ſaluari non poſſunt. ſcʒ quando diuitias diligunt tanq̃ ſummũ bonũ paruipendentes deũ. Unde in pſ̃. Diuitie ſi affluant nolite cor apponere. Et Seneca ad Lucillũ. Diuitiarum tibi poſſeſſionẽ non interdico: ſed efficere volo vt illas intrepide poſſideas. Qḋ vno conſequeris modo ſi te etiã ſine illis beate victurũ perſuaſeris tibi. Propterea Aug. lib. i. de ci. dei. c. x. ait. Cũ ap̃ls dixit. Qui volunt diuites fieri incidunt in temptationẽ ⁊c̃. profecto in diuitijs cupiditatẽ reprehendit: non facultatem, quã precipit alibi dicens. Precipe diuitibus huius mundi nõ ſuperbe ſapere: neq; ſperare in incerto diuitiarum: ſed in deo viuo qui preſtat nobis omnia abũdanter ad fruendũ. Et Hiero. ad Saluinã de Nebridio ⁊ viduitate. Nec diuiti obſunt opes ſi eis bene vtatur: nec pauperẽ egeſtas cõmendabiliorem facit ſi iter ſordes ⁊ inopiã peccata nõ caueat. Utrũq; nobis teſtimoniũ ⁊ abraam patriarcha ⁊ quotidiana exempla ſuppeditant. Quorũ alter in ſummis diuitijs amicus dei fuit. Alij quotidie in ſceleribus deprehenſi penas legib⁹ ſoluunt. De abraã inſuper idẽ ad Palmachiũ ita ſcribit. Diues erat abraã auro ⁊ argento: pecore: poſſeſſione: multãq; familiã habebat: ita vt ad ſubitũ nunciũ armare poſſet exercitũ iuuenibus electis. Et quattuor reges qui fugerant in Helan ſecutus occiderat: tamen poſt crebrũ hoſpitalitatis officiũ dũ homines non recuſat ſuſcipere meruit deũ. Hec ille. Damnatur ergo non diuitiarũ poſſeſſio: ſed illarũ nimius ſuperfluuſq; amor. Sunt aũt hec amoris vitioſi tria principalia ſigna. Primũ cum quis ſine rerum indigentia plus debito in diuitijs acquirendis ſe occupat ⁊ affligit. De q̃ dicitur Eccl̃s. iiij. Unus eſt ⁊ ſecundum non habet: non filium: non fratrem: ⁊ tamen laborare non ceſſat: nec ſatiantur oculi eius diuitijs. nec recogitat dicẽs. Cur laboro ⁊ fraudo animam meam bonis? In hoc quoq; vanitas eſt ⁊ afflictio peſſima. Secũdum ſignum ꝙ quis inordinate diligit diuitias eſt cum illas quibus ipſe non eget propter deum pauperibus diſpenſare recuſat. Et de hoc diffuſius loquemur in ſermone de elemoſyna. Tertium ſignum eſt cum quis ſe diuitiarum ſeruum facit. Nam ſunt nonnulli qui diuitias etiam ad proprium commodum neceſſitate vrgente expendere nolunt. Noui ⁊ ego Johannem fuſco venerabilis eccleſie ſancte marie maioris de vrbe canonicum ditiſſimum q̃ plura beneficia habentẽ: eratq; ei ſubſtantia multa. abundabat vino: frumento: armentis ⁊ pecunijs. Remãſerãt etiã ei argentea vaſcula: indumenta: panni: libri: ⁊ alia plurima bona quondam fratris eius cardinalis ſancti Marci. Ipſe tamen miſer ⁊ miſerior ceteris: auaricia victus panem ⁊ aquam ſepius comedebat. Mulam cui inſidebat ne famulũ precio detineret ipſe ſol⁹ gubernabat. Ad dormiendũ ſine lumine accedebat: calciat⁹ incultũ lectũ intrabat. Dũ infirmabatur vix poſt multos dies cũ mori iã timere inciperet: medicũ aduocabat. Ueſtes antiquas ⁊ laceratas deferebat. nec calorib⁹ aut frigore a labore poterat detineri. pro vno denario pauperes ſuffocabat. Semꝑ diſcurrebat: ſemꝑ circuĩbat anxius ⁊ ſitibũdus ad theſaurizandũ. Crudelis alijs: crudelior ſibi: inimiciſſim⁹ deo. O reprobanda conditio. O feralis natura. O deniq; rep̃hẽſibile malũ: amare plus diuitias q̃ deũ: q̃ proximũ: q̃ ꝓpriã animam: q̃ etiam ⁊ corporalẽ vitã. Propterea Seneca in libro de beata vita ait. Diuitie apud ſapientem virũ in ſeruitute ſunt: apud ſtultũ in imperio. Secunda rõ quare dãnabiles ſunt diuitie dicitur impie iniuſtificationis. quãdo aut iniuſte acquirunt̃ aut iniuſte poſſident̃. Tertia rõ dr̃ indebite diſpẽſationis quãdo diſpenſant̃ aut his q̃bus diſpẽſari nõ debent. ⁊ de hoc dicem⁹ in ſermone de elemoſyna: aut quãdo expẽdunt̃ ꝓdigaliter i his in q̃bus expendi nõ debent: vt in ſupflu is edificijs cõuiuijs ⁊ indumẽtis ⁊ ſimilib⁹. Abſq; pctõ habent̃ diuitie cum retinẽtur in vſum: nec ꝓpter illas offenditur deus aut proximus: ſed habent̃ aut per iuſta lucra acquiſite: aut per hereditariam ſucceſſionem: illiſq; homo vtit̃ moderate nõ cõſtituendo in eis finem vltimum.

Qḋ diuitie affligũt eos q̃ illas imoderate amãt labore timore atq; dolore q̃re poti⁹ ſũt ꝯtemnende q̃ diligẽde. Capl̃m II

S Ecundũ myſteriũ de diuitijs declarandum dr̃ cõditio. Reperiunt̃ ſiquidem in diuitijs cum plus debito diligunt̃ tres peſſime cõditiones.

Prima dicit̃ laboris.
Secunda dr̃ timoris.
Tertia dr̃ doloris.

Prima conditio dicit̃ laboris. Affligũt em̃ diuitie ſe diligẽtes triplici labore.

Primus dicit̃ mẽtalis.
Secundus corporalis.
Tertius conſcientialis.

Primus dicit̃ labor mẽtalis: quia mẽs eorum qui diuitias amãt: nunq̃ pot eſſe q̃eta: eo ꝙ cum in diuitijs ſatietatẽ querant illã in eis nunq̃ inueniũt. Propterea dicit ſapiens Eccl̃s. v. Auarus non implebit̃ pecunia. Et Hierony. ad Demetriadẽ ꝟginem. Diuitiarum amor inſatiabilis eſt. Et Ambro. xlvij. di. c. ſicut hi. Nec ſatietas vnq̃ nec finis adeſt cupiditati. ⁊ Boetius in. ij. Si quãtas rapidis flatibus incitus pontus ꝟſat arenas. Aut quot ſtelliferis edita noctibus celo ſydera fulgent. Tantas fundat opes nec retrahat manum pleno copia cornu. Humanum miſeras haud ideo genus ceſſat flere querelas. Et Seneca. ad Lucillum. Uidiſti aliq̃n canem miſſa a domino fruſta panis aut carnis aperto ore captantem. Quicquid excipit ꝓtinus integrũ deuorat ⁊ ad ſpem vẽturi hiat. Idem euenit nobis quicquid expectantibus fortuna proijcit id ſine vlla voluptate dimittim⁹: ſtatim ad rapinam alterius attoniti ⁊ erecti. Et idem ad eundem. Congerant̃ in te quicquid multi locupletes poſſident. Et vltra priuatum pecunie modum fortuna te prouehat auro tegat: purpura veſtiat. ⁊ ad hoc modus delitiarum et opum te perducat: vt terram marmoribus abſcondas: non tantum trahere: ſed calcare diuitias liceat. Accedãt ſtatue et picture: et q̃cq̃d ars vlla luxurie elaborauerit: maiora cupe ab his diſces. Naturalia em̃ deſideria infinita ſunt: ⁊ falſa opinione naſcentia: vbi deſinant non habent. Et Juuenalis. Creſcit amor nummi quãtum ipſa pecunia creſcit. Quid igitur prodeſt ei qui multas habet diuitias ſi non quieſcat vel contẽtatur Inquit enim Cicero in paradoxis. Contentum eſſe ſuis rebus maxime ſunt certiſſimeq; diuitie. Propterea magis diues eſt qui ſcit contentari in paucis q̃ qui in multis ſemper animo anguſtiatur ⁊ eget. Unde Seneca ad Lucillum. Breuiſſima ad diuitias per ꝯtemptum diuitiarum via eſt. Et iterum ad eundem. Qui cum paupertate bene conuenit diues eſt. Et iterum ibi de contemptu pecunie. Multa dicuntur ⁊ longiſſimis orationibus hoc precipitur: vt homines in animo non in patrimonio putent eſſe diuitias. cumq; locupletem eſſe qui paupertati ſue coaptatus eſt Et iterum ibi. Quid miraris? quid ſtupes? põpa eſt. Oſtendũtur iſte res non poſſidentur Ad veras potius te conuerte diuitias. Diſce paruo eſſe contentus. ⁊ illam vocem magnus atq; animoſus exclama. Habeamus aquam: habeamus polentam. Secũdus labor quo diuitie ſe diligẽtes affligunt eſt corporalis. Propterea ait Horati⁹. Impiger extremos mercator currit ad indos. Per mare pauperiem fugies: per ſaxa per ignes. Et ſapiens Eccleſiaſtes. ij. Cuncti dies eius doloribus ⁊ erumnis pleni ſunt. Tertius labor dicit̃ cõſcientialis. de quo Auguſtinus in ſermone de Innocentibus. Lucrum inquit in arca: damnum in conſcientia. Quiſnam explicet quot peccatis oneratur auarorum conſcientia miſera. Ob cupiditatem namq; fiunt rapine furta ſimonie violentie depdationis vſure. fraudes proditiones iniuſticie ⁊ vt ſic dicam omnia mala atq; facinora. Unde Uirgilius in p̊mo eneidos ait. Quid non mortalia pectora cogis? auri ſacra fames? quaſi dicat ad omnia mala. O voratrix animarum auaritia. o ardens ignis cupiditatis. O peſtiferum venenum ſalutis. Magna ſiquidem incredibiliſq; multitudo gentium ꝓpter auaritiam demergitur in infernum. Secunda conditio peſſima diuitiarum dicitur timoris. Cruciant nẽpe ſe diligentes timore continuo. Nam qui nimis ad diuitias afficitur ſemper eſt pauidus: timet inimicos: non min⁹ formidat amicos: non cõfidit in vxore non in filijs nec in

foꝛtiſſimis ſeris. Abſcondit ſepe aut in terra, aut intra muros p̄ timoꝛe pecunias. Terretur ad ſonitū venti: ad motū feneſtre: ad ſaltum muris: ſuſpicando ſemꝑ omnia latrones eſſe. In itineribus ei arboꝝ vmbꝛe terroꝛem incutiūt: ⁊ vbiq; ſemꝑ viuit ſuſpectus. Propterea exclamat Boetius in .ij. de cōſolatione dicens. O p̄clara opum moꝛtalium beatitudo: quam cū adeptus fueris ſecurus eſſe deſiſtis. Et Iuuenalis dicebat. Cantabit vacuus coꝛam latrone viatoꝛ. Propterea beatus Franciſcus paupertatem cōplexus: latrones nō timuit qui irruerunt in eum quando ibat in pꝛincipio cōuerſionis ſue de Aſſiſio verſus Eugubiū. Propterea de illo dñs Boñ. ſic dicit in reſponſoꝛio Dum ſeminudo coꝛꝑe laudes decantat gallice zelatoꝛ noue legis latronibus in nemoꝛe: reſpōdet ſic ꝓphetice. Preco ſum magni regis. Audit in niuis frigoꝛe ꝓiectus: iace ruſtice futurus paſtoꝛ gregis. Tertia cōditio diuitiarum dicif doloꝛ. Afficiunt nempe dolore incredibili ſe diligentes cū dimittuntur aut relinquuntur in moꝛte. Nam moꝛientes nihil de illis ſecum poꝛtare poſſunt. Unde Dauid in p̄s. Doꝛmierunt ſomnū ſuum: ⁊ nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis. Et Iob .xxvij. c. Diues cū doꝛmierit nihil ſecum afferet: aperiet oculos ſuos ⁊ nihil inueniet. Apꝑhendet eum quaſi aqua inopia. Et vt Grego. inquit .iij. moꝛal. Nunq̄ ſine doloꝛe perditur quod cū amoꝛe poſſidetur. Propterea qui diuitias eſtimant ſicut debent: ſi illas aut viuentes perdant: aut moꝛientes deſerāt: nō cōtriſtantur. Propterea Tullius in paradoxis ait de Biante prieneo. Nec nō illum laudo ſepe ſapientem qui nominaf vt opinoꝛ inter ſeptem cuius cū patriam pꝛiennem cepiſſet hoſtis ceteriq; ita fugerēt: vt multa de ſuis rebus ſecum aſpoꝛtarent: cū eſſet admonitus a quodā: vt idem ipſe faceret. Ego inquit facio. Nam omnia mea mecū poꝛto. Ille hec ludibꝛia foꝛtune: nec ſua putauit que nos etiam bona appellamus.

Cō. maligni ſunt diuitiarū amatoꝛes eo q̄ ſubijciunt ſe terre viliſſime ⁊ deuiant a regula omnis creature: efficiunturq; ſimiles idolatris. Capſm III

t Ertium myſteriū declarandum de diuitijs dicif malignatio. Eſt quidem peccatum malignū diuitias inoꝛdinate diligere, quia auaricia ab auri cupiditate nuncupatur. Grauitas autē eius apparet ex triplici ratione.

Primo rōne ſubiectionis.
Scḋo rōne deoꝛdinationis.
Tertio rōne idolatratiōis.

Primo apparet grauitas auaricie ratione ſubiectionis. Ut em̄ inquit Tho. ij. ij. q. cxviij. Omne peccatū ex hoc ipſo q̄ eſt malū in aliqua coꝛruptione ſeu pꝛiuatione alicuius boni cōſiſtit. Inq̄tum autem eſt voluntariū cōſiſtit in appetitu alicuius boni. Dupliciter ergo oꝛdo peccatoꝝ poteſt attendi. Uno modo ex parte boni quod per peccatū cōtemnitur vel coꝛrumpif, quod quāto maius eſt tanto peccatum grauius eſt. Et ſm̄ hoc peccatū quod eſt cōtra deum eſt grauiſſimū. Alio modo poteſt attendi grauitas peccatoꝝ ex parte boni cui inoꝛdinate ſubdif humanus appetitus: quod quāto minus eſt ac vilius tanto peccatum defoꝛmius. Inter omnia autē bona exterioꝛa minimū eſt et infimū quod ſpectat ad tempoꝛales diuitias. Nam ſi recte cōſideremus quid ſit argentū: quid aurū: quid gemme: quid iocalia quelibet p̄cioſa: quid domus, quid alta palatia: quid famuloꝝ turba: quid greges: quid armēta: quid deniq; omnia: que diuitie vocari ſolent: ꝑfecto inueniemus nō aliud eſſe p̄ter terram. Terra autē in oꝛdine creaturarū infimū habet locum atq; viliſſimum eamq; calcandā deus pedibus hominū dedit. Unde Hiero. ad Demetriadē virginē ait. In actibus apoſtoloꝝ quando domini noſtri ieſu xp̄i feruebat cruoꝛ, ⁊ recēs erat in credentibus fides: vēdebant omnes poſſeſſiōes ſuas: ⁊ ponebant p̄cia ad pedes apoſtoloꝝ: vt docerent pecunias eſſe calcandas. Propter hoc inſuper Seneca ad Lucillū ait. Nihil natura quo auariciā noſtram irritaret poſuit in aperto, pedibus aurū calcandum ac p̄mendū dedit, ⁊ quicquid eſt ꝓpter quod calcamur ac p̄mimur. Illa vultus noſtros erexit ad ſuperos: ⁊ quicquid magnificum mirūq; fecerat videri a ſuſpicientibus voluit: oꝛtus occaſuſq; ⁊ ꝓperantis mundi volubilem curſum tardos ſiderum inceſſus: ſi cōpares toti citatiſſimo: ſi cogites quāta ſpacia nunq̄ intermiſſa velocitate circumeant. Alia deinceps digna miratu ſiue per oꝛdinē ſubeunt: ſiue ſubitis cauſis mota pꝛoſiliunt: vt nocturni ignium tractus celi pateſcentes columnas ac trabes defectus ſolis: ac lune inuicem obſtantium: hec ſupra nos itura diſpoſuit. Aurum quidem ⁊ argentum quaſi male nobis committerentur abſcondit. Nos foꝛtune mala noſtra tradidimus nos in lucem per que pu-

gnaremus extulimus nec erubeſcimus ſumma apud nos haberi: q̄ fuerūt ima terrarum. hec ille. Scḋo apparet grauitas auaritie rōne deoꝛdinatōis. Deoꝛdinat ſiquidē auaritia homines vt peioꝛes fiāt qualibet alia creatura. Nam vt dicit Aug. Iudicium maximum diuine bonitatis eſt q̄ quelibet creatura cogitur dare ſeipam, auari ꝟo omnia vellēt appꝛopꝛiare ſibi. Cōtra quoꝝ parcitatē ⁊ crudelitatē ad ꝓximos dicemus in ſmone de elemoſyna. Tertio apparet grauitas auaritie rōne idolatratōis. Unde paulus Ephē. v. dic̄ q̄ auaritia eſt idoloꝝ ſuitus. qḋ ſm̄ Nico. d̄ lira intelligendū eſt ꝑ quādā confoꝛmitatē: q: ita ſe habet auarus ad nūmū: ſicut ad idola idolatra. ꝓpterea q: auari oēm ſpem ſuā ⁊ confidentiā ponūt in diuitijs. Hec eſt itaq; illa auaritia nequiſſima ꝑditionis mater: pietatis inimica: coꝛruptrix animarū: eſca diaboli: ⁊ materia oīs pc̄ti: quā qui ſequif eijcit a ſe xp̄m: qui nobis ſit ꝓpitius vt valeamus ſua grā terrena oīa conculcare atq; ad regna properare celeſtia: vbi ſanctis aſſociati bñdicemus xp̄m glioſum ⁊ laudabilē ꝑ infinita ſecula ſeculoꝛum. Amen.

Feria tertia poſt oculi de execrando ⁊ periculoſiſſimo pc̄tō ſimonie: ꝓpter quod non parum dānificaf atq; cōfundif oꝛdo eccleſiaſtice hierarchie. Sermo XLI

q Uecūq; ſoluentis

ſuper terram erūt ſoluta ⁊ in celo. Uerba ſunt redēptoꝛis noſtri oꝛiginaliter Mat. xviij. ⁊ in euāgelio hodierno. Contulit ſaluatoꝛ noſter miniſtris eccleſie et ſacerdotibus ſuis ineſtimabilē dignitatem cum fecit eos ſpūalium diſpenſatoꝛes. Ideo tanto grauius eſtimaf ſi quādo peccant eoꝝ delictum: quāto plura donoꝝ dei incrementa ſumpſerūt. Maxime autē damnaf i illis vitium ſimonie: quod ex auaritia pꝛocedere noſcitur. Illud ſiquidē eſt cauſa multoꝝ maloꝝ ⁊ confuſionis damnoſiſſime in eccleſiaſtica hierarchia. Ob eam cauſam in pꝛeſenti ſmone cōtra vitium ſimonie nōnulla erim⁹ diſceptaturi: de quo cōtemplabimur tria myſteria pꝛincipalia.

Pꝛimū dicif diffinitio.
Secundū inductio.
Tertium punitio.

Quid ſit ſimonia ⁊ vñ denoiaf: ⁊ quare eſt pc̄m graue: ⁊ quid intelligitur ꝑ ſpūale aut ſpūalibus annexum Capſm I

p Rimū myſteriū ꝯtēplādū de ſimōia d̄r diffinitio. Et Ri. in .iiij. di. xxv. ⁊ Tho. ij. ij. diffiniūt illā ſic. Simonia eſt ſtudioſa volūtas emēdi vel vēdēdi aliq̄d ſpūale vel ſpūali annexū. Que diffinitio cōtinef implicite in c. q̄ ſtudet. i. q. i. Pro clarioꝛe aūt declaratiōe notabimus tria.

Pꝛimo denominationem.
Secundo rationem.
Tertio determinationem.

Primo ꝯſiderem⁹ denoīatione. Nā ſimōia denoiaf a ſimone, de q̄ h̄r Act. viij. q̄ cum vidiſſet q: ꝑ impoſitionē man⁹ aploꝝ daretur ſpūſſanct⁹: obtulit eis pecuniā di. Date mihi hanc ptātē vt cuicūq; impoſuero man⁹ accipiat ſpm̄ſctm̄. Petr⁹ aūt dixit ad eū. Pecunia tua tecū ſit in ꝑditōē ⁊c. Sed nō videf q̄ ſit cōueniens iſta denoīatio: eo q̄ ſimon noluit vendere ſpūalia: ſed emere. Et vt habef .iiij. Reg. v. Giezi ſpūalia vēdidit Naamā ſyro. ergo nō magis debet dici ſimonia q̄ giezia.

Rñdet Ric. vbi. ſ. q̄ cōueniētius nominaf ſimonia q̄ giezia: q: vitiū tam emptionis q̄ vēditionis q̄tum ad voluntatē fuit in ſimone mago. Ad hoc em̄ voluit emere pecunia donum ſpūſſancti vt poſtea alijs vēderet. Si tñ diſtincte loq̄ volum⁹: poſſum⁹ vendentes ſpūalia appellare giezitas: ⁊ emētes ſimoniacos. Scḋo ꝯſiderem⁹ rōnē quare ſpūalium emptio ſiue venditio ſit illicita.

Pꝛima eſt ex parte vendentis.
Scḋa ex parte ementis.
Tertia ex parte venditionis.

Pꝛima ratio eſt ex parte vendētis: quia ille qui vendit ſpūalia non eſt illoꝛū dominus: ſed diſpenſatoꝛ. Unde .i. Coꝛinth. iiij. c. apoſtolus dixit. Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros xp̄i ⁊ diſpēſatoꝛes miniſterioꝛū dei.

Secunda ratio ex parte ementis. Ille qui emit rem multo minoꝛi pꝛecio q̄ valeat iniuſte emit. Sed ſpiritualia ſunt tante nobilitatis et perfectionis: et per conſequens valoris q̄ nulli pꝛecio tempoꝛaliū rerum poſſent adequari. Unde ⁊ de ſapiētia que eſt res ſpiritualis d̄r Prouerbioꝝ. viij. Melioꝛ eſt ſapientia cūctis opibus pꝛecioſiſſimis: ⁊ omē deſiderabile ei non poteſt comparari. Tertia ratio ex parte venditionis: quia qui vtif aliquo actu ad illud: ſeu alio modo q̄ oꝛdinauerit deus inique facit: ⁊ tanto peius quanto illud eſt in ſe dignius. Oꝛdinauit autem deus ſpiritualia gratis conferri debere hominibus per miniſtros eius, quod chꝛiſtus

declarauit dicēs Matth.x. Gratis accepiſtis gratis date. ſcʒ ſacramenta ⁊ alia ſpiritualia. Unde in cōcilio tolletano.i.q.i.c.quicquid.dr̄ Quicquid inuiſibilis gratie ɔſolatōe tribuit͛: nunꝙ̄ queſtib⁹ vel quibuſlibet premijs venū dari penitus debet, dicente dn̄o. Gratis accepiſtis gratis date. Et ſic colligitur ꝙ ſimonia propter dicta peccatū eſt mortale. Et ſuperadditur ratio ꝙ nullus debet excōicari niſi pro mortali peccato: vt dictū eſt in ſermone de inobedientia. Sed pro ſimonia dʒ quis excōicari. Un̄.i.q.i.c.quicunqʒ ſacros. dicit͛. Anathema danti.ſ.fiat ſm̄ gloſam anathema accipienti ſimonia. Tertio cōſiderem⁹ determinationē: quid intelligit͛ per ſpūalia aut ſpūalibus annexa. Et ſm̄ doctores ſpūalia dicunt͛ ſacra. ſcʒ baptiſmus: chriſma: euchariſtia: ordo: pn̄ia: extrema vnctio: ⁊ benedictio nuptiarū. pro quib⁹ dare pecuniā vel recipere vt preciū eoꝝ eſt prohibitū: qꝛ ſimonia. Annexa vero ſpūalibus dicunt͛. dedicatio eccl̄iaꝝ: conſecratio virginū: ⁊ aliarū rerū pertinentium ad cultū diuinū: bn̄dictio abbatū: abſolutō ab excōicatione vel alijs cenſuris eccl̄iaſticis. electio prelatoꝝ eccl̄iaſticoꝝ: cōfirmatio eoꝝ: renunciatio: viſitatio ipſoꝝ prelatoꝝ: correctio criminū: vel deſiſtere a correctione in iudicio eccl̄ie: cura aīarū ingreſſus religionis ſeu monaſterij: eccl̄ia ſeu beneficiū ſimplex vel curatū: prebēda: dignitas eccl̄iaſtica. vt archidiaconatus: prepoſitura: epiſcopatus ⁊ hmōi: officiū ſepulture vel locus eccl̄ie conſecrat⁹ ad ſepulturā vel vbi iam eſt ſepult⁹ aliqs. capelle: ius patronatus: ius percipiendi decimas. Officia eccl̄iaſtica vbi eſt aliquid iuriſdictionis ſpūalis: vt iconono m⁹: vicedomin⁹: ⁊ huiuſmodi. Ferre ſn̄iam in iudicio eccl̄iaſtico: ꝑmutatio dignitatis eccl̄iaſtice vel bn̄ficij ⁊ ſimilia. Paciſci ergo pro his ſimonia ē. Un̄ dicitur.i.q.ij.c.quā pio. Abſit ois pactio: ceſſet ois cōuentio. ſcʒ emptionis aut venditionis

Notandū tn̄ ꝙ ſi quis ſine pactione expreſſa vel exactione conferat aliquid ſpūale ſpiritualiter hac intentione vt propter illud recipiat tꝑale: puta audit confeſſionē: vel dicit miſſam: vel cōfert ordinē ſiue bn̄ficiū: ⁊ ſimilia. principal'r qꝛ ſperat propter hoc ſe habiturū pecuniā vel aliquod precium. Et ſimil'r q̄ dat tꝑale p̄ncipal'r vt recipiat ſpirituale, puta euchariſtiā: ordinē ſacrū: bn̄ficiū ⁊ hmōi: ſimoniā cōmittit mentalē que mortale eſt ſm̄ Richardū Tho. Ray. Hoſtieñ. ⁊ Inno. Sed talis ſimonia mentalis tollitur per pn̄iam, ex de ſimonia.c.mādato. Ubi aūt non ſit pactio vel exactio vel principalis intentio ad temporalia in collatione ſpiritualiū vel receptione: ſed gratis ⁊ elemoſynal'r detur aliquid ⁊ accipiatur ad ſuſtentationē nature vl' reuerentiā ſacramentoꝝ: vel ad ſeruandū laudabilē conſuetudinem: licite ⁊ ſine ſimonia dari ⁊ accipi pōt. Un̄ Greg.i.q.ij.c.ſicut epm̄. ait. Eius oblatio nullā culpe maculā ingerit que nō ex ambientis petitione proceſſit. Nec ſimoniaci ſūt tm̄ qui ſpiritualia vendunt vel emunt: ſ; etiā illi qui in his mediatores ſunt. quos eccleſia grauiter punit. ſicut patet.i.q.ij.c.ſicut epm̄.

Qō pecunia eſt materia inductiua peccati ſimonie: ⁊ quomodo pecunia accipitur multipliciter ⁊ multiplici munere. Capl'm. II.

Secundū myſteriū contemplandum de ſimonia dicitur inductio. Eſt nāqʒ huius ſceleris materia inductiua pecunia: ſumendo pecuniā large. vt in ſermone precedenti dictū eſt. pro omni eo quod poteſt tꝑaliter poſſideri. Poteſt etiā pecunia dici quicquid precio tēporali eſtimari poteſt ſeu menſurari. non ſolū pecunia numerata in monetis auri argenti ⁊ eris: vel ea que cōiter cōſueuerunt emi vel vendi: vt vaſa aurea vel argentea: aīalia: agri: ⁊ hmōi. ſed etiā preces ex quibus acquiritur fauor popularis ⁊ obſeqa tꝑaliter preſtita. Un̄ dicit Greg.i.q.i.c.ſunt nōnulli. Cū virū iuſtū ꝓpheta deſcriberet ait. Beatus qui excutit man⁹ ſuas ab omni munere. Quia aliud ē munus ab obſequio: aliud a manu: aliud a lingua. Munus ab obſequio eſt ſeruitus indebite impenſa. Mun⁹ a manu pecunia eſt. Munus a lingua: fauor. ſ. mūdanus. Et per quodlibet hoꝝ munerū cū interuenit in ſpūalib⁹ cōmittitur ſimonia. vt ibidē Greg. dicit. Et ad idē eſt.i.q.i.c.ſaluator. Urbanus ait. Quiſquis res eccl̄iaſticas.i.ſpiritualia que dei dona ſunt: non ad hoc ad quod inſtitute ſunt: ſ; ad propria lucra munere lingue vel indebiti obſequij: vel pecunie largiat͛ vel adipiſcatur: ſimoniacus eſt. Et quantū ad munus a lingua ſciēdū ꝙ ſi quis prelatus ɔfert bn̄ficiū eccl̄iaſticū ſeu dignitatē eccleſiaſticam: vel aliquod ſacr̄m ad preces alicuius hac intentione principali vt eius precibus conferenti laus vel fama acquiratur: vl' vt contrariū euitetur: ſimoniā cōmittit. Et ſi preces porriguntur ab aliq̄ ꝓ indigno de beneficio curato vel ſimplici: ⁊ ille qui porrigit ⁊ q̄ exaudit ſimoniā cōmittit: ſi ad preces ſactas principaliter mouetur. Si autē preces porri

elemoſynā iubet. Eſt adhuc elemoſyna ſub
p̄cepto legis poſitiue. ſicut ps. lxxxvi. diſtin. c
paſce. Tertia rō inducēs hoies ad elemoſy
nas liberaliter largiendum dr exemplaritas
Exemplum quidem habemus a deo ab āgelis
⁊ ab omni creatura vt cōmunicatiui eſſe de-
beamus. Deus quidē preter illam cōicatio-
nem intrinſecam que eſt in ꝓductione diui-
narū ꝑſonarū: voluit adhuc extrinſecus cōi-
care ſeipm in ꝓductione oīs create nature.
Unde Aug. in q̄onibus veteris teſti inquit.
Bonus eſt q2 fecit exiſtere q̄ non erāt. Et in

iij. de trini. Uolūtas dei eſt prima ⁊ ſumma cā
oīm ſpecierū ⁊ motionū. Nihil eñ fit qḋ de in
telligibili atq; aula ſūmi imꝑatoris non egre
diatur. Angeli inſup ſunt cōicatiui: q2 vt Dio
nyſiꝰ dicit in libro de ãgelica hierarchia. Per
angelos ſuperiores cōmunicanť gradatim ſe
creta myſteria dei angelis inferioribus. Oīa
etiam corpora celeſtia cōmunicāt influentias
ſuā corporibus inferioribus. Omnia tandem
que in celis que in terris ſunt: ſua beneficia
cōicant hoi rationali. vt ſic ⁊ ipē hō diſcat ho
mini ſe cōmunicare. Nā qui poteſt ⁊ non vult
eſſe beneficus: imanior atq; crudelior omni
belua eſſet habēdus. Quarta ratio inducēs
hoies ad promptā elemoſynarū largitionem
diciť ꝓprietas. Quicqḋ eñ fit pauperibꝰ ꝓpť
xp̄m: ꝓprie fit ⁊ ipi xp̄o. Un̄ Hiero. ad Nepo
tianū. Menſulā tuā paupes ⁊ ꝑegrini noue
rint: ⁊ tu cū illis xp̄m cōuiuā noueris. Et xp̄s
Mat. x. Qui vos recipit me recipit. Et Mat
thei. xxv. Quod vni ex minimis meis feciſtis
mihi feciſtis. Eſt de hoc exemplum in ſancto
martino. qui dum pauperi nudo partem chla
mydis ſue dediſſet: nocte ſequenti vidit xp̄m
illa veſtitum: audiuitq; eum dicentē. Marti
nus adhuc cathecuminus hac me veſte conte
xit. Quinta ratio eſt ſocietas. Eſt quidē ele
moſyna ſociꝰ fidelis: q2 aiam nūq̄ deſerit: im
mo ſibi fauet ⁊ aſſiſtit dū citať ante tribunal
eterni iudicis. Propterea legiť in vita Johā
nis elemoſynarij ꝙ fuit quidā thelonariꝰ di
ues valde: noie Petrus: hic paupibꝰ durꝰ: cū
ad domū ſuā accedebāt: eos furibūdus expel
lebat. Cū ergo ſemel pauperes inter ſe de eius
auaricia ⁊ illiberalitate colloquerenť: quidam
eoꝝ dixit. Quid vultis mihi dare ⁊ ego hodie
elemoſynā ab eo accipiā. Et facientibus cum
eo pactū: ad domū eius venit ⁊ elemoſynam
poſtulauit. At petrus domū rediens ⁊ paupe
rem pre foribus videns: cū eius famulus pa
nes ſiliginis in domū deferret: ille lapidē non
inueniens: panē vnū ex illis arripuit: ⁊ cū fu
rore pauperē ꝑcuſſit. Quē ꝓtinus accipiens
paup ad ſocios rediit. ⁊ ꝙ de manu eiꝰ elemo
ſynā accepit indicauit. Poſt duos dies infir
matus ad mortem diues ille vidit ſe ante iu
diciū ſtare: ⁊ mauros quoſdā ſup ſtaterā ma
la eius appendere. Ex altera aūt parte ſtatere
quidā dealbati triſtes ſtabant: eo ꝙ nihil qḋ
ibi apponerēt inuenire valebant. Tunc vnus
eoꝝ dixit. Uere nihil habemus niſi vnū panē
ſiliginis quē ante duos dies vi coactus dedit
quē dū ſuper ſtaterā poſuerent: equalitas vt ſi
bi videbať facta eſt. Dixerūt ei. adauge ad ſi
liginē hanc: alioqn mauri te apphendēt. Eui
gilans aūt ⁊ liberatꝰ dicebat papet ſi vna ſili
go quā ꝑ furorē iactaui ita ꝓfuit: quanto ma
gis oīa ſua bona indigētibꝰ elargiri. Et extūc
liberaliſſimꝰ paupibꝰ ſemꝑ fuit. Sexta rō in
ducens hoies ad elemoſynas ⁊ pietatꝭ opera
dť gratioſitas. Facit eqnidē elemoſyna habi
lem hoiem ⁊ idoneū ad dei grē ſuſceptionem.
Un̄ Act. x. tale ponit exēplū. Uir quidā erat i
ceſarea noie Corneliꝰ centurio cohortis que
dť italica. religioſus ⁊ timens deū cū oī domo
ſua: faciēs elemoſynas multas plebi: ⁊ depre
cans deū ſemꝑ. Is vidit in viſu manifeſte q̄ſi
hora diei nona angelū dei introeuntē ad ſe ⁊
dicentē ſibi. Corneli. At ille intuens in eū ti
more correptus dixit. Quis es dñe? Dixit au
tem illi. Oratōnes tue ⁊ elemoſyne aſcēderūt
in memoriā in cōſpectu dei. Et nunc mitte vi
ros in ioppen: ⁊ accerſi ſimonē quendā qui co
gnominať petrꝰ: hic dicet tibi quid te oporte
at facere. Obtinuit itaq; corneliꝰ elemoſynis
mediātibꝰ grām vt ad ip̄m baptizādū mitte
reť petrꝰ. Septima rō dť felicitas. Pro ipa
vtiq; felicitatē eterne vite ꝯſeqm̄. Un̄. i. Thi.
iiij. apl's ait. Pietas ad oia vtil' ē: ꝓmiſſionē
hñs vite q̄ nūc ē ⁊ future. Qḋ xp̄s declarauit
Matth. xxv. vbi ad regnū celorū vocaturum
ſe dixit eos qui miſericordie opa dilexerunt.

Qḋ ſeptē conditiones requiruntur ad hoc
vt elemoſyna debito modo fiat. Caplm. II.

ſ Ecundum myſterium declarandum
de elemoſyna dť conditio. In quo ex
plicāde ſunt ſeptē q̄litates ſiue ꝯdi
tiones q̄ notanť in ꝟbis zachei dicentꝭ Luce
xix. Ecce dimidium bonoꝝ meoꝝ dñe do pau
peribus. Ubi innuiť ꝙ elemoſyna debet eſſe

Primo prompta.
Secundo copioſa.
Tertio bona.
Quarto propria.
Quinto ordinata.
Sexto liberalis.
Septimo diſcreta.

Primo elemoſyna dꝫ eſſe ꝓmpta. ꝓpterea
dť ecce. q̄ſi dicat zacheꝰ ꝙ cū fieri pōt elemo
ſyna non eſt tardanda: non differenda: non
procraſtinanda: ſicut multi faciunt qui non
niſi poſt multas preces ⁊ diuturnum tempus
elemoſynas erogare volunt. Propterea dicit
ſapiens Prouerbiorum. iij. Nec dicas amico
tuo. Uade ⁊ reuertere. Cras enim dabo tibi
cum ſtatim poſſis dare. Et Seneca libro

ij. de beneficijs. Ingratū eſt beneficiū qḋ diu
inter dantis manus heſit. ⁊ vt ait Macrobiꝰ
lib. ij. ſaturnalium. Pars beneficij ē qḋ petiť
ſi cito neges. Uerūtamē ſatis rephenſibiles
ſunt qui mortē expectāt vt bona ſuperflua q̄
bus non egent paupibus tribuanť. Pro qbꝰ
facit ſapiens ꝟbum illud ſancte Lucie: q̄ ſue
matri dixit. Qḋ moriens das ideo das: quia
tecum ferre nō potes. Solet etiā deo ꝑmittē
te ſepius euenire ꝙ auarorū diuitū bōa que
poſt mortem in pias cauſas diſtribuere diſpo
ſuerunt rapianť ⁊ dilanienť ⁊ diſtrahanť a
parētibus a domeſticis a conſanguineis liti
gantibus ⁊ quādoq; ab extraneis ꝟſutis et
calliditate illa querētibus. Quare cōſulendū
eſt oībus quibus ſupabundant diuitie vt ve
lint ipſi ꝑ ſe collocare illas in celo: nec expecta
re vt poſt mortē id faciāt alij. q2 vt diximus
ſepe fallunť. Secūdo elemoſyna debet eē co
pioſa. ꝓpterea dixit zacheus: dimidiū. Unde
Tobie. iiij. Si multū tibi fuerit abundanter
tribue. Neq; timēda eſt paupertas ſi elemoſy
ne ample fiant. Non eñ deus vult ſupari ab
aliq̄ de liberalitate. ſic videri pōt exēplū de b̄
in. ij. dial'. li. de Bonifacio fundeñ. epiſcopo.
Cui ex paucis vuis vinum collectū pauperi
bus largienti illud miraculoſe multiplicauit
deus. Tertio elemoſyna dꝫ eſſe bona. i. ḋ bo
nis rebus non infectis aut marcidis. ꝓpterea
dixit zacheus: bonoꝝ. Quarto debet eſſe ele
moſyna ꝓpria: vt fiat de ꝓprijs bōis: non de
alienis: ideo dixit zacheus meoꝝ. Unde. i. q.
i. c. non eſt. Greg. ait. Non eſt putāda elemo
ſyna ſi paupibus diſpenſeť quod ex illicitis re
bus acquiriť. Glo. aūt ibi dicit. Non enim cā
pietatis faciēda eſt iniquitas. vt pꝫ. xiiij. q. v
ca. forte. xxxij. q. iiij. c. ſic nō ſunt. xxxiij. q. v. c
ſi dicat. xxvij. q. ij. c. ſi tu abſtines. xxij. q. ij. c.
ne quis. Et. xiiij. q. v. c. nolite. Aug. ait. Noli
te velle elemoſynas facere de fenore ⁊ vſuris
Et in. c. elemoſyna. Gre. ait. Elemoſyna redē
ptoris noſtri oculis illa placet que nō ex illici
tis ⁊ iniquitate congeriť. ſed que de rebꝰ con
ceſſis ⁊ bene acquiſitis impendiť. Quinto
elemoſyna debet eſſe ordinata. vt ſcꝫ fiat ꝑ
dei honore: ꝓximi ſalute: ⁊ ꝓpria vtilitatem
ꝑ vana gloria ac huius ſeculi pompa. Unde
zacheus addidit. Dñe. i. ꝓ tuo amore ⁊ hono
re. qui dicens ei elemoſynā facio. Propterea
xp̄s Matth. vi. dixit. Cum facis elemoſynā
noli tuba canere ante te: ſicut hypocrite faci
unt in ſynagogis ⁊ in vicis vt honorificenť
ab hominibus. Amen dico vobis receperūt
mercedē ſuam. Sexto elemoſyna debet eē
liberalis vt nō fiat ꝓ ſuſceptis ſeruitijs. Nam
ſunt plerīq; qui pauperes laborare cogunt: ⁊
poſtea illis nomine elemoſyne aliqd tribuūt
cum tamen merces laboris potius q̄ elemo
ſyna debeat appellari. ꝓpterea dixit zacheꝰ.
do id eſt non vēdo: ſed liberalr dono. Septi
mo elemoſyna debet eſſe diſcreta: vt detur
his qui indigent ⁊ nō his qui abundāt. Qḋ
dictum eſt ꝓpter illos qui habentes aut vici
nos aut attinētes qui paupertate ⁊ egeſtate
grauanť: elemoſynas faciunt ad exornādas
eccleſias aut eccleſiaſtica ornamēta ampliā
da. Qḋ nō damnamus: niſi dum fame perire
ꝑmittunť ꝓximi indigentes. Propterea dicē
Ambro. xij. q. ij. c. aurum. Aurū habet eccl'ia
non vt ſeruet ſz vt eroget ⁊ ſubueniat in neceſſi
tatibus. Quid eſt opus cuſtodire quod nihil
adiuuat. An ignoramus quātum auri atq;
argenti de templo dñi aſſyrij ſuſtulerūt. Non
ne melius conflat ſacerdos ꝓ alimonia pau
perum ſi aliqua ſubſidia deſunt. q̄ ſi ſacrile
gus contaminet ⁊ aſportet hoſtis. Nōne di
cturus eſt dñs. Cur paſſus es tot inopes fa
me mori. Et certe habebas aurū vnde mini
ſtraſſes alimoniā. Cur tot captiui in captiui
tatem ducti: nec redempti ab hoſte occiſi ſūt.
Melius fuerat vt vaſa viuentium ſeruaſſes
q̄ metalloꝝ. His nō potes reſpōſum referre
Quid eñ dices? Timui ne templo dei ornatꝰ
deeſſet. Reſpōdet aurum ſacramēta nō que
runt neq; auro placēt: que auro nō emuntur
Ornatꝰ ſacroꝝ: redēptio captiuoꝝ ē. Et vere
illa ſunt vaſa ꝓcioſa q̄ redimūt aīas a morte
Ille verꝰ theſaurꝰ ē dñi: q̄ opať qḋ ſanguis
eiꝰ operatus eſt. Et Hiero. ad demetriade ꝟgi
nē inqt. Alij eccl'ias edificēt: veſtiāt parietes
marmoꝝ cruſtis: ſi tibi aliud ꝓpoſitum xp̄m
veſtire in nudis: viſitare in languētibꝰ ⁊ ſub
uenire in oppreſſis. hec ille.

Qḋ ſeptē ſunt opa mie qbus neceſſitatibꝰ ꝓ
ximi eſt ſubueniendū Caplm III

e Ertiū myſteriū declarandum de ele
moſyna diciť diſtinctio. Diſtingui
tur equidē in elemoſynas ſpūales ⁊
corporales. Elemoſyne ſpūales ſunt cum dať
vel fit aliquid ſpūale ad ſubueniendū ſpūali
indigentie ꝓximi. Et continenť in hoc ꝟſu.
Conſule caſtiga doce ſolare remitte fer ora.
Elemoſyne corporales ſunt cum datur vel fit
aliquid corporale ad ſubuentionem corpo
ralis indigentie. Que ſunt ſeptem ⁊ continē
tur in hoc ꝟſu. Uiſito poto cibo redimo tego

colligo condo. ſcilicet.

Prima eſt viſitare infirmum.
Secunda potare ſitientem.
Tertia cibare eſurientem.
Quarta redimere incarceratum.
Quinta veſtire nudum.
Sexta recipere hoſpitem.
Septima ſepelire mortuum.

Et qm̄ corꝑales elemoſyne magis ſe offerūt et occurrūt neceſſarie: q2 multo plures ſunt q̄ corꝑalr̄ ꝙ qui ſpūalr̄ affligunť: iō corꝑales elemoſynas explicabimꝰ. Prima itaq3 elemoſyna eſt viſitare īfirmos ⁊ tribulatos. Et de hac ſapiens Eccl'i. vij. ait. Nō te pigeat viſitare infirmū. ex his em̄ in dilectiōe firmaberis. Et Jac. i. Religio munda ⁊ immaculata apud deū ⁊ p̄rem hec eſt: viſitare pupillos et viduas in tribulatōe eoꝝ. Unde ī vitiſpatrū. Frater quidā interrogauit quēdā ſenem di. Duo fratres ſunt quoꝝ vnus ieiunat ſex diebus multū laborās: alius ꝟo ſuit egrotantibus. Cuius opus magis acceptū eſt deo. Reſpondit ſenex. Si frater ille q̄ ſex diebꝰ laborans ieiunat appēdat ſe per nares nō poteſt eſſe eq̄lis illi qui infirmātibus deſeruit. Secundū opus mīe ſeu ſecūda elemoſyna ē potare ſitientē. Et de hoc xp̄s Mat. x. ait. Qui potum dederit vni ex minimis iſtis calicez aq̄ frigide tm̄ in nomine diſcipuli. Amē dico vobis non ꝑdet mercedē ſuam. Tertia elemoſyna eſt cibare eſurientē. Et de hac dr̄ Tobie iiij. Panem tuū cuz egenis ⁊ eſurientibus cōede. Quarta elemoſyna eſt redimere captiuos. Et de hac Eccl'i. iiij. Libera eum qui iniuriam patiť de manu ſuꝑbi. Quīta elemoſyna eſt veſtire nuduz. Et de hac Lu. iij. xp̄s dixit. Qui habet duas tunicas det vnam nō habēti. Sexta eſt colligere hoſpites. Hec autez hoſpitalitas multa bona facit. Primo ad ſuſceptionē gratie ꝑparat. Qd̄ figuratuz eſt Luc. vlti. in hoc ꝙ duo diſcipuli xp̄m cognouerunt cum eum ad hoſpitiū inuitaſſent. Secundo bona temporalia multiplicat. vt patet in illa vidua que heliam in hoſpitio ſuo ſuſcepit cui farina ⁊ oleum nō defecerūt. iij. Reg. xvij. Tertio a malo tempali ſuat. vt p3 ioſ. ij. in Raab que recepit nūcios. filoꝝ iſrael. et ideo a morte ſaluata eſt. Quarto xp̄3 recipit. Unde in vitiſpatrū legiť ꝙ quidā Martinꝰ noie monachus valde honorabilis in ſuo monaſterio viſitatiōis gratia ad aliud monaſterium tendebat. Pergens itaq3 leproſum quēdam in via volentē ad ſuū hoſpitiū redire et pre laſſitudine nō valentē repperit. Uir autē dei eiuſdem leproſi laſſitudinē miſeratus pallium quo veſtiebať in terrā ꝓtinus proiecit et expandit ac deſuper leproſum poſuit: eumq3 ſuo pallio vndiq3 conſtrictū ſuper humerum leuauit ſecumq3 reuertēs detulit. Cumq3 iam monaſterij foribus appropinquaret: abbas eiuſdē monaſterij magnis clamare vocibus cepit. Currite ⁊ ianuas monaſterij citiꝰ apite: quia frater Martinus venit portās dn̄m xp̄m. Statim ꝟo vt Martinus ad monaſterij portam peruenit: is qui leproſus eſſe putabať de collo eius exiliēs: ⁊ in ea ſpecie apparens q̄ recognoſci ab hoībus ſolz: ⁊ redemptor humani generis deꝰ ⁊ homo ieſus xp̄s ad celū Martino aſpiciēte rediijt: eiq3 aſcendens dixit. Martine tu nō erubuiſti me ſuꝑ terrā ego te nō erubeſcā ſuꝑ celos. Qui ſcīus vir mox vt eſſet monaſteriū ingreſſus ei patri monaſterij dixit. Frater Martine vbi ē quē portabas? Cui ille ridens dixit. Ego ſi ſciuiſſem quis erat: tenuiſſem pedes eiꝰ. Et narrabat: q2 dū eum portaſſet mīme pondus eius ſenſiſſet. Septia elemoſyna ē ſepelire mortuos. Et de hac diffuſius dicemus cū agemꝰ de pietate defunctoruz. Ergo benigno corde impendamus noſtris proximis pietatis opera vt ſic valeamus in hoc ſeculo acquirere dei gratiam: ⁊ in futuro ſempiternam gloriā: in qua viuit ⁊ regnat deus per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

Sabbato poſt oculi de ſimulato vitio adulationis quo ſepius phariſei vtebanť cū xp̄o loquentes. Sermo XLV

Dixerunt ei. Magiſter. Hec mulier modo dephenſa eſt in adulterio. Simulantiū phariſeoꝝ ꝟba ſunt iſta originalr̄. Joh. viij. et in euāgelio hodierno. Sequunť plurimi venenoſos mores virulētoſq3 modos ſcribaruz et pharieſoꝝ: qui xp̄m blāde reuerēterq3 magiſtrum vocātes: eius tm̄ doctrinam nō ſolum ſpernebāt: verūetiā alijs vilem ꝯtemptibilez exoſamq3 reddere ſatagebāt. Ipſorum autez veſtigia retinēt adulatores qui ſuis mellitis ꝟbis veritate neglecta falſitatez fouent. Ea propter in hoc ſmone de vitio adulationis pulchra quedā ⁊ vtilia aperiemus: de q̄ tria myſteria ſunt declaranda.

Primū dicif diffinitio
Secundum offenſio.
Tertium remediatio

Quid ſit adulatio: ⁊ q̄liter pōt q̄s qn̄q3 laudare aliquē cū merito: ⁊ qn̄q3 cū pctō. Cap. I.

Primū myſteriū declarandū de adulatione dicitur diffinitio. In quo q̄d ſit adulatio videamus. Et ex dictis Alex. in. ij. volumine ſumme pōt ſic diffiniri. Adulatio eſt peccatū ꝓueniēs ex ſermone vane laudis alicui facte intentiōe placēdi. Pro cuius declaratione notanda ſunt tria. videlz.

Primū notandū ſm Tho. in ſcripto ſuper libro quarto ethico. ꝙ circa humana colloquia per que maxime homines adinuicē conuiuūt ⁊ conuerſantur ſm nature ſue proprietatem reſpectu aliorum animalium que ſibi in cibis vel in alijs huiuſmodi cōicant: non aūt in colloquijs in quibus proprie conſiſtit conuictus humanus quoad delectare aliū vel contriſtare: triplex differentia reperiť. Quidā em̄ ſunt qui in ſuis colloquijs tenent mediū in laudādo vel contriſtando. ⁊ tales vocantur affabiles vel amici. Quidā vero alij ſunt qui tenent exceſſum in contriſtando: ⁊ defectū in delectādo. ⁊ tales agreſtes diſcholi vel litigioſi nominantur. Quidā vero alij ſunt qui tenent exceſſum in delectando ⁊ defectū in alios contriſtādo. ⁊ tales placidi vel adulatores vocantur.

Primo enim dico ꝙ quidā ſunt qui in ſuis colloquijs tenent mediū in delectando vel cōtriſtando alios: eo ꝙ tales delectant vel contriſtant alios ſicut oportet ⁊ quando oportet: ⁊ ſm alias circunſtantias. ⁊ tales ſunt laudabiles: ⁊ vocantur affabiles vel amici. Habēs enim hanc virtutem affabilitatis vl' amicitie quandoq3 laudat alios ⁊ delectat ſm ꝙ exigit debitus ordo neceſſitatis ⁊ rationis. Quandoq3 vero refugit delectare ⁊ eligit contriſtare. ⁊ hoc duobus modis. Uno modo ex parte ipſius qui contriſtat: puta ſi non ſit ſibi honeſtuz talia colloquia audire. vt cū aliquis loq̄ť verba turpia. vl' etiā ſi ſit ſibi nociuū: puta cū alius loquitur in detrimentū eius. Alio modo ex parte illius quē contriſtat: puta ſi dicat vel faciat aliquid quod ad propriā ipſiꝰ magnā inhoneſtatē pertineat. vel etiā ſi multū ſit nociuū. Secundo quidā alij ſunt qui tenent exceſſum in contriſtando alios ⁊ defectū in delectando. ſuperabundant em̄ in alios contriſtādo: ⁊ volunt contrariari omnibus que dicuntur vel fiunt ab alijs. ⁊ iſti agreſtes vocanť.

Tertio quidā alij ſunt qui in ſuis colloquijs tenent exceſſum in delectando ⁊ defectū in cōtriſtando. Hi em̄ in ſuis ſermonibus ⁊ in rebus alijs quibus cōicant ⁊ conuerſantur cuz alijs oīa que ab alijs dicūtur vel fiunt laudāt ſiue bona ſint ſiue mala ad hoc ꝙ delectabiles ſe eis exhibeant ⁊ in nullo contradicunt eis q̄bus conuiuunt ne eos contriſtent: exiſtimantes ꝙ oportet omnibus conuiuere ſine triſticia. Et tales ſi hoc non faciunt propter aliud niſi propter delectationē vocantur placidi vel placenteri. Si autē hoc faciunt propter adipiſcendā pecuniā vel quicquid aliud quod poteſt pecunia eſtimari: blāditores ſeu adulatores vocantur. Secundū notandū ꝙ cū adulatio conſiſtat in ſermone laudis alteri exhibite vt eſt dictū: ſic homo poteſt aliquē laudare bene ⁊ male prout ſc3 debite circunſtantie ſeruantur vel pretermittuntur. Nam poteſt aliquis ſm Tho ſcd̄a ſcd̄e. q. cxv. aliquē delectare laudando eū tripliciter. Primo vt deus honoretur. Secūdo vt proximus adiuuetur ne in tribulatione deficiat. Tertio vt virtus in ꝓximo augeať vl' vt etiā conetur in bono proficere. Tunc his tribus modis velle laudare aliquē vel velle placere quod eſt licitū ⁊ meritoriū ⁊ pertinet ad rationē amicitie vel charitatis: nec adulatio dici poteſt. Alio modo poteſt quis male laudare aliquē. Primo qn̄ laudat de aliquo ſibi dubio vel incerto. Un̄ Eccl'i. xi. Non laudes virū in ſpecie ſua. Ibi glo. Nec iuxta ſpeciē corporis exiſtimes qualitatē mentis. Secundo aliq̄s male laudat aliū quando laudat de futuro. Unde Eccl'i. xi. Ante mortē ne laudes quēq̄. Tertio aliq̄s male laudat aliū de illicito. ſ. qn̄ laudat de vitio. ſm illō pš. Laudatur pctō: ī deſiderijs aīe ſue. Uel ſm Alex. in. ij. ſumme pōt aliq̄s ꝑ adulationē laudari aut reſpectu mali: aut reſpectu boni. Reſpectu mali duobus modis. Primo laudando malū tanq̄ bonū. Scd̄o malū diminuendo. Reſpectu boni ſit ponendo ⁊ laudādo bonū eſſe qd̄ non eſt: aut augendo bonuz ⁊ laudando ipm magis q̄ ſit. Tertiū notandū ꝙ adulatio aliquando eſt peccatū veniale aliquādo mortale. Ueniale peccatū eſt tribꝰ rōnibꝰ ſm Alex. ⁊ Tho. Prima ratio eſt cū aliquis adulatur ſola auiditate alios delectandi ⁊ non intentiōe nocendi. Secunda eſt cū aliquis adulatur ſola intentione vitandi aliquod malū ſine alterius detrimēto. Tertia cū aliquis adulatur intentione conſequendi bonū aliqd̄ neceſſariū. Sed peccatū eſt mortale duabꝰ rōnibꝰ. Primo rōne criminis. cū ſc3 quis aliquez laudat de peccato. Talis agit cōtra charitatē ꝓximi: q2 prebet ei occaſionē in malo perſeuerandi. Ppterea Aug. ſuꝑ illo ꝟbo pš. Laudať pecca

tor ⁊c. ait. Hec eſt magna ira dei vt deſit correctio ⁊ adſit laudatio. Adulantiū eñ lingue ligant aīas in peccatis. Delectat eñ illa facere in quibus nō ſolū nō metuit̄ reprehenſor: ſ; etiam laudat̄ peccator. Scḋo adulatio eſt pctm̄ mortale rōne intentiōis, cū aliquis adulat̄ alicui hac intentiōe ⁊ fine vt fraudulēter ſiue corpaliter ſiue ſpūaliter ei noceat.

Qualiter ſe habet adulatio in cōparatione ad homicidiū ⁊ ad detractionem: ⁊ ad illū cui fit. Capitulū II

s Ecundū myſteriū cōtemplandu; de adulatiōe dicit̄ offenſio. In quo aperiendū eſt ꝙ grauiter offendit ⁊ peccat adulator. Et ad hoc clarius intelligendu; tria dubia diſputemus. Primū dubiū. Utrum pctm̄ adulationis ſit grauius pctō homicidij. Et rñdet Alex. ꝙ adulatio ⁊ homicidiū in grauedine ſe habent ſicut excedētia ⁊ exceſſa. Qḋ pt;, q: homicidiū eſt grauius pctm̄ adulatiōe duplici rōne. Prima eſt: q: lingua adulatoris nō nocet efficaciter ſicut gladius pſecutoris. Quod pt;, q: gladius pſecutoris effectiue occidit quaſi ſufficiēs cauſa mortis. Lingua autē adulatoris nō ita efficaciter nocet. q: nullus pōt eſſe alteri ſufficiēs cauſa peccandi. Ergo cū gladius perſecutoris ſit cauſa mortis efficienter. ⁊ lingua adulatoris ſit cauſa peccandi nō efficienter ſed occaſionaliter: ideo homicidiū eſt grauius peccatū adulatiōe. Secunda ratio eſt: q: malū irrecuperabile eſt grauius malo recuperabili. ſed nocumentū homicidij eſt irrecuperabile: nocumentū vero adulationis eſt recuperabile. ergo ⁊c. Ex alia vero parte adulatio eſt grauius pctm̄ homicidio: duplici rōne. Prima eſt. q: pctm̄ q̄to eſt magis nociuū in p̄cioſioribus rebus tanto grauius eſt. ſed lingua adulatoris plus nocet in p̄cioſioribus bonis. ſ. in bonis ſpūalibus ꝙ gladius perſecutoris qui nocet in corpalibus tm̄ ergo ⁊c. Secūda ratio eſt. q: peccatū q̄to occultius nocet ⁊ minus caueri pōt: tāto eſt grauius. ſed peccatū adulatiōnis occultius nocet. Magis eñ pōt caueri a manu perſecutoris ꝙ a lingua adulatoris. ꝗ ⁊c. Scḋm dubiū. Utrū adulator ita grauiter peccet ſicut ille cui adulatur. Rñdet Alex. vbi ꝯ duobus modis. Primo ſimpliciter ⁊ abſolute ſine aliqua diſtinctione: ꝙ ille qui adulat̄ alteri ⁊ nocet ei: plus peccat ⁊ plus nocet ſibi ꝙ illi cui adulat̄. Ratio eſt, q: ſibi nocet tanꝙ ſufficiens cauſa peccandi. Alijs autē nocet ⁊ eſt cauſa peccati occaſionaliter tm̄. Scḋo reſpondet̄ cū diſtinctione. Nam diſtinguendū eſt de illo cui aliquis adulatur. Aut eñ ille nō aſſentit adulationi: aut aſſentit. Primo cū quis nō aſſentit adulationi: tūc adulator peccat mortaliter ex intētione inducendi illum ad peccatū mortale q̄tum in eo fuit: licet ille adulationi nō aſſentiret. Secundo vero cū aliquis adulationi cōſentit ⁊ acquieſcit: tūc de tali diſtinguo. Quia eſt quidā q decipitur credendo adulatori plus de ſeipſo ꝙ ſibi. ⁊ talis cum decipit̄ ab adulatore: minus peccat ꝙ adulator. Eſt alius qui nō ſolum credit adulatori: ſed etiam fouet ipſum et ꝓcurat vt fiat adulatio. ⁊ talis plus peccat ꝙ adulator. Tertium dubiū. vtrum adulatio maius ſit peccatū ꝙ detractio. Reſpondet Alex. ꝙ detractio eſt grauius peccatū. Primo ex parte radicis: q: detractio ex deteriore radice ſurgit ꝙ adulatio. ſ. ex odio ⁊ ex inuidia, in quibus detractor ſimilitudine; diaboli tenet. Adulatio vero ex libidine placēdi ꝓcedit vel ex vanitate cordis. Secūdo detractio eſt grauius peccatū ꝙ adulatio ex parte finis: q: adulatio intendit magnificare nomen, detractio vero nitit̄ auferre vel deprimere nomen. vel adulator querit delectationē eius cui adulatur. detractor vero querit diffamationē eius cui detrahit. Sed neſcio quid dicā de adulatione quando tot inueniunt̄ adulatores: ⁊ tot etiam adulatoribus aures beniuolas accōmodantes: quo fit vt veritas cōculcetur: ⁊ malicia ſuperabundet.

De tribus remedijs quibus eſt vtendum vt euitent̄ fraudes ⁊ deceptiōēs adulatoꝝ. Capitulū III

Ertiū myſteriū declarandū de adulatione dicit̄ remediatio. Poſſunt eñ tria remedia ꝯ adulatores opponi.

Primū eſt deceptionis cōſideratio.
Secundū bone cōſcientie cōditio.
Tertiū ꝓprie miſerie inſpectio.

Primū remedium eſt deceptionis cōſideratio. Ab illo eñ ſemper cauendū eſt qui ſemper decipit. ſed oīs adulator eſt talis. Uñ Aug. ſuper p̄s. Adulatio eſt fallaci laude ſeductio. Et idem ſup p̄s. Plus perſequit̄ lingua adulatoris ꝙ manus perſequentis. Et Hiero. ſuper pſal. Nihil eſt qḋ tam facile corrumpat mentes hominū ſicut adulatio. Plus eñ nocet lingua adulatoris ꝙ gladius perſecutoris. Et Beda ſuper Lucā. Ipſa peccati nutrix adulatio eſt: que ſicut oleū flāmigata in culpa ardētibus ſolet adminiſtrare fomentū. Et Caſſiodorus in ep̄lis. Adulatio blāda oībus applaudit: oībus ſalue dicit: prodigos vocat liberales: auaros parcos: ſapientes laſciuos: curiales garrulos affabiles: obſtinatos cōſtantes pigros maturos ⁊ graues: hec ſagitta leuiter volat cito infigitur. Et Seneca ad Lucillum. Malū hoīem blande loquentē agnoſce tuu; laqueū eſſe. Habz eñ ſuū venenū blanda oratio. Et Prouerb. i. Si te lactauerint peccatores ne acquieſcas eis. Secundū remedium eſt bone conſcientie conditio. Nam bona conſcientia ſemper minus exiſtimat de ſe. Propt̄ea xp̄us Luc. xvij. dixit. Cū feceritis oīa que precepta ſunt vobis dicite: ſerui inutiles ſum⁹ quod debuimus facere fecimus. Et Aug. di. v. in. c. ad eius. Bonarū mentiū eſt ibi culpas ſuas cognoſcere vbi culpa non eſt. Tertiu; remediū contra adulationē eſt proprie miſerie inſpectio vel recognitio. Unde Greg. xi. q. iij. c. inter verba. ait. Inter verba laudantiu; ſiue vituperantiū ad mentem recurrendū eſt. Et ſi in ea nō inuenitur bonū quod de nobis dicitur: magnā triſticiā generare deb;. Et rurſus ſi in ea non inuenitur malū quod de nob. hoīes loquuntur: in magnā leticiā debemus proſilire. Et Seneca ad Lucillū. Intus teip̄; conſidera non qualis ſis alijs credas. Et idē ad Lucillū. Alexander cū in obſidione cuiuſdam vrbis circūiſſet muros: ictu ſagitte percuſſus cū repreſſo ſanguine ſicci vulneris dolor creſceret ⁊ crus obſtupuiſſet. Omnes inquit iurant me eſſe filiū iouis: ſed vulnus hoc me hoīem eſſe clamat. Uerūtamen hodie verificatur dictū Hieronymi ad ſabinianū: vbi ait. Naturali ducimur malo ⁊ adulatorib⁹ noſtris libenter fauemus. ⁊ ꝙꝙ reſpondeamus nos indignos ⁊ calidus rubor ora perfundat tamen ad laudē ſummā intrinſecus anima letatur. Idcirco vt dixi paulo ante. Languet veritas ⁊ iuſticia conculcatur: q: adulatio apud viros magnos ⁊ ſeculi huius potētes obtinet magnū locū. Abſtineamus igitur nos ab hoc damnabili vitio: vt mereamur in hoc ſeculo participes fieri diuine gratie: ⁊ in futuro ſempiterne glorie: in qua viuit glorioſus deus ꝑ infinita ſecula ſeculorum. Amen.

Dñica Letare in mane de ſacro cultu dierū feſtoꝝ illorūq; debita veneratōe. Ser. XLVI

e Rat primu; paſca dies feſtus iudeorū. Scribuntur hec verba Ioh. vi. ⁊ in euāgelio p̄ſentis dñice. Magnificat euāgeliſta miraculum factū a xp̄o dū ſatiauit ex paucis panib⁹ atq; piſciculis tot milia hoīm: ꝓpt̄ circūſtantiā diei feſti. Cū vero inter xp̄ianos ſacroru; dierū obſeruantia religioſa penit⁹ ſit extincta quib⁹ merito ꝯuenire pōt: qḋ Eſa. i. dñs ait. Kalādas vr̄as ⁊ ſolēnitates vr̄as odiuit anima mea. Facta ſunt mihi moleſta: laboraui ſuſtinens. Et cū extenderitis manus veſtras auertā oculos meos a vobis. Idcirco in preſenti ſermone pro reformatione preſentiū de feſtis erimus tractaturi: de quibus tria myſteria principalia declarabimus.

Primum dicitur approbationis.
Secundum determinationis.
Tertium obſeruationis.

Qḋ vſus ſacroꝝ feſtoꝝ approbat̄ ⁊ cōmēdat̄ a gētilib⁹: a iudeis: ⁊ a xp̄ianis. Capl̄; I

p Rimū myſteriū de feſtis declarandū dicit̄ approbationis. Nā ſunt multi aſſerentes vanū eſſe vl̄ inutile obſeruare ⁊ celebrare feſta: quibus feſtoꝝ vſum approbatum tripliciter oſtendemus.

Primo per gentiles
Secundo per iudeos.
Tertio per chriſtianos.

Primo oſtendimus vſum feſtoꝝ approbatū per gentiles. Ipi nanq; l; ſm errores ſuos feſta tñ ſolenniter celebrabant. Uñ Uarro in vltimo volumine rerū diuinarū narrat ꝙ romani p̄ma die ianuarij celebrabāt feſtū iani. Ian⁹ vero fuit quidā q regnauit in ptib⁹ illis vbi ē romana quo mons ianicul⁹ dict⁹ eſt. Et ex dictis Ouidij de faſtis colligit̄ ꝙ eodē mēſe celebrabāt feſtū minerue: q erat dea belloꝝ. Et ꝙ in februario habebāt feſtū dee felicitatꝭ. ⁊ feſtū Fauni quē dicebāt deū mōtiū. In martio agebāt feſtū martis dei belloꝝ. In aprili feſtū fortune: quā dicebāt deā. In maio feſtum dee flore q̄ fuit miniſtra veneris: ⁊ dicebatur hr̄e ꝑtātē ſup flores. Erāt eis ⁊ alia feſta que cā breuitatꝭ omitto. Pro qb⁹ dicebat Tibullus Luce ſacra requieſcat hum⁹ requieſcat arator. Et graue ſuſpenſo vomere ceſſet op⁹. Et Seneca ad Lucillū. Feſtis maxime dieb⁹ aīo imperandū eſt: vt tūc voluptatib⁹ ſolus abſtineat: cu; in illas oīs turba ꝓcubuit. Secundo oſtēdim⁹ vſu; feſtoꝝ approbatū eē ꝑ iudeos. Ipis eñ feſta cuſtodienda frequent̄ precipit de⁹. Uñ Leuit̄. xix. ait. Sabbata mea cuſtodite: ego dñs deus veſter. Et. xxvi. c. Ego ſum dñs de⁹ veſter. Cuſtodite ſabbata mea: ⁊ pauete ad ſanctuarium meum. Et Deutero. v. Obſerua diem ſabbati: vt ſanctifices eum. Et Exodi. xvi. c. de manna colligendo dixit.

Sex dieb⁹ colligite. in die aũt ſeptimo ſabba-
tũ eſt dñi. idcirco nõ inuenieſ. Et Hiere. xvij.
Sanctificate diẽ ſabbati ſicut precepi patri-
bus veſtris. Et Eſa. lvi. Omnis cuſtodiẽtẽ m
ſabbatũ ne polluat illud: ꝛ tenentẽ fedus meũ
adducã i montẽ ſanctũ meũ: ꝛ letificabo eos
in domo orõnis mee. Et Ezech. xx. Ego dñs
de⁹ veſter. In pceptis meis ambulate: ꝛ iudi-
cia mea cuſtodite ꝛ facite ea: ꝛ ſabbata mea
ſanctificate: vt ſit ſignũ inter me ꝛ vos: ꝛ ſcia
tis q: ego dñs. Pro declaratiõe tñ hui⁹ voca
buli ſabbatũ notandũ ꝙ aliter denominantur
dies a gentilibus: aliter a iudeis: aliter ab ec-
cleſia. Gentiles etenĩ denominant dies a pla-
netis. Et hoc dicit Albertus magn⁹ in ſuo in-
troductorio in aſtronomia. ꝙ ſapientib⁹ egy
ptijs ꝛ chaldeis viſum eſt ꝙ luna dñaretur
in prima hora diei lune. ideo diẽ illã voluerũt
denominare ab ipſa luna. Et ꝙ mars dñareſ
in prima hora diei martis. Et mercurius in
prima hora diei mercurij. Et iuppiter in pri-
ma hora diei iouis. Et ven⁹ in pma hora diei
veneris. Et ſaturn⁹ in prima hora diei ſabba
ti. Et ſol in prima hora diei dominice. Et ſic
ſm predictos ſeptẽ planetas ſeptẽ dies heb-
domade nominabãt. Hebrei denominabant
dies dicẽtes prima ſabbati. ſ. dñica die quaſi
die prima poſt ſabbatũ. Iuxta illud. Veſpere
aũt ſabbati que luceſcit in prima ſabbati. Et
ſequentẽ diẽ dicebant. ſecũda ſabbati. ꝛ ſic or-
dinate alios tertia ſabbati ꝛc̃. vſq͡ʒ ad ſepti-
mum diem quem appellabant ſabbatuʒ. Qd̃
ſm magiſtrũ in hiſtoria ſcholaſtica ꝛ Dama
ſcenũ interpretaſ requies: eo ꝙ illo die reque-
uit dñs ab oi ope qd̃ patrarat. vt habeſ Ge-
neſis. ij. Quandoq͡ʒ etiã apud Hebreos tota
hebdomada dicitur ſabbatũ. iuxta illud Luc.
xviij. Ieiuno bis in ſabbato. Septimũ tamen
diẽ pprie dicebant ſabbatũ quẽ ipi iudei alias
bant: ꝛ vltra iſtũ diẽ habebãt ipi iudei alias
ſolennitates. Eccleſia aũt denominat dies di-
cens diẽ dñicã. de quo pleni⁹ in ſequentib⁹ di-
cem⁹. ꝛ diẽ ſequentẽ ſecũdã feriã. aliũ tertiã.
aliũ quartã. aliũ quintã. aliũ ſextã. ꝛ ſequen-
tem diẽ ſabbati. Tertio oſtendim⁹ appro-
batũ vſum feſtorũ p xpianos. Nã ſctã mater
eccl'ia ſtatuit ſub pcepto aliquos dies feſtos
a fidelib⁹ celebrandos qui ponunſ p maiori
parte de ↄſe. di. iij. c. pnũciandũ. ꝛ ex de ferijs.
in. c. cõqueſtus. Hi ſunt oẽs dies dñici per to
tũ annũ. Natiuitas dñi. ſcti Stephani. Iohã
nis euãgeliſte. Innocẽtũ. ſcti Silueſtri. Cir-
cuncíſio dñi. Epiphania. Tres dies reſurre-
ctiõis. Aſcẽſio dñi. Penthecoſtes cũ duobus
dieb⁹ ſequentib⁹. Quattuor ſolẽnitates prin
cipales btẽ marie virginis. ſ. natiuitaſ: puri-
ficatiõis: annũciatiõis: ꝛ aſſumptionis eius.
Natiuitas Iohãnis baptiſte. duodecim aplo
rũ. ſcti Laurẽtij. dedicatiõis ſcti Michaelis.
oium ſctõꝝ. ꝛ ſcti Martini. Celebrande ſunt
etiã ille feſtiuitates quas ſinguli epi cum ſuo
clero pplo indixerint celebrãdas. Inſuper de
ↄſe. di. iij. in. c. crucis. ſtatuit Euſebi⁹ ꝙ feſtũ
crucis in tertia die maij ſolẽnniſ celebreſ. In
clemẽtina vero. Si deum. de reli. ꝛ vene. ſan.
mandatur celebrari feſtũ corpis xpi. Sunt ꝛ
alia feſta per cõſuetudinẽ eccl'ie toti⁹ introdu
cta. ſicut ſancti Nicolai. ſcti Anthonij abbis.
ꝛ quedã alia que ſm morẽ patrie celebranda
ſunt. Quare religioſus laudabiliſq͡ʒ appare
ſanctorum feſtorum vſus.

Quare ſabbatũ mutatũ eſt in dominicam:
ꝛ cur alia feſta ſunt ſuperaddita: ꝛ de peccato
illoꝝ qui feſta non cuſtodiunt. Caplm. II.

Secundũ myſteriũ de feſtis declaran
dum dicitur determinatio. In quo
determinare dubitare contingit cir
ca quedaʒ non imerito aperienda: ꝛ maxime
vt iudeis nos reprehendentibus reſpondere
valeamus. Dubitatur ergo de tribus.

Primo de ſabbati mutatione.
Secundo de feſtorum additione.
Tertio de peccato ꝛ offenſione.

Primo dubitaſ de ſabbati mutatione. Nã
vt pʒ ex dictis deus mãdauit ſabbatũ cuſtodi
ri. Exodi inſuper. xx. dixit. Memento vt dieʒ
ſabbati ſanctifices. Dicunt ergo iudei. Cur ec
cleſia ſabbatum mutauit in dominicam? Re
ſpondet Alexander de halis in tertio volumi
ne ſumme ꝙ hoc factum eſt iuſte ꝛ ſancte p
pter tria.

Primo propter declarationem myſterio
rum.
Secundo propter excluſionem errorum.
Tertio propter multitudinẽ priuilegiorũ.

Prima rõ eſt ppter declarationẽ myſterio
rũ. Nã aſſignatio ſeptime diei ẽ pure cerimo
nialis. ꝛ oẽs cerimonie veteris leg: vt dixim⁹
in ſmõe de obediẽtia deũ vmbra erãt ꝛ figura
legis gr̃e ꝛ euãgelij. Scd̃m aũt Aug. in. iiij.
ſup Gen. ad lr̃am dici pbabiſr põt obſuãdũ
ſabbatũ iudeis fuiſſe pceptũ in vmbra futu
ri que ſpiritualẽ requiẽ ſignificabat. cui⁹ quie
tis ipſe dñs ieſus xpus: qui non niſi quando
voluit paſſus eſt: in ſepulture ſue myſterium
cõſummauit. Cũ ergo p ſepulturã xpi figura

ſit adimpleta: nõ eſt amplius neccarium dieʒ
ſabbati cuſtodire. q̃nimmo ſolenniſare. i. in
ſabbato feſtũ facere more iudeoꝝ phibituʒ ẽ
et pctm̃. Unde de conſe. di. iij. c. puenit. Gre-
gorius ait. Peruenit ad me quoſdam puerſi
ſpũs hoies: praua inter vos aliqua ꝛ ſcẽ fidei
aduerſa ſeminaſſe. Ita vt i die ſabbati aliq̃d
operari phiberent: quos quid aliud niſi anti
xpi pdicatores dixerimus? qui veniens dieʒ
ſabbatũ atq͡ʒ dñicum ab omni faciet opere cu
ſtodiri. Quia enĩ mori ſe ꝛ reſurgere ſimulat
haberi vult in veneratione dñicum diem. Et
q: pplm iudaiʒare cõpellit: vt exteriorẽ rituʒ
legis reuocet: ꝛ ſibi iudeoꝝ pfidiam ſubdat:
coli vult ſabbatũ. Secũda rõ quare non ſer
uatur ſabbatũ ſed mutatuʒ eſt in dñicam: eſt
ppter excluſionẽ erroꝝ. Nam gentiles dñica
die conſueuerãt colere ꝛ adorare ſolẽ. Ut ita
q͡ʒ ab hoc errore retraherẽſ ſancta mater ec-
cleſia ſtatuit diem dñicũ ſanctificandũ. Ter
tia rõ quare ſabbatũ mutatuʒ eſt in dñicam:
eſt ppter multitudinem puilegioꝝ. Ut enĩ dr̃
lxxv. di. in. c. quod die dñico. Dies dñica tanq̃
diuinarũ diſpenſationũ myſterijs eſt ↄſecra-
ta: vt quicquid a dño inſigne eſt conſtitutũ:
in huius diei dignitate ſit geſtũ. In hac mun
dus ſumpſit exordiũ. In hac p reſurrectionẽ
ꝛ mors interitũ: ꝛ vita cepit pncipiuʒ. Et de
ↄſe. di. iij. c. ſabbato dr̃. Diem dñicam ob ve-
nerabilem reſurrectionẽ dñi noſtri ieſu xpi:
nõ ſolũ in paſca celebramus: verũetiam per
ſingulas quaſq͡ʒ hebdomadas ipi⁹ diei ima-
ginem frequẽtamus. Colliguntur enĩ duodeci
puilegia diei dñice. Primũ eſt quia fuit pma
oim dierum. Scd̃m q: erit vltim⁹ dies pſen
tis vite in ſeculi huius fine. Tertium eſt quia
illã nulla preceſſit nox. Quartũ q: ſicut infra
patebit: nulla ei nox ſubſequeſ. Quintũ q: in
ea creauit celum ꝛ terrã deus. Sextũ quia in
ea oẽs angeli a deo creati ſunt: ꝛ boni i celo
glorificati fuere: ꝛ mali de celo expulſi ſunt.
Septimũ q: ſm Oroſium in die illa pmo p
cepta ſunt data filijs iſrael. Octauuʒ quia in
illa die incarnatus eſt xp̃s. Nam vt teſtatur
magiſter hiſtoriarum. Et die qua dixit deus
fiat lux. viſitauit nos oriens ex alto. et xp̃us
incarnatus eſt. In huius myſteriũ ꝛ figuraʒ
datum fuit manna in dominica die. ſicut ait
Origenes ſuper exodum. Nonum quia i die
dominica chriſtus deſtructis iferni clauſtris
captiuam ducens captiuitatem ac ſanctoruʒ
animas de limbo eripiens triumphaliter ſur
rexit a mortuis. Decimum quia in dominica
die erit reſurrectio mortuorum: ꝛ reddet vni
cuiq͡ʒ iuxta opera ſua. Undecimum q: in die
dominica ſpiritusſanctus in linguis igneis
miſſus eſt in apoſtolos. Duodecimũ quia in
dominica die erit initiũ ꝛ cõtinuatio ſine fine
laudum dei ꝛ domini noſtri ieſu chriſti. Se
cundo dubitatur de feſtorum additione: cur
videlicet ſuperaddita ſĩt vltra diẽ dñicũ alia
feſta. Et aſſignari põt triplex rõ.

Prima diciſ confutationis
Secunda gratificationis
Tertia imitationis.

Prima ratio diciſ confutationis. Super-
addita ſunt ſanctorum feſta vt confutaretur
error eorum qui dixerunt ante diem iudicij
animas ſanctorum non conſcendere celum.
Ad oſtendendũ ꝙ tales mentiunſ ſtatuit ec
cleſia ſanctorum ſuffragia ꝛ patrocinia in eo
rum ſolẽnitatibus implorari: predicãs ꝛ con
teſtans illos in celo regnare cum chriſto. Ad
hunc etiam errorem eliminandũ eccleſia can
tat. Gaudent in celis anime ſanctoꝝ qui xpi
veſtigia ſunt ſecuti. Quod etiã colligi poteſt
ex dictis ſcripture atq͡ʒ doctorum ſanctorum
Nam Luce. xxiij. xp̃us dixit latroni. Hodie
mecũ eris in paradiſo. Et glo. ſup illo verbo
Luce. xi. Pueri mei mecum ſunt in cubili. ait
Pueri ſunt apoſtoli qui ſunt in eterna requie
Et Gregorius in. iiij. dialog. Iuſtorũ anime
mox vt huius carnis clauſtra exeunt in cele-
ſtibus ſedibus recipiunſ. Et extra de celebra
tione miſſarũ. c. cuʒ marthe. §. tertio loco. di
citur. De ſanctis omnibus ſentiendum eſt ꝙ
non indigeãt orationibus noſtris pro eo ꝙ
cum ſint perfecte beati omnia eis ſuccedunt
ad votum. Et extra de baptiſmo ꝛ eius effe-
ctu. c. debitũ. ſcribiſ ſic. Iudeus ſeipſuʒ bapti
ʒans ſi cõtinuo deceſſiſſet ad patriam protinus
nus euolaſſet. Et de penitẽtia diſtinctõe. vij.
ca. qui egerit diciſ. Quicunq͡ʒ bene poſt pe-
nitentiam vixerit ſicut ante penitentiã viue-
re debuit poſt reconciliationem quandocũq͡ʒ
defunctus fuerit: ad deum vadit: ad requiem
vadit ꝛ regno dei non priuabitur. Secũdo
ſuperaddita ſunt alia feſta propter gratifi-
cationem. Nam ex debito gratitudinis com-
memorare debemus beneficia nobis collata
ſicut ſunt beneficia natiuitatis: paſſiõis: aſcẽ
ſionis: ꝛ conſimilium feſtiuitatum. In ſolen-
nitatibus etiam beate Marie virginis feriã
dum eſt ppter ſummas perfectiones quas in
ſe habuit propter innumeras gratias quas
ipa impetrante ſuſcipimus. Ceteras vero ſo

lennitates ſanctoꝝ quas ſtatuit eccleſia ca-
tholica celebrari: obſeruare inſup obligamur
quia ⁊ ipſi impetrãt nobis miam dei. Unde
dauid in ps. ait. Leuaui oculos meos in mõ
tes, vnde veniet auxilium mihi. In mõtes. i.
in ſanctos. Tertia rõ quare vltra diem do-
minicum ſupaddita ſunt feſta ſanctorum eſt
ꝓpter imitationẽ. Ut in eoꝝ ſolẽnitatib⁹ illo
rum geſta recolẽtes: conemur eos quantum
poſſumus imitari. Ideo Aug. in ſermone de
martyribus ait. Quotieſcũqꝫ fratres chariſſi
mi ⁊c. ſanctoꝝ martyꝝ ſolẽnia celebram⁹: ita
ipſis intercedẽtibus ſpectemus a dño conſe-
qui temporalia beneficia: vt ipos martyres
imitando accipere mereamur eterna. Ab eis
eñi in veritate ſctõꝝ martyꝝ feſtiua gaudia
celebrant: qui ipſorum martyrum exempla ſe
quunt. Solennitates eñi martyꝝ exhorta-
tiones martyrioꝝ ſunt: vt imitari nõ pigeat
quod celebrare delectat. Sed nos volumus
gaudere cum ſanctis ⁊ tribulationes mundi
nolumus ſuſtinere cum illis. Qui ei ſanctos
martyres vel inꝗtum potuerit noluerit imi-
tari: ad eoꝝ beatitudinẽ non poterit ꝑuenire

Tertio dubitat de pctõ ⁊ offenſione. Utruꝫ
peccent mortalr non ſuantes feſta. Et reſpõ
deo ꝙ ſic: quia faciũt contra preceptum dei.
Hinc eſt ꝙ in veteri lege vt habet. Nume. xv
Cum inuẽtus eſſet homo colligẽs ligna i die
ſabbati: ꝑ Moyſen ⁊ Aaron reduſus eſt in
carcerem. Dixitqꝫ dñs ad Moyſen. Morte
moriat homo iſte: obruat eũ lapidib⁹ omnis
turba extra caſtra. Cũqꝫ eduxiſſent eũ foras
obruerũt lapidibus: ⁊ mortuus eſt ſicut pre-
ceperat dominus. Põt tamẽ aliquis ſi labo-
rat aut aliquid aliud faciat diebus feſtis ex-
cuſari a pctõ ꝓpter tria. Primo ꝓpt nccitatẽ
vt patꝫ extra de ferijs. c. cõqueſtus. Et i glo.
ibi ſuper verbo neceſſitas vrgeat dicit. puta
ſi res eſſꝫ peritura. Et ſunt plura exempla. ff.
de ferijs. l. i. ij. et. iij. Et vbi res celeritatẽ deſi
derat. ff. de damno infec. l. i. Secundo excu
ſantur laborãtes in feſtis ꝓpter pietatẽ. pu-
ta ſm glo. in preall. c. cõqueſtus. cã debilium
perſonarum: quia in operibus miſericordie
dierum diſtinctio non eſt habenda. vt patet
lxxvi. diſtin. vtinam. ⁊ de conſe. diſtin. v. ca.
nunꝗ. Tertio excuſant laborantes diebus
feſtis ꝓpter modicitatem, quando ſcilꝫ opus
modicum eſſet ⁊ paruũ. quia ſm theologos
Qḋ modicum eſt ratio apphendit quaſi ni-
hil. Sed quis explicet quãtus in xpianis cir
ca feſtoꝝ ſanctificationeꝫ inueniat abuſus:

Nam cupiditate ⁊ auaritia ducti: diebus fe-
ſtis mercata frequentant ⁊ nundinas. quod
ꝓhibetur in. c. i. extra. de ferijs. Nõnulli etiaꝫ
abſqꝫ neceſſitate vendunt ⁊ emunt: miſſas ⁊
alia officia negligentes conducunt merces i
curribus equis ⁊ mulis: ⁊ faciunt alia opera
ſeruilia non ſine peccato. Nec illud peccatuꝫ
leue putandum eſt: quo ingratus ⁊ miſer ho
mo dedignatur reddere deo partem tempo-
ris ſibi conceſſi.

Qualr feſta ſuãda ſunt cũ deuotõe cordis
oris ⁊ opis: quod tñ a xpianis mltis nõ fit
imo videt ꝯrium. Caplm III

Ertium myſteriũ de feſtis dicit ob-
ſeruationis. Obſeruanda ſunt feſta a
fidelibus cum omni deuotione: ac
ſanctificanda tripliciter.

Primo corde.
Secundo ore.
Tertio opere.

Primo ſunt ſanctificanda feſta corde. vt
vnuſquiſqꝫ memor ſit dei ⁊ beneficioꝝ eius.
Nam in ꝑcepto ſolo de ſanctificatione ſabba
ti poſitum eſt hoc vocabulũ memento: ad de
notandũ ꝙ tali die ad ſpũalium cõtemplatio
nẽ animus ſit reuocãdus. Hinc Iſidorus ait
Purgandus eſt ꝑmo animus atqꝫ a tempo-
ralium rerum cogitationibus ſegregandus:
vt pura acies cordis ad deum vere ⁊ ſimplr
dirigat. Optima aũt eſt regula a nobis tra
dita in tractatu de virtutibus ⁊ in ſmone de
prudentia. i qua ponuntur ſepteꝫ de quibus
vnuſqſqꝫ memor eſſe debet. Inſup ſm qſdaꝫ
cuꝫ ꝑceptũ de ſanctificatione feſti ſit affirma
tiuum ⁊ obliget ſemp: ſed nõ ad ſemp: tenet
homo ex debito die dñico vel ſemel in hebdo
mada deo vacare atqꝫ deũ recognoſcere i ali
qua hora: lꝫ nõ in qualibet: aliter peccat mor
taliter. Proinde qui eſt in mortali culpa ⁊ nõ
conteritur: vel dat operam vt conterat i die
dominico: de nouo mortaliter peccat: q2 traſ
greditur diuinũ preceptuꝫ quo precipit die-
bus dominicis eſſe vacanduꝫ deo. ⁊ maxime
conteri oportet congruis horis: vt puta dum
d2 miſſa vel dicunt veſpe. Tenent aũt ad ꝓ
poſitum confitẽdi ⁊ ſatiſfaciendi loco ⁊ tem-
pore opportuno. Quod qui non ſuat nouaꝫ
incurrit culpã trangreſſionis precepti de ſan
ctificatione ſabbati atqꝫ obſeruatione in pro
pria culpa. Secundo feſta ſunt ſanctifican-
da ore: vt in ipſis oremus ⁊ laudemus deuꝫ
ſibiqꝫ de ſuſceptis beneficijs gratias refera-
mus. Unde de conſe. di. iij. c. ieiunia dicitur,

Die dñica nihil aliud agendum eſt: niſi deo va
candum. Nulla operatio in illa die ſancta aga
tur: niſi tñ hymnis ⁊ pſalmis: ⁊ canticis ſpũa
libus: dies tranſigat. Tertio ſanctificanda
ſunt feſta opere viſitando eccleſias: audiẽdo di
uina. De auditione vero miſſarũ dicam diffu
ſius in ſermõe de miſſa. Sed ve mũdo a ſcan
dalis, q2 xpiani diebus feſtiuis magis inho-
norant deũ ⁊ ſanctos ꝙ diebus alijs. O quot
pompis: quot vanitatibus: quot fatuoſitatib⁹
in diebus feſtiuis ornat corpus: ⁊ cõfundit
ſpiritus. Tunc quidẽ felicior eſt qui exquiſito
ri exceſſu bellum ordinat cõtra deum. Tũc mu
lieres emula cõcertatione inſano ſtudio ac co
natu altera alteram in vanitatibus ſuperare
cõtendit. Tunc geſtant ſtellas ac laminas au
reas vel argenteas vario fulgore ſplẽdentes:
necnõ perlatũ torques cingentes collũ: ⁊ ſimi
lia. Tũc in eccleſijs dei mala plurima perpetrã
tur. Tũc inſiſtunt hoies ꝓhibitis ludis. Tunc
mulieres choreis vacant ⁊ diſſolutionibus.
Propterea d2 de cõſe. diſ. iij. c. irreligioſa. Irre
ligioſa ꝯſuetudo eſt quã vulgus ꝑ ſanctoꝝ ſo
lennitates agere cõſueuit. Populi qui deberẽt
officia diuina attendere: ſaltationibus turpi-
bus inuigilant: cantica nõ ſolum mala canen
tes: ſed etiam religioſoꝝ officijs perſtrepunt.
Sunt ⁊ alia plurima que cõmitti ſolent tem-
poribus deo ac ſanctis dicatis. Nos vero co-
nemur ab illis oĩbus abſtinere: ſolẽnitateſqꝫ
ſacras reuerenter ac debite celebrare: ſicqꝫ im
petrabimus in hoc ſeculo dei grãm: ⁊ in futu-
ro ſempiternã gloriã. ad quã nos ille ꝑducat
ꝗ viuit ⁊ regnat in ſecula ſclꝫoꝝ. Amen.

Dominica letare. de pietate quã viui exhi
bere debent mortuis ac defunctis.

Sermo XLVII

Ecepit ergo ieſus
panes: ⁊ cũ gratias egiſſet diſtri-
buit diſcũbentibus. Scribunt hec
verba Ioh. vi. c. ⁊ in euãgelio hodierno. Qui
de celo deſcendit in vterũ virginis ſola charita
te motus: ipſe verbo pariter ⁊ exemplo docu-
it nos ſuper omnia erga noſtros ꝓximos be-
niuolentiam: pietatẽqꝫ ſeruare. Ecce in ꝓn-
cipiu eſt ſacra lectio euangelica in qua narrat
ꝙ benigne: ꝙ clementer famelicam turbam
xps pauit in deſerto. Nos vero ſi regni eius
ac beatitudinis voluerimus participes eſſe de
bemus ꝗtum poſſumus. ꝓximorum noſtro-
rum indigentiam: miſeriãqꝫ releuare. Qm̃ au
tem circa defun ctos multi ſunt inhumani ac

ꝗ crudeles, cum in ſuperioribus dixerimus
de miſericordia viuis exhibenda: idcirco in ꝑ
ſenti ſermone de pietate que mortuis atqꝫ de-
functis debet erimus locuturi. Diſtinguemus
vero hãc in tres ptes principales.

Prima d2 ſepulture exhibitio.
Secũda teſtamẽtoꝝ executio.
Tertia ſuffragioꝝ cõicatio.

Qḋ defunctoꝝ corpora ſunt ſepelienda: et
qualiter eccleſiaſtica ſepultura ꝓdeſſe poteſt
vel obeſſe. Capitulũ I

Rima pars pietatis ꝗ debet defun-
ctis d2 ſepulture exhibitio. ⁊ ꝓ hui⁹
declaratiõe tria dubia ſũt diſputãda.

Primum vtrũ defunctorum corpora ſint
ſepelienda.

Secundum vtrũ ꝓſit morientibus eccle
ſiaſtica ſepultura.

Tertiũ vtrum obſit in peccato mortali
decedentibus.

Circa primũ dubium poſſꝫ aliquis argue-
re ꝙ corpora defunctoruꝫ nõ ſunt ſepelienda.
Nam dicit Uirgilius. Facilis iactura ſepul-
cri. Et Seneca de remedijs fortuitorum. Si
nihil ſentio nõ pertinet ad me iactura corpo-
ris in ſepulcro. Et idem in li. de tranquillitate
animi. minabat Theodoro philoſopho mor-
tem inſepultam. Cui reſpondet. Sanguis in
tua poteſtate eſt. ſed te ineptum dico ſi putas
mea intereſſe ſupra terram an infra putreſie
ri. Inquit etiam Tullius in qõnibus tuſcula-
nis. ꝙ Socrates ⁊ Anaxagoras crediderũt
ſepulturas ſuperuacuas: nilqꝫ mali atqꝫ inho
neſti eſſe iacere cadauer ſqualidũ abiectum ⁊
inhumatum. quem ritum ſeruabant Caſpij
omnes. Diogenes inſuper Cinicus iuſſit ſe in
humatum ꝓijci volucribus: canibus: ⁊ feris
dicens. Quid ferarũ mihi nil ſentienti oberit
laniatus. Refert adhuc Euſebius li. primo de
euangelica ꝑparatione. ꝙ hircani rapacis ge
neris auibus ꝓijcere defunctorũ corpora cõ-
ſueuerunt. Sed cõtra tales damnatos mo
res: inhumanaſqꝫ ſententias eſt omnis ſcri-
ptura tam ſanctorũ ꝙ moralium philoſopho
rum. Unde Geñ. xxiij. laudat de pietate Abra
am qui ſepeliuit Saram mortuam in hebron
in terra chanaan: ⁊ ſepeliuit eam in ſpelunca
agri. Et Geneſis. xxv. ⁊. xiij. q. ij. c. hebron. di
citur ꝙ Iſaac ⁊ Iſmael ſepelierunt Abraam
in ſpelunca duplici. Et Geneſis. xlix. Iacob in
extremo vite benedictione data filijs ſuis ꝑ-
cepit eis dicens. Ego cõgregor ad populum
meum. Sepelite me cũ patribus meis in ſpe-

lunca duplici que eſt in agro hebron in terra chanaan quam emit Abraam. Et Joſue vltimo habetur qualiter eo mortuo ſepelierūt euꝫ filij iſrael in finibus poſſeſſionis ſue. Ibidem etiam habetur qualiter oſſa Joſeph que tulerant de egypto ſepelierūt in ſichem. ⁊ quomodo Eleazarū filium Aaron ſepelierunt in gabaad fratres ⁊ filij eius. Et Judicum. xvi. fit mentio de ſepultura Sanſonis. Et. i. Regum xxv. de ſepultura Samuelis, Et. i. Paral. ix. de ſepultura Salomonis. Et. i. Machab. ix. de ſepultura Jude machabei. Et. ij. Regum. ij. dixit Dauid viris Jabes Galaad qui ſepelierant Saulem. Benedicti vos a domino qui feciſtis miſericordiam hanc cum domino veſtro Saule ⁊ ſepeliſtis eum. Et. xxi. diſt. decretorum. c. nunc autem. in gloſa dicitur. ꝙ ſi q̄s mandaret corpus ſuū non ſepeliri: quod ⁊ fecit Marcellinus papa in deteſtationem idolatrie commiſſe: non eſt implendum. Et Valerius libro quinto, rubrica de ingratis, reprehendit athenienſes qui Melciadem in carcere mortuum ſepeliri non permiſerunt: niſi Cymo eius filius carcerem pro eo intraſſet. Unde Valerius ait. Nec te Cymo ſilentio inuoluam: quoniam patri tuo ſepulturam voluntarijs vinculis emere non dubitaſti. Et idē Valerius libro primo, rubrica de ſomnijs, narrat qualiter Symonides poeta peregre vadēs ⁊ cum nauis in qua erat appuliſſet ad littus ⁊ corpus inhumatum iacens vidiſſet: ſepulture mandauit. Huiuſmodi beneficio is qui ſepultus fuerat motus nocte ſibi in ſomnis apparuit: eumq̄ ne proximo die nauigaret monuit: qui ſomnio parens in terra remanſit. Illi vero qui inde receſſerant nauigantes in eius conſpectibus ꝓcellis ⁊ fluctibus abſorpti ſunt ⁊ ſuffocati. ⁊ ipſe letatus eſt qui vitam ſuam magis ſomnio q̄ naui cōmiſerat. Et idē Valerius libro quinto: rubrica de humanitate. cōmendat Ceſarem qui caput ſui hoſtis Pompei ſibi per regem egypti deſtinatum honorifice cremari ⁊ ſepeliri fecit. Ibidem etiam laudat Hannibalē qui ſucceſſiue tres romanos Paulum: Gracchum: ⁊ Marcellum hoſtes ipſius honorifice ſepeliuit. Reſpondendum eſt ergo ad dubium propoſitum ſm Rich. in quarto. diſt. xlv. ꝙ defunctorum corpora ſunt ſepelienda propter tria. Primo propter aſtruendam reſurrectionem futuram, propter quā Paulus mortuos vocat dormientes. Ut ergo ſubleuetur ſpes ad reſurrectionem vere fiendam corpora ſepulture traduntur. Secundo corpora ſepeliuntur propter amouendum horrorem. Unde Quintilianus libro quinto declamationum ait, Ad operiendam feditatē ſubtrahendamq̄ dolori materiam: mortuus viuentium cauſa ſepelitur. Tertio corpora defunctorum ſunt ſepelienda propter meritationem: vt illa ſepelientes propter miſericordiā mereantur. Propter hec omnia Aug. lib. i. de ciui. dei. ca. xiij. ait. Non ſunt contemnenda ⁊ abijcienda corpora defunctorū maximeq̄ iuſtorum atq̄ fidelium: quibus tanq̄ organis ⁊ vaſis ad omnia opera bona: ſanctus vſus ē ſpiritus. Si enim paterna veſtis ⁊ anulus ac ſi quid huiuſmodi tanto carius eſt poſteris: quanto erga parentes maior extitit affectus nullo modo ipſa ſpernenda ſunt corpora: que vtiq̄ multo familiarius atq̄ coniunctius q̄ queuiber indumenta geſtamus. Hec enim nō ad ornamentum vel adiutorium quod adhibetur extrinſecus: ſed ad ipā naturā hoīs ꝑtinent. Unde ⁊ antiquorum iuſtorum funera officioſa pietate curata ſunt; ⁊ exequie celebrate: ⁊ ſepultura prouiſa. Ipſiq̄ dum viuerent de ſepeliendis vel etiam transferendis ſuis corporibus filijs mandauerūt. Et Tobias ſepeliendo mortuos deum promeruiſſe teſte angelo commendatur. Ipſe quoq̄ dominus die tertia reſurrecturꝰ ⁊ religioſe mulieris bonum opus predicat: predicandumq̄ cōmendat: ꝙ vnguentum precioſum ſupra membra eius effuderit: atq̄ hoc ad eum ſepeliendum fecerit. Et laudabiliter cōmemorantur in euāgelio qui corpus eius de cruce acceptum diligenter atq̄ honorifice tegendum: ſepeliendūq̄ curarunt. Hec Auguſtinus. Secundum dubium erat, vtrum proſit in charitate morientibꝰ eccleſiaſtica ſepultura. Loquor de his qui habent aliquod purgabile. Et Reſpondet Richardus ꝙ non per ſe: ſed per accidens, ⁊ hoc triplici ratiōe. Prima ratio eſt propter inſpicientium excitationē inquantum ſcꝫ inſpicientes ſepulturam memoriam retinent defunctorum ⁊ pro eis orant. Unde Auguſtinꝰ libro de cura pro mortuis agenda ait, Monumentum eo ꝙ moneat mentem, id eſt admoneat nūcupat. Hic Greg. libro quarto dial. Petro eum interroganti ⁊ dicenti. Putamus ne animabus eorum aliquid prodeſſe poſſe ſi mortuorum corpora in eccleſijs fuerint ſepulta? Reſpondet, cum grauia peccata non deprimūt hoc prodeſt mortuis ſi in eccleſijs ſepeliantur ꝙ eoꝝ proximi quotiens ad eadē ſacra loca conueniunt ſuorꝫ quoq̄ ſepulcra

aſpiciunt recordanť: ⁊ pro eis domino p̄ces fundunt. Nam quos peccata grauia depmūt non ad ſolutionē: ſed potius ad maiorē damnationis cumulū eorum corpora in eccleſijs ponunť. hec ille. Secunda ratio eſt propter miniſtroꝝ eccleſie orationem: quia illi q̄ eccleſie ſeruiunt teneť ceteris paribus ꝓ illis frequentius ⁊ ſpecialius orare. Tertia ratio ē ꝓpter ſanctorum deuotioneꝫ. Credendū nāq̄ eſt ꝙ ſancti illi: ad quorum honorem fabricata eſt eccleſia orant pro eo qui ſepelitur in illa. vel eius cimiterio ꝓpter reuerentiam et deuotionem ipſius eligētis ſepulturā ibidem. Unde Augu. xiij. q. ij. c. non eſtimemus ait. Qȝ vero quis apud memorias martyrū ſepelitur. Hoc tantū mihi videť ꝓdeſſe defūcto: vt commēdans eum martyꝝ patrocinio affectus ꝓ illo ſupplicatiōis augeať. Notādum tamen circa electionē ſepulture ꝙ quilibet adultus compos ſue mētis: libere poteſt vbicūq̄ voluerit in loco magis religioſo eligere ſepulturam. Unde Gratianꝰ. xiij. q. ij. c. Unaqueq̄. §. ecōtra. in fine. ait. Ubi quiſq̄ tumulādus ſit in volūtate eius conſiſtit. Excipiunť religioſi qui nō poſſunt ſibi eligere ſepulturā: ſed in ſuis monaſterijs ⁊ eccleſijs ſepeliuntur. niſi quando moriunť eſſent adeo remoti a monaſterijs ſui ordīs ꝙ nō poſſēt cōmode deportari ad illa: quia tunc poſſent eligere: extra eodē. c. religioſi. li. vi. Impuberes etiam non poſſunt ſibi eligere ſepulturā: ſed parentes eoꝝ poſſunt eos ſepelire vbicūq̄ voluerint ſi conſuetudo terre hoc habeat. alias nō. extra. de ſepul. c. in noſtra. in textu. ⁊ in glo. ⁊ in. c. de vxore. in glo. Inſuper q̄ nō eſt compos ſue mētis: nō poteſt eligere ſepulturam. extra de ſucceſ. ab inteſta. c. cum dilectus. Uxor vero ſi nō elegit ſepulturā ſepeliri debet: vbi ſepultus eſt ſuus maritus. Et ſi plures habuit ſepeliri debet vbi ſepultus eſt vltimus. Et lꝫ multa dicanť de ſepulture electione: tamen multum ſtatur cōſuetudini. vt dicit Ric. vbi ſupra. Poteſt etiam quis eligere ſepulturam ī loco minus religioſo dimiſſa ātiqua. vt patet extra eodem. lib. vi. ca. cū q̄s

Tertium dubiuꝫ erat. vtrū obſit eccleſiaſtica ſepultura in peccato mortali decedētibus quia dicif. xiij. q. ij. c. quibus. ⁊. c. cuꝫ grauia Impijs nocet in loco ſacro ſepeliri. Reſpōdet Ricardus ꝙ impio non nocet eccleſiaſtica ſepultura: niſi inquātum hanc ſepulturam ſibi indignam propter humanam gloriam ꝓcurauit. Sed quid dicemus de ſumptibus ⁊ expenſis que fiunt in funere etiam honorum ⁊ in charitate morientium. Nonne melius eſſet ſi darentur pauperibus ⁊ indigentibus q̄ ſic illas exponere ad quādam quaſi pompam ⁊ inanem gloriam. Reſpōdet Ricardus vbi ſupra ꝙ pompa exequiarū ſi fiat ſm conſuetudinem patrie ⁊ nō cum nimio exceſſu non eſt rephenſibilis. Quinimmo facit ad conſolationem viuorū ⁊ ſubleuationem ſpei ad reſurrectionē futuram. Non eñ tenetur homo de neceſſitate facere omne bonū quod poteſt Faciens autem ſumptus in ſepultura quos poſſꝫ alibi melius collocare: non facit eos in quātum eſt opus minus vtile: ſed inquantuꝫ vtile. Notandū tamē ꝙ nō debent in eccleſijs ſeu cimiterio vł loco ſacro infraſcripti ſepeliri. Primo nullus infidelis nec iudeus ⁊ nec paganus nec hereticus. vt patet de cōſecratione. diſtinctōe pͥma in. c. eccleſiam. et. c. ſequenti. et. xxiiij. queſtione. ij. c. ſane. Et ſi ſepulti eſſent tales in eccleſijs debent exhumari et proijci extra. Secundo interdicitur ſepultura eccleſiaſtica morienti in torneamento. Et exponit Hoſtieñ. etiam ſi quis ibi vulnus letale accepit. licet poſtea ſuperuixerit: ⁊ q̄uis peniteat ⁊ ei eucharistia nō negetur: carebit tamen eccleſiaſtica ſepultura. extra de torneamentis. ca. i. Hoc tamen de illo intelligitur qui venit cauſa exercendi ſe in torneamento. Et etiā ſm Guilhelmū de armigeris eorum qui eis in armis ſeruiunt. extra de torneamentis. c. ij. Secus de aſtantibus cū curioſitate. Tertio prohibeť ſepultura his qui ſeipſos occidunt. vt patet. xiij. queſtione. ij. c. quibus. ⁊. xxiij. q. v. c. placuit. Qȝ intelligendum eſt ſm Guilhelmum. ſi interfecerunt ſe ex deſperatione vel iracundia. Secus ſi ex fortuitate ⁊ huiuſmodi. Unde in. ca. ex parte ij. extra de ſepulturis. dicit Bernardus ꝙ ſi quis propter fugam precipitaret ſe in aquā: quia inde ſic credebat euadere non imputatur ei etiam ſi contrarium eueniat. Quarto negatur ſepultura ei de quo certum eſt et manifeſtum non fuiſſe confeſſum vel nō cōmunicaſſe ſemel in anno extra de peni. et re. miſ. cap. omnis. Et hoc intellige niſi in articulo mortis ſigna contritionis et huiuſmodi emendationis oſtendat. Quinto expellitur a ſepultura eccleſie monachus qui reperitur proprietarius ī fine vite qui debet in ſterquilinio ſepeliri. extra de ſtatu monachoruꝫ. capitulo. ſuper quodam. Sexto blaſphemus dei ſi moriatur abſq̄ penitentia poſtq̄

blaſphemauerit nõ ſepelit in loco ſacro. ex̄ de maledicis. ca. ij. Septimo general'r q̄libet notoꝛius peccatoꝛ ſi moꝛiat abſq̄ pñia in ipſo moꝛtali peccato ꝑuandus eſt eccl'iaſtica ſepultura. xiij. q. ij. c. nõ eſtimemus. Ad ꝓbādū autē contritionē alicuius pctōꝛis moꝛientis ſufficit vnus teſtis. xxvi. q. vi. c. qui recedunt

Itē interdicit ſepultura tpe interdicti illis de illo loco vbi eſt poſitum interdictū dū durat. Item excōmunicatis excōmunicatione maioꝛi in illa moꝛiētibus: et etiā minoꝛi ſm Guil'. quādo hoc eſt notoꝛium. Sunt et alia multa circa hāc materiā q̄ ideo dimittimus: quia non eſt neceſſariū vt pplis predicētur. Sacerdotes aūt et curati: qui talium debent habere ſciam videant titulū de ſepul. li. iij. et vi. decretalium. Ideo hanc partem ↄcludere volētes: dicimus q̄ magna eſt pietas ſatiſq̄ cōmendabilis defunctoꝛum coꝛpoꝛa ſepelire. Hinc p̄terea que dicta ſunt laudat et magnꝰ Alex. qui vt. Q. Curtius refert. inuēto dario a ſuis derelicto vulnerato et extincto in vehiculo viſo coꝛpoꝛe fudit lachꝛymas: fecitq̄ eū moꝛe regio ſepeliri.

De executione teſtamentoꝛuꝫ et q̄ dilatio eoꝛum preiudicat animabus teſtatoꝛū ſi ſint in purgatoꝛio.   Capl'm   II

Ecunda pars pietatis defunctoꝛuꝫ
s dicitur teſtamentoꝛum executio.
In quo adhuc tria dubia occurrunt declaranda.

Primū vtrū teſtamenta poſſint infringi.

Secundū vtrum executoꝛes teneātur ſtatim illa exequi.

Tertium vtrum dilatio executoꝛis preiudicet anime teſtatoꝛis.

Ad p̄mū dubiuꝫ poſſet aliquis arguere q̄ nullū teſtamentū ſit infringendū. Nā vt ſcribitur extra de teſta. ca. indicāte. voluntas teſtatoꝛis debet ꝑ oia adimpleri. Sꝫ teſtamētum continet vltimā voluntatē teſtatoꝛis: ḡ ꝛc. et. xvi. q. i. c. conſideratio. dꝛ. Conſideratio eccl'iaſtice vtilitatis hoc poſtulat ex iuſta diſpoſitione teſtatoꝛis ſ̄uandū arbitriū eē. Sꝫ cōtra eſt quod habet. xvi. q. i. in. c. admonere vbi Greg. ait. Admonere te volumus ne pie defunctoꝝ voluntates: tua quod abſit: remiſſione caſſent. Ibi dicit glo. ſup v̄bo. pie. ſecꝰ ſi ſunt iniuſte: ergo teſtamēta iniuſta ſunt infringenda. Reſpōdet Ric. in. iiij. di. xlv. q̄ aut teſtamentū eſt rōnabil'r factū: et ita q̄ non ſit contra equitatē iuris naturalis nec diuini nec poſitiui, et tunc nullo modo eſt infringendum. Aut teſtamentū eſt irrōnabil'r factū: et tunc licitum eſt et debitum illud infringere. Eſt autem teſtamentum irrationabile duplici ratione.

Primo ratione teſtatoꝛis.

Scdo rōne rei teſtate.

Tertio rōne modi teſtandi.

Primo rōne teſtatoꝛis: cū ſcꝫ nō pōt facere teſtamentū. Nam neq̄ epūs neq̄ religioſus neq̄ fatuus poteſt facere teſtamentuꝫ. Dicit tñ Ric. q̄ epūs aut habet bona que ſibi ꝓuenerūt ex hereditate vel artificio aut doctrina anteq̄ eſſet epiſcopus. Aut nō habet niſi redditus eccleſiaſticos et mobilia que ſibi ex illis redditibus ꝓuenerunt. De p̄mis bonis: quia ꝓꝓetas illoꝝ eſt ſua poteſt licite facere teſtamentū. ex̄ de teſta. c. quia nos. et. c. relatum. et xij. q. i. c. epi. Si tamen epūs eccl'iam leſerit: damnū eccleſie debꝫ de rebꝰ eiꝰ reſarciri. et de reſiduo ſi quid fuerit teſtari poteſt. De redditibus aūt eccl'iaſticis et de mobilibus q̄ poſt ſui conſecrationē acq̄ſierint epi: quia talia dicunt conſeruari eidē eccleſie. cuius ratio eſt: qꝛ que intuitu ſeu cōſideratu eccl'ie receperūt illoꝝ bonoꝝ ꝓpꝛietas ſua nō eſt: ſꝫ illoꝝ ſunt tñ diſpenſatoꝛes et adminiſtratoꝛes: nō poſſunt facere teſtamentū. Et q̄uis de rebꝰ eccleſie non poſſint aliquid donare iure teſtamēti: poſſunt tamē donare de mobilibus cauſa elemoſyne ſiue ſint ſani ſiue ī egritudine etiā moꝛtali conſtituti. Ex quibus colligit q̄ nō eſt idem diſpenſare et teſtari. Unde epiſcopus permittit de bonis eccleſie elemoſynam facere et non teſtari. extra de teſtamentis. c. ad hec. Teſtatoꝛem enim opoꝛtet eſſe dominum rerum de quibus facit teſtamentū. Sꝫ diſpenſatoꝛem non opoꝛtet eſſe dominū rerum de quibus facit elemoſynam. Unde extra e. ca. quia nos. in glo. dicit. Clerici de rebus eccleſie nullū poſſunt facere teſtamentū cum earuꝫ pꝛopꝛietas non ſit ſua. Similiter religioſus cum non habeat pꝛopꝛium nō poteſt facere teſtamentum. patet. xix. q. iij. cap. quia. et in. c. perlatum. Et ſi dicat de Paulo pꝛimo heremita q̄ in teſtamento reliquit collobium ſuum id eſt tunicaꝫ ſuperioꝛem Athanaſio alexandrino epiſcopo: et tunicam inferioꝛem beato antonio. Reſpōdet Richardꝰ q̄ quamuis Paulus pꝛimus heremita fuerit religioſiſſimus ſanctitate: non erat tamē in religionis ſtatu. Unde non eſt ſimile de heremitis et de illis qui ſunt in ſtatu religionis. vt patet in. §. ſequenti poſt pꝛeallegatuꝫ cap. perlatum. Adhuc fatuus non poteſt facere teſtamentū. ex̄ de ſucceſſi. ab inteſta. c. cum dilectus. Et inſtitu. quibus non eſt permiſſuꝫ facere teſtamentū. §. furioſi. Illū eñ qui facit teſtamentū opoꝛtet eſſe compotē mentis ſue pꝛo illo tempoꝛe quo facit teſtamentū. Secundo teſtamentū eſt irrationabiliter factum ratione rei teſtate: cū quis facit teſtamentuꝫ de re quā non habet. Sicut dicitur de Zipꝑthopo. Ipſe eñ cū in extremo vite veniſſet teſtamentum condidit in quo multa milia ducatorū in pios vſus dimittebat. Cū vero circūſtātes interrogarent q̄s eſſet executoꝛ tante pecunie diſtribuēde. Reſpōdit truffatoꝛie. Hic eſt punctus vnde tractum eſt vocabulū illud aut vulgare pꝛouerbiū. Qui ſtael pūcto diſſe Zipꝑthopo. Sunt et alij qui teſtātur de bonis que habent: tamen ad illos non pertinentibꝰ: eo q̄ acquiſita ſunt per vſuras: malos contractus: rapinas: iniuſticias: fraudulētias: et huiuſmodi. et debent perſonis certis. Secus vero quando illoꝝ reſtitutio eſſet incerta. Tertio teſtamentū eſt irrationabiliter factū ratione modi teſtandi, puta cū quis exheredat ſuos heredes qui exheredari nō meruerūt dās totū alijs. Talis facit ↄ equitatē iuris nāliſ: etiā ſi det eccleſie. et teſtamentū tale nō eſt ſeruandum. Propterea dicitur ab Auguſtino in ſermone de cōmuni vita clericoꝝ. et. xvij. q. vlti. c. quicunq̄. Quicunq̄ vult exheredato filio heredē facere eccl'iam: querat aliū qui ſuſcipiat nō Auguſtinū. Et infra. Quā laudabile factum ſancti Aurelij carthaginenſis epiſcopi. Quidā eñ cū filios non haberet nec ſperaret: res ſuas omnes retento ſibi vſufructu donauit eccleſie. Nati ſunt illi filij: nec opinātí reddidit epiſcopus que illi donauerat. In poteſtate habebat epiſcopus non reddere: ſed iure foꝛi et non iure poli. i. quadā naturali equitate. vt dicit glo. ibidē. Secundū dubiū vtrū executoꝛes teſtamētoꝝ teneantur cito. ſcꝫ infra annū executionē complere? Et reſpondet Richardus in quarto diſt. xlv. q̄ aut teſtatoꝛ tēpus determinat infra quod teſtamentum vult eſſe impletū aut non. Si ſic: nō tenentur executoꝛes ratione neceſſitatis vſq̄ ad illud tēpus teſtamentū implere, niſi viderent citius explendo ſe poſſe facere anime defuncti vtilitatem maioꝛem. Tunc enim etſi in foꝛo iudicij compelli non poſſent ad citius implendum tamen ad hoc eos conſcientia deberet compellere: quia preſupponendū eſt q̄ voluntas defuncti fuit vt illo modo et illo tempoꝛe teſtamentū implerent quo eſſet expedientius anime ſue. Si autem non determinat tempus infra quod velit teſtamentum impleri: tunc dico quia aut executoꝛes habent libere bona de quibus poſſint ſtatim teſtamentum implere: aut non habent. Si habent: tunc implere tenentur q̄ citius poſſunt: quia debitoꝛes ſunt illis quibus legata ſunt facta. Et ſicut dicitur ff. de regu. iuris. In omnibus obligationibus in quibus dies non ponitur pꝛeſenti die debetur. Unde illi executoꝛes qui per longum tempus tardant ſuam executionē implere: necatoꝛibus egentiū comparantur. Propterea dicitur. xiij. q. ij. cap. qui oblationes. Qui oblationes defunctoꝛum aut negant eccleſijs: aut difficile reddunt: et tanq̄ egentium necatoꝛes excommunicentur. Et ſm gloſam ibideꝫ hoc non intelligitur de oblationibus voluntarijs: ſed de illis bonis que relicta ſunt eccleſijs. Et cap. ſequenti adhuc dicitur. Qui oblationes defunctoꝛum retinent: et illi qui eccleſijs tradere demoꝛant vt infideles ſunt ab eccleſia abijciendi. Executoꝛes etiam ſi illa bona retinent pꝛo ſeipſis: ſunt ſicut fures et raptoꝛes: et ſacrilegium committunt. ſicut patet. xiij. q. ij. c. de rici. et. xvij. q. iiij. c. ſacrilegium. Unde ſi executoꝛes infra annum ſaltem ammonitione epiſcopi pias voluntates defunctoꝛum non implent cum poſſent ſi vellent: per epiſcopum debent impleri. vt notatur extra de teſtamentis. cap. nos quidem. et. c. tua nobis. in glo. et. c. Iohannes. in textu. Si autem executoꝛes non habeant bona in pꝛomptu de quibus poſſunt infra annum teſtamentum implere, non credo pꝛopter hoc q̄ deuoluatur poteſtas eoꝛum poſt annum ad epiſcopum. Tenentur tamen facere quod in ſe eſt vt bona habeant: et debita debent reſtituere q̄ citius poſſunt. Tertiū dubium erat. vtruꝫ dilatio executionis in aliquo pꝛeiudicet anime teſtatoꝛis. Et Reſpondet Richardus q̄ ſic. Cuius duplex eſt ratio Una: quia quanto citius eccleſie et pauperes quibus legatum eſt recipiunt illud quod teſtatoꝛ eis legauit: tanto feruentius et citius orāt pꝛo anima defuncti et oꝛare tenentur. et quanto tardius recipiunt quod eis legatum eſt: tāto tepidioꝛes ſunt ad oꝛandum et magis tardant oꝛare pꝛo anima eius. ſcꝫ teſtatoꝛis defuncti. Acceleratio autem feruentium oꝛationum pꝛo anima defuncti: multū valet ad eiꝰ alleuiationem et celerioꝛē expeditionem. Alia ratio eſt: quia ſicut defuncti in charitate aliquid purgabile ſecum poꝛtantes in hac vita

meruerunt vt elemoſyne ſi pro eis dentur eis proſint non ad augmentum gratie: ſed alleuiationē ⁊ abbreuiatōnē pene: ſi teſtator teſtm̄ faciens ⁊ in charitate decedens teſtamentuꝫ ſuum faciendo meretur vt eius executio poſt mortem valeat non ad augmentum gratie: ſ ad alleuiationē ⁊ abbreuiationem pene ſue. Et ideo quādo teſtamentuꝫ ſuum citius executioni demandatur: tanto citius alleuiatur: et quanto tardius ſui teſtamenti executio impletur: tanto tardius ceteris paribus incipit alleuiari ⁊ tardius liberatur. Si tamen legata ſua nunꝙ ſoluerētur: non propter hoc perpetuo remaneret in pena: quāuis ꝓpter hoc multo tardius liberaretur ab ipa. Ex predictꝭ patet ꝙ grauiſſime peccēt ⁊ ꝙ magnā perditionē faciāt hi qui executiones teſtamentoꝝ ſibi commiſſas nō complēt ꝙ citius poſſunt habita cōpetenti opportunitate.

Quomodo hi qui ſunt in purgatorio iuuari poſſunt per ſuffragia viuoꝝ: ⁊ de ſuffragiorum fructu. Capl'm III

t Ertia pars pietatis que defunctꝭ debetur dicitur ſuffragiorum communicatio. Et pro huius intelligentia tria dubia erunt diſcutienda.

Primum vtrum ſuffragia viuorum proſint defunctis.

Secundum vtrū ſuffragia facta determinate pro vno proſint omnibus exiſtētibus in purgatorio.

Tertiū vtrū defunctis ꝓſint ſuffragia fctā a viuis exiſtētibus in pctō mortali

Ad primum dubium poſſet aliquis arguere ꝙ ſuffragia viuorum non proſint defunctis. Nam Apocal'. xiiij. dicit. Opera eñi illorum ſequūtur illos. ergo videtur ꝙ non iuuātur operibus alienis. Et Eccleſiaſtes. ix. dicit de mortuis ꝙ non habent partem in opere quod ſub ſole gerit. ergo idem quod prius.

Sed in contrariuꝫ eſt illud quod ſcribit. ij. Machabeoꝝ. xij. Sancta ⁊ ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare: vt a peccatis ſoluantur. Et Auguſtinus in ench. ait. Non eſt negādum defunctorum animas pietate ſuorum viuentium releuari: cum pro illis ſacrificium mediatoris offertur: vel elemoſyne in eccleſia fiunt. Reſpōdet Ricardus ꝙ animarum quedam ſunt beate iam in celo: quedam ſunt damnate in inferno pro peccato originali ⁊ actuali: vel pro originali ſolo: quedā ſunt in charitate ſuā explentes penitentiam i purgatorio. Beatis non proſunt viuorum ſuffragia quia non indigent. Unde Auguſtinus in Ench. dicit ꝙ ſacrificia ſiue altaris ſiue quarūcunqꝫ elemoſynarum pro defunctis valde bonis gratiarum actiones ſunt. Et idem habetur extra de celebratione miſſarum. caplo cum marthe. §. tertio loco. Damnatis etiam ſuffragia non proſunt, vt oſtenſum eſt ſupra eodem ſermone. ſunt tamen conſolationes viuorum. Animabus autem exiſtētibus in purgatorio proſunt viuorum ſuffragia: non ad augmentum gratie gratum facientis: ſed ad pene earum mitigationem ⁊ abbreuiationē. Quia vt dicit Auguſtinus in ench. Cum viuerent in hac vita meruerunt vt hec ſibi poſtea poſſent prodeſſe. Ad auctoritatē ergo Apocalypſis dicendum ꝙ ſuffragia viuoruꝫ que fiunt pro exiſtentibus in purgatorio: dicuntur opera eorum inquantum in hac vita meruerunt vt eis prodeſſent: ſi pro eis fierent. Ad auctoritatē vero Eccleſiaſtes dicendum ꝙ pro tanto mortui dicūtur non habere partem in opere quod ſub ſole geritur: quia tali operi non cooperant: habent tamen partem in fructu operis. Sed pro confirmatione vera dictorum notanda eſt ſententia Gregorij que ponitur. xiij. q. ij. in. c. anime defunctoꝝ. Anime inquit defunctoruꝫ quattuor modis ſoluuntur. aut oblationibus ſacerdotum. aut precibus ſanctoꝝ: aut charorum elemoſynis aut ieiunio cognatoꝝ. Quod enim ſacre hoſtie oblatio plurimū proſit defunctis apparet ex illo exemplo qd̄ Grego. recitat in. iiij. dialog. li. Inquit eñi ꝙ cum quidaꝫ monachus ſuus nomine Juſtus ad extremum veniens tres ſe habere occultos aureos indicaſſet: et de hoc ingemiſcēs mortuus fuiſſet: precepit Gregorius vt corpus eius cum tribus aureis in ſterquilinio ſepelirent. Tandem cuidaꝫ e fratribus Gregori⁹ precepit vt vſqꝫ ad dies xxx. omni die ꝓ eo hoſtiam immolaret. Qui cum iuſſa compleſſet, is qui defunctus fuerat in die. xxx. cuidam fratri ſibi germano apparuit. Quē germanus requiſiuit dicens. Quo modo es? Cui ille reſpōdit. hucuſqꝫ male fui ſed iam modo bene ſum: qꝛ hodie cōionē recepi. Similiter Grego. in preallegato li. oſtēdit quātum orationes proſint exiſtentibus i purgatorio. Narrat enim de Paſcaſio qui cum vir mire ſanctitatis ⁊ virtutis extiterit: ⁊ ſuo tempore duo fuiſſent ſummi pōtifices electi: conueniſſetqꝫ tandē eccleſia in vnum: Ipſe tamen Paſcaſius quaſi ex errore alium papam pretulit. ⁊ in hac ſentētia vſqꝫ ad

mortem permanſit. Qui cū eſſet defunctus et dalmaticā feretro ſuperpoſitam demoniacus tetigiſſet: ſtatim ſanatus eſt. Poſt multū vero temporis cum Germanus capuanus epiſcopus balneum ob gratiam ſanitatis petijſſet. ꝓdictum Paſcaſium diaconem ſtantem ⁊ obſequentem inuenit: quo viſo vehementer extimuit. Et quid illic tātus vir faceret inquiſiuit. Qui ꝓ nulla alia cauſa ſe in loco illo penali deputatum aſſeruit: niſi quia in illa cauſa pontificis plus iuſto ſenſit. ⁊ addidit dicens. Queſo te dep̄care deum ꝓ me: atqꝫ in hoc cognoſces ꝙ exauditus ſis ſi huc rediens me nō inueneris. Qui cum ꝓ eo oraſſet ⁊ illuc poſt paucos dies redijſſet: ꝓdictum Paſcaſiū in eodem loco minime inuenit. Sunt ⁊ alia exempla: que breuitatis cauſa dimittimus.

Secundum dubium erat. Utruꝫ ſuffragia facta determinate ꝓ vno ꝓſint omnibus exiſtentibus in purgatorio. Et reſpondet Ric. ꝙ ad cauſandum penam cōcurrit virtus agētis: ⁊ diſpoſitio patientis: quia actus actiuoꝝ ſunt in patiente diſpoſito. vt dicit ſecundo de anima. Poteſt ergo diminui alicuius pena: vel per diminutionem virtutis ex parte agentis: vel per diminutionem diſpoſitionis ad patiendum ex parte ſuſtinentis: ſicut ⁊ per augmentationem cuiuſlibet iſtoruꝫ pena poteſt augeri. Unde inequaliter diſpoſiti ad patiendum ab equali virtute inequaliter patiuntur. Propterea dicit Auicenna ſexta parte naturalium ꝙ multū diſpoſitus ad triſticiaꝫ ex modica cauſa fortiter triſtatur. Quod autē dictū eſt videmus in exemplo. Pena eñi magnum onus portantis diminui pōt: vel per diminutionem grauitatis oneris: vel per aliquam cōfortationem virtutis illius qui portat onus: qua minuit in ipſo diſpoſitio ad patiendum ab onere. Sic dico ꝙ iſto duplici modo cōuenit intelligere diminui penam exiſtentium in purgatorio. Et ꝗtum ad diminutionem pene modo primo ſuffragia facta determinate pro vno tm̄ alijs nō ꝓſunt: quia ſic virtus eorum nō attingit niſi ad illum ad quem determinantur ⁊ cui applicant per intentionem agentis. Sed modo ſecūdo ſuffragia facta ꝓ vno proſunt alijs: quia miſericordia dei ꝓuidente: ſuffragia facta ꝓ quocūqꝫ in purgatorio omnibus alijs innoteſcūt. Et quia ſeſe diligunt ex charitate: nec ſibijnuicem inuident: imo oēs gaudent de pene illius alleuiatiōe ꝓ quo facta ſunt ſuffragia. Quodlibet autem gaudiū reddit gaudentē minus diſpoſitum ad penam cōtriſtantem. qꝛ ſm̄ ſententiam Ariſ. ij. ethi. c. vlti. Cuiuſqꝫ triſticie repugnat ſm̄ formā generis quecūqꝫ delectatio. ⁊ ideo mitigat eam.

Notandū tñ ꝙ ſi ſuffragia fierent ꝓ pluribus nō tantū ꝓdeſſent cuilibet ꝗtum ſi fierēt ꝓ vno ſolo. qꝛ ſi tantū ꝓdeſſent: ſequeret ꝙ ille q̄ ꝓ vno defuncto teneret dicē miſſam vnā: et vnam ꝓ alio. ſi diceret vnā ꝓ illis duobus cuilibet ſolueret illud ad quod ſibi tenet. Propterea bonū finitū quod ſufficeret ad plenariam liberationē vnius anime de purgatorio: ſufficeret ad liberationē omniū aliaꝝ ad equalem penaꝫ obligatarū. Preterea cōſuetudo eccleſie eſſet inutilis: que ſuffragia aliqñ facit ꝓ ſpecialibus ꝑſonis. que omnia falſa ſunt. Fuere tamen quidā dicentes ꝙ ſuffragia facta ꝓ pluribus tantū ꝓſunt cuilibet ꝗtum ſi fierent ꝓ vno ſolo: ſicut candela accenſa ꝓ pluribus. et lectio lecta ꝓ pluribus: tantū quemlibet iuuant: ꝗtum iuuarent ſi ꝓ vno ſolo candela accenderet vel lectio legeret. Sed reſpondet Ric. ꝙ hec exempla nō valent: qꝛ lumen candele ⁊ vox doctoris ſe cōicant ꝑ nature neceſſitatē. Suffragia autē cōicant per ſuffragantis intentionē. Tertium dubiū erat. vtrum defunctis ꝓſint ſuffragia facta a viuis exiſtentibus in peccato mortali. Et rñdet Ric. in. iiij diſ. xlv. ꝙ malus faciens aliqua bona opa ꝓ defunctis: aut fac ea ſicut auctor: aut ſicut miniſter. Primo mō illa nō ꝓſunt defunctis etiam ſi ea faciat mediāte bono miniſtro: niſi aliqñ per accidēs inꝗtum pauperes ſancti ꝓ elemoſynis receptis ab illo malo excitant ad orandū ꝓ illis defunctis: ꝓ quibus ille malus homo eis elemoſynas dedit. Si autē facit ea vt miniſter diſtinguēdū eſt: qꝛ aut facit ea vt miniſter publicus dei ⁊ eccleſie: vt ſacerdos q̄ celebrat miſſam vel exequias mortuoruꝫ: aut facit ea vt miniſter alicuius priuate perſone. Primo mō dico ꝙ ꝓſunt defunctis: qꝛ malicia miniſtri nō tollit efficaciā ſacramenti. Si aūt facit ea vt miniſter priuate perſone aut illa perſona quando ſibi ꝓcepit tale opus fieri ⁊ qñ factū eſt erat in charitate: aut nō. Primo mō dico ꝙ ꝓſunt defunctis ꝓ quibus fiunt. et ſiue ille qui mandauit fieri migrauerit de hac vita: ſiue nō: quia hoc opus principaliter ipſius eſt qui hoc fieri mandauit. Si vo erat in peccato mortali. aut hoc erat qñ mandauit fieri. aut qñ opus executioni mandatū eſt. Si primo mō dico ꝙ illa opa nō ꝓſunt defunctis ꝓ quibus fiunt: ꝗuis ſit in charitate pro illo tempore quo ſuū mandatū executioni deman

datur: niſi tūc illud iterum fieri demandet: aut demandationē factam de nouo acceptet: quia opus ipſius nō eſt niſi inceptum illud fieri mādat vel acceptat. Si autē erat in peccato mortali qñ demandat opus bonū executioni: qui erat in charitate qñ p̄cepit fieri. dico ꝙ tunc opera ꝓſunt defunctis ꝓ quibus fiunt: maxime q2 ſunt a p̄cipiente ratione illius actus voluntatis quā habuit quando ea fieri p̄cepit. veruntamen cum nemo ſciat vtrum odio an amore dignus ſit: nō debent homines retrahi a cōmunicatione ſuffragiorum erga defunctos. Et potiſſimū tenere debet vnuſquiſqꝫ firmiter ꝙ ſemper valet miſſa ⁊ alia bona que facit homo vt miniſter eccleſie. Supradicte itaqꝫ ſunt pietatis partes: quā debent viui mortuis exhibere. Sed ſi quis poſſet ad purgatorium vſqꝫ deſcendere: audiret ꝑfecto clamantes ⁊ eiulantes q̄ plurimos ac voce querula lamentantes. Audirent quidem patres ⁊ matres di. O filij ingrati quibus bona noſtra dimiſimus ſuccurrite nobis. Audirent viri ſuas vxores vocantes. O vxores impie in quibus cōfidentiam habentes: diuitias noſtras vobis dimiſimus: ſubuenite miſeris ⁊ nos adiuuate: vt eruamur ab his atrociſſimis penis. Audirent ⁊ alij clamātes. O cōmiſſarij. o executores teſtamentorum noſtrorum: expedite fideliter que vobis cōmiſimus. Multi nāqꝫ ſunt et quaſi innumerabiles qui citius a purgatorio liberarentur ſi viuentes illos iuuarēt. Idcirco ꝑcurent omnes benigne ⁊ charitatiue orare ꝓ defunctis: aliaqꝫ pietatis opa illis impēdere: vt ſic mereamur in hoc ſeclo dei obtinere gratiā: ⁊ in futuro ſempiternā gloriā. Amē.

Feria ſecunda poſt letare. de purgatorio et atrociſſimis penis: quibus puniuntur anime illorum qui nō ſatiſfecerūt in hac vita de peccatis ſuis. Sermo XLVIII

Ipſe autē ieſus nō credebat ſemetipſum eis. Scribūtur hec verba Joh. ij. c. ⁊ in euāgelio hodierno. Raro fides inuenitur in hominibus huius mūdi: qui cum ſepe blandiantur multū amicis: eorūqꝫ ſe fateantur beniuolos: adueniente tñ neceſſitate: aduerſitateqꝫ ingruente deficiūt. ꝓpterea ſaluator noſter qui p̄uidebat ſe tēpore paſſionis ſue ab oībus derelinquendū nō credebat ſemetipſum eis qui crediderant in noīe eius ꝓpter ſigna que faciebat. Quo exemplo edocemur: vt ⁊ nos dum poſſumus: dū viuimus: dū facultas adeſt: anime noſtre ſalutem accuratiſſime ꝑcuremus. Neqꝫ fidendum eſt multū in parentibus: aut filijs: in viris aut vxoribus. in domeſticis vel amicis: quoniam vt dictū eſt in p̄cedenti ſermone: cōſueuerunt tales charos ſuos defunctos tradere obliuioni. Et qm̄ pleriqꝫ penitentiam negligunt in ſuis peccatis in hac vita implere: eſtimantes mitiſſimam ſatiſqꝫ leuem penā eſſe et quandoqꝫ nullam penam. ſ. purgatorij. Idcirco in preſenti ſermone de ipſo purgatorio erimus locuturi. de quo tria myſteria erunt declaranda.

Primum dicitur veritatis.
Secundū penalitatis.
Tertium iocunditatis.

De veritate ⁊ loco purgatorij: ⁊ de illis qui poſt hanc vitam anteq̄ euolent indigent purgari. Capl'm I

Primū myſteriū declarandū de purgatorio dicitur veritatis. In quo tria ſunt dubia abſoluenda.

Primū vtrum ſit ponere penā purgatoriam poſt hanc vitam.

Secundū vtrū aliquis locus ſit ꝓprius ad purgandū animas deputatus.

Tertiū q̄ ſunt hi q̄ vadūt in purgatoriū.

Ad primū dubiū r̄ndet Bon. di. xx. quarti, ꝙ ſicut dicit ſcriptura ⁊ auctoritates ſanctorum et plures reuelationes: ⁊ rationes cōcordant: et eccleſia vniuerſalis cōfirmat que orat pro exiſtētibus in purgatorio: abſqꝫ dubio poſt hāc vitam eſt ponere penā purgatoriā. Et hoc colligitur ex verbis xp̄i dicentis Matth. xij. Qui dixerit verbū cōtra ſpūmſanctum nō remittetur ei: neqꝫ in hoc ſeculo neqꝫ i futuro. In qua ſentētia datur intelligi quaſdā culpas in hoc ſeculo: quaſdā in futuro poſſe relaxari. Jō Grego. xxv. diſ. c. qualis. ait. Qualis hinc quiſqꝫ egreditur. talis in iudicio p̄ſentatur. Sed tamen de quibuſdā culpis eſſe ante iudiciū purgatorius ignis credendus eſt: pro eo quod veritas dicit: q2 ſi quis in ſpūmſanctum blaſphemiam dixerit: neqꝫ in hoc ſeculo remittetur ei: neqꝫ in futuro. Et Matth. v. Eſto cōſentiēs aduerſario tuo cito. i. ſindereſi murmurāti in malo: aut angelo ad oppoſitū decertanti: dum es in via cū eo: ne forte tradat te aduerſarius tuus iudici. i. deo. ⁊ iudex tradat te miniſtro. id eſt angelo. ⁊ in carcerē mittaris. i. per angelum in purgatoriū deducaris. Amen dico tibi nō exies inde donec reddas nouiſſimum quadrantem. Hoc idem de carcere huius mundi non poteſt intelligi: eo ꝙ nec ibi ponuntur

omnes tales. Nec de carcere infernali: q2 ibi nunq̄ ſoluitur nouiſſimus quadrans debite pene. Sed de carcere purgatorij habet intelligi: q2 de illo exibit q̄s qñ ſoluerit nouiſſimū quadrantē. Et adhuc eſt in ꝓmptu ratio quare ſit ponenda pena purgatoria. Nā vt dicit Aug. et ponitur a magiſtro in lr̄a. aut hō punit. aut deus punit. ſed frequenter aliqui couertuntur in fine qui nō puniuntur in p̄ſenti. ergo neceſſe eſt ꝙ puniantur a deo: ſed nō in igne infernali ſiue eterno. ergo in igne purgatorio. Itē ſi nō eſſet pena purgatoria poſt hanc vitā. ergo qui ꝑdurat in culpa vſqꝫ ad mortē: cū nullam ſuſtinuerit penam: reportat de malicia ſua cōmodum qḋ eſt falſum. Et ſi q̄s obijceret ꝙ ꝓnior eſt deus ad miſerandū q̄ ad cōdemnandum. ſed decedentē in mortali pctō ſtatim cōdēnat. ergo decedentē in charitate ſtatim glorificat. Itē potentior eſt charitas ad eleuandū q̄ ſit mortalis culpa ad deprimendū. ſed culpa mortalis ſtatim demergit in abyſſum. ergo charitas ſtatim eleuat in celū. ergo nō eſt ponere poſt mortē aliquod ſuppliciū. Itē ſtatus poſt mortē reſpondet ſtatui qui eſt in via. ſed in via nō eſt niſi duplex ſtatus. ſcꝫ bonorum ⁊ malorum. ergo ſimiliter poſt mortē. Ergo anima a corpore recedēs: vel eſt in paradiſo cū bonis: vel eſt in inferno cū malis. R̄ndet Bon. ad primū. ꝙ nō eſt ſimile glorificare decedentem in charitate ſtatim: ſicut cōdemnare decedentem in mortali. qm̄ iſte qui in mortali eſt nihil habet quod ſit dignū vita. Et ideo ſumme eſt diſpoſitus ad damnationē eternā. ⁊ ꝓpter hoc ſtatim damnatur iuſta retributione. Sed ille qui eſt in charitate: cū charitas ſimul ſtet cū veniali culpa: ⁊ reatu pene: pōt in ſe habere aliquid dignū pena. Et q2 gloria nō poteſt ſimul ſtare cū pena ſcḋm forum cōmune: neceſſe eſt prius debitum illud ſolui per penam purgatoriam. Ad ſecundū dicit Bon. ꝙ pondus charitatis habet in ſe aliquid retardans: vt culpam aliquā paruulam: vel reatū. Sed pondus peccati nihil habet eleuans vel retardās. ideo nō eſt ſimile de aſcenſu peccati. Ad tertiū vero dicendū ꝙ licet duplex ſit ſtatus principalis. ſ. bonorum ⁊ malorum: tamen qui habet iuſticiā in duplici eſt differentia. Aut enī eſt in ſtatu perfectorum perfectione cōpleta. ⁊ talis nō habet cremabilia: nec aliqua debita. ⁊ huic ſtatui debetur vita eterna. Alij ſunt in ſtatu imperfectorū: ⁊ hi habent cremabilia vt plurimum. ⁊ etiam debita. ideo oportet primū debita ſolui: ⁊ cremabilia cremari anteq̄ introducantur in patriam. Et hi purgantur pena purgatoria. Similiter carentes iuſticia in duplici ſunt differentia. Quidam ſunt in ſtatu paruulorū. ⁊ hi carent iuſticia originali. ⁊ his cōpetit ſtatus in limbo ſine pena ſenſibili. Alij qui ſunt in ſtatu adultorum: qui carent iuſticia perſonali ſiue gratuita per ꝓpriam culpā. et talibus cōpetit ſtatus infernalis. Et ſic patꝫ ꝙ ratio illa nō valet. Poſſet etiam dici ꝙ pena purgatoria nō dicit ſtatū: ſed magis trāſitum de ſtatu ad ſtatum. Secundū dubium abſoluendum erat. vtrum ad purgationē animarum ſit aliquis locus ſpecialiter deputatus Et reſpondet Ric. di. xxi. quarti. ꝙ in inferno ſunt quatuor loca ſe habentia ſcḋm ſuperius et inferius. In loco maxime infimo ſunt damnati ꝓ peccato actuali. In illo qui eſt imediate ſupra illum ſunt damnati ꝓ ſolo peccato originali. In loco qui cōſequenter eſt ſupra illū ſunt anime que purgantur: quia ibi de lege cōmuni purgantur: q̄uis alique alibi purgentur ex aliqua cauſa ſpeciali. ſcꝫ vel vt viuentibus aliquid nuncient: vel vt ſuffragia ꝓ ſe impetrent. ⁊ vt patiendo vbi peccauerūt dei iuſticiam aliquibus ſenſibilibus manifeſtent. In quarto loco nō ſunt alique anime: ſꝫ ante chriſti aduentum ibi erant anime ſanctorum patrum: que penitentiā ſuam in purgatorio expleuerant. et ille que recedentes a corpore nihil purgabile portauere. Locus autē p̄fatus dicebatur ſinus Abrae: quia Abraam primus ab infidelibus ſe ſeparauit. ⁊ fidei ſignaculū diſtinctiuum accepit. Ideo locus requiei que debetur anime ꝓpter fidem charitate formatam ſinus Abrae dictus eſt. Hugo tamen libro ſecūdo de ſacramentis parte. xv. c. vij. negare videtur aliquē vnū locum determinatū eſſe purgationi animarum: dicens ꝓbabilius eſſe vt in his potiſſimum locis ſingule penam ſuſtinere credantur in quibus culpam cōmiſerunt: ſicut multis ſepe documentis ꝓbatum eſt. Alia vero ſi qua ſunt harum penarum loca nō facile aſſignare videtur. Sed ſententia iſta Hugo. nō acceptatur a doctoribus niſi intelligatur: vt dicit Bon. ſcḋm diſpenſationē diuinam: ⁊ nō ſcḋm cōmunem legē: quia improbabile eſt vt omnes anime que pariſius peccauerunt pariſius puniantur. Ideo ſcḋm legē cōmunem credendum eſt ꝙ ſicut limbus fuit inferius: ſic ⁊ locus purgatorius qui locus pars inferni creditur a quibuſdam ꝓpter illud verbum Gregorij in. iiij. dyal. Sub eodē igne electus purgatur: ⁊ damnatus crematur.

Tertium dubiū abſoluendū erat, qui ſunt ꝙ vadūt ad purgatorium. Et dicere poſſumus ſm̄ doctores ꝙ ſunt tria hominum genera.

Primi quidē ſunt qui cum venialibus moriuntur. Nam ſicut dicit magiſter ſup illo verbo .i. Cor. iij. Si quis ſupedificat ſup fundamentū hoc aurū argentū lapides precioſos lignum fenum ſtipulā: vniuſcuiuſqꝫ opꝰ manifeſtum erit. Dies em̄ dn̄i declarabit, quia in igne reuelabit: ⁊ vniuſcuiuſqꝫ opus quale ſit ignis ꝓbabit. Per lignū fenum ⁊ ſtipulam: intelligunt venialia peccata ꝑ quādā ſimilitudinem: quia venialia in eodē ſubiecto cum charitate exiſtentia poſſunt ꝑ ignem purgatorij et ſpūalem ignem charitatis ⁊ dilectōis cōſumi: ſicut lignum fenū ſtipula q̄ conſumuntur per ignem: ⁊ quia tardius cōſumit lignū ꝙ̄ fenum: ⁊ fenū ꝙ̄ ſtipula, ideo per lignum ſignificant venialia grauiora: ꝑ fenū mediaꝛ ⁊ ꝑ ſtipulā minora. Secūdi qui vadūt in purgatorium ſunt qui pn̄iam ante obitū ſuū nō egerūt, ſicut cōtingit his qui abſqꝫ ꝯfeſſione moriunt contriti. Tertij ſunt hi qui iniūctā ſibi pn̄iam nō compleuerūt. Nā penitentia i ꝯfeſſione a ſacerdote iniūcta: aut eſt maior: aut equalis: aut minor. Si aūt eſt maior: tūc id quod homo plus fecerit cum morit in augmentū ſue glorie cedit. Si eſt eq̄lis tūc ſufficit ad totius pene dimiſſionē. Si autē fuerit minor tūc id qđ reſiduū eſt ex virtute diuine iuſticie in purgatorio emendat: ne aliqđ peccatum remaneat impunitū.

De volūtate illoꝝ qui patiunt in purgatorio: ⁊ de grauitate penarū: ⁊ de miſtro ꝑ quē deus infligit penas illas. Capl̄m II

S Ecundum myſterium principale de purgatorio declarandum dicit penalitatis. In quo tria dubia ſunt aperienda, videlicet.

Primū vtrū pena illa ſit voluntaria.

Secundum vtrum ſit maxima oīm penarum temporalium.

Tertium vtrum per miniſterium demonum infligatur.

Ad p̄mū dubium rn̄det Boñ. ꝙ aliqua pena đꝛ tripl'r voluntaria. Uno modo q̄a aſſumit a voluntate impante: ſicut eſt pn̄ialis pena. Alio modo qꝛ ſuſtinet a volūtate acceptāte: ſicut eſt pena martyꝝ: qꝛ adeo placet ꝙ ab ea liberari nō vellent. Tertio modo eſt q̄dam pena que acceptat ⁊ ſuſtinet a voluntate celerante: vtputa pena que eſt cū patiētia: ita ꝙ eius oppoſitum eſt in deſiderio, ſicut cum amans ⁊ deſiderās ſanitatē infirmat, ſuſtinet quidē infirmitatē tanꝙ̄ penā diuinitus inflictā: attamen ab ea liberari procurat, ⁊ illud minime habet rōnem volūtarij. Hoc modo eſt volūtaria pena purgatorij in viris iuſtis: qui voluntarie eam ſuſtinēt: ⁊ deſiderant vehemēter ad patriā ꝑuenire: ⁊ ab alijs ſibi auxilium preberi. Scōm dubium videndum erat, vtrum pena purgatorij ſit maxima oīm penarum temporaliū. Et ſm̄ doc. rn̄det ꝙ ſic. Et ꝓbatur tripliciter.

Primo auctoritate.

Secundo ratione.

Tertio exemplo.

Primo ꝓbatur auc̄te. Inquit em̄ Augu. de pe. di. vij. c. vl. ⁊ diſt. xxv. c. q̄ in aliud ſeculū. Qui in aliud ſeculū diſtulit fructū ꝯuerſionis purgādus ē igne purgatōis. Hic etem̄ ignis etſi nō ſit eternꝰ: miro tn̄ modo grauis ē. Excellit em̄ oēm penā quam vnꝙ̄ paſſus eſt aliquis in hac vita. Nunꝙ̄ in carne tāta inuēta eſt pena tꝑalis. Scđo ꝓbat ratōne. Et ſm̄ Boñ. pōt ſumi rō ex diuina iuſticia: eo ꝙ deꝰ iuſtus penā nō acceptat ſm̄ ꝙ punitiua eſt: ſꝫ ſm̄ ꝙ plus eſt in ea rō ordinis recti. Scđꝫ hoc ḡ eſt intelligendū ꝙ eſt pena ſumpta: ⁊ pena inflicta. In pena ſumpta non tm̄ placet deo ordinatio pene ad culpā: ſꝫ ordo ⁊ rectitudo q̄ eſt in voluntate aſſumēte. In pena inflicta placet ordinatio pene ad culpā. Qm̄ ḡ pena penitentiū in pn̄ti plus eſt: ꝙ̄ pena morientiū eſt inflicta in purgatorio ꝑ eo ꝙ iam non eſt tꝑs agendi ſꝫ recipiēdi: ideo modica pena in pn̄ti plus ſatiſfacit ⁊ magis eſt de ea ꝯtenta diuina iuſticia: ꝙ̄ de magna i futuro. Ric. ſcđo ſumit rōnē ex cā ipſius pene. Nam pena cauſat dupl'r ſcꝫ ex abſentia boni amati: ⁊ p̄ſentia mali oditi. Et vtroqꝫ mō pena purgatorij maior eſt q̄libet pena tꝑali. Anime em̄ i purgatorio: qꝛ motꝰ earū non retardat mole corꝑis: vehemētiſſime deſiderāt cū deo perfecta fruitione cōiungi. Et iō ex huiꝰ cōiunctiōis abſentia vehemētiſſime affligunt: maxime cū videāt tꝑs aduenīſſe: q̄ cū deo ꝑfecte eſſent cōiuncte, ſi dū erāt in corꝑibus penā ſuis pc̄tis debitā ꝑſoluiſſent. Simili' ignis affligēs aīaꝫ in purgatorio magis eſt actiuꝰ igne noſtro qui tn̄ inter alia elemēta maxiē affictiuus. Ideo pena purgatorij lōge grauior eſt ꝙ̄ alia pena in hoc mūdo. Qualit autē aīa patiat ab illo igne declaratū eſt i p̄cedentibus ſmone. ſ. xiiij. huiꝰ opis. Tertio ꝓbat ḡuitas pene purgatorij exēplo. Habet nāqꝫ i

legēda ſancti Grego. ꝙ poſtꝙ̄ orauit ꝓ Traiano: apparuit ei angelus ⁊ dixit. Quia ꝓ damnato rogaſti duoꝝ tibi datur optio. Aut em̄ in purgatorio duobus diebus cruciaberis. aut certe toto tēpore vite tue fatigaberis doloribus ⁊ infirmitatibus. Qui p̄elegit toto tꝑe vite ſue doloribus cōcuti potius ꝙ̄ duobus diebus in purgatorio cruciari. Unde factū eſt ꝙ ſemꝑ deinceps aut febribus laborauit: aut podagre moleſtia ꝑſſus fuit: aut validis doloribus cōquaſſatus: aut dolore ſtomachi miſerabiliter cruciatus. Uñ in quadā epiſtola ſic loquit di. Tante podagre: ⁊ anticꝫ doloribus p̄mor: vt vita mea mihi grauiſſima pena ſit. Quotidie em̄ in dolore deficio: ⁊ mortis remediū expectando ſuſpiro. Tertium dubium ꝓpoſitū fuit. Utrū pena purgatorij ꝑ miniſteriū demonū infligat. Et q̄buſdā videt ꝙ ſic. eo ꝙ in ſcriptura: aut vix: aut nunꝙ̄ legit ꝙ bonus angelus bonos vexauerit. Sed vexatio bonoꝝ ſolū a malis fuit. ſicut exēplū habet de Iob. de Antonio: ⁊ alijs ſanctis ⁊ amicis dei. Mali ſcđo vexati ſunt a bonis ⁊ malis. Et rō videt eſſe ſm̄ eos. qꝛ qui vexat alterū ⁊ affligit quodāmō odiū habet. Diabolus autē odit bonos ⁊ malos ob ſuā crudelitatē, ideo vtroſqꝫ affligit cū ſibi permittit. boni vero nō odiunt niſi malos: ⁊ ideo illos ſolos affligunt: ſicut affixerūt ſodomitas ⁊ egyptios. Sꝫ opinio iſta ſtare nō pōt: qꝛ nō decet illū q̄ iuſte de aliquo triūphauit: poſtea puniri ꝑ ipſum. Sꝫ aīe que ſunt in purgatorio adherēdo iuſticie vicerunt diabolū. Ergo nō eſſet cōueniēs vt punirent demonū miniſterio. Propterea alij dixerūt ꝙ pena purgatorij infligit angelorū miſterio. Sed hoc nō videt ꝓbabile. ꝙ tā grauiter affligāt ⁊ puniant cōciues ſuos. nec hoc de facili ꝑ ſcripturā poſſet ꝓbari. Ideo dicēdū ſm̄ Ric. ⁊ Boñ. ꝙ ꝙ̄uis boni angeli ⁊ mali aſſiſtant morientibus boni ad iuuandū: mali ad nocendū ſi pn̄t: tn̄ in loco penali ipſius purgatorij nō puniunt anie miniſterio demonū: nec miniſterio bonoꝝ angeloꝝ: ſed ſola diuina iuſticia ignē purgatoriū ſicut inſtrumētū applicāte ad punitionē earū.

De iocunditate quā habent exiſtentes in purgatorio, tum ꝓpter certitudinē de ſua ſalute, tum ꝓpter cōfirmationē in grā, tum ꝓpter auxiliū viuoꝝ. Capl̄m III

T Ertiū myſteriū declarandū de purgatorio dicitur iocunditatis. Nā inter acerbitatē penarū ſentiūt aie in purgatorio exiſtentes m..ltam iocunditatē, maxime ꝓpter tria.

Primo ꝓpter certificationē.

Scđo ꝓpter ſubuentionē.

Tertio ꝓpter ſanctoꝝ affectionē.

Primo gaudent aie in purgatorio ꝓpt' certificationē. qꝛ iam certificate ſunt de gloria et beatitudine ad quā debēt ꝑuenire. Notandū tn̄ ſm̄ Boñ. in. iiij. diſ. xx. ꝙ anime ille maiorem certitudinē habēt ꝙ̄ ille que in via ſunt: ⁊ ſicut habebāt aie que erāt in limbo. Et illa certitudo media eſt inter certitudinē patrie ⁊ certitudinē vie. In patria eſt certitudo tentiōis euacuans expectationē ⁊ timorē. In via autē eſt certitudo expectatiōis mixta timori, qꝛ q̄libet labi pōt dū eſt viator. In purgatorio vero eſt medio mō. ſ. certitudo expectatiōis. qꝛ nōdum obtinuit: ſed eſt euacuatio timoris ꝓpt' liberi arbitrij cōfirmationē, qꝛ oīno ſit ꝙ deinceps peccare nō pōt. Nam cōfirmati ſunt in grā: nec valent malū velle: nec dum agere: qđ eis accedit ad leticiā ⁊ iocūditatē. Propterea ſapiētie. iij. dicit. Spes illoꝝ imortalitate plena eſt. Nec acceptāda eſt quorundaꝫ opinio eoꝝ qui dicunt ꝙ ꝓ acerbitate penarū ita abſorbet ſpūs vt vbi ſit ignoret. ⁊ ex hoc dubitet vtrū ſit in inferno: vel in purgatorio: aut extra. Sicut cū anima ex dulcedine ꝯtemplationis rapit extra ſe vt neſciat vtrū in corꝑe an ex̄ corpus hoc videat: ſic ſuo mō dicunt in penis ſe habere. Sed certe hoc nō videt poſſe rōnabiliter ſuſtineri. qꝛ etſi ſpūs carni cōiunctus poſſit ab huiuſmodi penis adeo abſorberi vt vſum rationis amittat: ſpūs tamen ſeparatus qui immortalis eſt nō videt adeo abſorberi: cū fortior ſit ad ſuſtinendū magnam penā in ſe ꝙ̄ in corpore paruā. Et cōtra dictā opinionē faciunt exempla: que Grego. ponit in. iiij. dial'. li. vbi. dicit ꝙ quidam in purgatorio exiſtentes in grauibus penis petierunt adiutoriū ꝓ liberatione, ergo ſciebant ſe aliquādo liberandos. Inſuper in omelia de diuite: et Lazaro dicit, ꝙ damnati ſupra ſe electos cōſiderant vſqꝫ in diem iudicij. Si ergo pena illa infernalis iꝓportionabilit' grauior eſt ꝙ̄ purgatoria: ⁊ illa nō abſorbet vſum rationis damnatis qui ſunt oppreſſi verme deſperatione ⁊ culpa: quāto magis nec iſta pena abſorbebit ſpiritus iuſtorum qui fortificati ſunt bona cōſcientia: ⁊ ſpe: ⁊ diuina gratia. Secundo gaudent anime exiſtētes in purgatorio ꝓpter ſubuentionem, quando ſubuenit eis per ſuffragia viuorū, de quibus diximus in precedenti ſermone. Innoteſcit autem eis ꝓdicta

ſubuentio quadruplicíter. Primo diuina in-
ſpiratione. Secūdo angelica reuelatione, vt
dicitur.xiij.q.ij.c faciendū. Tertio morientiū
noui intimatione. Quarto experientie cogni
tione: q2 per ſuffragia que impenduntur eis
experiuntur ſibi diminui penā. Conueniens
nanqꝫ eſt vt innoteſcat eis a quibus ⁊ q̄ ſuf-
fragia fiant: vt cū de purgatorio fuerint libe-
rate: ⁊ in gloriā angeloꝝ aſſumpte: grās ſuf-
fragatoribꝰ ſuis impendant: pro eis apud lar
giſſimū miſeratorē oīum deū intercedentes.
Non enī poſſibile eſt vt ingratitudo vel aliqͦd
quodcūqꝫ vitiū locū habeat i gloria ſempiter
na. Tertio gaudent aīe in purgatorio ꝓpter
ſanctorū affectionē. Supni quidē ciues orāt
⁊ rogant dn̄m ieſum xp̄m pro illis proximis
ſuis: quos cruciari cernūt. Scd̄m enī Bon̄. in
iiij. di. xlv. duo inducunt ſanctos orare ꝓ his
qui in purgatorio ſunt. Primū eſt eoꝝ neceſ-
ſitas, qua indigent ab illis releuari. Secūdū
eſt dei voluntas: qui vult ꝙ vnū membrū re-
leuet aliud. Tertiū addi pōt. ſ. futura iocundi-
tas ſeu felicitas. ſcꝫ vt eoꝝ gloria accidenta-
lis augeaᷣ cū videant eos futuros conciues
ſuos. Unde credendū eſt ꝙ angeli ſancti ſem
per viſitant eos ⁊ cōſolātur. Propter que oīa
ad prudentiā ſpectat dū viuimus in hoc ſecu-
lo penā quā poſſumꝰ ꝓ peccatis noſtris exol-
uere. Sin vero illā in purgatorio doleuᷣ lue-
mus: vbi lꝫ ꝓpter rationes iaꝫ tactas aliqua
leticia aderit: non t̄n tanta erit vt Bon̄. ait. q̄
ta erit afflictio. Jdeo ſollicite cogitemus que
ventura ſunt: ⁊ oculos aperiamus in tp̄e oppor-
tuno: vt ſic placemus deū quē offendimꝰ im-
petremuſqꝫ ab ipſo hic gratiā ⁊ in futuro ſe-
culo ſempiternam gloriam. Amen.

Feria tertia poſt Letare de iudicio curioſo
⁊ temerario: ꝓpᷣ qͦ multi q̄ ſe iuſtos credūt
pctōres ſūt ⁊ inimici altiſſimi dei. Ser. XLIX

Nolite iudicare ſm

n faciē: ſed iuſtum iudiciū iudicate.
Uerba ſunt redemptoris nr̄i ori-
ginaliter. Johis. vij. ⁊ in euangelio hodierno
Prebuit nobis ſaluberrimū documentū ſatiſ
qꝫ neceſſariū ſaluator noſter dn̄s ieſus xp̄us
duꝫ dixit verba in themate noſtro propoſita.
qm̄ ob curioſum iudiciū multi q̄ ſe bonos exi-
ſtimant ſepenumero mali fiunt. Scd̄m vero
Alex. ſniam in tertio volumie ſumme duplex
eſt iudiciū. Unū publicū ⁊ ordinatū: quod qui
dem eſt actus iuſticie. Aliud vero vſurpatuꝫ
⁊ temerariū: quo quis proximū ſuum iudicat
vel reputat bonū aut malū. De hoc itaqꝫ iudi
cio de quo locutus eſt xp̄s: ⁊ nos in preſenti
ſermone dicemus. Jn quo triplex iudiciū ſub-
diſtinguemus declarandum.

Primum dicitur dubietatis.
Secundum veritatis.
Tertium temeritatis.

Qͦd peccatū eſt iudicare in deteriorē partē
aliena facta q̄ nobis dubia ſunt: ⁊ q̄re dubia
ſunt in meliorē partē interp̄tanda. Caplm̄. I

P Rimū iudiciū vſurpatū dicitur du-
bietatis, cū q̄s proximū ſuū ex operi
bus dubijs iudicat malū. Nā multa
ſunt opera que bene fieri poſſunt ⁊ male. ſicut
ieiunare: orare: elemoſynas facē: audire miſ-
ſas: viſitare eccleſias: ⁊ ſimilia. in quibꝰ ſi q̄s
diffinitiue iudicaret proximū talia male face
re: vtputa propter vanā gloriā: aut aliquem
aliū malū finē: peccaret per vſurpationē iudi-
cij. Jdcirco in his ſeruanda eſt regula que po
nitur in glo. Rom̄. xiiij. ſuper illis vbis. Qui
non manducat manducantē non iudicet. vbi
dicitur. Dubia ſunt in meliorē partē interpre
tanda. Et ꝙ ita ſit probari poteſt tripliciter.

Primo auctoritate.
Secundo ratione.
Tertio exemplo.

Primo probaᷣ auctoritate. Unde. xxxiij.
di. c. habuiſſe. Jn rebus ambiguis abſolutuꝫ
non debꝫ eſſe iudiciū. Et. xi. q. iij. in. c. graue.
Graue ſatis eſt ⁊ indecens vt in re dubia cer
ta deᷣ ſnīa. Et. xxx. q. v. c. incerta. Jncerta nul
latenus iudicemus: quouſqꝫ veniat dn̄s qui
latentia producat in lucē. ⁊ illuminabit abſcō
dita tenebrarū: ⁊ manifeſtabit cōſilia cordiū.
Ad hoc facit ibidē. c. nullū. ij. ⁊. c. iudicantem.
Et idē ponitur in glo. ſuper. c. nauiganti. ex̄ de
vſur. ⁊ in. c. ex litteris. de ꝓbationibꝰ. Ad ideꝫ
eſt illud dictū ex̄ de regu. iur. Eſtote inq̄t miſe
denuncians: ſed aduentum dei venerabilis, quam cū ſuſpexiſſent chaldeorum ꝑfecto viri ſapientes ⁊ in cōſideratione rerum celeſtium ſatis exercitati queſiſſe dicunt̃ recentem ortū dei. Joſephus vero in decimooctauo antiquitatum li. de xp̄o ait. Fuit autem p̄dictis temporibus ſapiēs vir: ſi virum eū nominare fas eſt. Erat enī mirabilium operum effector: et doctor hominū eorum qui libenter que vera ſunt audiunt. ⁊ multos quidem iudeorū: multos quoqꝫ ex gentilibus ſibi adiunxit. Xp̄us hic erat. Hunc accuſatione primoꝝ noſtre gētis virorum: cum Pilatus in cruce agendum decreuiſſet: nō deſeruerunt hi qui ab initio dilexerunt eum. Apparuit eniꝫ eis tertia die iterum viuēs ſm ꝙ diuinitus inſpirati ꝓphete vel hec vel alia de eo innumera miracula p̄dixerunt. Angelus autem qui virgini cōceptuꝫ naſcituri dei nunciauit. Luc. i. c. ſubdidit. Qḋ enī ex te naſcet̃ ſanctum vocabit̃ filius dei. Et Johannes baptiſta de xp̄i diuinitate ſic dixit. Uidi ⁊ teſtimoniū perhibui: qr h̓ eſt filius dei. Idipſum dixit Nathanael Johā. i. ⁊ Petrus Matth. xvi. Audiamus iterū ⁊ Paulum Hebre. i. di. Multiphariā multiſqꝫ modis olim deus loquēs patribus in ꝓphetis: nouiſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio: quem cōſtituit heredem vniuerſorū per quem fecit et ſecula. Et Ro. i. Quod ante ꝓmiſerat per ꝓphetas in ſcripturis ſanctis de filio ſuo. Et ad Titū. ij. Apparuit gratia dei ⁊ ſaluatoris noſtri. Et ne ꝓlixitate dicendi tedium audientibus ingerat̃: dimiſſis alijs teſtimonijs que xp̄m acclamāt deum verū: ſubnotabimus vocem illam paternam: que inſonuit in monte vt pꝫ Matth. xvij. Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene cōplacui ipſum audite. Et Joh. xij. cum xp̄s dixiſſet. Pater clarifica filium tuū: audita eſt vox de celo. Et clarificaui: ⁊ iterū clarificabo. Et quidam de turba cōfuſum ſonū illius vocis audientes dicebant tonitruum factū eſſe. Alij autem dicebant angelum illi fuiſſe locutum. Sed nō deſunt heretici maledicti. ſ. Cherintus: Hebion: Paulus: Samoſcetanus: Fotinus: ⁊ alij qui ſm Tho. in. iiij. ſumme. cōtra gentiles tam p̄clara validiſſimaqꝫ de xp̄i diuinitate teſtimonia infirmare ⁊ deijcere ſatagunt. Aiunt enī ꝙ de ſimilibus idē eſt iudicium. Sed oēs illi in quibus deus inhabitat p grām vocant̃ in ſcripturis filij dei per nuncupationē ⁊ adoptionem. ⁊ tn̄ nō ſunt eiuſdeꝫ nature ſiue ſubſtantie cū ipſo deo. ergo a ſimili dicet̃ de xp̄o ꝙ eſt dei filius

per participationē: per adoptionē: vel nuncupationē: non aūt per naturā. Probare autem poſſumus per ſcripturas ꝙ iuſti vocantur dei filij ⁊ dij. Un̄ dd̄. in pſ̄. ait. Ego dixi dij eſtis: ⁊ filij excelſi oēs. Et Joh. i. dicitur. Dedit eis pt̄atē filios dei fieri his ꝗ credūt in noīe eius Et Joh. x. Illos deos dixit ad quos ſermo dei factus eſt. Et prime ſue canonice. c. iij. Uidete qualē charitatē dedit nobis pater vt filij dei nominemur ⁊ ſimus. Et Roma. viij. Ipe em̄ ſpūs teſtimoniū reddit ſpūi nr̄o ꝙ ſimus filij dei. Et Jacobi. i. Uoluntarie enim genuit nos verbo veritatis. Huiuſmōi ꝓbationibꝰ heretici veneno ſi ſuū virus effuderūt. Cōtra quos egregiꝰ Aug. in libro de eccl'iaſticis dogma. de xp̄o ita loquit̄. Natꝰ eſt ſm veritatē nature ex deo dei filius: natus eſt ſm veritatē nature ex hoīe hoīs filius: vt nō appellatiōe: nō adoptione: ſꝫ natura in vtraqꝫ natiuitate naſcēdo filij nomē haberet. Et ꝗ dicto doctores theologi diſt. x. tertij libri colligūt vnā ꝓpoſitionē. ꝙ hec locutio. Xp̄s filiꝰ dei ꝑ adoptionē nullo mō eſt admittēda ſiue ꝓferat̄ ſimplicit̄: ſiue cū determinatiōe: vtpote ſi addatur inquātum homo. quia filiatio reſpicit perſonā eo ꝙ xp̄s eſt vnus filius: ⁊ nō duo filij. lꝫ in eo ſint due natiuitates. ſ. eterna ⁊ tēporalis. Adoptio aūt preſupponit quādā extraneitatē: que nullo modo ꝯuenire pōt ꝑſone xp̄i. Ad illud vero qd̄ heretici obijciūt. ſ. de ſilibꝰ idē eſſe iudiciū. Rn̄det Tho. in. iiij. li. ſumme ꝯtra gentiles. ꝙ aliter ſcriptura loquit̄ de xp̄o ꝙ ſit filiꝰ dei. aliter de nob. De ipo em̄ dixit Joh. iij. ⁊ Joh. vi. ꝙ deſcēdit de celo. ꝗ erat anq̄ de celo deſcēdiſſet. Dicit eū vnigenitū Joh. i. ⁊ Jo. viij. ipe dixit. Anteq̄ abraā fieret ego ſum. Que oia diuinitatis eius veritatem oſtendunt.

Qd̄ experimento miraculoꝝ xp̄i oſ̄ditur eiꝰ diuinitas. cū ꝓpt̄ ſpeciē operū. cū ꝓpter modū. tum propter documentum. Caplm. II.

Ecundo inſinuemꝰ experimento vel exemplo ꝙ xp̄us fuerit verus deus eiuſdē cū patre nature. Et de hoc ipe xp̄s dixit iudeis in tēplo in porticu Salomonis qn̄ circūdederūt eū interrogantes ſi eſſet xp̄s. Loquor vobis ⁊ non creditis. Opera q̄ ego facio in noīe patris mei hec teſtimoniū ꝑhibent de me. Joh. x. Et cū ꝓpter hmōi verba voluiſſent euꝫ lapidare dixit. Uos dicitis quia blaſphemo: quia dixi filiꝰ dei ſuꝫ. Si nō facio opa patris mei: nolite credere mihi. Si aūt facio ⁊ ſi mihi non vultis credere: operibus credite. vt cognoſcatis ⁊ credatis q̄ pr̄ in me eſt ⁊ ego in pr̄e. Ex hoc dicit Tho. in. iij. parte. q. xliij. ꝙ miracula xp̄i fuerūt ſufficiēs teſtimonium diuinitatis ſue propter tria.

Primo propter ſpeciem operum.
Secundo propter modum.
Tertio propter documentum.

Primo propter ſpeciē operū que tranſcendebāt omnē poteſtatē create nature: propterea fieri non poterant niſi virtute diuina. Unde Joh. ix. Cecus illuminatus dicebat. A ſeculo non eſt auditū: q: aperuit quis oculos ceci nati. Niſi eſſet hic a deo: nō poterat hec ſigna facere. Secūdo miracula que fecit chriſtus fuerūt ſufficiēs teſtimoniū diuinitatis ſue. q: faciebat miracula ꝓpria virtute ⁊ auctoritate. Unde Luce. vi. ſcriptū eſt. Uirtus de illo exibat ⁊ ſanabat oēs. Et Luce. vij. Reſuſcitans adoleſcētulū imperatiue locutꝰ eſt. Adoleſcēs tibi dico ſurge. Et qn̄ reſuſcitauit lazarū Joh. xi. ait. Lazare veni foras. Neqꝫ audiēdi ſunt qui dixerunt animā beatā. ⁊ precipue animā chriſti virtute propria poſſe miracula facere. Quia vt dicit Rich. di. xliij. iiij. li. Miracula nō poſſunt fieri aliqua creata virtute. Unde q̄uis xp̄s q: eſt deꝰ ⁊ homo: poſſit rōne diuine potētie miracula facere: hoc tn̄ anima eius nō poteſt. Unde Rich. lib. i. de trinitate. c. ij. ait. Illa prodigia ⁊ ſigna que fuerunt facta ad confirmationē fidei nr̄e: nō niſi ꝑ diuinā virtutē fieri potuerūt. Et ſi dicatur ꝙ in ſuſcitatione lazari xp̄us egit grās deo pr̄i. Rn̄det̄ ꝙ aliud eſt grās referre: ⁊ aliud ſuffragiū ipetrare. ꝓpterea xp̄s dixit loq̄ns ad patrē. Ego em̄ ſciebam ꝙ ſemꝑ me audis. ſed ꝓpter populū qui circūſtat dixi vt credāt: q: tu me miſiſti. ideo iperatiua voce clamauit. Lazare veni foras. Alij vero ꝗ miracula fecerūt: nō ea fecere virtute ꝓpria: ſed virtute dei vel virtute ipiꝰ xp̄i incarnati. Un̄ ⁊ Petrꝰ vt ſcribit̄ in actibꝰ apoſtoloꝝ dixit ei qui. xl. annis iacuerat infirmꝰ ad portā templi. In noīe ieſu ſurge ⁊ ambula.

Tertio miracula ſunt ſufficiens teſtimoniū xp̄i diuinitatis propter documentū: q: filium dei ſe predicabat. Un̄ Joh. v. dixit. Pater meꝰ vſqꝫ mō operat̄ ⁊ ego operor. Et Joh. vi. Sicut miſit me viuens pater: ⁊ ego viuo ꝓpter patrē. Et Joh. viij. Si me ſciretis: forſitan ⁊ patrē meū ſciretis. Et Joh. x. Ego ⁊ pat̄ vnū ſumus. Et Johis. xvi. Exiui a patre ⁊ veni in mundū. iterū relinquo mundū ⁊ vado ad patrem. Niſi hoc fuiſſet verū: nequaq̄ ei aſtitiſſet diuina virtꝰ in miraculoꝝ patratiōe. Nam impoſſibile eſt ipm deū tā ſceleſto mendacio

ferre teſtimoniū per opera infinite ꝟtutis: q̄ ſunt miracula vera. Et hoc Greg. in omel'. de epiphania cōtra duros iudeos ſic pulchre loquit̄. Omnia elemēta auctorē ſuū veniſſe teſtata ſunt. Ut em̄ de his quaſi quodā humano vſu loquar: deū hunc celi eſſe cognouerūt quia ꝓtinus ſtellā miſerūt. Mare cognouit: quia ſub eius plātis ſe calcabile prebuit. Terra cognouit: quia contremuit. Sol cognouit quia lucis ſue radios abſcondit. Saxa et parietes cognouerūt: quia tempore mortis eiꝰ ſciſſa ſunt. Infernus cognouit: q: hos quos tenebat captiuos reddidit. Et tn̄ hunc quem deum omnia elemēta inſenſibilia ſenſerunt adhuc infideliū iudeorum corda deuꝫ eſſe minime agnoſcunt: ⁊ duriora ſaxis ad penitētiā ſcindi nolunt: eūqꝫ confiteri abnegant: quem elementa vt diximus aut ſignis aut ſciſſionibus deum clamant.

Qd̄ apparet diuīitas xp̄i ꝯ rōne ſc̄ificatiōis animarū: remiſſionis peccatorum: ⁊ ꝓductionis mundi. Caplm III

Ertio inſinuemꝰ diuinitatē xp̄i rōne. Quecūqꝫ em̄ attribuūt̄ ſm veritatē alicui illa que non poſſunt conuenire niſi ſoli deo: ille eſt deus. ſꝫ xp̄o attribuuntur ſm veritatem ea que conueniūt ſoli deo. ergo ipe eſt deus. Sunt autem illa principaliter tria.

Primū eſt aīarum ſanctificatio.
Scdm̄ pctōrum remiſſio
Tertiū mundi ꝓductio.

Primū quod deo cōuenit eſt aīarū ſanctificatio. Unde ipe Leuit̄. xxvi. ait. Ego dn̄s q̄ ſanctifico vos. Hoc ipꝫ dr̄ de xp̄o. Un̄ Heb. vlti. Jeſus vt ſanctificaret per ſuū ſanguineꝫ ppl'm extra portā paſſus eſt. Scdm̄ qd̄ deo cōuenit eſt pctōꝝ remiſſio. Propterea ꝑ Eſa. xliij. ipe ſic loquit̄. Ego ſuꝫ q̄ deleo iniq̄tates tuas. Sed ⁊ de xp̄o Mat. i. angelus dixit ioſeph. Ipe em̄ ſaluū faciet ppl'ꝫ ſuū a peccatis eoꝝ. Ex hoc Mat. ix. habet̄. Qd̄ cum quidaꝫ ex ſcribis murmuraret intra ſe: quia chriſtꝰ dixerat paralytico. Cōfide fili remittunt̄ tibi pctā tua. Xp̄s rn̄dit. Ut quid cogitatis mala in cordibus veſtris. Quid eſt facilius dicere remittunt̄ tibi pctā tua: an dicere: ſurge ⁊ ambula. Ut ſciatis aūt q: filius hoīs hꝫ ptātem in terra dimittendi pctā: tunc ait paralytico. Surge. tolle lectū tuum ⁊ vade in domū tuā. Tertium qd̄ deo cōuenit eſt mūdi ꝓductio. hinc eſt ꝙ ꝑ Eſa. xlviij. c. ait. Ego ipe. Ego ꝑmus: ⁊ ego nouiſſimꝰ. Manus quoqꝫ mea fundauit terrā: ⁊ dextera mea mēſa eſt celos. Sed de xp̄o etiam. dr̄ Joh. i. In ꝑncipio erat verbum. ⁊. ꝗ. Oia ꝑ ipm facta ſunt: ⁊ ſine ipſo factū eſt nihil. Et mundus per ipm factꝰ eſt et mūdus eum nō cognouit. Non cognouerunt iudei: q: in ꝓpria venit: ⁊ ſui eum nō receperunt. Non cognoſcūt infideles: q̄a ipm purum hoīem exiſtimantes: deū verum adorare recuſant. Non cognoſcūt ⁊ mali xp̄iani: quibꝫ vt dicit Paulus ad Titū. i. confitentur ſe noſſe deum: factis aūt negant. O mūdanorū ſuperbia deteſtanda. O temeraria mētis humane curioſitas. O deniqꝫ ingratitudo maligna. Certe ille qui in cuna vagijt: in preſepio pannis fuit inuolutus: in terris cum hoībus conuerſatus eſt: in cruce in medio latronum pependit: ⁊ i ſepulchro vſqꝫ in diem tertium latuit. ipſe verus deus eſt: qui a mortuis reſurgens aſcendit in celū: ⁊ ſedet a dextris dei Ipe ꝓpter nimiam charitatē ſuam qua dilexit nos cum in forma dei eſſet. non rapinaꝫ arbitratus eſt eſſe ſe equaleꝫ deo. exinaniuit ſeipſum formā ſerui accipiens in ſilitudineꝫ hoīm factus ⁊ habitu inuentus vt homo. vt dr̄ Philip. ij. O immenſa pietas. o ardētiſſima charitas patris noſtri dei. De quo dicit̄ Joh. iij. Sic deus dilexit mundū vt filiū ſuuꝫ vnigenitū daret. vt oīs qui credit in eum nō pereat: ſed habeat vitā eternā. hoc Gregoriꝰ conſiderans xp̄m in cruce nudatū clauis cōfoſſum vulneribus plenum coronatū ſpinis extinctū morte crudeli: cū admiratōe ad deū ac pietate clamabat. O ieſtimabilis dilectio charitatis: vt ſeruū redimeres: filiū tradidiſti. Nos vero cum ipſo tam feruidum amorē recolētes: referamꝰ grās benefactori nr̄o deo ⁊ dn̄o ieſu xp̄o: cui ſit laus ⁊ glia per īfinita ſeculoꝝ ſecula. Amen.

Sabbato poſt letare de veritate: qualitate ſeu tꝑalitate horribilis illius beſtie. ſ. ātixp̄i. qui apparebit in vltimis tꝑibus cū ꝯſūmata fuerit iniq̄tas hoīm. Sermo LIII

Ego ſum lux mūdi

Qui ſequit̄ me nō ambulat i tenebris. Uerba ſunt redemptoris noſtri originalr̄ ſcripta: Joh. viij. ⁊ in euāgelio hodierno. In vltimis tempībus cum cōſummata erit iniquitas hoīnū: apparebit deo ꝑmittente horribilis illa beſtia: que vocabulo cōmuni dicitur antichriſtus ſcilicꝫ chriſto cōtrarius. propterea ſaluator nr̄ ꝑmonuit omnes vt ſolidi eſſent atqꝫ conſtantes in fide:

necꝫ deſererent ipſum ſaluatorē/qui verbo et
exemplo ſalutis viam nobis oſtēdit. Erat em̄
lux vera/que illuminat omnē hoīem venientē
in hunc mundū. Joh. i. Qm̄ autē tp̄e perſecuti-
onis antixp̄i multi deficiēt: qui xp̄m derelinq̄n-
tes/antixp̄m ſequenꝭ ⁊ colent: currētqꝫ (luce re-
licta) poſt tenebras erroꝝ ac vitioꝝ: idcirco in
p̄ſenti ſmone ꝓ eruditiōe p̄ſentiū de antixp̄o
erimus tractaturi. eo ꝙ nō ipſe ſed xp̄us eſt
omni ſtudio ac conatu ſequēdus. De ipſo itaqꝫ
antichriſto/tria myſteria principalia de-
clarabimus.

Primū dicꝭ veritatis.
Secundū qualitatis.
Tertiū temporalitatis.

Qd̄ ꝑ auctoritates ſcripture/⁊ teſtimonia
ſanctoꝝ/oſtendiꝭ: futurus antixp̄s.

Capitulū I

Primū myſteriū de antixp̄o declaran-
dū dicꝭ veritatis. In quo aperte de-
bemus oſtēdere qualiter verū eſt ꝙ
antixp̄s ſit venturus: qui eccleſiā dei artius ex-
pugnabit: ⁊ xp̄ianos crudeliſſime pſequeꝭ: ꝙ
fecerit vnꝙ quicūqꝫ alius xp̄iani noīs inimi-
cus. Ad hoc autē ꝓbandū ſunt auctoritates
ſcripture ⁊ ſctōꝝ teſtimonia q̄ ſequunꝭ. Scri-
bit nanqꝫ Geñ. xlix. c. ꝙ Jacob patriarcha in
extremo vite ſue p̄dicens filijs ſuis que ventu-
ra erant: dixit de Dan. Fiat Dan coluber ī via
ceraſtes in ſemita: mordens vngulas equi vt
cadat aſſeſſor eius retro. Et licet vt dicit ma-
giſter in hiſtorijs ſcholaſticis, intelligāt iudei
hanc ꝓphetiam de Sanſone: qui fuit de tribu
Dan. vt p3 Judicū. xiij. Et iudicauit populū
vt habeꝭ. xv. c. Tamen gloſa ordinaria dicit
ibi ſic. Dan nō ſolum coluber ſed ceraſtes vo-
caꝭ: qui ſerpens eſſe cornutus perhibeꝭ: quo
digne antixp̄i aduentus aſſeritur: quoniā cō-
tra ſanctos morſu peſtifero ⁊ cornu poteſtatis
armabiꝭ. Ambroſius vero libro de benedictio-
ne patriarcharū dicit p̄fatam ꝓphetiam de
antixp̄o debere intelligi. Ait em̄. Antichriſtus
futurus eſt de tribu Dan, ſeuus iudex ⁊ tyran-
nus immanis: qui populum iudicabit. ⁊ tan-
ꝙ ſedens in via ſerpens deijcere tēptabit eos
qui viam ambulant veritatis. Hec ille. Sicut
em̄ duodecim fuerunt apoſtoli. de quorū nu-
mero cecidit vnus: loco cuius ſucceſſit Mat-
thias: ſic in numero duodecim tribuum filioꝝ
iſrael vna tribus ruit. ſ. Dan: que in antichri-
ſto perſequeꝭ xp̄m: loco cuius Apoc. vij. in vi-
ſione beati Johānis ſuppleꝭ tribus Manaſ-
ſe: qui fuit filius Joſeph. vt dicitur Geñ. xli.

Quare ꝓphetia Jacob recte ꝓnunciauit anti-
xp̄m futurū. Daniel vero. xi. c. ita inquit. Ad-
huc aliud tempus erit ſcilicet antichriſti. ſm
Nicolaū de lira. ⁊ faciet rex. i. antichriſtus iu-
xta voluntatē ſuam. ⁊ eleuabitur ⁊ magnifi-
cabitur aduerſum omnē deum: ⁊ aduerſus de-
um deoꝝ loqueꝭ magnifica. ⁊ dirigeꝭ. id eſt ꝓ-
ſperabiꝭ. donec cōpleatur iracūdia. ſcꝫ dei. per-
petrata quippe eſt diffinitio. quaſi dicat. ſic eſt
determinatū in dei p̄ſcientia. Et deum patrū
ſuorū nō reputabit: ⁊ erit in cōcupiſcentijs fe-
minarū: nec quenꝙ deorum curabit: qꝛ aduer-
ſum vniuerſa cōſurget. Et Danieꝭ. viij. c. Cū
creuerint iniquitates: cōſurget rex impudēs
facie. ſ. antixp̄s. inuerecundus ad omne ma-
lum: ⁊ intelligens ꝓpoſitiones. Et roborabiꝭ
fortitudo eius: ſed nō in viribus ſuis. ſ. quia
in viribus diaboli. Et ſupra ꝙ credi poteſt v-
niuerſa vaſtabit. et ꝓſperabitur ⁊ faciet. Et
interficieꝭ robuſtos. ſcꝫ illos qui inuenientur
firmi in lege dei nolentes ei obedire: ⁊ populū
ſanctorū ſm voluntatem ſuam: ⁊ dirigeꝭ do-
lus in manibus eius: ⁊ cor ſuum magnifica-
bit. Et in copia rerū omniū occidet plurimos
et cōtra principem principum. ſcꝫ deum cōſur-
get. Et ſine manu cōtereꝭ. ſcꝫ quia illū deus in-
terficiet: nō per manum hominis: ſed angeli.
De ipſo etiā antixp̄o ꝓphetauit Joh. i. ſua ca-
nonica. c. ij. Audiſtis qꝛ antixp̄s venit. i. veni-
et tempore ſuo ſm Nicolaū de lira. Et Apoca.
xiij. Joh. ait. Uidi de mari beſtiam aſcenden-
tem: habentē capita ſeptem. ⁊ cornua decem.
et ſuper cornua eius decē diademata: ⁊ ſup ca-
pita eius noīa blaſphemie. Et beſtia quā vi-
di ſimilis erat pardo. ⁊ pedes eius ſicut pedes
vrſi: ⁊ os eius ſicut os leonis. ⁊ dedit illi dra-
co virtutē ſuam. ⁊ poteſtatem magnā. Et vi-
di vnū de capitibus ſuis quaſi occiſum in mor-
tem: ⁊ plaga mortis eius curata eſt. Et admi-
rata eſt vniuerſa terra poſt beſtiā: ⁊ adoraue-
runt draconē qui dedit poteſtatem beſtie. Et
adorauerūt beſtiam dicētes. Quis ſimilis be-
ſtie: ⁊ quis poterit pugnare cū ea. Et datū eſt
ei os loquēs magna: ⁊ blaſphemias. Et data
eſt ei poteſtas facere mēſes quadragintaduos
Et aperuit os ſuū ī blaſphemias ad deū blaſ-
phemare nomen eius: ⁊ tabernaculū eius: et
eos qui in celo habitant. Et datū eſt illi facere
bellū cū ſanctis ⁊ vincere illos. Et data eſt illi
poteſtas in omnē tribū: ⁊ populū: ⁊ linguā: et
gentē. Et adorauerūt eā oēs qui inhabitabāt
terrā: quoꝝ nō ſunt ſcripta noīa in libro vite
agni qui occiſus eſt ab origine mūdi. Scrib

etiā Methodius: quē cōmendat Hiero. in ꝓ-
logo ſuper Danielē. de quo etiā meminit ma-
giſter hiſtorie ſcholaſtice. c. iiij. ſuper Geñ. ita
de antixp̄o dixit ī libro quodā ſuo: in quo tra-
ctat de primis ⁊ nouiſſimis tp̄ibus. Ueniet fi-
lius perditionis qui dicitur antixp̄s: ⁊ putās
ꝙ ſit deus exaltabit cornua eiꝰ nimis. Et Pau-
lus. ij. Theſſal. ij. Reuelabitur ille iniquꝰ quē
dn̄s ieſus interficiet ſpiritu oris ſui: ⁊ deſtru-
et illuſtratione aduentus ſui eū cuius aduen-
tus eſt ſm operationē ſathane in omni virtu-
te ⁊ ſignis ⁊ prodigijs mendacibus: ⁊ in om-
ni ſeductione iniquitates his qui pereunt. De
antixp̄o etiā Dama. dixit. iiij. lib. ſuarū ſniaꝝ
Decet ſcire quoniā oportet antixp̄m venire.
Et Aug. xx. lib. de ciui. dei. c. xix. Non veniet
ad viuos ⁊ mortuos iudicādos xp̄s: niſi priꝰ
venerit ad ſeducēdos in aīa mortuos aduer-
ſarius eius antixp̄us. Sed in quo templo vt
deus ſit ſeſſurus incertū eſt. vtrū in illa ruina
templi quod a Salomone conſtructū eſt: an
in eccleſia? Et ſaluator noſter Joh. v. ait. Ego
veni in nomine patris mei ⁊ non accepiſtis
me. Si alius venerit in nomine ſuo ⁊ illū ac-
cipietis. Et Matth. xxiiij. Cū videritis abo-
minationē deſolationis que dicta eſt a Dani-
le ꝓpheta ſtantē in loco ſancto qui legit ītelli-
gat. Predixerat quippe Daniel. ix. c. In dimi-
dio hebdomadis deficiet hoſtia ⁊ ſacrificiū. ⁊
erit in templo abominatio deſolationis. Qd̄
declarans Hilarius ſuper Matth. dicit. To-
tum iudiciū aduētus futuri ponit dicens. Cū
videritis ⁊c. De antixp̄i em̄ tp̄ibus hec locu-
tus eſt ꝓpheta. Abominatio em̄ ex eo dicta ē
ꝙ aduerſus deū veniens: nomen dei ſibi vendi-
dicet. deſolationis aūt abominatio: qꝛ bellis ⁊
cedibus terrā deſolaturus ſit. Deprehēdimꝰ
ergo per tot teſtimonia verū eſſe ꝙ antixp̄us
veniet. Sed nonnulli hanc veritatē ſubterfu-
gere querunt dicentes veniſſe iam antixp̄m.
Nam aliqui ſunt tenentes hereticos oēs an-
tixp̄os fuiſſe. Alij opinanꝭ illū fuiſſe Neronē
Quidā vero arbitrantur ꝙ fuerit ſpurciſſimꝰ
Machometh. Sed primis ridemꝰ non eē
negandū hereticos omēs myſtice antixp̄os
poſſe vocari. Quia ⁊ Joh. i. canonice. ij. c. An-
tixp̄i ait multi facti ſunt. Et Hieronymus ſu-
per illo verbo Matth. xxiiij. Multi venient
in noīe meo dicentes ego ſum xp̄s. inquit. Ego
reor oēs hereſiarchas antixp̄os eſſe: ⁊ ſub no-
mine xp̄i docere que contra xp̄m ſunt. Uerū
tamen non obſtat qn̄ verus ⁊ realis antixp̄s
venire debeat. Contra ſecundos vero dicere

poſſumꝰ ꝙ Nero nō fuit antixp̄us verus. Tū
quia poſt ip̄m inuenti ſunt ⁊ alij crudeliſſimi
perſecutores xp̄ianorū. vt Domitianꝰ. Anto-
nius. Seuerus. Maximianꝰ. Decius. Aure-
lianus. Diocletianꝰ. Maximinꝰ. ⁊ ceteri. Tū
quia antixp̄us regnare debet per tres annos
cū dimidio. ſicut patet in auctoritate ſuperiꝰ
allegata Apoc. vbi dicitur ꝙ data eſt illi pote-
ſtas facere menſes. xlij. Et Danieꝭ. xij. dicitur
ꝙ perſecutio eius durabit per tp̄s. i. per annū
⁊ tp̄a. i. per duos annos: ⁊ dimidiū tp̄is. i. di-
midiū anni ſm expoſitionē Hiero. Nero aūt
ſm Oroſiū ⁊ Eutropiū regnauit ānis. xiiij.
Non potuit etiā Nero eſſe antixp̄us: qꝛ anti-
xp̄s interficiendus eſt ab angelo: ⁊ Nero in-
terfecit ſeip̄m. vt qui alijs crudelis extiterat:
in ſeip̄o crudelitatꝭ officiū exerceret. Sed ad-
huc quidā dixerunt Neronē reſurrecturū ⁊ fu-
turū antixp̄m. de quibus dicit Aug. lib. xx. de
ciuitate dei. Multū mihi mira hec opinantiū
tanta preſumptio. Alios vero qui dixerunt
Machumeth fuiſſe antixp̄m conuincere poſ-
ſumus ex verbis chriſti dicentis Mat. xxiiij.
Niſi breuiati fuiſſent dies illi nō fieret ſalua
omnis caro. Perſecutio autē machumeth du-
rauit iam per annos octogintos. Perſecutio
autem antichriſti lꝫ grauior ⁊ terribilior futu-
ra ſit qualibet alia: abbreuiabitur propter ele-
ctos. Quare expectandus eſt antixp̄s. de quo
Paulus. ij. Theſſal. ij. c. ait. ꝙ reuelabitur ille
homo peccati filius perditionis: qui aduerſaꝭ
⁊ extollitur ſupra omne quod dicitur deus.

De q̄litatibꝰ ſeu cōditōibꝰ ātixp̄i ꝗtū ad eiꝰ
natiuitatē: malignitatē: ⁊ poteſtatē. Cap. II.

Secundū myſteriū declarandū de an-
tixp̄o dicꝭ qualitatis. In quo nota-
re debemus triplicē eiꝰ cōditionem.

Prima dicitur natiuitatis.
Secunda malignitatis.
Tertia poteſtatis.

Prima antixp̄i conditio dicitur natiuitatꝭ.
Scd̄m Methodium naſcetur in Chorozaim
nutrietur in bethſaida. Sed quibuſdā vide-
tur ꝙ naſcetur in babylone: vt dicit gloſa ſu-
per. ij. Theſſal. Et Hieronymꝰ ſup Danielem
Uerūtn̄ nec hoc videꝭ cōſonū veritati: niſi in-
telligamꝰ babylonē myſtice: prout ſignificat
confuſionē: eo ꝙ babylon illa magna cecidit:
⁊ facta eſt inhabitabilis. Ex quo dubium vide-
tur in quo loco determinate ſit naſciturus an-
tixp̄s. De gente vero credibile eſt ⁊ veriſile ꝙ
naſciturus ſit vt Hieronymus dicit ſuper. xi.
c. Dan. de populo iudeorum. De modo autem

lʒ quidā dicant ꝙ opere demonis generabit̃ ſuccubi.ſ.qui aſſumpto corpore in ſpecie mulieris ſupponet ſe viro, ⁊ incubi qui.ſ.poſtea ī ſpecie viri cōmiſcebit ſe mulieri. Tamen hoc nulla auctoritate probari poteſt. Et vt Hiero. dicit ad Paulinū. Quod de ſcripturis ſanctis auctoritatē non habꝫ: eadē facilitate contemnitur qua ꝓbatur. Idcirco inherendū eſt ſententie Dama. qui ait. Non ex fornicatione generabit̃ ⁊ ſuſcipiet oēm actū ſathane. Scda ꝯdicio antixp̄i dicitur malignitatis. Erit quidem homo malus vitioſus ⁊ nequā ſicut vnq̄ꝫ aliquis fuerit in hac vita. Sed apud nonnullos dubiū videtur, vtrū antixp̄us erit diabolus incarnatus quēadmodū xp̄s fuit deus incarnatus. Et quibuſdā videtur ꝙ ſic. quia Greg̃.xvi.moral̃.ait. Caput iniquoꝝ diabolus eſt: qui vltimis tp̄ibus illud vas perditionis ingreſſus antixp̄s vocabitur. Veruntamē Hiero. expreſſe contrariū dicit ſuper illo verbo Danielis. vij.c. Ecce oculi hominis erant in cornu illo. Non putemus inquit iuxta quorundā opinionē illud cornu.i.antixp̄ꝫ diabolum eſſe vl̃ demonē: ſed vnū de hoibus in quo ſathan habitaturus eſt corꝑaliter. Quod dictū intelligēdū eſt non ꝙ iſtud fiat per aſſumptionē ⁊ vnionē in ſuppoſito: quia vt puto inconueniens eſt ſuppoſitū quodcunqꝫ creatuꝫ poſſe naturā extraneā aſſumere, quia hoc eſt priuilegiū ſingulare ſuppoſiti increati. Quare dicenduꝫ ꝙ diabolus in antixp̄o habitabit ꝑ totalē illius hois poſſeſſionē. Et ad hunc intellectū trahenda ſunt verba Greg̃. Hoc etiā ip̄m ſentire videtur Johannes dama. qui de antixp̄o ait. Preſciens deus iniquitatē future voluntatis eius cōcedet in eo habitare ſathanā. Erit itaqꝫ antixp̄s homo purus ⁊ verus lʒ diabolo familiariſſimus: ex cuius cōmertio mlta ſcire⁊ facere poterit. Unde Gregoriꝰ xxix.lib.moral̃.ait. Sicut em̄ cedrus arbuſta cetera in altum creſcendo deſerit: ita etiā antixp̄us mundi gl̃iam tp̄aliter obtinens: menſuras hoim ⁊ hoies culmine ⁊ ſignoꝝ poteſtate tráſcendet. Spiritus quippe in illo eſt qui in ſublimibus poſitus potentiā nature ſue nō ꝑdidit vel deiectus. Cuius idcirco virtus nunc minime oſtenditur, quia diſpenſatiōe diuine fortitudinis ligatur. Tertia antixp̄i conditio dicitur poteſtatis. Accipiet nanqꝫ poteſtatem a deo ſinente ⁊ permittēte ſuꝑ vniuerſam terrā. Attrahet nanqꝫ paucis dūtaxat exceptiſ ad ſe oēs gentes. facietqꝫ non ſolū obliuiſci veꝝetiaꝫ blaſphemari nomen illud quod eſt ſuper omne nomen. nomen .ſ. dn̄i noſtri ieſu xp̄i. Multaqꝫ impia loquetur ⁊ dicet contra honorē eius ⁊ virginis matris: ac oium ſanctorū celi inducetqꝫ oēs pp̄los vt ip̄m colant ꝓ deo. Et vt dicitur Matth. xxiiij. Erit enim tunc tribulatio magna qualis nunq̄ fuit ab initio mundi vſqꝫ modo, neqꝫ fiet. Inuadet ſiquidē ille homo peccati vniuerſum orbē terrarū manu armata: congregabitqꝫ in prelijs copias incredibiles: nec erit qui poſſit ſe defendere a furore illarū. Largietur adhuc ampla munera: ⁊ largiſſima dona his qui ei ſpōte ſua adherebunt. Seducet ⁊ alios ſignis ⁊ prodigijs mēdacibus. Et vt dicitur Matth. xxiiij. Surgent pſeudo xp̄i ⁊ pſeudo ꝓphete: ⁊ dabunt ſigna magna ita vt in errorē inducantur ſi fieri poteſt etiā electi. Ceſſabūt tunc deo permittente oia miracula vera. Cruciabūtur pro xp̄o illi qui feruentes erūt: ⁊ nulla cōſolatione viſitabuntur. O quid erit tunc tantas nouitates inſpicere. O quanta horribilitas videre dirui templa ⁊ eccleſias dei: religionē deleri: contemni virtutes: prophanari ſacra: ⁊ polluí virgines: ac torqueri ſine vlla pietate xp̄ianos. O quanta ignominia occupabit tunc mundū quando licebit vnicuiqꝫ pro libito ad carnalitates ad ſpurciciā omnem: ⁊ ad laſciuias laxare habenas. Sed breue erit tempus illud in quo proſperabitur diabolus antixp̄s. Quoniā vt predictū eſt poſt tres annos cū dimidio deo iubēte īterficiet̃ ab āgelo

Qd̄ ſm̄ aliquos vicinū eſt tp̄s antixp̄i. tū ꝓphetiarū p̄nūciatiōe, tū etatū annumeratione. tū etiā iniquitatū cōſummatiōe. Cap. III

Tertiū myſteriū declarandū de antixp̄o dicitur tp̄alitatis. In quo vidēdū eſt an proximū ſit ⁊ vicinū tp̄us quo apparere debeat peſſimus antixp̄us. Et ſaluo iudicio meliore dicūt q̄dā ꝙ ſic ꝓpt̃ tria

Primo ꝓpter ꝓphetiarū prenunciationē.
Secundo ꝓpter etatū annumerationem.
Tertio ꝓpter iniquitatū conſummationē.

Primo ꝓpter ꝓphetiarū prenunciationē. Aiunt em̄ abbatē Joachim ſpiritu daruiſſe ꝓphetico. Ipſe vero papaliſtā depinxit: in quo multa futura de ſtatu eccleſie p̄nunciauit. Ibiqꝫ ponit duos poſt iſtū qui Paulus ſecundus vocatur ſummos pontifices eſſe futuros, poſt quos ⁊ tertius depingitur qui coronā exhibꝫ antixp̄o. Sed ⁊ ego dico ꝙ lʒ multa predixerint Joachim: ſancta Brigida: Methodius: Merlinus: ⁊ ceteri qui ſp̄m habuerunt ꝓphetie: tamen vt mihi videtur dicta eoꝝ non intelliguntur. Nam de Nicolao: Calixto: Pio ⁊ Paulo pontificibus maximis nihil inuentum eſt qd̄ Papaliſta ſonet ſm̄ veritatē. Quod ſi verū ſit relinquo arbitrio ſapientium dicendum. Et ꝓpterea rep̄henſibiles potius iudico q̄ laude dignos eos qui ꝓphetias que in ſcriptura ſacra nō habentur nimis curioſe legere ⁊ interp̄tari ſtudent: quoniam ſepius inueniuntur decepti. Scio etem̄ etiam graues ac ſanctos viros in hoc ipſo defeciſſe. Nam quidam egregius ⁊ ſanctus p̄dicator diebus noſtris cathalogo ſanctorū aſcriptus bono zelo ductus publice ⁊ ſepiſſime p̄dicauit: imo ſuper inde tractatū copioſiſſime ſcripſit. Qd̄ ſuo tempore natus erat antixp̄s. habebat ipſe quaſdam ꝓphetias: aliquaſqꝫ rationes quibus inducebatur: vt ita crederet ⁊ p̄dicaret. Sed reuera euidentia facti declarat ipſum fuiſſe deceptum. Et ſic nō audeo per aliquam ꝓphetiam quam nō intelligo temere diffinire ꝙ tempus iam immineat antixp̄i. Secunda ratio que mouit aliquos vt dicerent primum iam fore antixp̄i tempus eſt ꝓpter etatum annumerationem. Dicunt em̄ nos eſſe in ſexta etate mundi et qua p̄terierunt. Mcccclxvi. anni. Et ex cōſequenti in breui mundus habebit finem. Et cū antixp̄s anteq̄ mūdus finiatur venturus ſit, ergo veniet in breui. Sed quid ad hoc dicendū ſit diffuſius habebitur in ſermone de cōtemptu mundi. Tertia ratio qua pleriqꝫ aſtruere nituntur antixp̄m cito eſſe venturum eſt ꝓpter iniquitatū cōſummationem. Dicuntur em̄ impletam iā et cōſummatam eſſe menſuram iniquitatum et peccatorum: ac per hoc inſtare tempus. de quo.ij. Ti. iij.c. dicit̃. In nouiſſimis diebus inſtabunt tēpora periculoſa: ⁊ erunt homines ſe ipſos amantes: cupidi: elati: ſuperbi: blaſphemi: parentibus nō obedientes: ingrati: ſceleſti: ſine affectione: ſine pace: criminatores: incōtinentes: immites: ſine benignitate ꝓditores: ꝓterui: tumidi: voluptatum amatores: magis q̄ dei. habentes ſpeciem quidem pietatis. virtutem autē eius abnegātes. hec ille. Quia vero omnia ſupradicta inuoluerūt homines mortales: miſeroſqꝫ ⁊ potiſſimum eos qui nomen xp̄ianū ꝓfitentur, ꝓpterea etſi ratio tertia nō cōcludat de facto ꝙ vicinū ſit tempus antixp̄i: ſatis tamē efficax eſt ad nos monendū vt illud timeamus tempus. Heu heu. quis ſine horrore cogitare queat q̄tuꝫ hodie ſuperabūdauit iniquitas ⁊ refrigerata eſt charitas multoꝝ. O xp̄iana religio. o decora ⁊ inuiolata fides: perſequuntur te hodie. deturpāt et inficiunt nō tm̄ alienigene: ſed ⁊ tui qui fideles ⁊ xp̄iani vocari gloriant̃. Illi ſunt qui modicā aut nullam habent ad dei cultū reuerentiam. Illi qui eccleſiaſticas dignitates ꝓ explendo ambitiōis ſue appetitu furant̃ ⁊ rapiunt. Illi ſunt qui collocauerūt vineā domini ſabbaoth. id eſt eccleſiā ſanctam: nō agricolis fidelibus. ſed vt ita dicam atrociſſimis hoſtibus. Illi ſunt qui eccleſiarū bona lacerant. diſſipant: in vſus malos expendunt ⁊ deuorāt ſicut lupi. Illi ſunt qui principant̃. imperant et dominant̃ populis ſine iuſticia: ſine veritate: ſine clementia. Illi ſunt qui p̄cepta dei viuētis negligunt ⁊ cōtemnunt. Non colunt deū: nō amant: nō venerantur: ⁊ blaſphemant nomen eius ſanctū. ⁊ in illo periurant: dies feſtos nō ſeruant: parentes aſpernantur: inuidi ſunt: iracundi: litigioſi: ſeditioſi: percuſſores: homicide humanū ſanguinem crudeliter effundentes. Non erubeſcūt quaſi iam publice adulterari: fornicari: ⁊ qd̄ his fedius eſt cōtaminari fetidiſſimo vitio ſodomie. Auaricie autē locum dederunt: ita vt nulla ſit amplius veritas: nulla fides: nulla charitas in eis. Lucrant̃ per vſuras: fraudes: ſimulationes: deceptiones: ⁊ alios indebitos modos. Licentiarunt linguā vt loquatur criminationes: mendacia: teſtimonia falſa: detractiōes: ſuſurrationes: ſcurrilitates: cōtumelias: improperia: ⁊ cōuitia. Aperuerunt cor ſuū ad cōcupiſcendū huius ſeculi bona: ⁊ ad deſiderandū delectari in peccatis carnis. Fregerunt multi votū qd̄ deo fecerant. Finxerunt multi bonitatē vite: acceperunt ouiū veſtimenta: intrinſecus autē ſunt lupi rapaces. O quāta peccata: ⁊ q̄ enormia latent ſub ouina pelle: o magne deus: o ſapientiſſime domine: tu omnia vides: tu omnia deniqꝫ noſti. Nos vero merito ꝓpter tanta facinora timere debemus ne in nos deſeuiat ira ſua: ſinatqꝫ ꝑ antixp̄m vexari munduꝫ tēpeſtate magna. A qua nos liberet redēptor noſter pijſſimus: qui cū p̄re ⁊ ſpū ſctō viuit et regnat ꝑ infinita ſecula ſcl̃oꝝ. Amē.

Dn̄ica in paſſione in mane. de honore pentiū exēplo xp̄i: q̄ in euangelio ſuū patrē honorare ſe aſſerit. ſ. quo ad dilectionē: ſubiectōeꝫ et cōuerſationē. Sermo LIIII

Go honorifico patrem meū. Uerba ſunt redemptoris noſtri originaliter Joh. viij. et hodierno euangelio annotata. Facti ſunt

adeo(vt plurimũ)impij filij ad parentes ſuos:
vt merito ꝗlibet pater aut mater dicere poſſit
illud Eſa,i. Filios enutriui ⁊ exaltaui:ipſi autẽ
ſpreuerũt me. Ut igitur etiã ⁊ ipſi iuuenes et
adoleſcentes:ac pueri/parentes colẽdo:ad ve-
ram penitentiã reducant:in pñenti ſermone
de honore parentũ dicere ſtatui. Nam ⁊ Exo.
xx.c.dñs deus dixit. Honora patrẽ tuũ ⁊ ma-
trẽ tuam:vt ſis longeuus ſuper terrã. Xp̃s ve-
ro in euãgelio hodierno patrẽ ſe honorare fa-
tet:vt ſic nos etiã ſuo exemplo inſtrueret ꝗd
agere debemus. De ipſo itaq; parentũ ho-
nore tria myſteria declarabimus.

Primũ dicit dilectionis.
Secundũ ſubiectionis.
Tertium cõuerſationis.

Quod honorandi ſunt parentes ꝓpter bene-
ficioꝝ multiplicitatem: ꝓpter parentũ charita-
tem:⁊ ꝓpter irrõnabiliũ exẽplaritatẽ.

Capitulũ I

Primũ myſteriũ declarandũ de parẽ-
tum honore dicit dilectiõis. Debent
vtiq; filij qui parentes honorare vo-
lũt illos diligere:⁊ ex corde amare ꝓpter tria.

Primo ꝓpter bñficioꝝ multiplicitatẽ.
Scd̃o ꝓpter parentũ charitatẽ.
Tertio ꝓpter irrationabiliũ animalium
exemplaritatem.

Primo filij debent parentes diligere ꝓpter
beneficioꝝ multiplicitatẽ. Quiſnam explicet
quot a parentibus filij beneficia receperunt:
Ab illis equidẽ ſumpſerunt eſſe:quod bonũ
tam grande eſt.vt ipſum ſit fundamentũ om
nium alioꝝ bonoꝝ. Nã qui nõ habet eſſe: nul
lũ aliud bonũ habere põt:nõ diuitias: nõ glo
riam:nõ famã:nõ ſcientiã:nõ virtutes: nõ grã
tiam:nõ vitam eternã. Ipſum etiã eſſe bonũ
ab omnibus eſt deſiderabile. Uñ Ariſ.ij.de aĩa
inquit. Oĩa appetunt eſſe.⁊ illius cauſa agũt
quecũq; agũt ſm naturã. Propter hoc bonũ
a parentibus habitũ libro de hebdomatibus.
Boetius ait. Omniũ bonoꝝ ipſum eſſe bonũ
eſt. Hinc etiã ſapiens Eccl.vij.c. ait. Hono-
ra patrẽ tuũ:⁊ gemitus matris tue ne oblinis-
caris. Memento qm̃ niſi p illos natus nõ fu
iſſes. Et Hiero.in ep̃la.de honore parẽtũ ait.
Honorandi ſunt parẽtes.q: primo ſunt no-
bis cauſa naſcẽdi. Hoc beneficio motus Co-
riolanus romanus cõſul ab vrbis rome obſi-
dione ceſſauit. Scribit nanq; de illo Eutropi-
us.ꝙ poſtq̃ vicerat volſcos ⁊ coriolos: vnde
poſtea nomen accepit:exul factus romanis
ad volſcos in exiliũ mittitur:cũ quibus gratio-
ſe viuens ab eis cõtra romanos dux factus
eſt. Et poſt multas ciuitates ⁊ terras ab eis
adeptas ad foſſas quinq; miliũ paſſuũ ab vr
be caſtra poſuit.ſecũdus poſt Tarquinũ ſuper
bũ:qui cõtra patriã duxiſſet exercitũ. Popu-
latur inde romanũ agrũ cuſtodibus inter po-
pulatores poſitis:qd̃ ſm Frontinũ de re mili-
tari.faciebat vt diſcordia oriret int pr̃es ⁊ po
pulũ. Multitudo tandẽ ingẽs pacẽ expectãs
ſenatũ monuit.vt ad Coriolanũ oratores mit
teret. Qui cũ nõ obtinuiſſent:iterũ miſſi alij
nõ recipiunt in caſtris. Mittunt poſtea ſacer
dotes cũ ſuis inſignibus velati:qui minus fe
cerũt ꝙ primi. Tunc matrone: vt ſcribit Ua-
lerius ſub rubrica de pietate erga parẽtes:ad
Ueturiam matrẽ Coriolani. Uolumniãq;
vxorẽ frequentes cõueniunt vt ipſa mater et
vxor Coriolani duos eius filios in hoſtiũ ca
ſtra ducerent:⁊ vrbẽ pcibus liberarent: quã
armis tutari difficile erat. Cũ ergo ad caſtra
ventũ eſt: nunciat Coriolano adeſſe ingens
mulierũ agmen.q̃ ſpreuit eas: mox quidã fa-
miliariũ:niſi me inquit decipiant oculi:mater
tua:ꝓximi ⁊ liberi tui adſunt. Tũc Coriolan⁹
cũ matri obuie amplexũ ferret,dixit mr̃. Pri-
uſq̃ amplexũ accipiã dic an ad hoſtẽ:an ad fi
liũ venerim.⁊ vtrũ captiua in caſtris tuis ſim
In hoc me lõga vita ⁊ ſenectus traxit vt exu
lẽ te deinde hoſtem viderem. Potuiſti popula
ri hanc terrã q̃ te genuit ⁊ nutriuit. Si ego te
nõ peperiſſem roma nõ oppugnaret. Si filiũ
nõ haberẽ:libera in pr̃ia mortua eſſem. Uxo
ris deinde ac liberoꝝ amplexus ab omni tur-
ba mulierũ ſtrauere vix. Tũc ad matrẽ ꝟſus
ait. Expugnaſti ⁊ viciſti irã meã. Patriam
ergo vtero tuo dono:repenteq; agꝝ romanus
armis hoſtibus liberauit. Recordatus fuit ꝗ
Coriolanus q̃tũ matri debebat in cuius vte-
ro ſuſcepit eſſe. Hinc Hiero.de honorãdis pa
rẽtibus ait. Prebeat patribus amoris mixta
formido:qui primi ſunt nobis cauſa naſcẽdi.
Exhibete pr̃ibus filij qd̃ vos poteſtas pater-
ni nois cogit:que adeo eſt eoꝝ meritis attri-
buta:vt ipſa de vobis exigat qd̃ natura iube-
re nõ potuit. Matribus quoq; debitã impẽdi
te reuerentiã:que vobis vteri liuore ſuietes:
pondus corporis veſtri tolerãt:atq; ignotam
portãtes infantiã famulatũ q̃ndã exhibẽt na
ſcituris. Illo tp̃e nõ tm̃ ſibi mater eſurit: nec
acceptos ſola digerit cibos. Materno victu
alitur ⁊ ille qui latet:eiuſq; membra alterius
comeſtione paſcunt: vt homo futurus alie-
nis morſibus ſaturetur. hec ille. Sunt et alia

beneficia filijs a parẽtibus oblata. Nam vt ĩ
pluribus ipſi filios nutriũt aut nutriri faciũt
ipõs in etate infantili cũ magna diligentia
ab omnibus cõtrarijs ꝓtegunt ⁊ defendunt.
Ipſi eis prouident de vita ⁊ tegumento. Ipſi
eis alludunt:applaudũt ⁊ blandiunt vt a plã
ctu reuocent. Ipſi eos docẽt vt loqui ſciant:ĩ
mo vt ſepiſſime vt bonos mores ſequantur.
Propterea Hiero.de honore parentum.ait.
Memẽto ergo parentũ eſſe ꝙ talis es: q̃rũ
manibus incremẽta ſumpſiſti. Secũdo filij
debent parẽtes diligere ꝓpter parentũ chari
tatem. Nam quãtũcũq; filij diligant patrem
et matrẽ:tamẽ ab his plus diligunt. Et hoc
ſm Ariſt.viij.ethi.ꝓuenit ex triplici ratiõe.
Prima ratio eſt diuturnitatis tempis. Nã
quãto amor magis durat:tanto vehemẽtior
perficit. Amor aũt parentũ ad filios diutur-
nior eſt q̃ filioꝝ ad parẽtes. Statim em̃ cũ
filij naſcunt parẽtes diligũt eos:non tamen
ſtatim filij diligũt parẽtes:q: nõ ſtatim ſunt
tante cognitionis vt poſſint cognoſcere quid
ſit diligendũ. diuturnior eſt ergo amor parẽ-
tum ad filios q̃ ecõuerſo:⁊ fortior eſt ⁊ vehe
mentior. Secũda rõ eſt certitudinis ꝓlis.
Parentes igit ſunt magis certi de ſua ꝓle
q̃ ip̃a de parẽtibus:⁊ ſic matres pl⁹ q̃ pr̃es.
Tertia rõ eſt vnionis:quia filij vniunt pa-
rentibus eo ꝙ ab ipſis habẽt eſſe:⁊ nõ econ-
uerſo. Ideo dixit Alex.in.iij.volumine ſũme.
ꝙ de amore filijs exhibendo nõ dat pceptũ:
ſic nec d̃ amore ſuiipſius:q: ad hoc ſufficient
inclinat natura. Unde ſicut humor aſcendit
a radice ad ramos:⁊ nõ ecõuerſo. ſic natura-
liter a parẽtibus aſcẽdit amor ad filios ⁊ nõ
ecõuerſo. Idcirco amor parentũ ad filios eſt
naturalis. Amor vero filioꝝ ad parentes de
bet eſſe gratuitus. Hinc Hiero.in epiſtola de
honorãdis parẽtibus.ait. Sit tibi grata vita
ipſoꝝ quibus charior eſt vita tua q̃ propria
Redde amoris vicem colende pietatis. De h̃
aũt amore parentũ ad filios eſt exemplũ de
Dauid clemẽtiſſimo.ij. Reg.xviij. Cum enĩ
Abſalon filius eius tẽtaſſet eũ pellere regno:
ac Dauid cõtra eum mouiſſet exercitum: cũ
ip̃e Dauid remãſiſſet in porta ciuitatꝭ: pcepit
Joab ⁊ Abiſai quibus commiſſa erat ſumma
belli.d. Seruate mihi puerũ Abſalon. Itaq;
egreſſus eſt populus contra Abſalonẽ ⁊ ſuos
in campũ:⁊ factum eſt prelium. Debellataq;
eſt ab exercitu Dauid gens Abſalonis. Acci
dit autem vt abſalon occurreret ſeruis dauid
ſedens mulo. Cumq; ingreſſus fuiſſet mulus
ſubter cõdenſam quercum:adheſit caput ei⁹
quercui:⁊ illo per capillos ſuſpẽſo mulus cui
inſederat pertranſiuit. Quod cum nunciatum
fuiſſet Joab.tulit tres lanceas in manu ſua.
⁊ infixit eas in corde abſalonis. Cũq; adhuc
palpitaret occurrerunt decem iuuenes armi-
geri Joab ⁊ interfecerunt eum. Cum ꝟo nũ-
tius curreret ad Dauid:qui ſedebat inter du
as portas:⁊ ſpeculator diceret. Uideo aliquẽ
venientem:dixit Dauid. O ſi bonus eſt iſte
nuntius. Et appropinquans nuntius ad Da
uid ait. Salue rex. Benedictus domin⁹ deus
qui diſperſit omnes contrarios regi meo. Et
ait rex. Eſt ne pax puero abſalon? Qui reſpõ
dit ꝙ interfectus erat. O dauid pater pijſſi-
me. O pater amãtiſſime. Non cogitauit Ab
ſalonis rebellionem: non dixit. Uolebat fili-
us meus ſubripere regnum meum:ideo me-
rito eſt interfectus:immo paterno amore de
uictus:conſtrictus eſt lachrymas fundere:et
aſcendit cenaculum porte:⁊ fleuit ⁊ ſic loque
batur. Fili mi Abſalon. Abſalon fili mi. quis
mihi tribuat vt ego moriar pro te? Abſalon
fili mi. Fili mi abſalon. Uincebat ergo pater-
nus affectus Dauid animum: vt de mortuo
filio licet ſibi inimico non gauderet: ſed po-
tius anguſtiaretur. Tertio filij debent pa-
rentes diligere propter brutorum ⁊ irratio-
nabilium animalium exemplaritatem. Ipſe
equidem ſeuiſſime fere ⁊ animalia ſilueſtria:
ſerpẽtes feroces volucreſq; rapaces ad pa-
rentes ſuo modo pietatem exhibent ⁊ amorẽ
De ciconia enim in libro de natura animaliũ
legitur ꝙ ſeneſcens pater aut mater eius ab
ea nutritur: alis confouetur. ⁊ Ciconia filia
quecunq; poteſt beneficia parentibus indul
get. Quare vt dicit Ambroſius in hexame-
ron. Auis pia romanorum antiquo more ap
pellari ſolebat. Sed dum hec loquimur admi
rari debemus. vnde eſt ꝙ in multis filijs tã-
ta iniquitas reperitur. Nam vſq; adeo pleri-
q; in patrem aut in matrem crudeles effecti
ſunt:vt non ſolum eos odiant:nõ ſolum non
ament:ſed mori illos deſiderent ⁊ affectent:
immo viſũ eſt tp̃ibus noſtris.ſ. Mcccclxx.
in ciuitate Bari filiũ gladio iterimere ꝓpriã
matrem. O genimina viperarum. O omnis
humanitatis inimici. O inexhonorantiſſi-
mi filij. O ſocij proditoris Jude. Ecquid
nequius cogitari aut dici poteſt vel audi-
ri:q̃ erga parentes veſtros veſtra iniqua et
mala voluntas. Sed vt arbitrari poſſum
triplex eſt cauſa: cur filij parentes exoſos

habent. Prima cauſa eſt filioꝝ ſuperbia. propter quã egre ferunt ſi a parentibus corrigantur: ſi illoꝝ reprimatur audacia: ſi moneatur vt bene viuant. Contra tales eſt aureū illud dictū Salomonis Prouerb. i. Audi fili mi diſciplinã patris tui: ⁊ ne dimittas legẽ matris tue: vt addat gratia capiti tuo: ⁊ torques collo tuo. Secunda cauſa quare filij odiunt parentes eſt auaricia. Cupiũt equidẽ dominiū ⁊ poteſtatẽ habere ſuper paternis ⁊ maternis bonis. ⁊ cũ id aſſequi non valeant: contra parentes conceperũt odiũ. Nonnulli vero viduas matres ⁊ vetulas nunc precibus: nunc blandicijs falſis inducunt vt de ſua dote liberam eis faciant donationẽ. Qui tamen cũ id obtinent nullã de matribus curã gerunt. Et propterea caute agendū eſt ⁊ ꝙ̄diu quis poteſt eſſe bonoꝝ ſuoꝝ dñs non det alicui bona ſua Ex hoc ſapiens Eccli. xxxiij. cap. ait. Filio ⁊ mulieri. fratri ⁊ amico non des poteſtatẽ ſuper te in vita tua. ⁊ non dederis alij poſſeſſionem tuã: ne forte peniteat te ⁊ depreceris pro illis

Tertia cauſa quare multi filij parentes odiunt eſt illoꝝ luxuria. Ut eñ dicitur. ij. Eſdre. iiij. Multi dementes facti ſunt propter vxores ſuas. propter illas quandoqꝫ filij parentes moleſtant. expellunt de domo ⁊ quaſi amplius videre non poſſunt. O filij diligite vxores veſtras. ſed non imoderato amore vt parentum veſtroꝝ obliuiſcamini. Mementote ſemper ꝙ magis diligunt vos parentes veſtri ꝙ̄ vxores veſtre.

Qualiter filij debent eſſe parentibus ſubiecti: ⁊ de triplici gradu ſuperioritatis ſpiritualis: temporalis: ⁊ corporalis. Caplm II.

S Ecundũ myſteriũ declarandũ de honore parentum dicitur ſubiectio. Debent vtiqꝫ filij eſſe parentibus ſubditi: illiſqꝫ obedire. Et de hoc dicitur Col. iij. Filij obedite parentibus veſtris per omnia. Et Ephe. vi. Filij obedite parentibus veſtris in dño: hoc eñ iuſtum eſt. Honora patrẽ tuũ ⁊ matrẽ tuã: quod eſt mandatũ primũ in promiſſione. vt bene ſit tibi ⁊ ſis longeuus ſuper terrã. Et Hiero. in epl'a de honorandis parẽtibus: ait. Imitamini filiũ machabeũ: qui matri ſuadenti mortẽ obediuit. ⁊ durũ imperiū gratanter aggreſſus eſt: ne offenderet genitricẽ. Et redemptor noſter humilitatis magiſter. vt dicitur Luce. ij. erat ſubditus illis. ſcꝫ ioſeph ⁊ virgini matri. Et Deut. xxi. c. quando lex currebat ſeueritatis ⁊ iuſticie dixit deus. Si genuerit homo filiũ contumacẽ ⁊ proteruum qui non audierit patris ac matris imperiũ: ⁊ cohercitus obedire contempſerit: apprehendent eum ⁊ ducent ad ſeniores ciuitatis ⁊ ad portã iudicij: dicẽtqꝫ ad eos. Filius noſter iſte proteruus ⁊ cõtumax eſt: monita noſtra audire contemnit: comeſſationibus vacat: ⁊ luxurie atqꝫ cõuiuijs. lapidibus eũ obruet populus ciuitatis: ⁊ morietur vt auferatis malum de medio veſtri: ⁊ vniuerſus iſrael audiens pertimeſcat. Notandũ tamen ſm Alex. in. iij. ꝙ triplex eſt gradus ſuperioritatis ſm quem debet eſſe ordinata obedientia.

Prima eſt ſuperioritas ſpiritualis.
Secunda temporalis.
Tertia corporalis.

Prima eſt ſuperioritas ſpiritualis. in qua eſt prelatus cui obediendũ eſt in ſpiritualibꝰ ⁊ non in tẽporalibus: niſi per accidens inquantũ temporalia quandoqꝫ ordinari poſſunt ad aliquẽ finẽ ſpiritualẽ. Secunda eſt ſuperioritas tẽporalis. in qua preeſt dominꝰ temporalis: qui mandare poteſt ea que concernunt publicũ ⁊ cõmune bonũ. eiqꝫ ſub pena peccati obediendũ eſt. vt dicitur. xi. q. iij. c. qui reſiſtit. c. ſi dñs. c. Iulianus. Et diſt. viij. c. que cõtra mores. Tertia eſt ſuperioritas corporalis. in qua paterfamilias preeſt filijs ⁊ oĩ domui ſue. Et ſm hãc pater poteſt precipere ea que pertinent ad neceſſitatẽ vel vtilitatẽ. Et ſm hoc filij debent parẽtibus obedire. Unde ſi parentes mandarent illa que pertinent ad ſuperiores ſpirituales: vtputa ꝙ filij ieiunarent in pane ⁊ aqua: quod eſt officiũ confeſſorum: aut mandarent ea que pertinent ad ſuperiores temporales ſine ipſoꝝ volũtate ⁊ auctoritate: non eſſet eis obediendũ. Multominus etiã non debent filij parentibus obedire in his que cederent in detrimentũ proprie ſalutis ⁊ eſſet contra diuinũ honorẽ. Unde Hugo de ſancto victore ait. Obedire debemꝰ parentibus in omnibus: exceptis his in quibꝰ dei patris dilectio offenderetur. Et Hieronymus ad Furiã. Honora patrẽ tuū: ſed ſi te a vero patre non ſeparat. tandiu ſcito ſanguinis copulã ꝙ̄diu ille ſuũ nouerit conditorem Alioquin tibi Dauid protinus clamat ⁊ dicit. Audi filia ⁊ vide ⁊ inclina aurem tuam ⁊ obliuiſcere populum tuum ⁊ domum patris tui. ⁊ concupiſcet rex decorem tuũ. hec ille. Ex quibus omibus colligimus ꝙ̄ grauiter errent hi qui filios aut filias non ex leuitate: ſed ex voluntate bona deo ſeruire volentes impediunt ac a propoſito bono reuocare nitũtur. De quibus diffuſius in ſermone de religione dicemꝰ Nunc autem hortari eũ ſufficiat iuuenes propter chriſtum non dubitare parentibus non obedire. Ipſe eñ dixit Matthei. x. Qui amat patrem aut matrem plus ꝙ̄ me: nõ eſt me dignus. Sic confortabat ſanctus Sebaſtianꝰ iuuenes illos fide ⁊ ſanguine ac paſſione germanos Marcum ſcꝫ ⁊ Marcellianum: dum pro fide xp̄i decollari debebãt. Ad quos aduenere parentes: vt eos a ſancto propoſito reuocarent. Aduenit ⁊ primo mater que ſoluto crine ſciſſiſqꝫ veſtibus vbera oſtendens aiebat. O predulces filij circundat me inaudita meſticia ⁊ intolerabilis luctus. Heu me miserā amitto filios ad mortem vltro tẽdẽtes: quos ſi mihi hoſtes auferrent ꝑ media ſequerer bella raptores. ſi violenta iudicia concluderent: carcerem irrumperē moritura. Nouum hoc pereũdi genus eſt. in quo carnifex rogatur vt feriat: vita optatur vt pereat: mors inuitatur vt veniat. Nouus hic luctus. noua miſeria: in qua natorū iuuentus ſponte amittitur: ⁊ parentum miſeranda cogitur ſenectus vt veniat. Hec dicente matre pater ſenior adducitur manibus ſeruuloꝝ: ⁊ puluere aſperſo capite huiuſmodi voces dabat ad celũ. Ad mortẽ vltro proficiſcentibus filijs valedicturus adueni. vt que mee ſepulture parauerã: in filioꝝ ſepulturas expendã infelix. O filij baculus ſenectutis mee: ⁊ geminũ viſcerũ meorū lumen. Cur ſic mortẽ diligitis? Uenite huc iuuenes: ⁊ flete ſuper iuuenes ſponte pereuntes Uenite huc ſenes ⁊ mecũ ſuper filios plangite meos. Deficite plorãdo oculi mei: ne videã filios meos gladio cedi. Aduenerunt etiã cõiuges cum filijs lamentantes. Inter hec ceperunt corda martyrũ molleſcere. quos tamen ſanctus Sebaſtianus ſuis verbis dulciſſimis confortauit: adeo vt pro xp̄o animoſe pati nõ dubitarẽt. Et ſic decollati ſunt. Quo exemplo edocentur iuuenes nõ eſſe illis curandũ: ſi in his que ad anime ſalutẽ proprie ⁊ ad dei ſpectant honorẽ. a parentibus contrariũ precipitur: ⁊ ob hoc ſint eis inobediẽtes: vt deo pareãt

Qꝺ filij debent cũ parentibꝰ ꝯuerſari cũ benignitate: cũ hũilitate: ⁊ cũ pietate. Capl'. III

T Ertium myſterium declarandum de honore parentum dicitur conuerſationis. Debent vtiqꝫ filij cum parentibus conuerſari vt debẽt ⁊ expedit tripliciter

Primo cum benignitate.
Secundo cum humilitate.
Tertio cum pietate

Primo cũ benignitate: vt ſint eis benigni ad conſolandũ eos: non ad contriſtandũ. Nã vt inquit Hiero. habet quandã ſenectꝰ infantiam. Solent vtiqꝫ ſenes eſſe tedioſi: ſuſpicioſi: queruloſi: immundi: ⁊ in domo inutiles. Nõ tamen propterea filij debent per impatientiã verbis illos exaſperare. Unde Hiero. inquit. Nemo parentes aſperis verbis ledat. hoc ora filioꝝ aſpernentur quod parentes ledat audire. Et idē Hiero. de honorandis parentibus ait ad filios. Audite filij ſalutiferã iuſſionẽ ⁊ precepta legis affectu debiti amoris implete Seruite patribus futuri patres: ⁊ matres veſtras tenera diligite pietate. vt veſtre coniuges mereantur matrũ nomine nũcupari. Nemo patrẽ aſperis verbis ledat: ne fiat amara dulcedo. Hoc tamen ſit inter parentes ⁊ filios qꝺ domino iubente natura cõtinuit. Affectum ſonet quicquid lingue dixerint liberorũ Inter charas coniunctaſqꝫ perſonas pietatis iura ſeruentur. Hoc filioꝝ ora loquantur: qꝺ delectat parentes audire. Et iterũ ſupradicto libello idẽ ait. Meretur eñ cecitatis ſue ſubire ſuppliciũ: qui parentũ vultus vel toruo viſu deſpexerit: ⁊ elatis oculis leſerit pietatẽ. Si quicꝙ̄ ſapitis filij: eo animo videte venerabiles facies quo vos ipſi conſpiciunt: ⁊ eorũ labiis dulcibus oſculis inherete. quia eoꝝ oſcula adhuc habetis in membris. Senibus ſeruire perfacile eſt: quos nemo potat nemo nutrit ſucco corporis ſui. Foueatur itaqꝫ parentum ſenectus: ⁊ factis eoꝝ viciſſitudo reddatur. hec ille. Contrariũ aũt facientibus multa mala eueniunt. Unde idẽ Hieronymꝰ vbi. ſ. Irreuerens aũt filius qꝺ a domino ipſe mereatur Salomonis dicta teſtantur. Contumelijs afficiens patrẽ ⁊ contemnens ſenectã matris: confundetur ⁊ in opprobrijs erit. Filius derelinquens cuſtodire diſciplinã patris meditabitur ſermones malicie. Maledicenti patrẽ ⁊ matrem extinguetur lumen: ⁊ pupille oculoꝝ eius videbunt tenebras. Audi fili patrem qui genuit te: nec contempſeris quia ſenuerit mater tua. Parcat patri lingua quã genuit: ⁊ matrem ſuã nemo crudeli verbo ꝑcutiat. Sic te rapiet fili iuuenilis etaſ auctoritas vt noueris vnde ſis natus. Memẽto ſcripture ſancte: vbi ſpiritu ſancto loquente dictũ eſt Qui maledixerit patrem aut matrem: morte moriatur. hec ille. Que omnia breuibus verbis comprehendens ſapiens Eccli. iij. ait. Fili ſuſcipe ſenectam patris tui: ⁊ non cõtriſtes eum in vita illius. Si defecerit ſenſu: veniam

da fili. Suſcipe inquit ſenectam laborioſam ⁊ oneroſam recordans infantie tue, quando flebas turbabas domum, inquietabas dormiētes; fatigabas matrē, fedabas pannos; ⁊ alia faciebas quibus infantilis etas ſolet eſſe moleſta. Sicut eñ tolerauit paṫ aut mater; imo ſuſcepit ⁊ adiuuit infantiā tuā: ſic ⁊ tu ſuſcipe ⁊ non abhorreas ſenectam illorum. Sequiṫ. Sapiens in auctoritate preallegata dicens. Patris tui, non alieni; non canis; non inimici; ſed patris tui chari genitoris; amatoris; ⁊ benefactoris. O ꝙ dulce vocabulū pater aut mater. O ꝙ gratum verbum filius aut filia. Hinc Hiero. ad matrem ⁊ filiam in gallijs cōmorātes ait. Mater ⁊ filia nomina pietatis officiorum vocabula; vincula nature ſunt, hec ille. Caueant autem filij ne quod abſit deficiētes ſenſu parentes derideant ⁊ maledicantur ſicut ⁊ Cham: qui maledictus fuit eo ꝙ Noe patre ſuo dormiente eum diſcoopertū irriſit. vt habetur Gen̄. ix. Secundo filij debent cū parentibus conuerſari cū humilitate illos reuerendo atqꝫ timendo. Maxime aūt filij debent timere ne ſua culpa aut defectu a prē vel a matre maledicantur. Eſt eñ hoc modo paterna aut materna maledictio ſagitta vulnerans ⁊ penetrans intima cordis filioꝝ malorum. Un̄ Aug. xxij. li. de ci. dei. c. viij. narrat ꝙ apud ceſaream capadocie quedā nobilis matrona fuit viri deſtituta ſolacio: decē filios habens. ſeptē mares ⁊ tres feminas. Quadam aūt vice mater ab eis offendiṫ: ⁊ maledictionem filijs imprecatur. Subito imprecationē matris diuina vindicta ſubſequitur: ⁊ omēs pena horribili ⁊ ſimili feriuntur. Nam omnes tremore ſunt horribiliter percuſſi. Quapropṫ nimiū dolentes ⁊ ciuiū ſuoꝝ oculos non ferētes per totū orbē vagari ceperunt. Et quocūqꝫ ibant oīum in ſe prouocabant aſpectū. Ex his aūt duo frater ⁊ ſoror Paulꝰ ⁊ Palladia Hyponiam venerunt. ⁊ Auguſtino quod ſibi aduenerat narrauerunt. Cūqꝫ iam vndecim diebꝰ ante paſca eccl'iam beati Stephani frequentantes ſanitatē ab ipſo martyre multis precibus poſtulaſſent: in ipō die paſce cū frequens populus pſens eſſet oratione facta ante altare ſancti ſtephani: ambo frater ⁊ ſoror ſurrexerunt pariter ſani. O filij ſuperbi: o filij parentibus veſtris inſultantes: o filij irreuerentes: inobedientes ⁊ contumaces: timete paternā ⁊ maternā maledictionē. Timete inſuper ⁊ diuinū iudiciū. Nam ſicut longa vita ſperanda eſt ab illis qui parentes honorant, vt habetur Exod. xx. Ita ⁊ breuis vita ⁊ infelicitate plena a malis filijs eſt pertimeſcenda.

Tertio debent filij cum parentibus cōuerſari cum pietate. illis. ſ. in infirmitatibus neceſſitatibus ⁊ antiquitate: pie ſubueniendo cum facultas adeſt. Unde Hieronymus vbi. ſ. ait. Exolue fili qđ debes ⁊ officia debita qualicunqꝫ exhibe famulatu, parentibus vero nemo reddere poteſt quantum tenetur. Et Ambroſius ſuper Lucam ait. Si paueris inquit matrem: non reddidiſti ei cruciatus quos ꝑ te paſſa eſt: non labores quibꝰ te geſtauit: nō alimenta que tibi miniſtrauit. Audi etiā Hierony. O ingrate fili vbi. ſ. dicentē. Quid ipſa memorem nutrimenta: ⁊ tenere infantie dulces iniurias: quas nutritoris affectus de ſuis parabolis ſumit? Quid cibos in matre confectos: q̄ femineis manantes ex mēbris lacteū ſoluūtur in ſuccū: ⁊ fauces inualidas liquido ſapore perfundunt? Cogente natura ſumunt infantes de matre qđ bibant: ⁊ dente non nato hoc ſibi currentibus labris eliciunt, qđ nō ſit neceſſe mordere. Seruiunt materna poſteris pectora: ſeruiūt ipſis in cunabulis manus ⁊ terga. mēbris deuoluta lactentiū gratos artus accipiunt. Optat mater paruulū creſcere optat cito videre maiorē: eūqꝫ numeris iuuenū miſcere feſtinat nunꝙ ſibi forſitan ſeruiturum. His tot tantiſqꝫ precedentibus factis: parentibus ⁊ matri tota debet alacritate ſeruiri. Hec ille. Prout fecit illa filia licet pagana: quam laudat Ualerius rubrica de pietate erga parentes. Hec matrem adiudicatam vt fame moreretur in carcere per dies plurimos ſingens ſe viſitationis cauſa ad eā accedere velle, impetrato a carceris cuſtode aditu: tamen bene excuſſa ne ſibi alimenta portaret: ꝓpō lacte ſuſtentauit. Quod dum iudici innotuiſſet matri donauit vitam admirans filie pietatem. Curent igitur ſeruare filij que dicta ſunt. patres vero ⁊ matres caueant ne ipſis pro quibuſlibet minimis defectibus maledicant. Hoc ideo dico quia ſolent plures mulieres non poſſe loqui abſqꝫ maledictionibus ⁊ blaſphemijs. O feroces matres cur filios veſtros quos portaſtis in vtero tot maledictionibꝰ iugulatis? Ut igiṫ propitius ſit deus oībꝰ tam parentibꝰ ꝙ filijs cōſulo vt hac die ꝙ primū intraueritis domū anteꝙ comedere incipiatis omnes filij ⁊ filie corā patribꝰ ⁊ matribus genuflexi veniam petant ⁊ poſtulent benedici. At ⁊ ipſi parentes eos amplexantes dulciter oſculenṫ ⁊ benedicant; ſicqꝫ acq̄reṫ in

hoc ſeculo dei grā: ⁊ in futuro eterna gloria: in qua viuit ⁊ regnat Marie vginis filius amoroſus redēptor noſter ieſus: qui vt nobis daret exemplū honorandi parentes: vt diċ Lucas: erat ſubditus illis Joſeph. ſ. ⁊ Marie: vt dictū eſt ſupra. Amen.

¶ Dñica in paſſione infra diē. de maledictionibus diuerſoꝝ creaturarū irrōnabiliū ⁊ intellectualiū: ⁊ ipſius dei oīm creatoris.

Sermo LV

Demonium habes. Judeoꝝ blaſphemantiū xp̄m verba ſunt iſta: originaliter Job. viij. c. ⁊ in euangelio hodierno. Cōtremiſcūt viſcera mea: ⁊ cor meū ſit gelidū totū: cū cōſidero deteſtabilē horribilemqꝫ xp̄ianoꝝ abuſum: q̄ pſumpſerūt iam publice relaxare linguas ſuas ad maledictiones ⁊ ad blaſphemias dei et ſanctoꝝ celi. Eſt autē hoc malū adeo cōmune adeo generale: adeoqꝫ antiquū atqꝫ inueteratum: vt ꝓpterea videaṫ pleriſqꝫ aut paruum: aut ſatis leue peccatū: vel certe nullū. Quo ſit vt iam in vicis: in plateis: in domo: in foro: in ciuitate: in agro reſonet cōtumelia dei ſūmi. ⁊ benedicte matris eius: ⁊ alioꝝ ſanctoꝝ. Et licet nōnulli cōfiteantur ⁊ accuſent ſe maledicendo ⁊ blaſphemando peccaſſe: nihilominus nolūt credere peccati huius grauitatē. Eapropter in pſenti ſermone de peccato maledictionis: ſub quo ⁊ blaſphemiā intercludemus: aliqua neceſſaria ſtudebimus declarare: vt ſic q̄ ad pniam verā voluerint redire: intelligāt q̄tū ipſis cauendū ſit a maledictis. Nā ⁊ iudei peſſimi dño ieſu xp̄o maledicentes: merito videnṫ abhorrēdi: multo fortius ⁊ ipſi xp̄iani: q̄ fidē eius ꝓfitentur. Diſtinguemus ergo triplicē maledictionem.

· Prima eſt facture irrōnalis.
· Scđa creature intellectualis.
· Tertia nature diuinalis.

¶ Qđ nō debent xp̄iani maledicere creaturis irrationabilibus eo ꝙ ordinanṫ ad hoīem per ſubuentionē: ſignificationē: ⁊ per modū cōtinentis.

Capitulū I

Prima maledictio eſt facture irrōnalis. cū ſcꝫ q̄s maledicit terre: lapidibus: arboribus: aīalibus: pluuie: vētis: ſoli ⁊ lune, ac ſyḋibus. Et đ hac maledictōe ſctūs Tho. ij. ij. q. lxxvi. inq̄t. Maledicere rebus irrōnabilibus inq̄ntū ſunt creature dei eſt pctm̄ blaſphemie. maledicere aūt eis ſm̄ ſe cōſideratis eſt ocioſum ⁊ vanū. ⁊ ꝑ ꝯn̄s illicitū.

Sed poſſet aliq̄s arguere oſtēdēdo nō eſſe illicitum maledicere creaturis irrōnabilibus. Primo qꝛ vt hꝛ. ij. Regū. i. Audita Dđ morte Saulis ⁊ Jonathe maledixit mōtibus gelboe. Scđo qꝛ xp̄s vt hꝛ Math. xxi. ⁊ Marc. xi maledixit ficulnee: in qua nō inuenit niſi folia. Tertio qꝛ Job: vt đꝛ eiuſdē. iij. maledixit diei ſuo. ⁊ dicebat. Pereat dies in qua natus ſum et nox in qua dictū eſt, cōceptus eſt homo: dies illa vertaṫ i tenebras. Rñdet Tho. vbi ſ. ꝙ benedictio ⁊ maledictio ꝓprie pōt pertinere ad illā rem cui pōt bonū aut malū cōtingere. ſ. rōnali creature. Ipſis ergo irrōnabilibus diciṫ cōtingere bonū aut malū in ordine ad creaturā rōnalem ꝓpter quā ſunt. Ordinantur aūtē creature irrōnales ad hoiem tripliciter. Primo ꝑ modū ſubuentiōis: inq̄ntum ex eis ſubueniṫ humane neceſſitati. Et hoc mō a deo. Gen̄. iij. poſt peccatū primoꝝ parentū maledicta eſt terra. vt. ſ. per eius ſterilitatē homo puniereṫ. Et Deu. xxviij. deus dixit Si audire nolueris vocē dñi dei tui, vt facias et cuſtodias oīa mandata eius ⁊ cerimonias quas ego p̄cipio tibi hodie: venient ſuꝑ te oēs maledictiōes iſte ⁊ apphendēt te. Maledictꝰ eris i ciuitate: maledictus i agro. Maledictū horreū tuū: ⁊ maledicte reliquie tue. Maledictus fructus vētris tui. ⁊ fructus terre tue, armēta boū tuoꝝ. ⁊ greges ouiū tuaꝝ. Scđo ordinanṫ creature irrōnales ad hoiem ꝑ modū ſignificatōis. Et ſic xp̄s maledixit ficulnee in ſignificatōeꝫ ſynagoge: ⁊ iudaice gentis: q̄ nō habebat niſi folia. v̄ba. ſ. legis ſine fructu. Et ꝓpterea merito debebat areſcere. ⁊ auferri ab ea regnū dei: qđ ſignificatū fuit in ficulnea a xp̄o maledicta. Tertio ordinanṫ creature irrōnales ad ipſum hoiem ꝓpṫ modū ꝯtinētis: aut tpis: aut loci. Et ſic Job maledixit diei i qua natus erat ꝓpṫ culpā originalē quā naſcēdo ꝯxerat. Ita ꝙ maledictio illa nō arguit in eo aliquā impatiētiā: ſꝫ tm̄ arguit et explicat ꝙ die q̄ natꝰ eſt ⁊ ꝯceptus ꝯxit originalē culpā: q̄ radix eſt oīm paſſionū q̄s patimur i hac vita. Dauid inſuꝑ maledixit mōtibus gelboe: ad explicandā cedē q̄ in eis facta fuerat. ꝓpterea dicebat cū fletu ⁊ lachrymis. Mōtes gelboe: nec ros: nec pluuia veniat ſuper vos i q̄bus ceciderūt inclyti iſrael. Saul ⁊ Jonathas amabiles ⁊ decori. aquilis velociores: leōibꝰ fortiores. Filie iſrl' ſuꝑ Saul flete. Et ego doleo ſuꝑ te frať mi Jonatha. Quare nō eſt trahēdū in ꝯſeq̄ntiā: vt vnuſq̄ſqꝫ ꝓ ſuo libitu facturis irrōnabilibꝰ maledicat.

Qđ homo nõ debet maledicere creaturis intellectualibus. ſ. creature infernali: creature terreſtri ⁊ celeſti Capl'm II

Secũda maledictio eſt creature intellectualis: que adhuc triplex ẽ. Prima eſt creatura intellectualis infernalis: que eſt diabolus cui in quãtũ creatura dei eſt: nõ lꝫ maledicere. Unde in epl'a Jude Cũ altercaret̃ Michael cũ diabolo de corpe Moyſi: nõ fuit auſus in eum iudiciũ inferre blaſphemie. Altercatio aũt illa vt dicit gloſa erat qꝛ diabolus volebat inuenire corpꝰ moyſi, qđ poſt mortẽ vt habet̃ Deut. xxxiiij. deo volẽte vbi ſit ignorat̃: ⁊ diabolus volebat vt ſciret̃ vt ſic traheret ppl'm ad idolatriã. Sed angelus ꝓhibebat, ⁊ tñ cũ diabolo ꝯtendens nolebat blaſphẽare eũ. Idcirco Hiero. xxiiij. q. iij. c. ſi igit̃. ait. Si igit̃ michael nõ fuit auſus diabolo ⁊ certe maledictõnis digniſſimo iudiciũ inferre blaſphemie: ꝗ̃to magis nos ab omni maledicto puri eſſe debemus. Merebat̃ diabolus maledictũ: ſꝫ p os archangeli blaſphemia exire nõ debuit. Scđo creatura intellectualis dici põt terreſtris ſcꝫ homo: cui poteſt quis tripl'r maledicere. Primo ex conformatiõe dei ⁊ amore iuſticie. Et de hac đr xxiiij. q. iij. c. cũ ſancti viri. Cũ ſancti viri maledictionis ſniam ꝓferunt: nõ in hãc ex voto vltionis: ſꝫ ex iuſticie amore ꝓrumpunt. Sic Gen. ix. dixit. Noe Maledictꝰ chanaã ſuus ſuoꝝ erit fratribus ſuis. Sic Act. viij. Petrꝰ maledixit Simoni di. Pecunia tua tecum ſit in ꝑditionẽ. Scđo poteſt quis homini maledicere ex quadã leuitate vel ſubreptõne: ſicut ſolẽt multi facere: lꝫ ocioſe ⁊ beſtialit̃: qui neſciunt loqui cũ ſocio ſine maledictõne: di. Sis ſuſpẽſus p gulam: maſcat̃ tibi vermis canis, ⁊ ſimilia. Tertio poteſt ꝗs homini maledicere ex liuore: odio ⁊ animo malo: et hoc cum ſit contra charitatẽ peccatũ eſt mortale.

Tertia creatura intellectualis đr celeſtialis cui nullo pacto maledicere lꝫ. Sed heu quid referã. Nam tanta eſt corruptela xpianorũ: vt ꝓ nihilo ducãt blaſphemare ſanctos ⁊ glorioſam ꝟginẽ Mariam. Et ſicut hi qui boni ſunt deuotionẽ habent ad ꝟginem: ⁊ vltra illam ſuũ patronũ ⁊ aduocatũ fecerũt ſanctuꝫ Anthoniũ: aliqui ſanctũ Franciſcũ: aliq̃ ſctm̃ Nicolaũ: aliqui ſanctã Katherinaꝫ et hmõi. Ita peſſimi ⁊ maligni blaſphematores blaſphemant ꝟginem beatã. ⁊ ꝓ ſua mala deuotione aliqui ſanctũ Anthoniũ: aliqui ſanctuꝫ Frãciſcũ: Clarã ⁊ hmõi. O ingratiſſimi peccatores. o furẽtes animi: o venenoſa et amariſſima lingua: o deniq; ꝑditiſſimi homines Et quid male fecere vobis ſancti? In quo nocuerunt vobis? An nõ aſſidue ꝓ veſtra ſalute intercedũt ad dñm? Nõne ⁊ ꝟgo illa piiſſima mater gratie: fons mie ꝓ vobis indefeſſa eſt aduocata? Quid ergo blaſphematis illam et reliquos ſanctos? Sed reuera ſi ſuaret̃ illud quod đr in. c. ſtatuimus. extra de maledic. ſ. ꝙ publice blaſphemantes deũ/ vel virginem ſanctiſſimã: vel aliquẽ ſanctoꝝ publica pnia per ſeptem hebdomadas punirent̃. in ꝗ̃rum ſcꝫ qualibet ſexta feria in pane ⁊ aqua ieiunarent: facerẽtq; alia que continent̃ ibi: ꝓfecto non ita de leui ꝓrumperẽt i blaſphemias. Et lꝫ pnie ſint arbitrarie vt tactum eſt in precedentibus: tñ laudo vt hi qui audiũt confeſſiones ipos blaſphemos nõ ita de leui abſoluãt. quia facilitas venie tribuit incentiuam delinquẽdi, ꝓpterea arguãt illos aſpere: increpẽt dure. ⁊ pniam iniũgãt ſalutiferã ⁊ fructuoſaꝫ. Quiſnã nõ videt quãta diligẽtia opus ſit ad blaſphemos ⁊ maledicos emẽdandos? Difficile eſt vtiq; malã ꝯſuetudinẽ derelinquere. O vere mala ꝯſuetudo q̃ hoies xpiani iniuriant̃ deo ⁊ ſcis eiꝰ. In hac ſoli xpiani dementi ſunt: ⁊ q̃m nõ eſt aliq̃ natio neq; iudeorũ neq; gẽtiliũ ⁊ paganoꝝ: an q̃ tot ſint blaſphemie ⁊ maledictores ſicut in ppl'o xpiano.

Qđ peccatuꝫ maledictionis ⁊ blaſphemie dei eſt graue. tum ratione abominationis: tũ ratione ſuperationis. tum etiam ratione contrariationis. Capl'm III

Tertia maledictio eſt nature diuinalis cũ. ſ. quis de deo male loquit̃ conuitia ⁊ cõtumelias maieſtati ſue inferendo. Et de hoc dicit Ric. de ſctõ Victore Sceleratiſſimũ genꝰ pcti eſt quãdo quis in dei vituperiũ delectat̃. Et glo. ſuper illo ꝟbo Eſa. xviij. ad ppl'm terribile ⁊c. Omne pctm̃ blaſphemie comparatũ leuius eſt. Et iterum ibi. Nihil eſt horribilius blaſphemia: que ponit os ſuum in celũ. Quantũ vero graue ſit pctm̃ maledictionis ⁊ blaſphemie colligi põt ex triplici ratione.

Prima đr abominationis.
Secunda ſuperationis.
Tertia contrariationis.

Prima rõ đr abominatiõis. In veteri ſiquidẽ teſtamẽto abominabant̃ pr̃es antiq̃ vſq; adeo pctm̃ blaſphemie ꝙ ex mandato dei de blaſphemia cõuictũ lapidabãt. Unde Leuit. xxiiij. dixit dominus. Educ blaſphemũ extra

caſtra: ⁊ ponant omnes qui audierũt manus ſuas ſup caput eius. ⁊ lapidet eũ omnis populus. Inſup priores illi patres audire deteſtabant̃ eos qui blaſphemabant. Ideo Act. vij. arbitrantes: lꝫ falſo Stephanũ blaſphemare cũ dixit. Uideo celos aptos. ⁊c. Continuerũt aures ſuas. ne. ſ. ſm glo. audirẽt blaſphemantem, ⁊ nõ ſolũ audire: ſed etiã noiare nõ audebant vocabulũ maledictõis. Uñ cũ accuſarẽt Naboth. vt habet̃. iij. Reg. xxi. benedixit deo et regi. i. maledixit. Et Job. vt habet̃ eiuſdeꝫ. primo offerebat holocauſta ꝓ filijs ſuis: Dicebat em̃. Ne forte peccauerint filij mei. ⁊ benedixerint deo. i. maledixerint. Similiter ⁊ tẽporibus his aboĩabilis eſt blaſphemia apud infideles. Nã quicunq; blaſphemaret deũ in terris turchoꝝ aut ſaracenoꝝ grauiter puniret̃. Ob qđ aut nunq̃: aut ſatis raro ſentiunt̃ ibi verba blaſphemie ⁊ maledictiõis. O xpiani principes. o ptãtes ſeculares. o cuiuſlibet reipublice patres: curate: ⁊ vos legibus honeſtis punire blaſphemos: ne deteriores infidelibus habeamini. Secũda ratio oſtendẽs grauitatẽ maledictionis ⁊ blaſphemie dei đr ſuperatiõis. Superat em̃ tria pctã grauiſſima et execrãda. Primũ eſt pctm̃ paganoꝝ ſeu infideliũ: qꝛ vt ait Tho. ij. ij. q. xiij. ar. iij. ſnialiter. Infidelis ea de deo dicit ⁊ loquit̃: q̃ lꝫ falſa ſint: tñ credit eſſe vera. Xpianus ꝟo blaſphemãs loquit̃ ꝯ veritatẽ quã credit. Scđm eſt pctm̃ homicidarũ. Ut em̃ dicit Tho. ibidẽ ꝗ̃tũ ad nocumentũ maius pctm̃ eſt homicidiũ ꝗ̃ blaſphemia: eo ꝙ magis nocet homicida hoi interfecto: ꝗ̃ blaſphemus deo blaſphemato. Sed ꝗ̃tũ ad obiectũ maius pctm̃ eſt blaſphemia ꝗ̃ homicidiũ. qꝛ homicida lꝫ interficiẽdo hoiem offendat deũ: tñ principalit̃ intendit offendere hoiem. Sꝫ blaſphemus ⁊ maledicus intẽdit principaliter ⁊ directe offendere ipſum deũ. Tertiũ eſt peccatũ iudeoꝝ crucifigentiũ xpm. Unde Aug. ait. Magis peccãt blaſphemantes deũ triũphantẽ in celis: ꝗ̃ qui crucifixerũt eũ ambulantẽ in terris. Rõ huiꝰ eſt ſm Alex. in. ij. ſũme. q. cxlviij. mẽ. v. Tum qꝛ iudei nõ cognouerũt ipſum eſſe deũ. Unde apſus. i. Coꝝ. ij. ait. Si cognouiſſent: nunq̃ dñm glorie crucifixiſſent. Sꝫ qui deũ blaſphemant cognoſcunt illũ eſſe deũ. Tum etiã qꝛ iudei nõ ꝓmiſerunt ei fidẽ in baptiſmo: ſicut xpiani. Tum qꝛ ſit maior iniuria rõne maioris ſtatus. Tertia ratio oſtẽdens grauitatẽ pcti maledictiõis ⁊ blaſphemie đr ꝯtrariatiõis. Cõtrariat̃ nãq; blaſphemia ⁊ maledictio dei.

Primo nature.
Secũdo ſcripture.
Tertio creature.

Primo ꝯtriat̃ nature q̃ dictat benefactorẽ ſuũ eſſe cognoſcendũ. Nã ⁊ ſuo mõ hoc faciũt aues celi ⁊ piſces maris: ⁊ beſtie terre: ꝗ̃to magis ad id obligat̃ homo rõnalis: ⁊ tñ inter oĩa beneficia: que magna ⁊ multa ſunt a bono deo hoi collata: beneficiũ lingue eſt vnũ ſingulare ꝓſtantiſſimũ ⁊ egregiũ. O blaſphemator ingrate. o feralis mẽs. o ĩpudica lingua. Cur nõ ſolũ deo tuo grãs nõ agis: ſed qđ peius eſt illũ crudeliter maledicis. Cur nõ ſolũ bñfactori tuo laudes nõ impẽdis: ſed illũ potius turpiter vilipendis. Cur tantũ benefactorẽ nõ ſolũ nõ recognoſcis: ſꝫ potius ita inhoneſte blaſphemas. Dedit tibi ipſe linguã: vt tu cuꝫ illa laudares eũ: ⁊ benediceres nomen ſctm̃ eius.

Scđo blaſphemia ꝯtriat̃ ſcripture. Ipſa vtiq; admonet ⁊ hortat̃ nos vt bñdicamus deũ. Uñ Tobie. iiij. c. ſcribit̃. Omni tpe bñdic deũ. Et eccĩ. xxxix. Bñdicite dñm in oĩbus operibus ſuis. Et Dauid pſal. xv. Benedicã dñm q̃ tribuit mihi intellectũ. Et pſal. xxxiij. Bñdicã dñm in oĩ tpe: ſemp laus eius in ore meo. Et pſ. cxliiij. Per ſingulos dies bñdicam tibi et laudabo nomẽ tuum in ſeculũ ⁊ in ſcl'm ſeculi. ⁊ Ro. xij. Bñdicite ⁊ nolite maledicere.

Tertio blaſphemia ꝯtriat̃ creature. Oĩs em̃ creatura laudat ⁊ bñdicit deũ. Uñ Aug. in ſermone vnius martyris inq̃t. Oĩa queciq; fecit deus laudãt deũ. Audiſtis in bñdictiõibus et audiſtis in omni ſolẽnitate q̃ legunt̃: q̃m omnia laudant deũ: celeſtia: terreſtria: angeli: hoies: luminaria celi: arbores terre: flumina: maria: quicq̃d deus creauit: ſiue in celo: ſiue in terra: ſiue in mari: laudat deũ. Hec ille. Et ſancta mater eccleſia i matutinis cantat hymnũ triũ pueroꝝ. in camino ignis oẽs creaturas inuitantiũ ad laudes ⁊ bñdictionẽ dei. Quid rñdetis igit̃ o blaſphemi ad voces oĩm creaturarũ? Angeli celi laudãt ⁊ dicũt clamãtes. Bñdictus deꝰ: ſol: luna: ſtelle: ⁊ oĩa celeſtia corpora dicũt: bñdictus deꝰ. Terra: aq̃: aer: ignis et cũcta q̃ in eis ſũt dicũt: bñdictus deus. Boni ⁊ recti viri dicũt bñdictus deus. Et vos ꝯ morẽ oĩm aliarũ reꝝ maledicitis: niſi forte dixeritis ꝙ exẽplũ ſumitis ab his q̃ ſunt dãnati in inferno: de q̃bus đr Apoc. xvi. Blaſphemauerũt deũ celi p doloribus ⁊ vulneribus ſuis. O ꝗ̃ infernales hoies. o blaſphemi diabolici q̃ nõ niſi cũ dãnatis blaſphemãdo ⁊ maledicẽdo ꝯformatis ⁊ cõcordatis. Idcirco apparet

ꝙ graue ſit pctm̃ veſtrum, ꝓpterea clamauit
Eſa, i. c. Ve genti peccatrici: populo graui ini-
quitate: ſemini neq̃, filijs ſceleratis. Dereliq̃
runt dñm: blaſphemauerũt ſctm̃ iſrael: abalie
nati ſunt retrorſũ. Et merito ꝓpħa cõminat
blaſphemãtibus ⁊ maledicentibus: qꝛ ꝓpter
blaſphemias ⁊ maledictões indignatus deus
etiã in p̄ſenti ſeculo: blaſphematores flagellat
et extermiat. Eſt de hoc exẽplũ. iiij. Reg. xix. de
Sẽnacherib ob cuius blaſphemiã angelꝰ vna
nocte exercitũ illius aggrediẽs. clxxxv. milia
hoim interemit: ipſo tandẽ Sẽnacherib a ꝓ-
prijs filijs interẽpto. Refert inſup̱ Grego. in
iiij. dial. l. c. xviij. ꝙ Rome puer quinq̧ annoꝝ
blaſphemus in brachijs patris exñs: iuſto iu
dicio dei a diabolo ſuffocatꝰ eſt. Propter hoc
pctm̃ etiã deus mittit peſtilẽtias: famẽ: ⁊ guer
ras, vt dꝛ. xxxij. q. vij. c. Flagitia. in gloſa, ⁊ in
aut, vt nõ luxurient cõtra naturã. Et vt ego
vidi diebus meis: Italia ſepius flagellata eſt
multis tribulatiõibus: ⁊ peſtilẽtijs: puto ꝓpt
fetorẽ ſodomie: ⁊ impietatẽ blaſphemie. Naꝫ
lꝫ multa ſint alia peccata q̃ cõmittunt: hec tñ
duo cõtaminare vident quaſi oẽm carnẽ. Et
vt de blaſphemia dicã, nõ ſunt ab ea mũdi et
puri dñi: nõ ciues: nõ ruſtici: nõ agricole: non
artifices: nõ viri: non mulieres: ⁊ qđ auditu
horribile eſt: nõ ſacerdotes: nõ religioſi. Ex oi
nanq̧ ſtatu grãdis multitudo extat q̃ loquit
verba blaſphemie. O Italia tãto vitio depra-
uata, o populi tãto ſcelere deturpati: timeo ne
deſeuiat cõtra nos furor dei. Corrigat igitur
vnuſquiſq̧ ſeipſum ⁊ refrenet linguã ſuã: om
neſq̧ pariter laudemus ⁊ bñdicamus deũ: q̃ be
nedictus eſt ⁊ laudabilis: per infinita ſecula
ſeculoꝝ. Amen.

Feria ſcđa poſt dñicam in paſſione, de pctõ
inuidie qua laborabant phariſei ꝯtra chriſtũ
ieſum. Sermo LVI

m Iſerunt principes

et phariſei miniſtros: vt apphen-
derent ieſum. Scribunt hec ꝟba
Ioh. vij. c. ⁊ in euãgelio hodierno. Cõmoue-
bant phariſei ⁊ ſcribe ꝯ pijſſimũ ieſum ex li-
uore ⁊ inuidia: qꝛ nõ poterant ſufferre vt ali-
cui maior honor exhiberet ꝙ ipſis, ⁊ ꝓpterea
nõ eſt mirãdũ ſi ita ſeueri fuerũt cõtra inno-
centiſſimũ filiũ ꝟginis. vñ Gilbertus por. ait.
Ita obliquat inuidia vt rectũ natura nõ vide
at. Et Señ. ad Lucillũ. Perit oẽ iudicium cũ
res i affectũ trãſit. Hoc aũt vitiũ ſatis infeſtat
miſeros mortales: adeo vt vix poſſit aliq̃s īmo
nullus euadere laqueos inuidoꝝ. Idcirco in
p̄nti ſermõe de inuidia erimus dicturi. de qua
tria myſteria ꝓponimus p̄ncipalit declarãda

Primũ dꝛ diffinitio.
Secundũ offenſio.
Tertium cõditio.

Qualiter diffinit a doctoribus quid ſit in-
uidia: ⁊ ꝙ dolor ex bono alterius põt ꝓueni-
re ex timore: ex defectu: ⁊ ex malignitate.

Capitulũ I

p Rimũ myſteriũ declarãdũ đ inuidia
dꝛ diffinitio. In quo videndũ eſt q̃d
ſit inuidia. Et iohes Dam. li. ij. ſuaꝝ
ſniaꝝ ait. Inuidia eſt triſticia de alienis bõis.
Pro cuiꝰ declaratõe notãdũ ſm Alex. ij. volũi
ne ſũme. q. clv. ⁊ Tho. ij. ij. q. xxxvi. ar. i. ꝙ do-
lor de alteriꝰ bono põt tripl'r ꝓuenire. Primo
ex timore ꝓprio: cũ q̃s dolet de bono alicuiꝰ:
qꝛ veriſil'r timet ſibi vel alijs nocumẽtũ infer
ri. Et hũc dolorẽ Ari. in. ij. rheto. dic̃ nõ eſſe in
uidiã: ſ; effectũ timoris. de q̃ Greg. li. xxij. mo
ral. ita ait. Euenire plerũq̧ ſolꝫ: vt nõ amiſſa
charitate ⁊ īimici nos ruina letificet. ⁊ rurſus
eiꝰ bonũ ſine inuidie cl'pa ꝯtriſtet: cũ ruẽte co
quoſdã bñ erigi credimꝰ: ⁊ ꝓficiẽte illo q̃ſdã
iniuſte opp̄mi formidamꝰ. Rõnabil'r nanq̧
vnuſq̃ſq̧ magis diligẽ dꝫ ſeipſũ ꝙ alios: ⁊ cõe
bonũ ⁊ ml'roꝝ ꝙ pticulare vel vniꝰ. Sic leta-
bant de malo pharaõis filij iſrl', q̃ Exo. xv. di-
cebãt. Cãtemꝰ dño, gl'ioſe eñ honorificatꝰ ẽ:
equũ ⁊ aſcẽſorẽ ꝓiecit i mare. ⁊ dũ erãt i capti
uitate i manu eiꝰ dolebãt de ꝓſp̄itate illiꝰ. Id-
ipſũ fecerũt de ꝓſp̄itate ⁊ aduerſitate holofer
nis aliorũq̧ q̃ ppl'm dei vexare p̄ſumpſerunt.

Scđo põt ꝓuenire dolor de alteriꝰ bono: ex de
fectu. cũ, ſ. q̃s dolet nõ ꝙ ꝓximꝰ bonũ illđ hẽat
ſ; qꝛ illđ ſibi deficit. ⁊ ſi q̃s dolet ex defectu bõi
qđ nõ eſt ꝟe bonũ: male agit ſic dolendo: vt ſi
q̃s doleat: qꝛ nõ fornicat ſicut multi faciũt: et
ſil'ia. Si ꝟo doleat qꝛ nõ hꝫ bonũ qđ ẽ ꝟe bo
nũ ⁊ honeſtũ: recte agit. Et cũ dolor tal' circa
hõeſta ꝟſat ſm Ari. iij. rheto. vocat zelꝰ. đ q̃
dicebat Paulꝰ. i. Co. xiiij. c. Emulamini ſpũalia
Et hiero. ad Letã đ inſtõne filie. Hẽat ſocias
cũ q̃bꝰ addiſcat: q̃bꝰ īuideat: q̃ꝝ laudibꝰ mor
deat. Tertio põt ꝓuenire dolor đ alteriꝰ bo
no ex malignitate ⁊ iniq̃tate q̃ñ diſplicꝫ mulq̃s
abſq̧ ipſoꝝ ꝯmodo vl' icõmodo ꝙ alij hẽant
bonũ. Et h̃ vt p̄mũ euẽire ſolꝫ ex inani gl'ia
vñ greg. xi. mora. ait. Pria nãq̧ ſoboles ſup-
bie inanis gl'ia ẽ: q̃ dũ opp̄ſſaꝫ mẽtẽ corrũpit
inuidiã mox gignit: qꝛ dũ vani nõis potẽtiã ap
petit: ne q̃s hãc aliꝰ adipiſci valeat: tabeſcit. Et

ex h' eſt ꝙ inuidia ſolet eſſe int' pares: qꝛ vnuſq̃ſ
q̧ appetit alios in gl'ia ſm ſuũ ſtatũ aut g̃dũ
ſupare. Unde nunq̃ ruſticꝰ aut agricola inui
debit doctori de ſcia: nec mulier inuidebit mi
liti de ſtrenuitate vel fortitudine. nec merca-
tor aut ciuis religioſo de fama ſanctitat s;
⁊ ſic de alijs. Sꝫ vnuſquiſq̧ inuidet alteri ſ de
his bonis: q̃ vel ip̄e hꝫ vel habere intẽdit. Et
tñ ſi hoc fiat aĩo deliberato cũ ſit ꝯ charitatẽ:
pctm̃ eſt mortale. Charitas inq̃t apoſtolꝰ. i.
Coꝝ. xiij. non emulatur.

Qđ maligna beſtia inuidie ſemper offen-
dit virtuoſos ⁊ ſanctos viros: vt ex mult̃ pa
tet exemplis. Capl'm II

s Ecundũ myſteriũ declarandũ de in
uidia dꝛ offenſio. Hec eñ beſtia ma
ligna offendit ſemp̱ ꝟtuoſos ⁊ ſan-
ctos viros. Unde Valeriꝰ lib. iiij. de amore ⁊
dilectõe ait. Nulla tam modeſta felicitas eſt
que malignitatis dẽtes vitare poſſit. Et Se
neca de cõſolatione ad Paulinũ. Inimica eſt
ſemp̱ alienis ꝓfectibꝰ inuidia. Et Ouidiꝰ. i.
de remedio amoris. Sũma petit liuor: pflãt
altiſſima venti. Sũma petunt dextra fulmia
miſſa iouis. Et Horatius. Sepius vent̃ agi
tatur ingẽs. Pinus: ⁊ celſe grauiore caſu. De
cidunt turres: feriũtq̧ ſummos. Fulgura mõ
tes. Et Hiero. in epitaphio ſancte Paule. Sẽ
per ꝟtutes perſequit inuidia: Feriũtq̧ ſum-
mos fulgura mõtes. Etẽ oẽs ſãcti emulos
habuerũt. In paradiſo quoq̧ ſpẽs fuit: cu-
ius inuidia mors intrauit in orbẽ terrarum.
Ip̄e quoq̧ dñs nr̃ ieſus xp̄s zelo ẽ crucifixus
hec ille. Hec eſt eñ illa inuidia de q̃ dꝛ Sap̄.
ij. qđ in auc̃te Hiero. eſt iam dictũ. Qđ, ſ. per
illaꝫ mors intrauit in mũdũ. Hec eſt illa fera
peſſima ꝓpter quã fratres ioſeph eum inter-
ficere tẽtauerunt, ⁊ tandẽ vendiderũt hiſma
elitis: dicẽtes patri ꝙ fera peſſima deuoraſſꝫ
eum. Hec eſt ꝓpter quã Saul odio graui cõ
motus fuit cõtra dauid: tentans ſepius illuꝫ
perimere, quod ⁊ feciſſet: niſi Ionathas pre-
monuiſſet eũ: vt habet. i. Reg. xviij. Inuide-
bat aũt ei Saul: quia poſt interfectũ Goliath
et debellatos philiſteos: ad eum puelle canta
bant. Saul percuſſit mille, ⁊ Dauid decẽ mi-
lia. Quid dicam de antiquis romanis? Qui
toto orbe clariſſimi: ⁊ ſue reipublice zelatores
fuere precipui. Nõne inuidie morſibus lania
ti extitere? Patet hoc in furio camillo, de quo
ſcribit Oroſius ⁊ Titus Liuius, ꝙ cũ roma-
nus exercitus p̄ decem continuos ãnos ma-
gnas clades accepiſſet; creatus dictator cuꝫ
capanetibus ⁊ faliſcis maxima cum proſpe-
ritate conflixit: ⁊ victis duobus populis: pre
dam inter milites partitus eſt. Deinde Ve-
hientiũ ciuitatẽ obſedit: quã tãdẽ cepit. Iſta
victoria fuit cũ tanta gloria romanorum ꝙ
dictator ſublatis ad celum manibus p̄catus
eſt ꝙ ſi cui deorum romana felicitas nimia
videretur eius inuidia ſub aliquo ſuo incom
modo ſatiaret: atq̧ inter preces ſubito lapſu
decidit. Qđ omen ſm Valerium ad ſui dam-
nationem: qua poſtea preſſus eſt pertinuiſſe
traditur. Nam poſtq̃ ad vrbem triũphãs re
dijt tribuni multiq̧ ciues Camilli ꝟtuti emu
li: diffamabant gloriam eius contendentes
hoſtilem predam non equo iure fuiſſe diuiſã
⁊ iſta pendente inuidia faliſcoꝝ ciuitatem ro
mano ſubegit imperio. Poſt qđ a. L. Apule-
gio tribuno plebis accitus propter inequam
Vehientium prede deſtributionem: intercur
rente illis diebus adoleſcẽtis ſui filij morte,
vt hinc publico ⁊ inde priuato cruciaretur in
commodo: in exilium pellitur damnatus. xv
milibus eris. Camillus vero ab vrbe diſce-
dens humiliter deos precatus eſt. vt ſi hoc i-
iuſte pateretur. ꝙ primũ ſe ciuibus ⁊ ingrate
patrie neceſſariũ fieri vellẽt. Qđ ſubſecutum
eſt. Nam galli ſenones obſeſſam vrbem pre-
ter capitolium cepere. Quare miſſum eſt ad
Camillum ꝓ auxilio. Qui mox veniẽs ingra
tam patriam ab hoſtibus liberauit. vt dicit
Aug. li. v. de ciuitate dei. c. xviij. De Scipiõe
inſup̱ africano dicit Valerius maximꝰ. li. iij.
de fiducia ſui. c. vij. ꝙ cum poſt plurimos tri
umphos vocaret ad reddendũ computũ de
pecunie quãtitate tanq̃ indignatus tale fert
dediſſe riſum. Cum frater meꝰ totam vobis
ſubiugauit aſiã: ⁊ ego totã africam: nec opes
aſiane fratrẽ meũ: nec africane me diuitẽ fe
cerunt: ſ; inuidia fecit vtrũq̧ glorioſum. Et
vt ſcribit Liuius, tanta fuit inuidia ciuiũ cõ
tra ſcipionem, ꝙ cum accuſaret a tribunis
plebis: nil aliud ad obiecta reſpondit: ſ; dixit
O quirites. hoc die vici carthaginẽ magnaꝫ
ſperantẽ: ⁊ accipere leges noſtras iuſſi. Re-
cordor eñ hunc diẽ anniuerſariũ illum eſſe:
quo ante aliquot ãnos vici Hanibalẽ. Et vt
ſcribit Valeriꝰ de fiducia ſui. lib. iij. c. vij. lau
ream ſuam in capiti ſuo impoſuit ⁊ ſubiunxit.
Equũ eſt diẽ hunc litibus ⁊ iniurijs ſemp̱ im
munẽ eſſe. Ide ergo in capitoliũ ad Iouem
optimũ ⁊ Mineruã, ceteroſq̧ deos q̃ capito
lio ⁊ arci p̄ſident conferã ſalutãdos: eo ꝙ in
die iſto ⁊ ſepe ac feliciter pro repu. dimicaui.

Voſqꝫ oẽs hoꝛtoꝛ:vẽire mecũ oꝛareqꝫ deos vt
vobis mei ſimiles duces omni tpe largiant.
His dictis ⁊ ſenatũ totum ⁊ vniuerſum eque
ſtrem oꝛdinẽ ⁊ cũctam plebẽ comitẽ habuit:
adeo ꝙ paucisſimi cũ tribunis remanſerunt:
q̃ tandem vt inquit Valeriꝰ: doloꝛe anxij atqꝫ
inuidia tabeſcẽtes.⁊ pudoꝛe obꝛuti ſe turbis
immiſcuerẽt ⁊ cũ ceteris pꝛoſecuti ſunt eũ. Sci-
pio aũt non modo capitoliũ:ſed per totã vꝛbẽ
oĩa deoꝝ templa cũ populo romano circũiuit:
nõ minoꝛe honoꝛe reus triumphans de inui-
dis ꝙ victoꝛ olim triũphauit de hoſtibus. Et
cũ videret neceſſe eſſe aut ſuccũbere emulis:
aut viciſſim eutrũ experiri decreuit:ſed potius
voluntariũ ſibi elegit exiliũ.abijtqꝫ Linternũ
ſuã villulã aſperã:ſolitariã:⁊ incultã.haud ꝓ
cul a Cumis ciuitate campanie. O igitur in-
uidia rapaciſſima:o virtutũ emulatoꝛ peſtilen-
tiſſima oĩum virtuoſoꝝ inimica. Ex dictis vti
qꝫ clarũ eſt qualiter ipſa virtuoſis ⁊ ſanctis
quietẽ aut pacẽ habere nec ſinit nec patitur.

De triplici mala conditione inuidie.ſcꝫ ꝓ-
pꝛia flagellatione:charitatiua oppoſitione:⁊
diabolica aſſimilatione. Caplm III.

T Ertiũ myſteriũ declarandũ de inui-
dia dicit̃ conditio. Eſt vtiqꝫ triplex
mala cõditio propter quam inuidia
eſt abominanda.

Prima dicitur propꝛia flagellatio.
Secunda charitatiua oppoſitio.
Tertia diabolica aſſimilatio.

Prima mala conditio inuidie dicitur pro-
pꝛia flagellatio. Eſt vtiqꝫ officiũ eius flagella
re ⁊ affligere ꝓpꝛiũ ſubiectũ. Propterea Iſi-
doꝛus in libꝛo differentiarũ ait. Inuidus aĩo
medullitus eſtuans a ſemetipſo liuoꝛis ꝓpꝛij
ſemper exigit penas. Et Hiero.ad Aſellã de fi
ctis amicis exclamat dicẽs. O inuidia pꝛimũ
tui moꝛdax. Et Socrates dicebat. Utinã in-
uidi in omnibus ciuitatibus oculos ⁊ aures
haberent vt de oĩbus ꝓfectibus toꝛquerent̃.
Quot eñ ſunt hoĩm felicũ gaudia:tot ſunt i-
nuidoꝛũ gemitus. Et Hoꝛatius. Inuidia ſiculi
non inuenere tyꝛanni. Maius toꝛmentum.

Secũda mala cõditio inuidie dicitur chari
tatiua oppoſitio. Opponitur ſiquidẽ charita-
ti pꝛimi. Illã tñ charitatẽ docent nos ſancti:
⁊ ipſe ſanctꝰ ſanctoꝝ xp̃s ieſus. Uñ Paulꝰ.i.
Coꝛ.xiiij.ait. Sectamini charitatẽ. Et.xvi.c.
ait. Oĩa opa vr̃a in charitate fiant. Et Eph.
iij. In charitate radicati ⁊ fundati. Et.iiij.c.
In charitate creſcamꝰ. Et.v.c. Eſtote imita-
toꝛes dei ſicut filij chariſſimi:⁊ ambulate i di-
lectione ſicut ⁊ xp̃s dilexit nos. Et ad Col.iij.
Super omnia charitatẽ habentes. Et.i.Ioh.
iij. Qui non diligit fratrẽ ſuũ manet in moꝛ-
te. Et xp̃us ieſus Ioh.xiij. Mandatũ nouũ
do vobis vt diligatis inuicẽ. Et ibidem. In h̃
cognoſcent omnes quia mei diſcipuli eſtis:ſi
dilectionem habueritis ad inuicem. Aduertẽ
ter igitur ſpirituales conſiderent hi qui per pe
nitentiam ſe affligunt:cogitent religioſi qui
ſeculum derelinquunt vt deo ſeruiant: quantũ
malum ſit inuidia:que cũ charitate ſtare non
poteſt. Ipſa equidem ſola venenum eſt cuiuſ-
cunqꝫ alterius boni. quia vt inquit Auguſti-
nus ſuper Iohannẽ. Dilectio ſola diſcernit in
ter filios dei ⁊ filios diaboli. Signent ſe oẽs
ſigno crucis:baptizentur:cantent omnes alle
luya:intrent eccleſias:impleant parietes ba-
ſilicarum:non diſcernũtur filij dei a filijs dia-
boli niſi charitate. Magnum indicium:ma-
gna diſcretio. Quicquid vis habeas:ſi nõ ha
bes charitatem nihil habes. Alias virtutes ſi
non habes:hanc habe ⁊ legem impleſti. Hec
Auguſtinus. Tertia mala conditio inuidie
dicitur diabolica aſſimilatio. Ipſa ſiquidẽ aſ-
ſimilat homines malignis ſpiritibus. Nam
quid aliud eſt alterꝰ inuidere felicitati ꝙ dia
boli officium exercere. Ideo chꝛiſtus inuidis
phariſeis Ioh.viij.ait. Uos ex patre diabolo
eſtis. Nos vero curemus eſſe filij dei:omnem
inuidiam a coꝛdibus noſtris expellentes:vt
ſic valeamus in hoc ſeculo acquirere dei gra-
tiam:⁊ in futuro ſempiternã gloꝛiam. in qua
viuit ⁊ regnat ipſe benedictus deus per infi-
nita ſecula ſeculoꝛum. Amen.

Feria tertia poſt dñicam in paſſione: de pec
cato detractionis a quo abſtinere debent qui
veram penitentiam deoqꝫ acceptam agere vo
lunt. Sermo LVII.

Uidã eni dicebant

q Q: bonꝰ ẽ:alij aũt nõ:ſ; ſeducit tur
bas. Scribunt̃ hec ṽba Ioh.vij.⁊
i euãgelio hodierno. Loq̇t̃ vnuſq̇ſqꝫ de altero
ſm ꝙ ei afficit̃:ita ꝙ q̇ diligit nõ ſaturat̃ lau
dibꝰ.q̇ ṽo inuidet aut odit:libent̃ detrahit ⁊ vi
tupat. Propterea phariſei inuidẽtes xp̃o ſeq̇-
ceſqꝫ ſui cã detractõnũ moꝛſibꝰ lacerabãt. Nec
potuit pijſſimꝰ ieſus vitare oblocutoꝝ dentes
q̇nimo vt pꝫ in hodierno euãgelio: publice a
multis accuſatꝰ eſt:⁊ nominatꝰ pctõꝛ ⁊ malꝰ.
Iſta nanqꝫ ſolet eſſe peſſima inuidoꝝ cõditio
vt omnia in malã partem interpꝛetent̃ ⁊ tra
hant:ac de omnibꝰ male dicant. Uenit inquit

xp̃s. Matth.xi. Iohãnes baptiſta nõ mãdu
cans nec bibẽs.⁊ dicunt demoniũ hꝫ. Uenit
filius hoĩs manducãs ⁊ bibẽs:⁊ dicunt ecce
homo voꝛax ⁊ potatoꝛ vini. Cũ ṽo detractio
apud ꝙplures minimũ pctm̃ eſſe reputetur.
ideo in hoc ſmone de ipſa aliq̇d diſſeramus
oſtendẽtes ꝙtũ expediat penitentibus a tali
vitio penitus abſtinere.de quo tria myſteria
pꝛincipalia erunt declarãda.

Primũ dicit̃ malignatio.
Scd̃m modificatio.
Tertium offenſio.

Q̇d maligna ſit detractio:tum reſpectu cõ
trarietatis:tũ reſpectu generalitatis:tũ etiã
reſpectu crudelitatis. Caplm I

P Rimũ myſteriũ declarandũ de de
tractione dicit̃ malignatio. Eſt ſiq̇-
dem peccatũ hoc ſatis malignum ⁊
graue triplici ratione.

Primo rõne cõtrarietatis.
Scd̃o rõne generalitatis.
Tertio ratione crudelitatis.

Primo rõne ꝯrietatis. Cõtrariat̃ ſiq̇dem
fame.q̃ vt inq̇t Alexan.in.ij.ſumme.p̃cioſiſſi
ma ẽ oĩũ bonoꝝ tpaliũ. Et hoc expꝛeſſiꝰ dixit
ſapiẽs Prouer.xxij. Melius eſt nomẽ bonũ
ꝙ diuitie multe. Et Eccli.xli. Curã habe de
bono noĩe. Et Aug.id ꝑſuadebat.xij.q.i.c.
nolo.di. Qui cõfidẽs ꝯſcie:famã negligit cru
delis eſt. Eſt ergo fama p̃cioſa coꝛona oĩum
hoĩm:ſiue maioꝝ ſiue minoꝝ:ſiue dñoꝝ ſiue
ciuiũ:ſiue p̃latoꝝ ſiue ſubditoꝝ:ſiue ſeclariũ
ſiue religioſoꝝ:ſiue viroꝝ ſiue mulierũ. Fame
itaqꝫ gradus oẽs nitoꝛe ſuo venuſtat atqꝫ de
coꝛat. Cũ g̃ detractio hãc impugnet nõ debꝫ
pctm̃ leue cenſeri. Propterea ab Alex.vbi.s̃.
q.cxlvi.mẽ.i.ſic diffinit̃ Detractio eſt aliene
fame ꝑ occulta ṽba denigratio. Notandũ
tñ ꝙ eſt differẽtia inter cõtumeliã:conuitiũ:
impꝛoperiũ:ſuſurrationẽ:⁊ detractionẽ. Cõ
tumelia ſm Tho.ij.ij.q.lxxij.ar.i.c.eſt expꝛeſ
ſio defectus alterꝰ corã eo ꝑ ṽba ad ipm̃ de
honoꝛandũ. Et ſi fiat aĩo coꝛrigẽdi nullũ eſt
pctm̃:q: etiã ⁊ ſancti hoc fecerũt. Un̄ Lu.
xxiiij.xp̃us dixit diſcipulis euntibꝰ in Emaus.
O ſtulti ⁊ tardi coꝛde ad credendum ⁊c. Et
Mat.xv.dicit phariſeis. Hypocrite.bene ꝓ-
phetauit de vobis Eſa. Et Paulꝰ Gal.iij. O
inſenſati galathe q̇s vos faſcinauit nõ obedi
re ṽitati. Si ṽo ꝯtumelia fiat aĩo ſolatiãdi:
aut nullũ pctm̃:aut veniale eſt: dũmodo fiat
diſcrete:q: ludus noxius eſt in culpa in pꝛoe
mio ffoꝝ.circa finẽ.ff.ad.l.aq̇liã.l. nã ludus
Et extra de p̃ſump.c.i.de homicidio.c. cõtine
bat. Si aũt cõtumelia fiat aĩo iniuriãdi:q̇a
cõtra charitatẽ eſt:pctm̃ eſt moꝛtale. Ex hoc
Mat.v.xp̃us dixit. Qui dixerit fratri ſuo fa-
tue:reus erit gehẽne ignis. Eſt g̃ cõtumelia
cum refert̃ defectus culpe:ſiue defectꝰ ille ſit
ſm veritatẽ ſiue nõ:in vituperiũ alicuiꝰ. Cõ
uitium eſt cũ refert̃ defectus nature vl̃ pene
vt qui diceret ceco. O cece.⁊ ſurdo. O ſurde ⁊
claudo. O claude. aĩo iniuriãdi. Et ſic.i. Re.
i. Fenẽna que multos habebat filios:amiſit
illos:q: impꝛoperabat anne:q̃ ſterilis erat.

Impꝛoperiũ etiã eſt cũ refert̃ alicui benefi-
cium ſibi collatũ ad ipm̃ ꝯfundendũ. Et de h̃
ſapiẽs. Eccli.xli.ait. Cũ dederis ne ipꝛopes
ſed imiteris deũ. Et.xx.c. Datũ inſipiẽtis nõ
erit tibi vtile..oculi eñ illius ſeptẽplices ſunt
Exigua dabit:⁊ iuſta impꝛoperabit. Idcirco
Seneca lib.ij.de beneficijs.ait. Qui dedit be
ficium taceat:narret q̇ accepit. Iſta tamẽ q̇ñ
qꝫ ſumũt̃ vnũ ꝓ alio. Suſurratõ ẽ cũ refert̃
malũ de alio in eius abſentia vt ponat̃ in di-
ſcoꝛdia cũ pꝛimis ſuis. Et de hac plene dictũ
eſt in ſmone de diſcoꝛdia. Detractio vero eſt
cũ d̃r malũ de alio in abſentia eius vt ſua fa
ma denigretur. Et vt inq̇t Tho.ij.ij.q.lxxiij.
ar.i.c. Suſurratio ⁊ detractio conueniunt in
materia ⁊ foꝛma:ſed differũt in fine:q: ma-
teria tam ſuſurratõis ꝙ detractõis eſt malũ
pꝛimi.foꝛma ṽo eſt dicere illud in abſentia
eius. Sed finis ſuſurratiõis eſt diſcoꝛdia:fi-
nis ṽo detractõis eſt infamia. O quot docti
ꝓpter detractiones credunt̃ indocti. Quot
ṽgines credunt̃ coꝛrupte. Quot vidue conti
nentes ⁊ caſte:luxurioſe creduntur ⁊ vane.
Quot penitẽtes hypocrite. Quot domini iu-
ſticie amatoꝛes tyꝛãni. Quot deniqꝫ boni re
putant̃ mali. Ideo ait Ambꝛo. Tolerabilio-
res ſunt fures qui diripiũt bona noſtra:ꝙ de
tractoꝛes qui lacerãt famã noſtram. Scd̃a
rõ oñdens malignitatẽ detractiõis vocat̃ ge
neralitas. Sunt nãqꝫ multa pctã q̃ etſi com-
mittant̃ non tñ in oĩbus locis:nec omĩ tẽpe
nec ab oĩbus ꝑſonis. Uitium aũt detractõis
nullũ excipit locũ:nullũ tempus nullãqꝫ ꝑſo-
nam. Hinc eſt ꝙ glo.ſup illis verbis ꝓuerb.
xxiiij. Cum detrahẽtibus ne cõmiſcearis.ait
Propter hoc vitiũ ꝑiclitat̃ fere totũ genꝰ hũa
nũ. Et Hiero.ad Celantiã. Raro inuenies q̇
ita irrep̃hẽſibilẽ velit exhibere vitã ſuã:vt nõ
libẽter rep̃hẽdat alienã. Tertia rõ oñdens
malignitatẽ detractõis d̃r crudelitas. Eſt eñ
pctm̃ hoc ſatis crudele.ꝓpterea d̃r.vi.q.i.c.

ſumma iniq̄tas. Sūma iniq̄tas eſt fratres detrahere ⁊ accuſare: q2 oīs qui detrahit fratri ſuo homicida eſt. Qḋ intelligendū ē ꝑ quādā ſimilitudinem, quia ſicut homicida extinguit ꝓximi corpus: ita ⁊ famā detractor. Ex hͦ cōparaſ leoni deuorāti hūanas carnes. Unde Ezech.xix.d̄r. Leo fact⁹ eſt: didicit rape pdā hoīemq̄ꝫ comedere. Et Greg.xiij.li.moral. exponēs illud Job. Quare pſeq̄mini me ſicut deus: ⁊ carnib⁹ meis ſaturamini? ait. Hi ſūt q̄ aliene vite detractōe paſcunſ: ⁊ alioꝝ ꝓcul dubio carnibus ſaturanſ. Et glo. ſup illo v̄bo Pro.ū.xxiij. Noli eſſe in cōuiuijs potatorum: nec in comeſſationib⁹ eoꝝ q̄ carnes ad veſcēdum conferūt. Carnes inq̄t ad veſcēdū eſt in locutione derogatōis viciſſim vitia ꝓximi dicere. Hoc ergo pctm̄ feralē facit hoīez: immo omī fera peiorē: q̄a vt dicit Jac. iij. ſue cano. Ois em̄ natura beſtiarū ⁊ volucrū ⁊ ſpentū et ceterorūꝫ domanſ ⁊ domita ſunt a natura humana. linguā aūt nullus hoīm domare poteſt. O igiſ detractio pctm̄ dānabile. Tu nēpe es que multos ad tartara feſtinantiſſime compellis. Quia vt Jaco. p̄mo ca. dicitur. Si quis putat ſe religioſum eſſe non refrenans linguam ſuam ſed ſeducens cor ſuum: huius vana eſt religio.

Qḋ tribus modis committitur detractionis vitiūꝫ. ſcꝫ per modum iniquū: aſtutum: et ſimulatum. Caplm̄ II

Secundū myſterium declarandū de detractiōe dicit modificatio. Solet equidem peccatū iſtud plurib⁹ modis cōmitti: quos tamē nos ad tres precipuos reducemus.

Primus dicit iniquus.
Secundus aſtutus
Tertius ſimulatus.

Prim⁹ eſt modus iniqu⁹: cū quis ꝓximuꝫ infamare ſtudet cū iniq̄tate. quod poteſt fieri tripl'r. Primo reuelādo pctā ſua ſecreta ⁊ ſuuando p̄ceptū de fraterna charitate. de quo xp̄s dixit Mat.xviij. Si peccauerit in te fraſ tuus: vade ⁊ corripe eū inter te ⁊ ipm̄ ſolum. Scḋo fingēdo de ꝓximo mala q̄ non cōmiſit Tertio ſcribēdo cōtra ipm̄ famoſos libellos. vl' ſicut hodie fieri ſolet inuectiuas lenocinio verborum fucatas componēdo ⁊ cantilenas

Scḋs modus detrahēdi d̄r aſtutus. Sunt nāq̄ꝫ alij cū aſtutia detrahētes ꝓximo adhuc tripl'r. Primo tacēdo. Nā cū interroganſ de alicuius v̄tutibus: lꝫ nullū malū dicāt: tacent tn̄ verū ⁊ bonū quod ſciunt: diceréq̄ꝫ debent. Sicut ſi quis interrogareſ de aliq̄ puella nubili an eſſet honeſta. ⁊ ille ſciret ſic eſſe: tamē aut taceret aut diceret. Non me interpono de alienis factis. talis vtiq̄ꝫ etſi nō directe: indirecte tn̄ ꝓximi ſui famā lederet. Jdeo dicebat Gilbertus por. Grauis rapacitas eſt cū verā alterius gl'iam etſi mēdacio nō corrumpis: ſilentio preteris. Liuor em̄ excellentiā ꝓpriam ſemp cogitans alienaꝫ obſcurat. Secundo detrahunt negādo. cū ſcꝫ etſi malū nō dicant de ꝓximo: negant tn̄ bona que de illo ab alijs narranſ ⁊ p̄dicanſ. Tertio aſtuti detrahūt venenādo. cū ſ. m'lta bona dicūt de aliq̄ venenando: cū aliquo malo inſpoſito. ſicut plerīq̄ꝫ faciūt ſemp addētes. ſꝫ vel ſi. Dicūt em̄. O ſi talis nō haberet illū defectū vel illū ⁊c. quot v̄tutibus quibus floret laudareſ a cūctis: vl' dicunt. talis eſt doctus vel ꝓbus: ſꝫ deficit in humilitate ⁊ hmōi. Sicq̄ꝫ detractores aſtuti ne videanſ detrahere laudāt: vt tandē vituperēt: ⁊ ſimul cū melle porrigūt ad bibenduꝫ venenū. Uenena ait Hiero. ad Lethan. non dant niſi melle circūdata. Terti⁹ modus detrahēdi d̄r ſimulat⁹: q̄ eſt ꝓprius hypocritaꝝ. Jpſi etem̄ detrahūt tripl'r. Primo dolendo. Fingūt nāq̄ꝫ voce: vultu: verbis: geſtu: ſuſpirijs dolēter: ⁊ ex charitate referre criminationes ⁊ diffamatōes ꝓximoꝝ ſuoꝝ: cū tamē id faciant ex impietate liuore ⁊ inuidia. Scḋo hypocrite detrahūt augēdo cū narrant aliqḋ factū minimū v̄bis ſuis aut factis ampliātes illud ⁊ adaugentes. Tertio hypocrite detrahūt noīando. cū ſ. noīant m'ltos cum laude ⁊ poſt alicui alteri detrahūt. Hi modi etſi nō hͦ ordine: nihilomin⁹ in ſubſtātia ꝑ maiori pte ponunſ ab Alex. de hal'. in ſcḋo volumie ſume vbi. ſ. circa fineꝫ. Et a ſctō Tho. ij. ij. q. lxxiij. arti. i. ad tertium.

Qḋ ꝑ detractionē offendunſ detrahētes audiētes: ⁊ patiētes. Caplm̄ III

Tertium myſteriū cōtemplanduꝫ de detractione d̄r offenſio. Eſt etenim pctm̄ hoc offenſiuū valde. Offendit nāq̄ꝫ tria hoīm genera.

Primi ſunt detrahentes.
Secundi audientes
Tertij patientes

Primi quos detractio offendit ſunt ipi detrahentes. Nā vltra hoc ꝙ mortal'r peccant ſm̄ Scotū in. iiij. di. xv. teneņ ad reſtitutionē fame. Qḋ ſm̄ Ric. ar. v. q. iij. ⁊ Tho. fieri habet ad arbitriū boni viri. Et de modo reſtituendi talē famā etiaꝫ ſatis ample ſcripſit

ſanctus Bernardinus in quadrageſimali de chriſtiana religione. Jdeo nō curaui hoc multū hic ampliare. Uerūtamē cū pauciſſimi reperiautur qui famā velint reſtituere his quibus detrahunt: magnū periculū eſt detrahere.

Secūdi quos detractio offendit ſunt audientes. Jlli em̄ qui detrahentibus beniuolū prebent auditū: peccatuꝫ non effugiunt. Jdcirco Bern̄. ad Eugeniuꝫ inquit. Uelle detrahere ⁊ audire: quid horū damnabilius ſit non facile dixerim. Et Auguſtinus. Ne accōmodes aures tuas detractioni. Detrahenti em̄ anime ⁊ audienti: vtriſq̄ꝫ eſca mortis eſt detractio. Et xi. q. iij. c. non ſolū. i. Non ſolū ille reus eſt qui falſum de alio ꝓfert: ſed etiā qui cito criminibus aurē prebet. Propterea caute agēduꝫ eſt vt non ſolū non detrahamus: ſed ne detrahentes quidē audire velimus. Ad hoc aūt quinq̄ꝫ ſunt opportuna remedia. Primū eſt elongatio. vt ſi fieri poteſt elonget ſe vnuſquiſq̄ꝫ ab his quos detrahere videt paratos. Et de hͦ ſapiens Prouerb. iiij. ait. Detrahentia labia procul ſint a te. Secundū remediū eſt contriſtatio. Nā ſi quis nō poteſt ſe a detractoribus elongare: oſtendat eis detrahere volentibus vultū triſtē: ſignificans ſe nō libenter audire. ⁊ cōfricando caput ſpuendo in terrā. poſt tergum reſpiciendo. ⁊ faciendo ſimilia refrenet dicentis audaciam. Quia vt inquit ſapiens Prouerb. xxv. Uentus aquilo diſſipat pluuias: ⁊ facies triſtis linguā detrahentē. Et Hieronymus ad Ruſticū monachū. Sicut ſagitta ſi mittatur in duram materiam nonnunq̄ꝫ reuertitur in mittentem ⁊ vulnerat vulnerantem: ita ⁊ detractor cum triſtem viderit vultū audientis. immo non audientis: ſed obturantis aures ſuas ne audiat iudiciuꝫ ſanguinis. ilico conticeſcit. pallet vultus: ſaliua ſiccatur. Et. vi. q. i. c. Ex merito. dicitur. Nemo inuito auditori libenter refert. Tertium remediuꝫ eſt reprehenſio. ſicut chriſtus fecit dum diſcipuli detrahebant Magdalene, quibus dixit Math. xxvi. Quid moleſti eſtis huic mulieri: bonum opus ⁊c. Et ad hoc propoſitū Job xix. dixit. Conterebā molas iniqui: ⁊ de dentibus illius auferebam predam. Quartū remedium eſt cordis ſtabilitio. vt non credatur cito omne malū quod dicitur: quia multi multa loquuntur: ⁊ ſepius falſa ꝙ̄ vera. Et vt dicitur Eccl'i. xix. Qui cito credit leuis eſt corde De chriſto ⁊ iohanne baptiſta: vt tactum eſt: multi male loquebantur. Duo ſenes iudices tanq̄ adulteram mentiendo accuſabant Suſannā inſtantes vt lapidaretur. vt patet Danielis. xiij. Sancta Marina virgo que in habitu virili incognita alijs deo ſeruiebat in monaſterio: infamata fuit ꝙ impregnaſſet iuuēculam quandam. Ob quod fere vſq̄ꝫ ad mortem extra monaſterium ab inde penitentiam egit. Hieronymus etiam glorioſus in epiſtola ad Aſellam de fictis amicis cōqueritur valde ſic dicens. Si tibi putem a me gratias poſſe referri non ſapiam. Potens eſt deus ſuper perſonam meam ſancte anime tue reſtituere quod meretur. Ego enim indignus: nec eſtimare vnq̄ꝫ potui nec optare: vt tantū mihi in chriſto largireris affectum. Et licet me ſceleratum quidā putent ⁊ omnibus flagitijs obrutū: ⁊ pro peccatis meis etiā hec parua ſint: tn̄ tu bene facis ꝙ ex tua mente malos etiam bonos putas. Periculoſum quippe eſt de ſeruo alterius iudicare: ⁊ non facilis venia praua dixiſſe de rectis. Ueniet veniet dies illa: ⁊ mecum dolebis ardore non paruo. Ego probroſus: ego verſipellis ⁊ lubricus: ego mēdax ⁊ ſathane arte decipiens. Quid enim tutius ē vel hec credidiſſe: vl' finxiſſe de inſontibus. an etiam de noxijs credere noluiſſe? Oſculabanſ quidam mihi manus: ⁊ ore vipereo detrahebant. dolebant labijs: corde gaudebāt. Uidebat dominus ⁊ ſubſannabat illos: ⁊ miſerum me ſeruum ſuum futuro cum eis iudicio reſeruabat. Quintum remedium eſt cordis compaſſio. vt cum quis audit aliquos detrahētes referentes etiam veritatem: compatiatur ꝓximis ſuis peccatoribus. cōſideretq̄ꝫ quia ſm̄ cōmunē legē vt Lactantius ait libro ſexto. nemo poteſt eſſe tā circūſpectus tā prudēs: qui non aliquando labatur. Et ideo quilibet magis timere debꝫ de ſuo lapſu ꝙ̄ de peccatis alienis gaudere. Tertij quos detractio offendit ſunt patientes. illi videlicet quibus detrahiſ. Nam vltra hoc ꝙ illorum fama denigratur cū ſepius innoteſcat eis ꝙ male dicitur de illis. affliguntur ⁊ cōtriſtantur. Sed reuera conari debent vt potius letentur ⁊ iocundenſ. quoniam tales detractiōes criminationes ⁊ oblocutiones falſe faciunt ad augmentum glorie Unde chriſtus Matth. v. dixit. Beati eritis cum maledixerint vobis homines: ⁊ perſecuti vos fuerint ⁊ dixerint oē maluꝫ aduerſum vos mentiētes ꝓpter me. Gaudete ⁊ exultate qm̄ merces veſtra copioſa eſt in celis. Seruāda inſuper eſt regula Gregorij qui. xi. q. iij. c. inter verba. ait. Jnter verba laudantium vel vituperantium ſemper ad mentē recurrendū

eſt. Et ſi nõ in ea invenitur bonũ quod de nobis dicit̃: magnã triſticiã generare debet. Et rurſum, ſi nõ in ea inuenit̃ malũ qđ de nobis hoies loquunt̃ in magnã debemus leticiã pſilire. Uideant itaq; detractores ⁊ belingues q̃ ta mala faciunt detrahendo. Penitentes ergo phibeant linguam ſuam a malo: ⁊ labia ſua nõ loquantur iniqua, vt ſic diuine gratie munera in ſeculo hoc poſſint participare: ⁊ tandẽ puenire ad eternũ regnũ beatoꝝ: in quo xp̃s ſaluator noſter cũ patre ⁊ ſpũſctõ viuit ⁊ regnat p infinita ſecula ſcl'oꝝ. Amẽ.

Feria quarta poſt dñicam in paſſiõe de periurij viciora quo maxime penitẽtes cauere debent. Sermo LVIII

On eſtis ex ouibus

n meis. Uerba ſunt redẽptoris noſtri originaliter Joh. x. c. ⁊ in euãgelio hodierno. Qđ de iudeis locutus eſt xp̃s in verbis p̃miſſis: hodie nõ immerito dici põt de xp̃ianis malis. Ipſi etẽm vocem xp̃i cõtemnentes: diuina mandata obſeruare nõ curãt quinimo grauius offendũt q̃ cetere natiões: que ſub quacunq; falſa religione viuũt. Inter cetera autẽ mala atq; peccata: que ab eis cõmitti ſolent: eſt illud vnum execrandũ valde: violatio ſcʒ ⁊ fractio iuramenti. Iſtud nanq; peccatũ ita inoleuit: vt a multis ob publicam cõmunem perniciosamq; cõſuetudinẽ minimum eſſe credat̃. Ea ppter p p̃ſentium eruditione in hoc ſermone de periurio verba faciemus: qm̃ periuri ex ouibus xp̃i eſſe non pñt. Proponemus ergo de periurio principaliter tria myſteria declaranda.

Primum dicit̃ diffinitio.
Secundum cõmiſſio.
Tertium malignatio.

Quid ſit periurium: ⁊ an iurare ſit licitum: quot ſunt iuramẽti comites, ⁊ que ſit iuramẽti forma. Capitulũ I

p Rimũ myſteriũ declarandũ de periurio dicit̃ diffinitio. In quo videnda ſunt quatuor.

Primũ quid eſt periuriũ.
Secundũ vtrũ iurare ſit licitũ.
Tertiũ quot ſunt iuramenti comites.
Quartũ que ſit iuramenti forma.

p Rimū myſteriū de cōmunione decla
randū dicitur obligationis. Obligā
tur ſiquidē hoies ad cōicandū ſuſci
piendumqȝ ſanctiſſimū ſacrm dñi noſtri ieſu
xpi triplici ratione.

Primo rōne recordationis.
Scdo rōne preceptionis
Tertio rōne cōminationis.

Primo rōne recordationis. Inſtitutū ſiq
dē fuit ſacramētuȝ altaris a domino ieſu xpo
vt fideles ſui illud ſumētes recordarent amo
ris quē nobis oſtendit. dum pro noſtra ſalute
paſſionē acerbiſſimā crudeleqȝ mortē patiē
tiſſime tolerauit. Vñ Matth. xxvi. ⁊ Lu. xxij.
ipe ait. Hoc facite in meā cōmemorationem
Et Paulus. i. Corꝫ. xi. ait. Quotienſcūqȝ man
ducabitis panē hunc ⁊ calicē bibetis: mortē
dñi annunciabitis donec veniat. Et idē ponit
tur in ſnia de ꝯſe. di. ij. c. ſcriptura. c. qꝛ paſſus.
c. ſemel xpus. c. ſemel imolat⁹. ⁊. c. in xpo. ⁊. c.
qꝛ corpus. Euſebi⁹ ita loquit. Quia corp⁹ aſ
ſumptū ablaturus erat ab oculis: ⁊ illatur⁹ ſy
deribus: neceſſariū erat vt die cene ſacrm no
bis ſui corpis ⁊ ſanguinis cōſecraret. vt cole
retur iugiter per myſteriū qd ſemel offereba
tur in preciū. vt qꝛ quotidiana ⁊ indefeſſa cur
rebat pro oīum ſalute redemptio: perpetua eſ
ſet redemptionis oblatio: ⁊ perennis victima
illa iugiter viueret in memoria: ⁊ ſemper pre
ſens eſſet in gratia. hec ille. Cū ergo ſacramē
tum hoc venerabile fideliter ⁊ deuote ſumptū
xpm paſſum ad mentē reuocet: ingratiſſimi
ꝓfecto cenſendi ſunt illi qui ſaltē ſemel in an
no cōicare nolūt. O obſtinate mentes que tā
ti bñfactoris nec etiā perraro recordari vult.
O impia aia peccatrix. nō ſic fecit erga te fili⁹
dei bñdicti. Nunq̄ ipſe te obliuioni tradidit.
Quinimo ſemper fuit memor tui naſcēdo: ſu
gendo vbera: in cuna vagiendo: peregrinan
do: vigilando: ieiunando: orando: predican
do: patiendo: ⁊ moriendo. Propter te nanqȝ
omnia iſta fecit. ſemper te videbat. ſemper te
diligebat: ſemper tecū in corde ſuo colloque
batur atqȝ dicebat. O anima delicata: o aia in
ſignis ⁊ nobilis: propter te ſum fact⁹ homo:
propter te ſum carne veſtitus: propter te fero
quoſcūqȝ labores: ꝓpter te deniqȝ affixus in
cruce pendeo. Quare hic xps ſubdit illud Tre
norꝫ. iij. Recordare paupertatis ⁊ trāſgreſſio
nis. i. afflictionis mee. potationis fellis ⁊ ab
ſinthij. O ferrea mens: cur non audis vocem
amoroſi ieſu: Cur illū non inſpicis: ⁊ pro ſuo
amore ac commodo tuo vitia ⁊ peccata depo
nis: Cur ſacramentum eius in memoriam
ipſius (vt debes) non accipis: Cur non compa
teris doloribus: cruciatibus: ⁊ afflictionibus
eius: Quibus omnibus grauior eſt ingratitu
do tua. Audi ipſum o peccator: audi inquam:
audi de cruce ad te clamantem ⁊ dicentem ſm
Bernardum. Vide homo que pro te patior.
vide penas quibus afficior. vide clauos qui
bus confodior. Non eſt dolor ſicut quo crucī
or. Cum ſit tantus dolor exterior: intus eſt ta
men dolor grauior: tam ingratum dum te ex
perior. Ad hanc ergo ingratitudinem euitan
dam facit communio altiſſimi ſacramenti:
quod (vt predictum eſt) ſignum eſt memorati
uum dominice paſſionis. ¶ Secundo obli
gantur homines ad cōmunionē rōne precē
ptionis. Precepit nāqȝ ſancta mater eccleſia
fidelibus cunctis. vt cōmunionē ſuſcipiant.
De hoc autē pro varietate temporum varia

facta ſunt ſtatuta. In eccleſia ſiquidē primi-
tiua dū ſanguis xp̄i recens feruebat in corde
credentiū/cōicabant oēs quotidie. vt pꝫ Act.
ij. Et de ꝯſe. diſt. ij. c. peracta. Lapſu vero tp̄is
vſus cōionis deductus eſt ad dies dñicos. Et
de hoc dixit Aug. de ꝯſe. di. ij. c. quotidie. Quo-
tidie euchariſtie cōmunionē accipere/nec lau-
do nec vitupero. Oībus tñ diebus dñicis cō-
municandū hortor. Succedente vero tp̄e ſta-
tutū fuit/vt ter in anno hoīes cōicarēt. videlꝫ
in paſca. dñi natali: ꝯ penteꝯ. vt expreſſe pꝫ de
ꝯſe. diſt. ij. c. et ſi non frequentius. ꝛ. c. ſecula-
res. Notandū tñ/quia quod dicitur de conſe.
di. ij. c. A quibuſdā in cena dñi. ſcꝫ ꝙ cōican-
dū erat in die cene/intelligitur de conſilio/non
de precepto. Tp̄e vero (in quo charitas refri-
guit) eccleſia obligauit laicos ad cōmunionem
tñ ſemel in anno. ſicut pꝫ ex̄ de peni. ꝛ remiſ.
in. c. oīs vtriuſqꝫ ſexus. Et tñ tanta eſt in mul-
tis nequicia maleqꝫ voluntatis obduratio/ꝙ
non ſolū non cōicant ſemel in anno/verūetiā
ſine cōione per annos ꝛ annos perdurant.

Tertio obligantur ad cōmunionē rōne cō-
minationis. Dicit eñ xp̄s cōminanter. Joh.
vi. Niſi manducaueritis carnē filij hominis
ꝛ biberitis eius ſanguinem/non habebitis vi-
tam in vobis.

Qō excuſantur a peccato qui non commu-
nicant ſemel in anno propter punitionē vel
defectū/ꝛ de his q̄ indiſpoſiti ſunt. Caplm II

S Ecundū myſteriū declarandū de cō-
munione dicit excluſio. Excluduntur
etenī a cōione nonnulli/qui cōmuni-
care non debent iuxta ſtatutū eccleſie prefatū
ſcꝫ ſemel in anno/ꝑpter tria.

Primo ꝑpter punitionē
Scdo ꝑpter defectionē
Tertio ꝑpter indiſpoſitionē.

Primo ꝑpter punitionē. Nā nonnullis in-
terdicta eſt cōmunio ſemel in anno/lꝫ contri-
ti ſint ꝛ confeſſi: ꝑpter punitionē precedēn-
tiū peccatoꝝ. Vñ. xxxiij. q. ij. c. latorē. dr̄ de pa
tricida aut matricida: ꝙ non dꝫ cōicare vſqꝫ
ad tres annos. Et vt dicit Ricꝰ. in. iiij. Nulli
notorio ꝛ manifeſto ac infami peccatori: cuꝫ
ad pñiam reuertit: eſt ſtatim euchariſtia mi-
niſtranda. Tum ꝑpter reuerentiā ſacramen-
ti. Tum vt ꝓbetur cōuerſio vera vel ficta. Tū
ne alij puſilli ſcandaliſentur. Poſſet tamē cō-
trariū fieri vbi articulus pietatis vel neceſſi-
tatis aliquando aliter fieri ſuaderet: puta qꝛ
eſſet tam feruida penitentia: cōpūctio ꝛ la
chrymarū abundantia: ꝙ etiā alios ad deuo-
tionem prouocaret vel mortis periculum im-
mineret. Nam in extremo vite nulli peniten-
ti eſt euchariſtia deneganda. vt probatur di.
l. c. penitentes. ꝛ. xxvi. q. vi. c. ſi preſbyter. ꝛ. c.
agnouimus. ꝛ ex̄ de elec. in. c. licet. Secūda
ratio quare aliqui excluduntur a cōmunione
dicitur defectiua ſiue defectionis. quando ſcilꝫ
aliquis deficit ſenſu aut ratōne fatuitatis aut
ratione etatis. De etate autē in qua quis ad
cōmunionē ſit inducēdꝰ. dicit Alexan. in. iiij.
ſumme ꝙ ſtādū eſt arbitrio boni viri: qui po-
tiſſime conſiderare habet an ille qui cōmuni-
care debet tantā habet fidē ꝛ diſcretionem vt
diſtinguere ſciat inter ſacramētū in quo reali-
ter continetur xp̄s: ꝛ materialē panem ſeu vi-
num. Tertia ratio quare aliqui excludūtur
a cōmunione dicitur indiſpoſitionis. quia nō
ſunt diſpoſiti cū firmo propoſito a vitijs abſti-
nere. qui vt dicetur in tertio myſterio: ſi ſic cō
municauerint peccāt. Et rurſus ſi non cōmu
nicauerint ſemel in anno: a peccato non ſunt
imunes. Et ſi dicatur ꝙ non videtur peccare
qui cōmunionē omittit: qꝛ ſe ad illam indiſpo
ſitum videt: cum hoc accedat ad ſacramenti
reuerentiam. Reſpondeo ꝛ dico ꝙ non peccat
propter reuerentiam ſacramenti/ſed propter
indiſpoſitionem ſuam. eo ꝙ quilibet peccator
tenetur diſponere ſe ad correctionem ꝛ emen
dationem. Ex quo dicit Alexander in ſecūdo
ſumme ꝙ quando peccator cogitat de ſua ma
la vita: ꝛ excitatur intrinſecꝰ a dei gratia gra
tis data: ꝛ extrinſecus a verbis ſcripture: a vo
ce predicatorum: ab exemplis bonorum viro
rum: vt peccata deponat: ſi in tali actu non a-
git operam vt conteratur de nouo mortaliter
peccat: peccato ſcilꝫ negligentie: ad quod ſe-
quuntur alia peccata. ſcilicet contemptus di-
uine gratie: obduratio cordis: ꝛ impeniten-
tia. Idcirco friuola eſt atqꝫ periculoſa excuſa-
tio illius qui dicit: communicare nolo: quia
non ſum diſpoſitus peccata relinquere. Nam
licet non ſit cum peccato communicandum:
tamen a peccato eſt abſtinendum. O quot de
tinet illaqueatos diabolus. O quot ſunt for-
nicatores: adulteri: ſodomite: vſurarij: ꝛ ſimi
les: qui nullam in ſuo corde mentionem faci-
unt de emendatione ſua. O inſenſati. o repro
bi. o maligni inimici creatoris veſtri dei. O
damnandi cruciatibus eternis: cur duriti-
am veſtram: voluntatemqꝫ in malo perſe-
uerantem non inſpicitis? Flete ſuper vo-
metipſos. Flete inquam: quia in breui pro
dilectione momentanea luetis penas eter-

nas. Heu heu quanta crudelitas. quanta im-
pietas: quanta feralitas nō cōpati ꝑprio peri
culo: ꝑprio damno atqꝫ iacture. O luxurioſi
domate veſtram libidinē. O auari refrenate
veſtram cupiditatē. O ſuperbi deponite iras:
rancores: ꝛ odia. ꝛ nolite fugere: nolite ꝯtem-
nere xp̄m deum. Ipſe eſt qui ad nos venit. Ip
ſe nobis offert ſeipſum in ſacramento altaris
Sed dicet aliquis. Ecquis ſcire pōt ſi ſine pec
cato ꝛ mūdus ſit? Inquit eñ ſapiens Eccs.
ix. Nemo ſcit vtrū amore an odio dignus ſit.
Et Dauid in ps. Delicta quis intelligit. Cui
ego reſpondeo. ꝙ etſi certitudinaliter de cōmu
ni lege nullus ſe ſciat eſſe in charitate: tamen
per cōiecturas ꝛ ſigna pōt vnuſquiſqꝫ id cre-
dere atqꝫ tenere. Sunt autem he cōiectur et
dolor de peccatis cōmiſſis: ꝓpoſitum ab illis
in poſterum abſtinendi: humilis ꝛ diligēs cō
feſſio: ꝓmpta ſatiſfactio: ad bonū operandū
expedita voluntas. Veruntamen vt p̄dictum
eſt ſi quis oīno ſe ad hoc indiſpoſitū viderit a
ſacra cōmunione omnino abſtineat.

De tribus cōditionibus que p̄cipue obſer-
uari debēt ab his/qui ſanctiſſimū ſacrm̄ deuo-
te ſumere volūt. Caplm III

T Ertiū myſteriū declarandū de cōmu
nione dicit cōditio. Cōmunicare ſi
quidē volentes debent corpus xp̄i
cū deuotione fide ac reuerentia ſuſcipere. qui-
bus neceſſaria ſunt maxime tria.

Primū eſt mundicia.
Secundū diligentia.
Tertiū reuerentia.

Primum quod cōmunicantibus eſt neceſ
ſarium dicit mundicia. que eſt triplex. Pri-
ma eſt mundicia mentalis: vt ſcꝫ mens mun
da ſit ab omni ꝓpoſito malo et ab omni actu
cuiuſcūqꝫ peccati mortalis. Et de hac dic apo-
ſtolus. i. Corinꝯ. xi. c. Probet autem ſeipſum
homo: ꝛ ſic de pane illo edat: ꝛ de calice bibat.
Qui enim manducat ꝛ bibit indigne/iudiciū
ſibi manducat et bibit. Notandum ta-
men ꝙ pōt quis dici indignus iſto ſacramen
to dupliciter. Aut ratione ꝑprie iniquitatis.
et ſic eſt indignus omnis exiſtens in peccato
mortali. Aut ratione ꝑprie paruitatis ꝛ infir
mitatis. et ſic etiā ꝗlibet q̄tūcūqꝫ ſanctus/in-
dignus eſt. Propterea oīs cōmunicans di-
cit. Dñe nō ſum dignus. Sed illi qui ꝑpter ſu
am impietatē ꝛ maliciam indigni ſunt/iudi-
cium ſibi manducant ꝛ bibūt: dum ſanctiſſi-
mum ſacramentum ſuſcipiunt. O ſacerdotes
o religioſi euchariſtiam frequentantes/nota-
te verba: ſignate myſteria. Ve mundo a ſcan-
dalis. Ecquis enumerat quot ſunt/qui pollu-
to ore p̄ſumunt accipere corpus xp̄i. Verū
tamen circa hoc dubium oritur. vtrū peccet ſa-
cerdos dās euchariſtiā illi/quē ſcit eſſe i pecca
to mortali. Et rñdet Ricar. in. iiij. ꝙ talis pec- ·Sa·
cator aut nō petit euchariſtiā ſibi dari. ꝛ tunc
ſacerdos dando peccaret. Aut petit. ꝛ tunc di-
ſtinguo. qꝛ aut ſuū peccatū eſt occultū: aut ma
nifeſtum. Si manifeſtū/tunc ſacerdos dādo
ſibi euchariſtiā peccaret: qꝛ legitimā cōtra ip-
ſum habet exceptionē/quā ſibi publice obijce-
re pōt. Et accipio hic manifeſtum nō ꝓ omni
eo/qd̄ ꝓbari pōt: qd̄ magis ꝓprie dicit mani
feſtabile/ꝙ manifeſtū. Unde ſi ſacerdos ſciret
parochianum ſuum eſſe in crimine: qd̄ legiti-
me cōtra eum poſſet ꝓbare: ita ꝙ illud crimē
neſcirent cum ipſo/niſi duo vel tres teſtes/per
quos hoc ꝓbare poſſet/nō ꝑpter hoc deberet
euchariſtiā negare illi in publico petenti: qꝛ
iam inferret ſibi penam ante criminis ꝓba-
tionem. quod fieri nō debet. vt ponit. xi. q. iij.
in. c. eoꝝ. Sed accipio hic manifeſtum ꝓ no-
torio. Eſt autē peccatum notoriū: vel per ſen-
tentiā: vel per ꝯfeſſionē factam in iudicio: aut
per euidentiā rei/que tergiuerſatione aliqua
celari nō pōt. extra de coha. cle. ꝛ mulie. c. vlt.
Si autē peccatū ſuum eſt occultum. Aut petit
in occulto. ꝛ tunc ſacerdos ſibi dādo peccaret:
qꝛ habet cōtra eum legitimam exceptionem:
quam ſibi in occulto obijcere pōt: ꝛ ipſum de-
bet monere ne petat in publico. vt habet de cō
ſecra. diſ. ij. c. nō ꝓhibeat. Aut petit in publico
et tunc eſt diſtinguendū. qꝛ aut eſt de aliena
parochia. ꝛ tunc peccaret ſibi dando. Aut eſt
de parochia ſua. ꝛ in tali caſu ſacerdos tenet
ſibi dare: qꝛ cōtra eum nō habet legitimā ex-
ceptionem: quā ei in publico obijcere poſſit. ex
tra de offi. iudi. ordi. c. ſi ſacerdos. Sic xp̄s cō
municauit Iudam quem ſciebat ꝓditorē: ne
peccatū eius occultū panderet. vt dicit. i. q. i.
c. xp̄s. ꝛ. vij. q. i. c. aduerſitas. Illi ergo qui cū
peccato mortali cōicare p̄ſumunt Iude ſiles
efficiunt. Secunda mūdicia neceſſaria cō
municare volentibus dicit cōfeſſionalis. De
bet nanqꝫ quis ante ſacramenti ſuſceptionē
mundare ſe per cōfeſſionē factam ſacerdoti.
Sed hic dubitare cōtingit vtrū cōtritus nō
cōfeſſus peccet mortaliter cōmunicando. Et
reſpondet Ric. ꝙ diſtinguendū eſt. qꝛ aut ta-
lis habet copiam cōfeſſoris idonei: ꝛ tempus
ſufficiens ad cōfitendum: ꝛ loquelam liberā
aut nō. Primo ſuſcipiendo hoc ſacramentū

mortaliter peccat, quia adhoc ꝙ homo ſit dignus hoc ſacramentū ſuſcipere: requiritur ꝙ recōcilietur deo ꝛ eccleſie, que recōciliatio eſt per cōfeſſionem ꝛ abſolutionē. Secundo modo ſubdiſtinguendū eſt. qꝛ aut imminet ſcandalum perſone ſue: aut cōmunis hoc eſt populi: aut quia iam incepit ſacrū myſteriū ſi ſacerdos eſt: ꝛ in quolibet iſtorū caſuū licitū eſt cōmunicare cū ꝓpoſito cōfitendi. Si tamen nō adeſt aliquis p̄dictoꝝ caſuū: tenetur expectare quouſqꝫ habeat copiam cōfeſſoris. Tertia mundicia que requirit in volentibus cōmunicare dicit corporalis. Pro cuius intelligentia notandū ſm Boñ. ꝛ Ric. in. iiij. diſ. ix. ꝙ alia eſt immundicia corporalis q̄ eſt cōiuncta ſpūali, ſicut pollutio ꝓueniens ex crapula. vel ex turpibus cogitationibus p̄cedentibus. et cū hac nō licet ad ſacramentum accedere. Alia eſt immūdicia pure corporalis nullū horrorem immūdicie in aīa generans: vt immūdicia in pede, ꝛ hec nō impedit. Unde pollutio ꝓueniens ex infirmitate: vel debilitate nature nō impedit vſum ſacramenti: licet laudabile ſit ob reuerentiā abſtinere. Similiter immundicia menſtruoꝝ nō ꝓhibet mulierem cōmunicare: qꝛ eſt immūdicia pure naturalis. Simile pōt dici de illa infirmitate: que Leui. xv. vocat fluxus ſeminis. Et ſi diceret ꝙ tales in veteri lege reputabant immūdi: ꝛ arcebant ab ingreſſu in templum: ꝛ ab eſu agni. Reſpondent p̄fati doctores ꝙ iſtud nō tenet hodie: qꝛ lex data eſt in onus ꝛ in figurā: ꝛ ꝑ illas immūdicias ſignificabant immundicie ſpirituales. Dicit tamen Boñ. ꝙ deus diligit mundiciā corporalem que excitat deuotionē mentis: ꝛ abominat immundiciā corporalē que eſt via ad irreuerentiā mentis. Unde qui immūdis manibus tractaret corpus xp̄i: propter irreuerentiā ſacramenti nō eſſet immunis a peccato. Secundū principale qd̓ requirit ꝛ eſt neceſſarium cōmunicantibus dicit diligentia: que adhuc triplex eſſe poteſt.

Prima eſt diligentia examinationis. Debet quidē quilibet qui vult cōmunicare examinare diligenter ſeipſum: vt cōfiteat de oībus peccatis mortalibus: de q̄bus memor eſſe pōt qm̄ ſi quis omiſiſſet cōfiteri aliquod peccatū mortale ꝓpter ſuam voluntariā negligentiā: licet perſuaderet ſibi ꝙ ꝓpter cōfeſſionē alioꝝ eſſet mūdus: cōicādo peccaret mortaliter. Et ſi quis facta diligentia ſua nō recordaret niſi de vno peccato: ꝛ de illo dumtaxat cōfiteret in particulari: ꝛ de oblitis in generali cōmunicādo grām xp̄i obtineret ſm Scotū in. iiij. diſ. ix. Immo multotiēs oblita peccata virtute ſacramēti ad memoriā reducunt. Et tūc tenet homo poſt ſuſceptū corpus xp̄i q̄citius pōt cōfiteri d̓ illis in ſpeciali. qd̓ etiā tactū eſt a nobis: dū diximꝰ de reiteratiōe ꝯfeſſionis. Secunda diligētia eſt feruētis orationis. Debēt vtiqꝫ qui coīcare habēt: per aliqd̓ ſpaciū ante orare feruenter. Tertia diligētia eſt pie meditationis. Debent em̄ pie meditari ꝛ cōtemplari clementiā ꝛ amorē dñi noſtri ieſu xp̄i q̄ nobiſcū eſſe dignat in venerabili ſacramēto.

Tertiū quod eſt neceſſariū cōicantibus dr̄ reuerentia. Debēt nanqꝫ corpus xp̄i ſumere cū reuerentia ꝛ honore genuflexi: videlicet et pectora ſua tundentes di. Centurionis verba Matth. viij. Dñe non ſum dignus ꝛc̄. Et de hoc deuotiſſimū eſt exemplū illud: mēteqꝫ ſollicita ſpeculandū. quod de beato Hieronymo Euſebius in eius tranſitu narrat. Scribit em̄ ſic. Quidā frater ad locum accedens ſanctiſſimū corpus ieſu xp̄i ſecum tulit. quod vbi Hieronymus vir dñi videre potuit, nobis ei auxiliantibus ꝓſtrauit ſe in terrā ꝓtinus ꝛ voce et lachrymis q̄tum poterat clamabat dicens. Dñe quis ego ſum vt ſim dignus ꝙ ſub tectū meū intres? Meruit hoc peccator homo? Certe dñe nō ſum dignus. Nunquid ego melior ſum q̄ oēs patres mei? Tu Moyſi noluiſti vno ictu oculi te monſtrare. Cur nunc tantū te humilias: vt patiaris ad hominē deſcendere publicanū ꝛ peccatorē? Cunqꝫ ꝓximus eſſet ſacerdos: erigēs ſe vir religioſus genibus flexis eū cunctis tenentibus magnis lachrymis ꝛ ſuſpirijs: ꝛ q̄ pluries percutiens pectus ſuum dixit. Tu es dñs meus ꝛ deus meus qui ꝓ me paſſus es: an forte alius? Certe tu es ille: qui cū deus eſſes ſolus ante tempora ꝛ ſine principio genitus a deo patre eterna ꝛ inueſtigabili generatione: qui cū ipſo patre ꝛ ſpiritu ſancto vnus deus es permanens illud quod eras ꝛ es. Intra vnius puelle corpuſculum te clauſiſti factus homo. Tu nēpe es ille ſup quē in Jordane baptiſante Johanne vox ſubito paterna celitus intonuit. Hic inquit eſt filius meus dilectus in quo mihi cōplacui ipſum audite. Et ſpiritusſanctus in te in columbe ſpecie deſcendens te eſſe vnum cū patre ꝛ idē in ſubſtantia declarauit. Tu bone Jeſu ꝑ me crucis tam grandis in tuo iſto quod cerno p̄ſens corpore ſuptuliſti ſupplicium: vt mortē quā meis incurrerā flagitijs interimeres. et animas antiquoꝝ quas dudum diabolica ꝗ

ſtia īfernalibꝰ māſiōibꝰ detiebat recuperares ꝛ totā hūanā naturam q̄ corruerat ī mortē ꝓpter mēditū cū ipa pacificato p̄re: ad vitā īterminabilem reuocares. Tu es vita vitalis ꝛ amabilis atqꝫ iocunda. Multaqꝫ alia addidit verba myſterijs deuotiſſimis plena. Quibꝰ finitis vir domini glorioſus ſacramentū ſuſcipiens ad terram ſupinus rediit. Deinde manus in modum crucis ſupra pectus tenens Simeonis ꝓphete vaticinium decantauit. Quo finito apparente luce quadam mirabili: ex hac vita migrauit. Elaboremus itaqꝫ oms̄ vt cum omni deuotione qua poſſumus ſacramentū hoc frequentemus vt ſic mereamur in hoc ſeculo participes fieri diuine gratie: ꝛ in futuro ſempiterne glorie: in qua videbimus deū ſicuti eſt: qui viuit ꝛ regnat per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Dñica ī ramiſpalmarū in mane de ꝯtēptu mūdi. ad quē nos xp̄us rex regū inducit vbo pariter ꝛ exemplo. Sermo LXII

Ecce rex tuus venit tibi manſuetus ſedens ſup aſinā.

Scribunt hec vba Mat. xxi. ꝛ in euangelio hodierno. Inuigilandū eſt accuratiſſime ab oībus nobis: ne decipiamur a blādicijs ꝓditoris mūdi. Allicit equidē nos apparenti ſuauitate dulciqꝫ armonia bonorum temporaliū. Cui ſi prebuerimus aures mentis immemores facti glīe celeſtis: ruemus in pelagus vaſtiſſimū inferni tenebroſi: ſicut illi q̄ ſyrenaꝝ cātus nō curāt euitare. De quibꝰ ſic dicit Hiero. ad matrē ꝛ filiā in gallijs cōmorantes. Narrant gentiū fabule cātibus ſyrenarum nautas in ſaxa p̄cipites. ꝛ ad orphei citharam arbores beſtiaſqꝫ: vt ſilicum dura mollita. Hic ꝛ Hiero. in prologo ioſue dicit. Nos ad patriā feſtinantes mortiferos ſyrenarum cantus ſurda debemus aure ꝑtranſire. Propterea ſaluator noſter in omni vita ſua verbo pariter ꝛ exemplo ꝯtemnere mundū nos docuit. Pro cuius ꝯtemptu hac die manſuetus ꝛ humilis ſedere voluit ſuper aſinam. Et qm̄ rariſſimi ſunt q̄ eius exemplū ſequāt: pluresqꝫ inueniunt dilectores q̄ cōtēptores mundi. Idcirco in p̄nti ſmone de mūdi ꝯtēptu dicemꝰ: notabimuſqꝫ tres p̄ncipales rōnes quare ſit cōtemnēdus.

Prima rō dr̄ diuine ordinationis.
Scōa finalis cōſummationis.
Tertia maligne cōditionis.

Qd̓ mūdus ꝯtemnēdus eſt. eo ꝙ deus ita ordinauit. ꝛ de cauſa ꝓductiua mundi ꝛ tēpe ac vnitate. Caplm̄ I

Prima ratio quare cōtemnēdus eſt mundus dr̄ diuine ordinatiōis. Ordinauit em̄ deus vt homo diligeret ipm̄ deum ſummū bonū: non aūt mundum. Unde magr̄ ſen. i. di. ſecūdi libri ait. Fecit deꝰ rationalem creaturā vt ſummū bonū intelligeret: intelligendo amaret: amando poſſideret: poſſidendo frueretur. Sed pro huius partis pleniore intelligentia: tria ſunt de mūdo declaranda.

Primū dr̄ cauſalitas.
Scōm temporalitas.
Tertium vnitas.

Primū declarandū dr̄ cauſalitas. vtrū ſcꝫ cauſa efficiens ꝓductiua mūdi fuerit ipe deꝰ. Et circa hoc ſunt tres opiniōes. Pria phoꝝ rum. qui neſciētes intelligere quō aliqd fieret ex nihilo: ſunt multa falſa de mundo locuti: ſicut pꝫ de democrito ꝛ epicuro. qui vt Lactā. ait in. i. di. inſti. dixerunt omnia fortuitu eſſe facta. Contra quos licet alij phi dixerit mūdum eſſe factum. vt pꝫ. i. de celo ꝛ mūdo. ꝛ. ij. Methauroꝝ. tamē errauerūt aliqui aſſerentes illum factū eſſe a deo de ſui eſſentia. Sꝫ hec poſitio ſequētibus phis apparuit improbabilis ꝙ dei eſſentia nobiliſſima ꝛ oīno inuariabilis fieret corporaliū ꝛ variabiliū materia que de ſe eſt imperfecta niſi ꝑficiatur ꝑ formam. Anaxagore aūt opinio fuit vt dicit Ariſt. p̄mo phiſicoꝝ. ꝛ. ij. de anima. ꝛ ī primo de generatione ꝙ mūdus erat factus ex p̄ncipijs exiſtētibus ſcilicet materia ꝛ forma. ſꝫ forme latebant in materia anteq̄ intellectꝰ illas diſtingueret. Platonici vo poſuerūt mūdū ex p̄ncipijs exiſtētibus materia ꝛ forma ſed materiam poſuerūt per ſe ꝛ formas ſeparatas. Thales mileſius vt refert Lactā. in. i. di. inſti. dixit deū ex aqua cūcta formaſſe. Uñ materiā rerum poſuit in hūore: ꝛ principiū cauſamqꝫ naſcēdi conſtituit in deo. Omitto qd̓ ſenſerit Criſippus qd̓ Cleanꝗ: qd̓ zeno: qd̓ Empedocles ꝛ ceteri q̄ ideo errauerūt: q̄a neſcierunt contemplari omnipotentiā dei: q̄ ex nihilo poteſt facere aliqd. Unde ex nihilo creauit angelos: ex nihilo materiā p̄mā: ex nihilo creat aīas noſtras. Propterea dicit magr̄ diſt. xij. ſecūdi libri. Creare eſt ex nihilo aliqd facere. Hoc aūt nos intelligimꝰ ex reuelatōe dei facta Moyſi eximio ꝓphetarū. qui in p̄n. Geneſ. ita ſcripſit. In p̄ncipio creauit deꝰ. i. ex nihilo ꝓduxit ſm gloſam, celum ꝛ terram

Ex quo de pħis dicimus illud Lactantij in .i. di. inſti. Omiſſis terrenis hmõi pħie auctoritatibus nihil certi aſſerentibus ⁊ aggrediamur viã rectã: quos cq̃dẽ ſi putarẽ ſatis idoneos ad bene viuendũ duces eſſe: ⁊ ipe ſequerer ⁊ alios vt ſequerentur hortarer. Sed cũ magna inter ſe concertatione diſſideant: ſecũq ipi plerũq diſcordẽt: apparet eoꝝ iter nequaq̃ eſſe directũ. Siquidẽ ſibi quiq vt eſt libitũ proprias vias impreſſerunt. confuſionẽ q maximã inquirẽtibus veritatẽ reliquerũt. Nobis aũt qui ſacramentũ religionis accepimus cũ ſit veritas reuelata diuinitus omnes vtriuſq ſexus ſine vllo diſcrimine ad celeſte pabulũ conuocamus. Hec ille. Sileant ergo pħi ⁊ erroribus ſuis circa productionẽ mundi imponant iã finẽ. Scd̃a opinio eſt hereticoꝝ. Nã manichei vt cõmemorat Aug. in li. de natura boni. ponentes duo principia. vnuꝫ ſcꝫ deũ oĩum inuiſibiliũ. aliud diabolũ oĩm viſibiliũ: dixerunt mundũ iſtũ viſibilẽ factũ fuiſſe atq productũ a diabolo tenebrarũ principe. Hanc autẽ hereſim perditiſſimã conant ipſi probare auctoritate: ratione ⁊ exemplo. Auctoritate cõtendunt ꝓbare dicentes ꝙ diabolus in ſcripturis vocatur princeps ⁊ deus mundi huius. Unde Joh. xij. xp̃s ait. Nũc iudiciũ eſt mundi ⁊ nunc princeps mundi hui⁹ eijcietur foras. Et Joh. xiiij. Uenit eñ princeps mundi huius: ⁊ in me non habet quicq̃. Et de ſe Jo. xviij. pilato dixit. Regnũ meũ nõ eſt de hoc mundo. Scd̃o arguunt manichei rõne ſic. Nullũ malũ eſt a deo. quia vt habetur Geñ. i. Uidit deus cuncta que fecerat ⁊ erant valde bona. Et Dionyſi⁹ i libro de diuinis nominibus ait. A ſummo bono nõ egreditur niſi ſummũ bonuꝫ. ſed mundus eſt malus. ergo non eſt a deo. Qd̃ aũt ſit malus pꝫ. quia ſi eẽt bonus: eſſet diligendus. quia ſm Dionyſiuꝫ vbi. s̃. Bonũ eſt naturaliter diligibile. ſed omnis predicat mundũ fore contemnendũ. Uñ Joh. i. cano. ij. c. ait. Nolite diligere mundum neq ea que in mundo ſunt. quia ſi quis diligit mundũ non eſt charitas patris in eo. Et Jaco. iiij. ſcribitur. Adulteri an neſcitis quia amicicia huius mundi inimica eſt deo? Quicunq ergo voluerit amicus eſſe huius ſeculi: inimicus dei conſtituitur. Et Joh. vij. de mũdo xp̃s dixit. Non poteſt mundus odiſſe vos me aũt odit. quia teſtimoniũ perhibeo de illo: quia opera eius mala ſunt. Tertio ſupinducunt manichei ad ſuũ errorẽ confirmandum exemplũ quod Matth. recitat. iiij. c. quando oſtendit diabolus xp̃o oĩa regna mundi ꝓmittens ſe ea illi daturuꝫ ſi cadens adoraſſet eũ. ergo videtur ꝙ ipe erat dñs mundi. Sꝫ certe mentiunt manichei ⁊ ſcripturas corrũpunt: diſtrahuntq a veritate ſenſus. Quĩ vt ait magiſter hiſtoriarũ ſcholaſticarũ in principio Geñ. Et Alexan. in. ij. ſumme. q. xiiij. mẽbro. i. arti. i. ⁊ Boñ. ⁊ Rich. di. i. parte. i ar. ij. q. i. ad. ij. ſecundi libri. Mundus in ſcriptura multipliciter accipi conſueuit. Nã aliquando accipitur pro deo: aliquando pro omni creatura ſeu omni creata natura: aliquãdo pro ipo hoĩe: aliquando pro vita preſenti: aliquando pro vitioſa vita maloruꝫ. Probatur hec acceptio multiplex ſatis clare. Naꝫ Joh. i. dicitur de ỽbo dei. In mũdo erat. i. in patre ſm Aug. Et mũdus per ipm factus eſt. i. omẽ quod reperitur ſiue in celo ſiue in terra. Et mundus id eſt homo: eũ ſcꝫ verbũ incarnatum non cognouit. quod dictũ refert ad iudeos. Qd̃ etiã homo intelligatur nomie mundi: pꝫ per illud quod dicitur Joh. iij. Sic deus dilexit mũdũ vt filiũ ſuũ vnigenitũ daret: vt oĩs qui credit in eũ non pereat: ſed habeat vitã eternã. Qd̃ etiã mundus accipiatur pro vita preſenti: pꝫ in verbis xp̃i dicentis Joh. xvi. Exiui a patre ⁊ veni in mundũ. iterũ relinquo mundũ ⁊ vado ad patrẽ. Qd̃ etiã mundus accipiatur pro vita maloꝝ ⁊ iniquoꝝ hoĩm: colligitur ex verbis xp̃i Joh. xv. diſcipulis dicentis. Quia de mundo nõ eſtis: ſed ego elegi vos de mundo propterea odit vos mundus. Diabolus itaq dicitur princeps mundi: non ꝙ ab ipſo mundus creat⁹ ſit: ſed quia eſt oĩum maloꝝ caput. ſm illũd Greg. xvi. moral. Caput iniqꝝ diabolus eſt. Et hoc modo mundus dicitur malus ⁊ merito odiendus atq ſpernẽdus. Explicauit hoc ipm Joh. cũ ſubdidit in auctoritate ꝓ allegata. Nolite diligere mũdũ ⁊c̃. Omne qd̃ eſt in mũdo concupiſcentia carnis eſt. ⁊ concupiſcẽtia oculoꝝ: ⁊ ſuperbia vite. Dicitur ita q diabolus princeps malorũ rõne pretacta. Et a Paulo vocatur deus huius ſeculi nuncupatiue. ſicut ab eodẽ Phil. iij. guloſoꝝ venter dicitur deus. Et per hec dicta ſatis ſufficienter reſponſum eſt ad auctoritates ⁊ ac rõnem quas manicheus induxerat. Ad exemplũ vero dicimus ꝙ diabolus quando promittebat chriſto. mẽdaciter loquebatur. Uoluiſſet vtiq decipere eũ mẽdacio ſuo: ſicut decepit in paradiſo terreſtri primos homines ⁊ quotidie decipit ſibi credentes. Propterea Joh. viij. xp̃us de ipo dixit. In veritate non ſtetit: quia veri-

tas nõ eſt in eo. Cum loquitur mendaciũ ex ꝓprijs loquitur: q: mendax eſt ⁊ pater eius. Sint ergo cõfuſi manichei cũ diabolo patre ſuo: ⁊ de mundi ꝓductione amplius nõ loquãtur. Tertia eſt opinio vera ſanctoꝝ ꝙ mũdus eſt in eſſe ꝓductus a deo: quã eccleſia in ſymbolo apoſtoloꝝ p̃dicat dicens. Creatoreꝫ celi ⁊ terre. Et in ſymbolo patrũ. Factorẽ celi et terre viſibiliũ omniũ ⁊ inuiſibiliũ. Que veritas colligit ex dictis ſcripture vtriuſq teſtamenti. Unde ſapiẽs Ecci. i. ait. Unus eſt altiſſimus creator oĩm oĩpotens: ⁊ rex potens ⁊ metuendus nimis. Et Judith. xiij. Benedictus dñs qui creauit celũ ⁊ terram. Et Dauid in pſ. lxxxviij. Tui ſunt celi: ⁊ tua eſt terra: orbem terrarũ ⁊ plenitudinẽ eius tu fundaſti: aquilonẽ ⁊ mare tu creaſti. Et eſa. xlviij. Ego primus ⁊ ego nouiſſimus. Manus mea fundauit terrã: ⁊ dextera mea menſa eſt celos. Et Joh. i. Omnia ꝑ ipſum facta ſunt. Et Ephe. iij. In deo qui omnia creauit. Et Colloceñ. i. In ipſo cõdita ſunt vniuerſa in celis: ⁊ in terra viſibilia ⁊ inuiſibilia. ⁊ Heb. i. In p̃ncipio tu dñe terram fundaſti: ⁊ opera manuũ tuarũ ſunt celi. Et Act. iiij. Dñe tu feciſti celũ ⁊ terrã. Et. xvij. Deus qui fecit mundũ: ⁊ omnia que in eo ſunt. Et Apoca. x. Jurauit per viuentem in ſecula ſeculoꝝ: qui creauit celum ⁊ terram. Hoc inſuper vt p̃miſſum eſt pħi q̃plures cõfirmant: licet in modo ꝓducẽdi deficiant. Unde Lact. li. i. di. inſti. Orpheus inq̃t. vetuſtiſſimus poetarũ deum verum ⁊ magnũ primogenitũ appellat: eo ꝙ ante ipſum nihil ſit genitũ ſed ab ipſo ſunt cũcta generata. Et Macrobius li. i. de ſomno Scipionis ait. Deus qui prima cauſa eſt: vocat vnus omnium que ſunt: queq videnẽ eſſe princeps ⁊ origo eſt. Et vt inquit Aug⁹. lib. xi. de ciui. dei. c. iiij. Exceptis ꝓpheticis vocibus mundus ipſe ordinatiſſima ſui mutabilitate ⁊ mobilitate: ⁊ viſibilium omniũ pulcherrima ſpecie: quodãmodo tacitus ⁊ factũ ſe eſſe. ⁊ nõ niſi a deo ineffabiliter atq inuiſibiliter magno ⁊ ineffabiliter ac inuiſibiliter pulchro ſe fieri potuiſſe proclamat. Et idem li. x. cõfe. Interrogaui de deo meo celum. ſolẽ: lunam: ⁊ ſtellas. Et rñderunt. Neq nos ſumus qd̃ queris. ⁊ dixi oĩbus que circũſtant fores carnis mee. Dicite de deo meo aliqd̃. ⁊ exclamarũt voce magna. Ipſe fecit nos Interrogatio mea: intentio mea: ⁊ reſponſio. eoꝝ ſpecies eoꝝ. Hec ille. Ex q̃bus oĩbus cõſiderare debemus q̃ admiranda ſit ſapientia creatoris: q̃ timenda ⁊ veneranda potentia: q̃ue laudanda ac benedicenda bonitas. que nobis ſunt notiſſima duꝫ inſpicimus mundum iſtũ ab illo ꝓductũ de nihilo: in quo oĩa ſunt ordinatiſſima: ⁊ nihil eſt ſuperfluuꝫ atq diminutũ. Secundũ de mundo declarandũ dicit temporalitas. Et hic videndũ eſt. vtruꝫ mundus fuerit a deo ꝓductus ex tempore: aut ab eterno. ⁊ quibuſdã viſuꝫ eſt Ariſtoteleꝫ teuiſſe ꝙ mundus fuerit ab eterno ⁊ ꝓpterea q: primo phiſicoꝝ dicit ꝙ materia eſt ingenita. Et in primo de celo ⁊ mundo. ꝙ celum eſt ingenitũ: ⁊ nullum ingenitum incepit eſſe. ergo vniuerſitas rerũ nõ incepit eſſe. Propterea Boñ. i. diſ. ſcd̃i li. arti. i. q. ij. ait. Excellentior inter pħos Ariſtoteles ſm ꝙ ſancti ei imponũt: ⁊ cõmentatores exponunt: ⁊ ỽba eius ꝓtendunt in hũc errorẽ dilapſus fuit. Quidã tamen moderni dicũt illũ nequaq̃ ſenſiſſe nec q intendiſſe ꝓbare ꝙ mũdus oĩno nõ ceperit ſꝫ ꝙ nõ cepit motu naturali. hec Boñ. Et ſanctus Tho. q. xlv. ar. i. prime partis dicit. Non põt ꝓbari demonſtratiue mundũ ſemꝑ fuiſſe nec rõnes quas ad hoc Ariſto. inducit ſunt demonſtratiue ſimpliciter. ſed ſm q̃d. ad cõtradicendũ poſitionibus antiquoꝝ ponentiũ incipere ſm quoſdã modos in veritate impoſſibiles. Et ꝙ ita ſit appet ex tribus. Primo q: tã in octauo phiſicoꝝ q̃ in primo de celo et mundo p̃mittit quaſdã opiniones. vt Anaxagore ⁊ Empedoclis ⁊ Platonis: contra quos rõnes cõtradictorias inducit. Secũdo q: vbicunq de hac materia loquit inducit teſtimonia antiquoꝝ. qd̃ nõ eſt demonſtratoris ſed perſuadẽtis. Tertio: q: expꝛ̃ſſe dicit in primo topicoꝝ ꝙ quedã ſunt ꝓblemata dialectica. de quibus rõnes nõ habemus. ſ. vtrũ mũdus ſit eternus. Et cũ ꝓbat materiã ingenitaꝫ: hoc facit ideo: q: materia nõ habet ſubiectum de quo ſit. ⁊ ſic ꝓbat celũ ingenitũ: q: nõ habet ſubiectũ ex quo generet. ideo materia ⁊ celũ nõ inceperũt ꝑ generationẽ vt q̃daꝫ ponebant. Sed quicq̃d Ariſ. ſenſerit ⁊ ceteri pħi de eternitate mũdi: a nobis paruifaciendum eſt: qñ ſcriptura ſacra teſtat mundũ nõ fuiſſe ab eterno. Uñ ꝓuer. viij. Sapientia dei deus dei filius cũ patre eternus ⁊ cum ſpũſctõ ait. Dñs poſſedit me in initio viarũ ſuarum: anteq̃ quicq̃ faceret a principio ab eterno ordinata ſum: ⁊ ex antiquis anteq̃ terra fieret. Ipſe adhuc ieſus bñdictus deus incarnatus. Joh. xvij. inquit. Pater clarifica filiũ tuũ claritate quã habui anteq̃ mũdus fieret. Unde apte inuit mundũ ab eterno nõ fuiſſe. Ratio

autem eſt ſm Tho. vbi. ſ. Quia voluntas dei
eſt cauſa rerū, vt not. de cōſe. diſ. ij. in. c. reuera
et. c. oīa. Sic ergo neceſſe eſt oīa eſſe ſicut ne-
ceſſe eſt deū velle: cū neceſſitas effectus ex ne-
ceſſitate cauſe dependeat: vt dr̄ q̄nto metaphi.
Abſolute ergo loquēdo nō eſt neceſſe deū ali-
quid velle niſi ſeipſum. Unde nō eſt neceſſari
um deū velle ꝙ mundus ſemꝑ fuerit: ſed eate
nus mūdus eſt quatenus deus vult ipſum eſ-
ſe. cū eſſe mūdi ex dei volūtate dependeat ſicut
ex ſua cauſa. Et ſi dicat̄. Cur deus nō cōdidit
mundū antecꝙ̄ cōderet. Rn̄det Aug. li. i. ſuper
Geñ. cōtra manicheos: qꝛ noluit. Et ſi adhuc
petat̄ cur noluit. Adhuc reſpondet ꝙ nō poſſu
mus aſſignare cām volūtatis diuine: qꝛ tunc
eſſet dare aliq̄d maius volūtate diuina, qḋ eſt
falſum. Ideo magiſter ſen. i. diſ. ij. li. ait. Volū
tatis dei cauſa querēda nō eſt. Tūc ergo deus
mundū ꝓduxit: cū voluit ⁊ ſibi placuit. Quod
etiā cōfirmat Macrobius. li. ij. de ſomno Sci
pionis dicēs. Quis nō hinc eſtimet ipſuʒ mū
dū cepiſſe. ⁊ nec longā retro eius etatē cuʒ ab
hinc vltra duo retro annoꝝ milia de excellenti
um rerum geſtarū memoria. nec greca quidē
extet hiſtoria. Nam ſupra Ninum nihil in li-
bros p̄clarum redactū eſt. Si em̄ ab initio: im
mo ante initiū fuit mūdus: cur ꝑ innumerabi
liū ſeriem ſeculoꝝ nō fuerit cultus: quo nunc
vtimur inuētus: nō litterarum vſus: quo ſolo
fulcit̄ eternitas. Hm̄ōi omnia vident̄ eterni-
tati rerū repugnare: dū opinari nos faciūt cer
to mūdi p̄ncipio paulatim ſingula queqꝫ rep-
periſſe. Tertiū de mūdo declarandū dr̄ vni
tas. Circa quod querit̄. vtrū mūdus ſit vnus
aut plures. Et lʒ Anaxagoras ⁊ Democritus
dixerint eſſe infinitos mundos: tñ̄ ſcriptura
mūdū noīat in ſingulari. qꝛ vnus eſt ⁊ nō plu
res. Ratio eſt ſm Tho. vbi. ſ. q. xlvij. art. iij.
Quia vnus eſt ordo in rebus creatis extiñs. ꝓ
pterea mūdus dicit̄ vnus vnitate ordis: ſm
ꝙ quedā ad alia ordinant̄. Nā quecūqꝫ ſunt
a deo: ordinē habēt ad inuicē ⁊ ad ipſum deū.
Quare neceſſe eſt ꝙ oīa ad vnū mundū perti
neant. Hinc Ariſ. xi. metaphi. ex vnitate ordi
nis in rebus exiſtentis ꝯcludit vnitatē dei gu
bernantis. Fecit ergo deus vnū mundū: licet
ꝯſtet ex diuerſis diſtinctiſqꝫ partibus ⁊ natu
ris. Dim vero que ſunt fine voluit eſſe hoiem
rōnalem ſm illud pħi. Sumus quodāmodo
finis oim eoꝝ que ſunt. Dicit tñ̄ Boñ. i. diſ. ſe
cūdi. ꝙ homo dr̄ finis ſub fine. Sed deus eſt
finis principalis ⁊ vltimus: qm̄ omne officiū
oēm motū: oēmqꝫ operatione cuiuſcūqꝫ crea-
te nature: deus ad vſum homis deputauit. Il
nanqꝫ ſeruiunt elementa: obſequunt̄ celeſtia
corpa: ⁊ aſſiſtunt ad cuſtodiam angeli. Et cur
iſta niſi vt omnia diligāt benigniſſimū deum:
qui nō ideo fecit mundū ad hoīs vſum vt in-
de ipſe cōtemneret̄: ſed potius vt ab hoīe co-
gnoſceret̄ ⁊ amaret̄ ꝓpter tot exhibita bene-
ficia. O igit̄ ingratiſſima anima que creatu-
ram in amore p̄ponis creatori tuo: bonū ſum
mū ⁊ increatū negligis atqꝫ ſpernis ꝓ bono
viliſſimo ⁊ creato. Non ſic aīa peccatrix nō ſic
Euigila ⁊ ſuſpice celū. cōtemplare ibi deū crea
torem: benefactorē: ⁊ glorificatorē tuum tibi
dicentē atqꝫ clamantē. Noli diligere mundū.
dilige me qui illū ad te tam ordinate creaui.
Noli me obliuioni tradere. Noli ꝓ momenta
nea dilectione perdere eterna gaudia ⁊ obliga
re te ad eterna ſupplicia.

Qḋ mūdus eſt cōtemnēdus: qꝛ finiet̄ ⁊ cō
ſummabit̄: ⁊ q̄d cognoſci pōt a nobis de hmōi
fine ⁊ cōſummatione. Capitulū II

Secūda ratio quare cōtemnendus eſt
mūdus dr̄ finalis ꝯſummatōis. Ha
bebit nāqꝫ mūdus iſte ꝯſummatōeʒ
et finē: nec durabit ſemꝑ. Ad cuius clariorem
intellectū i hac ꝑte circa tria dubitare ꝯtingit.

Primo circa noticiā generalē.
Scdo circa noticiā certitudinalē.
Tertio circa noticiā cōiecturalē.

Primo cōtingit dubitare de fine mūdi cir
ca noticiā generalem. Utrū ſcʒ in generali co
gnoſcere poſſumus ⁊ ſcire ꝙ mūdus habebit
finē. Et reſpondeo ꝙ ſic. eo ꝙ ſancte ſcriptu
re: omneſqꝫ doctores id tenent ⁊ cōfitentur.
Unde Job. i. c. ij. ait. Tranſit mūdus ⁊ cōcupi
ſcentia eius. Et. i. Corinth. vij. Paulus ait.
Preterit figura huius mūdi. Et xp̄s Lu. xxi.
et Marci. xiij. ⁊ Math. xxiiij. Celum ⁊ terra
tranſibūt. Et Dauid in pſ. Opa manuū tua-
rū ſunt celi. Ipſi peribūt. tu autē ꝑmanebis. et
oēs ſicut veſtimētū veteraſcēt. ⁊ velut amictū
mutabis eos: ⁊ mutabunt̄. Et ſapiens Eccſ.
iij. Oīa tp̄s hñt: ⁊ ſuis ſpacijs tranſeūt vni-
uerſa ſub ſole. Et Aug. li. q. noui ⁊ veteris te-
ſtamēti. ⁊. xij. ſuꝑ Geñ. ad lr̄am. Incōueniēs
eſt mūdū eternū dicere: quē cū videmꝰ paſſio
ni ſubiectū: ⁊ ꝑ ſingula ſenectute deficere credi
mus ⁊ finiri. Et Greg. in moral. expōnēs illḋ
Job. xiiij. c. Hō cū dormierit: nō reſurget. Do
nec atterat̄ celū: nō euigilabit. Et niſi huius
mūdi finis aduenerit: humanū genus a ſom-
no mortis nō euigilabit. Sed poſſet ali-
quis arguere cōtra ex dictis pħorum ⁊ etiam

ſanctoꝝ. Naʒ Plinius li. i. hiſtorie naturalis
ait. Mundū mime eſſe credi par eſt eternū i
mēſum neqꝫ genituʒ neqꝫ interiturum vnꝙ̄.
Et Ariſt. lib. i. de planetis. Mūdus totalis ē
ꝑpetuus ⁊ ſempiternus. nec ceſſabit vnꝙ̄ ge
nerare aīalia ⁊ plantas ⁊ om̄es ſuas ſpecies.
Et idem in. ij. de gn̄atione. Semꝑ continua
erit gn̄atio ⁊ corruptio ⁊ nunꝙ̄ deficiet. Ric.
etiā in. iiij. xliij. di. ar. iij. q. i. dicit ꝙ fuit opio
quorūdam pħoꝝ ꝙ cū oīa naturalia ꝑ influē
tiam corpoꝝ celeſtiū diſponant̄: quādo om̄s
partes celi redibūt ad p̄mū ſue creatōis locū
tunc oīa generabilia ⁊ corruptibilia eadē nu
mero que ante fuerant reuertent̄. Et hoc per
naturā vl̄em: que ſicut dicit Auicenna in. vi.
Metaph. eſt v̄tus infuſa in ſubſtātias celo-
rum gubernans vniuerſitatē generationum
Illa autē celi diſpoſitio erit in complemento
xxxvi. miliū annoꝝ ab iſto inſtāti quo creatū
eſt firmamentū. Hanc v̄o opinionē deriden
do cōmemorat Augu. xij. de ci. dei. c. xiij. d. ꝙ
qui ſic tenuerūt ꝓfitebant̄ Platonem iteruʒ
lecturū in achadēia: eaſdēqꝫ futuras ſcholas
ſiloſqꝫ pħos qui ante fuerūt. Uerūtamē oēs
pħi qui de mūdi eternitate loquuntur: aut ex
parte ante: aut ex parte poſt. vt inquit Aug.
x. cap̄. p̄fati libri. xij. dicunt ꝙ putant non ꝙ
ſciunt. Et contra ponētes annoꝝ rerūqꝫ illaʒ
reuolutionem ſupradicto. c. xiij. inq̄t. Abſit vt
nos iſta credamus. Semel em̄ xp̄us mortuꝰ
eſt ꝓ peccatis noſtris. reſurgēs aūt a mortu-
is iam nō morit̄: mors ei vltra nō dn̄abitur
⁊ nos poſt reſurrectionē ſemꝑ cum domino
erimus. hec ille. Sunt tñ̄ nōnulli obijcientes
ex dictis ſacre ſcripture. Nam Eccl̄s. i. dicit̄.
Generatio p̄terit ⁊ gn̄atio aduenit: terra aūt
in eternum manet. Et de ſole luna ſtellis cete
riſqꝫ celeſtibus corꝑibus. Dauid pſ. cxlviij.
ait. Statuit ea in eternū ⁊ in ſeculum ſeculi.
Ergo non deficiēt. ⁊ ex ꝯſequēti mūdus du-
rabit in eternū: ⁊ ſemꝑ erūt terra elemēta et
celeſtia corpora. Cui obiectioni rn̄dere poſſu
mus ex dictis Scoti in. iiij. di. xliij. q. i. in re-
ſponſione ad ſcōm argumentū: cū q̄ ꝯcordāt
ceteri theologi in. iiij. di. xlviij. Dicimus ergo
ꝙ mūdus pōt cōſiderari dupl̄r ſcʒ q̄tum ad
ſuam ſubām vel eſſentiam: ⁊ q̄tum ad ſuas
opationes. Mūdus ḡ manebit quātum ad
ſubām. ſed nō q̄tum ad operationem Unde
Ric. dicit ꝙ ceſſabit motus corpoꝝ celeſtiuʒ
quia vt habet̄ Apo. x. Angelus iurauit ꝙ tp̄s
amplius nō erit: ſed impoſſibile eſt eē motuʒ
ſine tp̄e. ḡ motus celi ceſſabit. nō quidē ꝑ na
turam: ſed ꝑ voluntatē intelligentiarū mouē
tium obedientiū volūtati creatoris in definē
do mouere. ſicut ex amore eiꝰ modo ſibi obe-
diūt i mouēdo. Quapropt̄ cōuenietēter a pħo
xij Metaph. dr̄. Cauſa p̄ma mouet̄ in rōne
amati ⁊ deſiderati. Si tñ̄ pħus in ſuo v̄bo ſa
num habuit intellectū. Tūc aūt placebit crea-
tori vt amplius intelligētie corꝑa celeſtia nō
moueāt: qꝛ tunc habebit̄ finis motꝰ corporū
illoꝝ. Intelligētie em̄ mouēt illa corꝑa vt per
motū eoꝝ fiat renouatio influētiarū ⁊ cōtem
perātia: q̄ req̄rit̄ ad gn̄atione ⁊ corruptionē
quouſqꝫ impleat̄ numerꝰ electoꝝ. Om̄e autē
quod ꝑ aliquē finē mouet̄: illo fine habito rō
nabile eſt ꝙ ab illo motu quieſcat. Tho. etiaʒ
in. iiij. ſum. cōtra gētiles. c. vlti. ait. Quia oīa
corꝑalia q̄dāmō ſt̄ ꝓpt̄ hoīeʒ ꝯſūmato electo
rum numero neceſſe eſt vt totiꝰ creature cor-
poree ſtatus immutet̄ vt cōgruat ſtatui hoīʒ
qui tunc erūt. Et quia tūc hoīes incorruptibi
les erūt a tota creatura corꝑea tollet̄ genera
tionis ⁊ corruptōis ſtatus. Et ſic nō germina
bit amplius terra: non ambulabunt in fluuis
animalia: nō volabunt aues in aere: nō fiet
viciſſitudo temporꝝ: nō alternatio diei et no-
ctis: non videbunt̄ homines inhabitare ter-
ram: non reperient̄ ciuitates caſtella: ⁊ oppi
da: ſi edificia: nō agriculture: ſi exercitia ⁊ ar-
tes: nō erūt dn̄ia p̄ncipatꝰ ⁊ regna. Si aūt q̄-
reret̄. ḡ q̄d erit. Rn̄deo ꝙ i fine ſecl̄i oēs ho
mies morient̄. et oēs poſtea reſurgēt. Exurget
aūt flamma cōflagrationis: ⁊ diluuiū ignis
ſm illud ꝓphe. Ignis ante ip̄m precedet. Et
de illo dicit glo. ſuꝑ. ij. c. ij. Theſſal. ⁊ Beda in
glo ſuꝑ ij. Petri. iij. c. ꝙ tm̄ aſcendet quātum
aqua diluuij: fuit altior ſuꝑ omnes montes
terre. Et licet aliqui voluerint contendere ꝙ
diluuium illud fiet naturalr̄: eo ꝙ illius ignis
generatio erit naturalis: quia virtute ignis
elementi ⁊ corporum celeſtium: generabitur
in materia terreſtri aquea ⁊ area. Et allegāt
Senecam in libro de q̄ſtionibus naturalibꝰ.
⁊ Ariſtoteleʒ in. ij. Metaph. qui aiunt. Dixit
Empedocles arſuram eſſe terram cuʒ vniuer
ſa ſydera cōuenient in ſigno cancri: ⁊ vniuer
ſalem inūdationem futuram cum eadē turba
ſiderum cōuenient in capcorno. Tamē Ric.
in. iiij. diſti. xlvij. arti. ij. queſtione. iij. dicit ꝙ
ſicut purgatio mūdi ꝑ aquaʒ diluuij fuit ſuꝑ
naturalis ad purgandum mūdū de hominibus
malis ſm ꝙ manifeſte innuit textꝰ ſacre ſcri
pture: ita ⁊ illius ignis ꝓductio erit ſuperna-
turalis. Nec eſt icōueniēs ꝙ eius ꝓductionē

pꝛecedat vehemēs ſiccitas naturalr generata illius ignis pductōni cōcoꝛdans: nō tamē ſicut diſpoſitio neceſſaria: ſed cōgrua. Quare aūt pma purgatio mūdi fuit p aquā ⁊ ſecunda erit per ignē. Dicit Bon. xlvij. diſt. quarti. ar. ij. q. i. ad vlti. ar. ꝙ rō eſt qꝛ ſicut in pꝛincipio ardoꝛ regnauit concupiſcētie. ſic in ſenectute mūdi frigus auaritie. Refrigeſcet eniꝫ charitas multoꝝ: ⁊ ideo qꝛ purgatio dꝫ fieri p ꝯtrium: ſicut purgatio ardoꝛis ꝯcupiſcentie facta eſt p aquā. ſic purgatio frigoꝛis malitie ⁊ auaritie fiet p ignem. Poſt reſurrectionem vo erit p amicis dei dies lōgiſſima iocūdiſſima atqꝫ leta que nunꝙ̄ habet noctē: qn̄ deꝫ oēs electi cū anima ſimul ⁊ coꝛpe conregnabunt hinc cū xp̄o. Pro dānatis aūt repꝛobis fiet nox amara ⁊ tenebꝛoſa que p infinita ſecula ptrahetur: in qua nunꝙ̄ deerūt luctus: gemitus ſuſpiria ⁊ ve. quādo ⁊ ipſi cum anima ſimul ⁊ coꝛpoꝛe tremēdas penas iferni luēt.

Scd̄o cōtingit dubitare circa notitiā certitudinalē vtrum poſſit aliqs certitudinaliter ſcire q̄tum tempus ſit vſqꝫ ad cōſummationem ſeculi. Et rn̄det Ric. xlvij. diſt. quarti. ꝙ nō: qꝛ vt tactū eſt ſupius: cōſummatio ſeculi nō dependet a cauſa naturali: ſꝫ a voluntate diuina. Ideo xp̄s dicit Mat. xxv. Neſcitis diē neqꝫ hoꝛā. Et Marci. xiij. De die aūt illa vel hoꝛa nemo ſcit: neqꝫ homo neqꝫ angeli i celo neqꝫ filiꝰ. Et ſm Aug. ſumitur hic filiꝰ p capite rōne membꝛoꝝ. ⁊ nō rōne ppꝛie pſone: quiā xp̄s nouit oīa: oīmqꝫ ſciam habuit: vt dicitur i iij. ſen. ſed nulli mēbꝛo ſuo declarauit quādiu erit mūdꝰ duraturꝰ. Hinc Lu. xij. dixit. Eſtote pati qꝛ q̄ hoꝛa nō putatis filiꝰ hoīs veniet. ⁊ Mar. xiij. Uidete vigi. ⁊ oꝛa. ne. eñ qn̄ tp̄s ſit. Tertio cōtigit dubitare circa notitiā cōiecturalem. vtrum ſcꝫ p coniecturas aliquas poſſet quis aſſerere modico tempe mundum foꝛe duraturū. Et quidā dicūt ꝙ ſic i ducētes ſuo modo tres pncipales cōiecturas. Prima eſt etatum antiqtas. Dicūt eñ etates mundi etati hominis comparari. qđ Aug. ſentire videtur ſup Job. ⁊ xxij. li. de ci. dei. in fine. Sicut ergo ſex ſunt etates hoīs: ⁊ in ſexta nō poteſt diu viuere. ita g̃ in ſexta etate diu durare nequit. Prima etas hominis eſt infantia: q̄ durat vſqꝫ ad ſeptimū annū. Secūda ē pueritia vſqꝫ ad. xiiij. annum. Tertia eſt adoleſcentia vſqꝫ ad. xxv. annū. Quarta eſt iuuētus vſqꝫ ad. l. Quīta eſt ſenectus vſqꝫ ad. lxx. Sexta eſt decrepitus vſqꝫ ad moꝛtē. Cum autē ad illam puenit iam certus eſt ꝙ moꝛs nō multum tardabit. Et lꝫ quādoqꝫ ſenes cōfoꝛtent ſeipſos dicantqꝫ: adoleſcētes etiā moꝛiuntur allegantes illud dictum Tullij in libꝛo de ſenectute. Fruſtra ſperat adoleſcēs ſe diu victurum. Quid eñ ſtultius ꝙ̄ incerta p certis habere: quoniā etiā illa etas multo plures ꝙ̄ ſenectus moꝛtis habet caſus. Facilius eñ adoleſcentes in moꝛbos incidunt. grauius egrotant: triſtius curantur. Tamen vꝛbana cōfutatio huius ſententie eſt quā facit ſancta Marcella. de qua Hieronymꝰ in epiſtola ad Principiam ait. Oꝛbata patris moꝛte. viro quoqꝫ poſt nuptias ſeptimo menſe priuata eſt. Cūqꝫ eam cerealis Inns: clarum inter conſules nomen eſt: ppter etatem ⁊ antiquitatē familie ⁊ inſignem: quod maxime viris placere cōſueuit: decoꝛē coꝛpoꝛis ac moꝝ temperantiā ambitioſus peteret: ſuaſqꝫ lōgeuus polliceretur diuitias. ſed non quaſi in vxoꝛē: ⁊ quaſi i filiam vellet donatiōes trāſfundere. Albinaqꝫ mater tam clarum pſidiū viduitate domꝰ vltro appeteret. Illa reſpōdit. Si vellem nubere ⁊ nō eterne me pudicitie dedicare: vtiqꝫ maritum quererē non hereditatē. Illoqꝫ mādante: poſſe ⁊ ſenes diu viuere ⁊ iuuenes cito moꝛi: eleganter luſit. Iuuenis quidē poteſt cito moꝛi: ſed ſenex diu viuere nō pōt. hec ille. Si ergo moꝛs vicia eſt ſenectuti. Ergo finis imminet mūdo iam ſeneſcēti. Eſt equidē prima etas eius ab Adam vſqꝫ a Noe. Secūda a Noe vſqꝫ ad Abꝛaam. Tertia ab Abꝛaam vſqꝫ ad Dauid. Quarta a Dauid vſqꝫ ad captiuitatem babylonis. Quinta a captiuitate babylonis vſqꝫ ad xp̄m. Sexta a xp̄o vſqꝫ ad finē mūdi. Ex iſta aūt ſexta etate fluxerūt. M. cccclxvi. anni. quare videtur ꝙ parum eſt illō quod ſupeſt. Secūda cōiectura quā ſumūt alij de ppinquitate finis mūdi eſt antixp̄i vicinitas. Aſſerunt eñ ſm pphetias antixp̄m foꝛe de pximo venturū. poſt cuius aduentū non multum durabit mūdus. Tertia coniectura eſt peccatoꝝ conſummata iniqtas. Refriguit quippe charitas multoꝝ: ⁊ ex omni parte ſupabundat malitia. ⁊ ingratitudo occupauit cūctos habitatoꝛes terre. Ueruntamen cum coniecturis huiuſmodi aut ſimilibus non audeo ego affirmare quicꝙ̄ de vicinitate finis mūdi ſequens in hoc Auguſtinū qui lib. xviij de ciuitate dei. c. liij. ait. Fruſtra annos qui huic remanēt ſeculo computare ac diffinire conamur: cum hoc ſcire non eſſe noſtrum ex oꝛe veritatis audiuimus. Quos tamen alij quadringentos: alij quingentos: alij etiā mille ab aſcenſiōe dn̄i vſqꝫ ad vltimū eius aduentū cōpleri poſſe dixerunt. Quēadmodū aūt quiſqꝫ eoꝝ aſtruat opinionē ſuam longū eſt demonſtrare: ⁊ non eſt neceſſarium. Coniecturis quippe vtuntur humanis: non ab eis aliquid certū de ſcripture canonice auctoritate pꝛofertur. Oīum vero de hac re calculantiū digitos reſoluit. ⁊ qeſcere iubet ille qui dicit. Non eſt veſtrū noſſe tp̄a vel momenta q̄ pater poſuit in ſua poteſtate. hec ille. Quare vt optime hanc partē concludā: omni curioſitate dimiſſa dico ꝙ ſatis debet eſſe omnibꝰ nobis: quia cito deficiemꝰ. ⁊ in bꝛeui rapiet nos violentiſſima moꝛs. Tūc ergo nobis deficiet quando vita preſenti priuabimur.

Qđ contemnendus eſt mundus: quia eſt falſus ⁊ vanitate plenus: ſicut apparet in exēplis eoꝝ qui dilexerunt illū: ⁊ qꝛ dilectoꝛes ſuos ducit in damnationē. Caplm III

Tertiū myſteriū ſiue tertia ratio quare contemnendus eſt mundus dicitur maligne conditionis. Reperitur ſiquidem in huius mundi tpalibus bonis triplex mala conditio.

Prima dicitur falſitatis.
Secunda vanitatis.
Tertia damnabilitatis.

Prima conditio bonoꝝ huius mundi dicitur falſitatis. Sunt nanqꝫ hec bona huiꝰ mūdi falſa non vera: ſi in eis finis conſtituatur. qm̄ ad veritatē boni quod nos beatos facere debet: requiritur excluſio oīs mali ⁊ cuiuſcunqꝫ contrarij. Sed in hac vita nullꝰ euitare poteſt laboꝛes: doloꝛes: anguſtias: calamitates ⁊ erumnas: quibus pꝛemitur moꝛtaliū genꝰ. Ex quo Hiero. ad Heliodoꝝ de vita Nepotiani ait. Ubiqꝫ luctus: vbiqꝫ gemitꝰ: ⁊ plurima moꝛtis imago. Et Boecius libꝛo. ij. de ꝯſola. Quis eſt inquit tam compoſite felicitatis: vt nō aliq̄ ex parte cū ſtatꝰ ſui q̄litate rixetur. Anxia eñ res eſt humanoꝝ bonoꝛū cōditio: ⁊ q̄ vel nūꝙ̄ tota pueniat vel nūꝙ̄ tota ppetua ſubſiſtat. Huic ceſus exuberat: ſꝫ ē ſibi pudoꝛi degener ſanguis. Hunc nobilitas notū facit: ſꝫ anguſtia rei familiaris incluſus mallet eſſe ignotus. Ille vtroqꝫ circunfuſus vitā celibem deflet. Ille nuptijs felix: oꝛbus liberis alieno cenſum nutrit heredi. Alius pꝛole letatur: filij filie ve delictis meſtꝰ illachꝛymat. Idcirco nemo facile cū foꝛtune ſue conditione cōcoꝛdat. Hec ille. Quare quaſi pꝛo miraculo narratur felicitas. Q. Metelli. de quo Ualerius libꝛo vij. c. i. rubꝛica de felicitate. ait. Q. Metellum naſci in oꝛbe terrarū pꝛincipē voluit foꝛtuna parentes ei nobiliſſimos dedit: adiecit animi rariſſimas dotes ⁊ coꝛpoꝛis vires: vt ſufficere laboꝛibus poſſet: vxoꝛē pudicitia ⁊ fecunditate conſpicuā. conſulatus decus: impatoriā poteſtatē: ſpecioſiſſimi triumphi pꝛetextū largita eſt. Fecit vt eodē tp̄e tres filios conſulares: vnū etiā cenſoꝛē triumphalē videret. ⁊ quartū pꝛetoꝛē: vtqꝫ tres filias nuptui daret earumqꝫ ſobolē ſinu ſuo exciperet. Hunc vite actū eius finis conſentaneus excepit. Nā vltimo ſenectutis ſpacio defunctū: leuiqꝫ genere moꝛtis inter oſcula completuſqꝫ chariſſimorum pignoꝛū extinctū: filij ⁊ generi humeris ſuis per vꝛbē latum rogo impoſuerūt. hec ille. Sed rariſſima ſunt huiuſmoi exempla. Propterea dicit Lucanus. Felix qui potuit mundi euitare ruinas. Quinimo audiuntur oīum regū: oīum pꝛincipū: oīumqꝫ magiſtratuū ſepius deflende querele. Nec poteſt aliquis diu perſiſtere quin tamen clamet ⁊ dicat. Heu mihi quia circundederunt me mala. Patet hoc in exemplo illo quod Tullius refert i libꝛo de finibus bonoꝝ ⁊ maloꝝ. Qđ etiā recitat Ualerius de mutatione moꝝ ⁊ foꝛtune. libꝛo. v. c. ix. Et Plinius in hiſtoꝛia naturali. Polycrates inquit Samioꝝ tyꝛannus adeo foꝛtunā ſibi obſequioſam habuit: ꝙ oīa deſiderata perficiebat. Ad moderandā igitur foꝛtune inuidiam ſumpto in manu anulo: quē pꝛecioſum poſſidebat in mare iecit: ſed inopinate illū repente recuperauit. Nā poſt dies paucos a piſcatoꝛibus piſcis captus qui anulū ſoꝛbuerat tyꝛanno donatus eſt. Accidit tandē ꝙ aduerſus Dariū perſarū regeꝫ duxit exercitum: ⁊ ꝙ Oꝛinthes pꝛefectus Darij illuꝫ acie fuderit: ceperitqꝫ. ⁊ in ſummo magalēſis montis vertice ſuſpendi iuſſerit. Et relictus auibus lacerandus: qui vbiqꝫ feliciſſime in terra vixerat in aere miſerrime expirauit. Quid de infelicitate alioꝝ referā: qui ſe beatos crediderunt. Legantur hiſtoꝛie que vtplurimū illos infelici doloꝛoſaqꝫ moꝛte ac violenta extinctos eē deſcribunt. Ninus rex aſſyꝛioꝝ qui bella finitimis intulit quinquaginta annis: vt refert Paulus oꝛoſius libꝛo pmo. poſt deuictā aſiaꝫ ſcythiam ⁊ zoꝛoaſtrem dū deficientē a ſe oppugnat vꝛbē: ſagitte ictu interijt. Balthaſar rex babylonis: vt ait Joſephus. decimo antiqtatū libꝛo. obſeſſa babylone a medis ⁊ perſis: Dario ſcꝫ ⁊ Cyꝛo. intantū venit in obliuionē ſui: vt celeberrimū iniret conuiuiū ⁊ in vaſis templi biberet: ⁊ obſeſſus vacaret epulis. Un

Secundū myſteriū de miſſa declarandū eſt de ei' ſignificatiōe. In quo videre debem' quid ſignificēt illa que requirunꝰ ad miſſe celebrationē vltra ea que requirunꝰ ad eſſentiā ſacramēti. Et reſpondz Rich. vbi. ſ. ar. iiij. q. iiij. ꝙ per illa ſignificantur tria.

· Primo quedā p̄tinentia ad incarnationē.
· Scōo quedam pertinentia ad paſſionem.
· Tertio quedā pertinētia ad reſurrectionē.

¶ Primo ſignificanꝰ quedaꝫ pertinentia ad incarnationē et natiuitatē xp̄i. Nā ſacerdotis calciatio: incarnationis eſt repreſentatio. In perſona em̄ filij dei d̄r in p̄s. In idumea extendam calciamentū meū .i. humanā naturam. quā aſſumā. Unde ſacerdos cū xp̄m rep̄ſentet: miſſam nō debet dicere diſcalciatus. Amictus in capite repreſentat diuinitatē amictā humanitate. Caput em̄ xp̄i eſt deus. Alba commiſſa nouitatē vite ſignificat: quā xp̄s habuit et docuit et tribuit i baptiſmo. Zona ſiue cingulus ſignificat xp̄i iuſticiā. iuxta illud ꝓpheticum. Et erit iuſticia cingulū lumboꝝ eius. Manipulus poſitus in leua (per quā vita preſens deſignatur) ſignificat ꝙ chriſtus in via manipulū portauit virtutū et meritoꝝ. Stola que collo ſacerdotis incūbit ſignificat obedientiam quā chriſtus propter ſalutē humani generis ſubijt factus obediēs vſq3 ad mortem. Caſula que alijs veſtimentis ſuperponitur: chriſti charitatē ſignificat: que oēs alias virtutes excellit. Introit' ſacerdotis ad altare aduentū chriſti ſignificat: et introitus miſſe deſideriū aduentus eius ſignificat. Et ideo in miſſa ſolenni non dz intrare ſacerdos quouſq3 inceptus ſit introitus miſſe: q2 ante xp̄s fuit deſideratus q̄ veniret. Et quia in aduentu chriſti fuit aperta vena miſericordie: ideo poſt introitū ſubditur Kyrie eleyſon: quod interpretatur: dn̄e miſerere. quod nonies dicitur computando ibi. Xp̄e el. vt per miſericordiā xp̄i nouē aſſociemur ordinibus angelorum. Poſt hoc ſubiungitur. Gloria in excelſis deo. ad repreſentandū hymnū que angeli paſtoribus nato domino concinerunt: quem ſacerdos inchoat: quia angelum magni conſilij repreſentat. Et chorus concinendo proſequiꝰ: quia ſubito facta eſt cū angelo multitudo militie celeſtis laudantiū et c̄. Orationes autem que ſubſequunꝰ repreſentāt orationes quas xp̄s poſt ſuā natiuitatē fecit pro populo. Epiſtola que premittitur euangelio ſignificat p̄dicationē precurſoris baptiſte. Graduale ſignificat lamentū p̄nitentie. quia Iohannes p̄niam predicabat. Et q2 poſt luctū ſequiꝰ cōſolatio: iuxta illud Matth. v. Beati qui lugēt quoniā et c̄. Ideo poſt graduale cantatur alleluya: quod ſignificat ineffabile gaudiū angelorum et hominū in eterna felicitate laudantiū deum. Diaconus ſuſcipiens codicem euangelij benedictionem a ſacerdote poſtulat: ad ſignificandum ꝙ nullus debet predicare niſi mittatur. Lectio enim euangelij predicationem xp̄i ſignificat. Et debz legi in loco magis

eminenti ꝙ epiſtola. iuxta illud. Sup montē excelſum aſcende tu qui euangeliſas ſyon. et quia corde creditur ad iuſticiā/ ore autē ↄfeſſio fit ad ſalutem: vt oſtendat eccleſia ꝙ euangelij verbū corde recipit: mox poſt euangeliū fidei ſymbolū ore decantat: quod tamen ſacerdos incipit. vt ſignificet ꝙ xp̄s ore ꝓprio xp̄ianam fidem docuit. Offertoriū quod cantat ſignificat ſacerdotem oblaturum ſacrificium laudis. Qui anteꝙ dicat oremus: ꝑmittit dominus vobiſcū: ad ſignificandū: q̄ niſi dominus ſit nobiſcū ad ſalutem noſtram orare nō poſſumus. ¶ Secundo ſignificant in miſſa quedam pertinentia ad xp̄i paſſionē. Nā poſt offertoriū fit ſilentiū ⁊ dicunt orōnes tacite. ad repſentandum illud tp̄s quo xp̄s nō ambulabat palam inter iudeos. cū eum interficere cogitarent. q̄ tamen appropinquante paſſione iterū palam ambulauit: ad hoc ſignificandum exclamat ſacerdos. Per oīa ſecula ſeculoꝝ. Prefatio autē eſt quedam gratiaꝝ actio et diuine laudis cōfeſſio: repſentans illā gratiarū actioem quā ſancti reddunt xp̄o in celo. Sanctus repſentat laudē quā ſibi cecinerūt pueri hebreoꝝ in dñica palmaꝝ. Eleuatio corporis xp̄i repſentat eleuationem xp̄i in cruce. Demiſſio depoſitionē eius de cruce. Poſitio ſup palam inuolutionē in ſyndone munda. pala eni ſyndonem repſentat. Ideo dicit de cōſe. diſ. i. c. cōſulto. Conſulto omniū ſtatuimus vt ſacrificiū altaris nō in ſerico panno aut tincto quiſꝙ celebrare p̄ſumat: ſed ī puro linteo ab epiſcopo cōſecrato terreno. ſcz lino ꝓcreato atq̧ ↄtexto. ſicut corpus dñi noſtri ieſu xp̄i in ſyndone linea munda ſepultum fuit. Dec ibi. Cū autē ſacerdos dicit. Nobis quoq̧ peccatoribus: repſentat cōtritionem ⁊ cōfeſſionem latronis alterū increpantis: ⁊ miſericordiam petentis: eo ꝙ Centurio ⁊ qui cum eo erant reuertebant percutientes pectora ſua. Quādo ſacerdos exclamans dicit. Pater noſter ⁊c̄. reductio eſt ad memoriā illius clamoris: quē emiſit xp̄s in hora mortis dicēs. Pater in manus ⁊c̄. Altare crucē ſignificat. Calix ſepulcrū. Patena lapidem quo ſepulcrum fuit clauſum. ¶ Tertio ſignificant in miſſa quedam pertinentia ad xp̄i reſurrectionē. Nam cū ſacerdos dicit. Pax domini ⁊c̄. Inſinuat ꝙ vna ſabbatoꝝ ſtetit ieſus in medio diſcipuloꝝ ſuoꝝ. ⁊ dixit eis. Pax vobis. Et q̄ tūc dedit eis poteſtatē remittendi peccata: ideo chorus exclamat. Agnus dei ⁊c̄. quod ter repetit ad ſignificandū ꝙ petimus nobis dimitti peccata cogitationis: locutionis: ⁊ operationis per quorū remiſſionē veniemus ad eternā pacem. Poſt cōmunio ſignificat gaudiū apoſtoloꝝ de xp̄i reſurrectione. Ite miſſa eſt. repſentat illud quod dictū eſt apoſtolis poſt aſcenſionem in celū. ſ. hic ieſus qui aſſumptus eſt ⁊c̄. Deo gratias: repſentat apoſtolos regreſſos in hieruſalem cū gaudio magno vnanimiter perſeuerantes in orōne. Significat etiā ꝙ ꝓ beneficio redemptionis noſtre cuius myſteriū repſentat in miſſa debemus eſſe in cōtinua gratiarū actione. Si quis vero quereret: cur non dicit. Ite miſſa eſt. in qualibet miſſa. Reſpōdet Boñ. diſ. xiij. quarti. in declaratiōe littere. ꝙ quedam miſſe celebrant ſpecialiter ad honorem ſanctoꝝ. ⁊ quia ipſi ſunt beati: ⁊ coraꝫ deo: ideo in talibus licentiat populus ⁊ dicit. Ite ⁊c̄. quaſi feſtinate ingredi in illam requiē. Quedam miſſe ſpecialiter celebrant ad ſalutē viuoꝝ: ⁊ q̄ nō ſumus certi de ſalute nr̄a: ideo debemus ↄtinue ſolliciti eſſe. ne ꝑ noſtrā ignauiā in nobis miſſe efficacia depereat. Ideo dr̄ in miſſa. Bn̄dicam⁹ dño. Quedā miſſe ſpālit dicunt ad requiē defunctoꝝ. ⁊ in illis dr̄. Requieſcant in pace. Si aūt adhuc aliquis quereret quis adinuenit ritum celebrandi miſſam cū tot ↄditionibus audiat. Ric. d. in declaratiōe lre. di. xiij. q̄rti. Miſſam btūs Petrus apl̄s primus oīm Antiochie dr̄ celebraſſe: ſm qd̄ dicit Hugo li. ij. de ſacris pte. viij. c. vlt. Et de cōſe. diſ. i. c. Jacob⁹. dr̄ Jacob⁹ frater dñi ſm carnē cui primū tradita eſt hieroſolymitana eccl̄ia. et Baſilius ceſarienſis ep̄s tradiderūt nobis miſſe celebrationē. i. miſſe celebrande ordinē ſm glo. ibidē. Et poſt alij alia addiderūt ad ſolēnitatē ⁊ decorē. vt hr̄ di. xi. c. eccleſiaſticaꝝ.

An ſit melior miſſa ſacerdotis boni ꝙ mali et an ſit de obligatione audire miſſam: ⁊ qualiter miſſa ſit audiēda humiliter/ reuerenter ⁊ deuote.

Cap̄lm III

Tertiū myſteriū declarandū de miſſa dicit auditio. In quo cōſiderabim⁹ adhuc tria videlicet.

- Primo meliorationē.
- Secūdo obligationē.
- Tertio deuotionē.

¶ Primo ↄſideremus meliorationē. vtꝝ melior ſit miſſa boni ſacerdotis ꝙ mali. Et q̄buſdā videt ꝙ nō. ꝓpter verba Grego. q̄ in regiſtro ait. Heu in ꝙ magnū laqueū incidūt q̄ diuina ⁊ occulta myſteria plus ab aliis ſanctificata fieri poſſe credūt: cū vn⁹ idē ſpūſſctus ea myſteria occulte atq̧ inuiſibilit̄ operando ſanctificet. Sed in cōtrariū eſt illud qd̄ ſcribit. i. q. i. c. ipſi ſacerdotes. vbi ſic habet. Quāto ſacerdotes fuerint digniores: tanto facilius in neceſſitatibus ꝓ q̄bus clamant exaudiunt. Ad idē facit. c. ibidē ſacerdotes. ⁊. c. ſacroſancta. Rn̄det Tho. iij. parte. q. lxxxij. ar. vi. ꝙ in miſſa duo ſunt ↄſiderāda. ſ. ipſum ſacr̄m: qd̄ eſt p̄ncipale: ⁊ orōnes: q̄ in miſſa fiūt ꝓ viuis et mortuis. Quātū ergo ad ſacr̄m: nō minus valet miſſa mali ſacerdotis ꝙ boni: q̄ vtrobiq̧ idē cōficit ſacr̄m. Ad qd̄ facit. c. cū ſcriptura. i. q. i. ⁊. c. ſignificaſtis. ⁊. c. non quales. ⁊. c. dñs. ⁊. c. nō nocet. De oratione autē que fit in miſſa dicendum ꝙ pōt cōſiderari dupliciter. Uno mō inq̄tū habet efficaciā ex deuotiōe ſacerdotis orantis. ⁊ ſic nō eſt dubiū q̄n miſſa melioris ſacerdotis eſt mag̃ fructuoſa. Alio mō oratio pōt cōſiderari inq̄tū ꝓfert a ſacerdote in ꝑſona totius eccleſie: cuius ſacerdos eſt miniſter: qd̄ quidē miniſteriū etiā in peccatoribus manet. Un̄ q̄tū ad hoc eſt fructuoſa nō ſolū oratio ſacerdotis peccatoris ⁊ miſſa: ſed etiā oēs alie eius orōnes quas facit in eccleſiaſticis officijs: in q̄bus gerit perſonam eccleſie. Orōnes tn̄ eius priuate non ſunt fructuoſe. Greg. ergo loquit de ↄitate ſacramēti in auctē p̄allegata ad partē ↄriā. Ex q̄ Boñ. di. xiij. quarti. ſen. ar. i. q. iiij. di. Siq̄s libētius audiat miſſam melioris ſacerdotis: credo ꝙ bene facit: dū tn̄ credat ipſum in ſubſtātialibus nō ſupexcedere peccatorē: alioq̄n periculoſe erraret. ¶ Scd̄o cōſideremus miſſe obligationē. de qua ſic loquit. c. miſſas. de ↄſe. di. i. Miſſas die dñico ſecularibus audire totas ſpāli ordine p̄cipimus: ita vt ante benedictionē ſacerdotis egredi populus nō p̄ſumat. Ubi circa tria dubitare cōtingit. Primo vtrū clerici ⁊ religioſi teneant ſuare hoc ſtatutū: q̄ dicit ſecularibus. Et rn̄det Jo. an. in roſario. ſuper dicto. c. ꝙ ſi ad hoc tenent laici: multomagis ⁊ clerici: q̄ totaliter dediti ſunt diuino cultui. vt pꝫ. xij. q. i. c. duo ſunt genera. Scd̄o dubitat vtrū eadē ſit obligatio audire miſſaꝫ alijs diebus feſtiuis: q̄ et diebus dñicis. Et dicendū ꝙ ſic: q̄ de ſil̄ibus idē eſt iudiciū. Nam ſtatutū de auditiōe miſſe factū fuit vt ſaltē ꝓ illo tēpore vacaret diuinis. Ex quo p̄cipit ꝙ tota miſſa audiat. vt pꝫ ī p̄allegato. c. miſſas et in. c. oēs fideles. ⁊ in. c. cū ad celebrandas. Sed alia feſta ab eccleſia p̄cepta ſunt ſuperaddita diebus dñicis: vt in illis vacet diuinis: ideo populus in illis feſtis p̄dictis audire miſſas tenet. Et hoc colligit ex his que dicuntur extra de parochijs. in. c. vt dñicis vel feſtiuis diebus. Tertio ↄtingit dubitare vtrū peccet qui nō audit miſſam a ꝓprio parochiano. Et dicūt cōiter doctores ꝙ nō: dūmodo nō fiat ex cōtemptu: ⁊ ꝓprius ſacerdos nō req̄rat. q̄ ſi requireret indiſcrete ⁊ indebite nō eēt audiēdus: puta ſi requireret impediēs deuotiōeꝫ et ſalutē parochianoꝝ: puta ſi requireret aliquē parochianū: vt audiret miſſam ſuā: dū ille vellet peregrinari: vel ꝓ implēdo aliquo voto: vel ꝓ cōſequenda aliqua indulgētia. Nā requiſitio ſacerdotis in tali caſu irrōnabilis eſſet ⁊ iniuſta. Similiter etiā cū populus ire vellet ad audiendū verbū dei ab aliquo illō p̄dicante: qui auctoritatē habeat p̄dicādi: ſicut habere ſolent religioſi mēdicantes: iniquū ꝓculdubio eſſet ſi ſacerdotes aſtringere vellent ſuos ſubditos: vt omiſſo verbo dei miſſas audirent in parochia. in quo etiā caſu ſubditi etiā nō obedientes meo iudicio nō peccant: q̄ vt inquit Bern. in li. de p̄ceptiōe ⁊ diſpenſatiōe. iniquū ꝓculdubio foret ſi ea que ſunt ꝓ ſola charitate inſtituta cōtra charitatē tenerent: ſed obſeruare ſtatutū de auditione miſſe in ꝓpria parochia eſt inſtitutū ꝓ charitate: ergo nō debet ſeruari cōtra charitatē. Eſſet autem cōtra charitatē ſi populus cōis impediret ne poſſet cibari: ⁊ recreari ſpūali doctrina: ⁊ maxime. q̄ vt in pluribus ipſi curati ⁊ parochiani aut nō p̄dicant: aut p̄dicare neſciunt: ⁊ tn̄ (vt diximus in ſermone de verbo dei: vt habet extra de offi. iudicis ordi. c. inter cetera.) Inter cetera (que ad ſalutē ſpectant populi xp̄iani) pabulū verbi dei maxime noſcit neceſſariū: q̄ ſicut corpus materiali: ſic anima ſpūali cibo nutrit. Si ergo neceſſitas corꝑalis aut tēporalis excuſat a pctō nō audientes ſimplicit miſſam. ⁊ et ↄſequenti ſi illā nō audiant in parochia: multofortius neceſſitas ſpūalis excuſabit: q̄ (vt dictū eſt) ineſt populo cōmuni ad audiendū verbū dei. Hortandi tamen ſunt oēs tam viri ꝙ mulieres: vt ſuos parochianos reuereant. cōſuetaſq̧ faciant oblatiōes: ⁊ cum eoꝝ benedictiōe ſe transferant. cū adeſt legitima cauſa ad miſſas alibi audiendū. imo laudarem ſi ipſi patres ſacerdotes cū p̄dicatur verbum dei ab aliquo famoſo viro: ſurgerēt bono mane: ⁊ celebrata miſſa populos ſuos admonerent vt cōfluerent ad p̄dicationes: ipſiq̧ ꝓ bono exemplo vna cū illis idem facerent. q̄m (vt dictū eſt) ſatis indigent ſeculares dirigi ꝑ verbū dei in viam ſalutis. ¶ Tertio cōſideremus miſſe deuotionē. Audienda etenī eſt hu-

militer:reuerēter et deuote. Sunt tn̄ multi q̄
dum miſſa celebraf ponūt ſe ꝓpe os ſacerdo-
tis: pſpiciētes ſi de illo paſſeres exeāt ac mu-
ſce. Alij ſacerdotē pueniūt fortiter clamantes
Glia i excelſ. Credo. ⁊ filia. Nā dū ſacerdos
facit pauſam poſtq̄ dixit viſibiliū ⁊ inuiſibili-
um: anteq̄ ſequaf. Et in vnū dn̄m ieſuz xp̄z
Et illi ſubmurmurātes dicūt. Et in vnū dn̄m
⁊c. Multi adhuc nō curant audire ea q̄ ſacer
dos in miſſa dicit: ſed ſuas orōnes ⁊ officia
genuflexi dicūt: qui tn̄ q̄diu ſacerdos alte lo-
quitur aut cantat aſtare debēt miſſe cū ſilen-
tio ⁊ intente audire, vt dr̄ de cōſecra. di. i. in.
c. aplica. Quādo vo ſacerdos ſecretas oratio
nes ⁊ canonez dicit: tūc poſſunt ⁊ ipſi dicere
orōnes ⁊ orare: nō tn̄ cū ſtrepitu faciēdo. pis
pis. pis. ⁊ turbando mentē ſacerdotis. Pleri
q̄ etiā volunt audire miſſas quaſdā peculia-
res omiſſa ꝓpria miſſa diei dn̄ici aut feſti pre
cepti: qui ſi ſciēter id faciūt nō excuſanf a pec
cato niſi audiāt miſſam ꝓpriā. Unde dr̄ ex de
cele. miſ. c. quidā. Quidā laicorū habēt in cō-
ſuetudine vt p ſingulos dies audiāt euange
lium. In pn̄cipio erat vbuz. ⁊ miſſas peculia-
res: ⁊ hoc eſt de ſancta trinitate: ⁊ de ſancto
michaele: ⁊ ido ſtatutū eſt vt vlterius hoc nō
fiat niſi ſuo tp̄e. Et niſi aliq̄s velit ꝓpter reue-
rentiam ſancte trinitatis nō p alia deuotiōe
audire. Sed ſi voluerint vt miſſe ſibi canten-
tur de eodē die miſſas audiāt p ſalute viuoꝝ
ac etiā defunctoꝝ, hec ibi. Quare ſbt finē huic
ſmoni demus audiēde ſunt miſſe cum omni
manſuetudine ⁊ feruore: qm̄ ſic audiētes con-
ſequunf in hoc ſeculo dei grām. ⁊ in futuro
ſempiternā gliam, in q̄ viuit ⁊ regnat deus p
eterna ſecula ſeculoꝝ. Amen.

Feria q̄nta in cena domini: de ſacramēto
baptiſmatis per quod efficiunf homines dei
filij pmittentes in illo abrenūciare diabolo ⁊
eius pompis. Sermo. LXVIII

Ui lotus eſt non in

q

diget niſi vt pedes lauerit eſt mū-
dus totus. Uerba ſunt redēptoris
noſtri, Joh. xiij. ⁊ in euāgelio hodierno. Mul
ta debet eſſe mūditia mētis oībus q̄ p ſacrm
baptiſmi regn̄ati facti ſūt pticipes ⁊ heredes
celeſtis regni dn̄i ieſu xp̄i. Per baptiſmū nāq̄
filij dei efficimur: in illo pmittētes abrenun-
ciare diabolo: ⁊ oībus popis eiꝰ, vt notaf de
ↄſe. di. iiij. c. pma igif. ⁊. c. pmū ſi roget. Qm̄
aūt plerīq̄ tāti bn̄ficij imemores totū cor ſuuz
ad mūdana atq̄ terrena ↄuertūt ꝑuipēdētes
nō ſolū repromiſſam btitudinē: verū etiā ha-
bitā dignitatē ⁊ grām p baptiſmū: idcirco de
ipo i pn̄ti ſmone aliq̄ diſcutiemꝰ: vt intelligē-
tes tāti ſacri vtutē ꝑeminētiā ⁊ ſublimitatē
conemur iux ſaluatoris nr̄i ſniam in vbis al
legat p themate lauare pedes. i. mētis affe-
ctiones mūdare ab oī inq̄namēto ⁊ turpitu-
dine iordinati amoris cuiuſcūq̄ boni creati
De ipo itaq̄ baptiſmate locuturi tria myſte-
ria ꝓponimus declaranda.

Primū dr̄ diffinitionis.
Scdm obligationis.
Tertium fructificationis.

Quid ſit baptiſmus ⁊ de eius inſtitutione
ac materie determinatione: necnon ⁊ forme
obſeruatione. Capl̄m I

p

Rimū myſteriū de baptiſmo decla-
randū dr̄ diffinitiōis: in q̄ q̄d ſit ba-
ptiſmꝰ videamꝰ. Et lz Hugo li. ij. de
ſacris pte. vi. c. ij. dicat, Baptiſmꝰ ē aq̄ diluē
dis criminibꝰ ſctificata p vbū dei. Tn̄ ↄueni
entior eſt diffinitio magri q̄ in. iiij. di. iij. a it
Baptiſmꝰ eſt ablutio corꝑis extior facta ſub
forma pſcripta vboꝝ. Scdm em̄ Ric. ſuper
pfata diffinitōe duplex ē materia baptiſmi. ſ.
remota: q̄ eſt aq̄: ⁊ ꝓpinq̄ q̄ eſt ablutio in aq̄:
Diffinitio ḡ hugonis expmit mām remotā:
⁊ illa magri materiā ꝓpinquā. Pro declara-
tione aūt clariore huiꝰ ptis tria adhuc de ba
ptiſmo cōſideremus.

Primo eius inſtitutionem.
Scdo materie determinationē.
Tertio forme obſeruationem.

Primo eiꝰ inſtitutionē ↄſideremꝰ, qn̄. ſ. ba
ptiſmꝰ fuit inſtitutꝰ. Et aliq̄ dixerūt q̄ fuit in
ſtitutꝰ poſt reſurrectionē qn̄ xp̄s dixit aplis
Mat. vlti. Eūtes docete oēs gētes baptizan
tes eos in noīe pr̄is ⁊c. Alij aūt dicūt q̄ fuit i
ſtitutꝰ ab illo tp̄e quo xp̄s ipm̄ ſanctificauit.
Sz vt dic̄ dama. in. iiij. li. c. i. Xp̄s ſctificauit
baptiſmū qn̄ fuit baptiſatꝰ, ḡ tūc fuit iſtitutꝰ.
Et glo. ſup illō Lu. iij. Jeſu baptiſato ⁊c. Ba
ptiſatꝰ inq̄t ē dn̄s mūdari nō idigēs: ſ tactu
mūde carnis aq̄s mūdās vt viz hēant ablue
di. Sz ric i. iiij. d. iij. ar. v. q. i. d. q̄ xp̄s baptiſ
mū ſacr̄z pmo iſtituēdū iſinuauit, ſcdo iſtituit
tertio iſtitutū obſuari pcepit. Primū fecit fcō ⁊
vbo. Facto qn̄ a iohe baptiſatꝰ fuit: in q̄ ba-
ptiſmo iſinuauit fore baptiſmū in aq̄ fiendū
q: ipe in aqua baptizatꝰ fuit: in noīe trinita-
tis in q̄tū i ſuo baptiſmo appuit pſona pr̄is i
voce: ⁊ pſona filij in carne, ⁊ pſona ſpūſſcī
in columbe ſpecie: nec tunc aliquaz virtutem

regenerandis cōtulit aquis: niſi q̄ ex tunc or
dinata fuit aqua ad hoc vt in ea inſtituerer re
generatiōis ſacrm̄. Si tn̄ haberef illa aqua q̄
corpus eius tetigit ſeruari deberet cū maxima
reuerentia ꝓpter mundiſſimā ⁊ ſanctiſſimā
carnem quā tetigit. Uerbo etiā inſinuauit ba
ptiſmū qn̄ Joh. iij. c. dixit Nicodemo. Niſi q̄s
renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpūſancto nō pōt in-
troire in regnū dei. Secūdo xp̄s baptiſmū
inſtituit qd̄ fecit facto ⁊ verbo. Facto qn̄ vt di
cif Joh. x. Baptiſauit p diſcipulos ſuos q̄ de
mandato eius baptiſare ceperunt. Et vt dicit
Nico. de lira ſequēdo Aug. Primo ipſe xp̄s ba
ptiſauit diſcipulos ſuos baptiſmo ſuo. ſ. aqua
et ſpūſancto, qd̄ etiam ponif de cōſe. diſ. iiij. c.
qn̄ ab hieroſolymis. ⁊. c. ſi eos. Deinde verbo
inſtituit qn̄ miſit diſcipulos ſuos binos ad p̄-
dicandū ⁊ baptiſandū: de qua miſſione habef
Luc. x. Tertio xp̄s inſtitutū baptiſmū ob-
ſeruari pcepit qn̄ poſt reſurrectionē dixit diſci
pulis. Eūtes ⁊c. Sāctus vero Tho. in. iij. pte
q. lxvi. art. ij. d. q̄ baptiſmus inſtitutus fuit
ante paſſionē xp̄i. ſed neceſſitas vtēdi hoc ſa-
cramēto indicta fuit poſt paſſionē ⁊ reſurrecti
onē. Tum q: in paſſione xp̄i terminata ſunt
figuralia ſacramēta: quibus ſuccedit baptiſ-
mus ⁊ alia ſacramenta noue legis. Tum etiā
q: per baptiſmum cōfiguratur homo paſſioni
et reſurrectioni xp̄i inq̄tū morif peccato: ⁊ in
cipit nouaz iuſticie vitā. ⁊ ideo oportuit xp̄m
pati prius ⁊ reſurgere q̄ hoībus indiceref ne
ceſſitas ſe cōfigurādi morti ⁊ reſurrectiōi. Et
lz apoſtoli baptiſaſſent vt dictū eſt ante paſſi-
onē xp̄i. tn̄ ſm Ric. vbi. ſ. q. ij. adhuc nō pub-
licabāt baptiſmū vt neceſſariū ad ſalutē: ⁊ lex
nō obligat quouſq̄ ſit ꝓmulgata. Secun
do cōſideremus circa baptiſmū materie deter
minationē. Eſt em̄ baptiſmi materia aq̄, vt
ait Ric. in. iiij. diſ. iij. ar. iij. q. i. ⁊ oēs doctores
tā theologi q̄ canoniſte, cōprehendendo ſub
aqua ablutionē: que fit in ea. ⁊ loquēdo de ba
ptiſmo ſm q̄ diſtinguif a baptiſmo ſangui-
nis ⁊ flaminis: de quibus dicemus in ſequēti
myſterio. Ratio eſt ſm Hugo. in li. de ſacra-
mentis: q: omne ſacramentum ſimilitudinez
q̄dam habet ad ipſam rem cuius eſt ſacramē
tum. Aqua em̄ eſt repſentatiua effectuuz ba-
ptiſmi ⁊ rōne nature ⁊ ratione vſus. Nam aq̄
eſt naturaliter frigida, ratione cuius repſen-
tat fomitis repſſionem. Eſt etiam naturali-
ter humida humiditate apta ad abluendum
ratione cuius repſentat a ſordibus peccati
purgationem. Eſt etiam naturaliter diapha
na ⁊ clara. ratione cuius repſentat gratie illu
minationem. Quia etiam q̄tum ad vſum eſt
multum vtilis: repſentat ſacramētum baptiſ-
mi eſſe in effectu valde vtile. Et q: eſt ad ha-
bendū valde facilis: repſentat ſacramentum
baptiſmi eſſe q̄tum ad obſeruantiam facile.
Et quia etiam q̄tum ad vſum eſt multum cō-
munis: repſentat ſacramentum baptiſmi q̄-
tum ad neceſſitatem eſſe cōmune. Nec poteſt
eſſe aliqua artificialis aqua materia baptiſ-
mi: ſed naturalis tm̄: quia baptiſmus inſtitu-
tus fuit ſacramētū neceſſitatis q̄tum ad om
nes. Et ideo xp̄s ipſum inſtituere noluit niſi
in aqua: que faciliter poſſet haberi. ⁊ cōmu-
niter ab omnibus tam pauperibus q̄ diuiti-
bus, qd̄ nō eſt verū de aliqua aqua: niſi natu-
rali. Et ſi diceref q̄ ignis eſſet cōueniens ma
teria baptiſmi: qm̄ ſm Dionyſiū ⁊ Dama. ha
bet vim illuminandi. Et Johannes baptiſta
Matth. iij. pn̄uucians xp̄i baptiſmum dixit.
Ille vos baptiſabit in ſpūſancto ⁊ igni. Rn̄-
det Tho. q̄ ꝓpter rōnes iam tactas aqua et
nō ignis eſt materia baptiſmi. Dictū vo Jo-
hānis ſm expoſitionē Hiero. referf ad ſpūm
ſanctū: q̄ ſup diſcipulos in linguis igneis ap
paruit. vt dr̄ Act. ij. Uel p ignē pōt intelligi
tribulatio, vt Chryſ. dicit ſup Matth. q: tri
bulatio peccata purgat ⁊ cōcupiſcentiā: quare
ignis accipif ibi metaphorice. Qm̄ aūt vt ſu
perius cōmemorauimus materia ꝓpinqua
baptiſmi eſt ablutio in aqua: vnde baptiſare
in greco tantū valet q̄tum lauare in latino.
ſm illud Judith. xij. Deſcendebat in vallē Be
thulie ⁊ baptiſabat ſe. Propterea apud nōnul
los de immerſione in aq̄ dubitaf. vtrū. ſ. ſit ne
ceſſaria. Et rn̄det Tho. in. iij. pte, q. lxvi. art.
vij. ⁊ Bon. pte. ij. ar. ij. q. ij. ⁊ Ric. in. iiij. di. iij.
ar. iiij. q. iij. q̄ q̄uis tutius ſit baptiſare p mo
dum immerſiōis: q: hoc hz cōior vſus, pōt tn̄
baptiſmus fieri p modū aſperſiōis: vel p mo
dū effuſiōis, ſm illud Ezech. xxxvi. Effundā
ſup vos aquā mūdā. Sic apl̄i baptiſauerunt
tria milia hoim vna die: nō imergēdo ſ aſper
gēdo. Et btūs Laurētius baptiſauit Roma
nū effundēdo. Qn̄ ergo imineret neceſſitas
vel ꝓpter paucitatē aque: vel ꝓpt debilitatez
miniſtri: qui nō pōt ſuſtentare baptiſandum:
ve ꝓpter damnū quod baptiſandus ex imer
ſione timeret: ⁊ ſimiliter dubitaret: pōt ba
ptiſmus ſine immerſiōe celebrari, q: licz ablu
tio aque ſit de neceſſitate ſacri: modus tn̄ ab
lutionis per accidēs ſe hz ad ſacrm̄, Scdm ve
ro Ric. vbi. ſ. cum totum corpus nō poſſet ab

hu:abluenda eſt pars principalioꝛ, vt caput. ⁊ maxime facies: q2 in ea vigent ſenſus. Unde credo ꝙ ſi caput pueri baptizaretur anteq̄ pars coꝛpoꝛis exeat: quod aliquando faciendū eſt propter periculū moꝛtis: puer baptizatus eſt. Si vero manꝰ vel pes abluatur anteq̄ aliqua pars alia appareat: volunt aliqui dicere ꝙ puer baptizatus eſſet: quia anima ē in qualibet parte coꝛpoꝛis tota. Cōmuniꝰ tamen tenetur ꝙ de lege cōi non eſſet baptizatus. Q̄uis foꝛte diuina pietas in tali caſu vicē ſuppleat baptiſmi, ⁊ ideo ſemper qñ periculū moꝛtis iminet: abluendū eſt illud de puero qd̄ poteſt ablui ſiue ſit parū ſiue ſit multū. hec Richardus. Dubitatur adhuc a multis an imerſio effuſio vel aſperſio debeat eſſe vna vel trina. Et rn̄dent doctoꝛes ſuperius nominati ꝙ vnitas vel multitudo imerſionū non eſt de ſubſtantia baptiſmi: ſed ſolū de bene eſſe, ideo vtrunq̧ licite fieri poteſt. ſ. ⁊ ſemel ⁊ ter imergere. quia vnica immerſione ſignificatur vnitas moꝛtis xp̄i ⁊ vnitas diuinitatis. Per trinam aūt imerſionē ſignificatur triduū ſepulture xp̄i: ⁊ etiā trinitas perſonarū. Sed vt dicit Tho. vbi. ſ. arti. viij. diuerſis ex cauſis ſm̄ oꝛdinationē eccleſie quandoq̧ inſtitutus eſt vnus modus: quandoq̧ alius. quia eñ a pn̄cipio naſcentis eccleſie quidā de trinitate male ſentiebant: xp̄m puruꝫ hoīem eſtimantes: nec filiū dei dictū ſm̄ veritatē nature: ſi tm̄ ꝓpter meritū eius quod precipue fuit in moꝛte Ideo non baptiſabant in noīe trinitatis: ſed in configuratione moꝛtis xp̄i: ⁊ vna imerſiōe Quod repꝛobatū fuit in p̄mitiua eccleſia: ſtatutumq̧ vt baptizaretur in noīe patris ⁊c. ⁊ tunc imergendo. ſicut pꝫ de cōſe. di. iiij. c. poſtq̄ vos. ⁊ c. ſi quis epūs aut pꝛeſbyter. ⁊ c. de trina. ⁊ c. eodē modo. ⁊ c. multi. Poſt moduꝫ vero inoleuit quoꝝdā hereticoꝝ ⁊ ſciſmaticorū erroꝛ, quia ſm̄ Aug. ſuper Job. male ſentiebant de vnitate diuinitatis. ideo in deteſtationem erroꝛis eoꝝ fuit ſtatutū in concilio toletano vt vna tm̄ fieret imerſio, ſicut habetur de cōſe. di. iiij. c. ꝓpter vitandū. Sed ceſſante tali cauſa cōiter obſeruatur in baptiſmo trina imerſio. vt poteſt colligi ex̄ de baptiſmo ⁊ eius effectu. c. i. ⁊ ideo grauiter peccaret aliter baptizans quaſi ritū eccleſie non obſeruans. nihilominus tamen eſſet baptiſmus. Occurrit aūt ꝓpter dicta dubitare circa talē caſum. Quidā exiſtens ſuper pontē non potens habere aquā ad baptizandū puerū: ⁊ veriſimiliter timens eū cito moꝛiturū intendens prouidere ſaluti pueri: ꝓijcit eū in aquā cū intentōne baptizandi ꝓferens verba in quibus conſiſtit debita foꝛma: poſtea puer euadit aliquo caſu vtrū talis debeat reputari baptizatus? Et aliquibus videtur ꝙ ſic: quia ibi concurrunt debita foꝛma: debita materia: ⁊ debita intentio. Rich. aūt diſt. iiij. quarti. ar. iiij. caſu. ij. tenet contrariū. quoniā cū ꝓxima materia baptiſmi ſit ablutio in aqua: quod aqua abluit: primo aqua cooperit in toto vel in parte: ⁊ poſtea diſcooperitur. Unde propter primū baptiſmus repꝛeſentat xp̄i ſepulturā. ⁊ ꝓpter ſecundū reſurrectionē. Q̄uis aūt puer in caſu predicto per actū illius qui ip̄m ꝓiecit in aquam imergatur: non tamē eſt actus oꝛdinatus ex ſui natura ad hoc vt puer abluatur: ſed ad h̄ vt ſubmergat. Et ideo ſi aliquo caſu puer extrahatur de aqua puer eſſet baptizandus, qm̄ illa imerſio q̄tū fuit ex ſui natura non oꝛdinabatur ad eleuationē pueri de aqua: ſed ad ſubmerſionē. Tertio circa baptiſmū conſideremus foꝛme obſeruationē. Eſt eñ foꝛma baptiſmi. Ego te baptizo in noīe patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti. amen. vt habetur ex̄ de baptiſmo. c. i. Et vt dicunt doctoꝛes: nulli licet mutare aliqd quātū ad illud quod eſt de eſſentia foꝛme, ⁊ ſi mutatur nihil agit. ⁊ vltra hoc culpa incurritur. Si aūt aliquid quod ꝑtinet ad foꝛmā ex ſola determinatione eccleſie mutat: nihilominus eſt ſacr̄m. ſed culpa incurritur. Uerū ab apl̄is qui baptizabant in nomīe dn̄i ieſu. vt habetur Act. viij. non fuit mutata foꝛma quantū ad intellectū: quia in noīe xp̄i tota trinitas intelligitur. ſed ſolū quantū ad vocem. nec hoc ipſi potuiſſent niſi ex familiari cōſilio ſpūſſcti. Et hoc fuit vt dicit Tho. vbi. ſ. ar. vi. ad. i. ar. vt nomen xp̄i quod erat odioſum iudeis ⁊ gentibus: honoꝛabile redderet. Nec pōt dari baptiſmus dicendo. In nomīe trinitatis: non expꝛimendo perſonas. nec in noīe vnius perſone: non expꝛimendo alias. qm̄ ſacramēta habent efficaciā ab inſtitutione xp̄i. ⁊ ideo ſi pretermittatur aliquid eoꝝ que xp̄us inſtituit circa aliquod ſacr̄m efficacia caret: niſi ex ſpeciali diſpenſatōne eius qui virtutē ſuā ſacramētis nō alligauit. Xp̄s autem inſtituit ſacr̄m baptiſmi dari cū inuocatione trinitatis: ⁊ ideo quicquid deſit ad inuocationē plenā trinitatis: tollit integritatē baptiſmi. Nec obſtat ꝙ in nomīe vnius perſone intelligatur alia: ſicut in noīe patris intelligitur filius, aut ꝙ ille qui nominat vnā ſolā ꝑſonā poteſt habere rectā fideꝫ de tribus: quia

ad ſacr̄m ſicut requirit materia ſenſibilis: ita ⁊ foꝛma ſenſibilis. vnde nō ſufficit intellectꝰ vel fides trinitatis ad perfectionē ſacramenti: niſi ſenſibilibus verbis trinitas expꝛimat. Uñ ⁊ in baptiſmo xp̄i vbi fuit oꝛigo ⁊ ſctificatio noſtri baptiſmi affuit trinitas ſenſibilibus ſignis. ſcꝫ pater in voce: filiꝰ in hūana natura: ⁊ ſpūſſctūs in colūba. Notandū tm̄ vt inquit Tho. vbi. ſ. ar. v. ad. i. ar. qñ greci baptiſant in noīe p̄ris ⁊ filij ⁊ ſpūſſcti: tn̄ dicūt baptizetur ſeruꝰ xp̄i: ⁊ nō ego te baptizo. qd̄ ipi faciūt ad euitandū antiquoꝝ errorē: qui virtutē baptiſmi baptiſte attribuebāt: dicentes. Ego ſum pauli, ego cephe, ⁊ nihilominꝰ quia in illa foꝛma expꝛimit actꝰ exercitatꝰ per miniſtrū cū inuocatione plena trinitatis: verū perficit ſacr̄m. qm̄ ego nō eſt de ſubā foꝛme: ſꝫ ponitur ad maioꝛē expꝛeſſionē intētionis. Nec ſufficit verba coꝛde cogitare niſi vocalit expꝛimantur. q2 vt inquit Boñ. in. iiij. di. iij. ꝑte. i. ar. i. q. ij. In vocali expꝛeſſiōe verboꝝ ſignificatur ꝑfecta fidei ꝓfeſſio: que ꝯſiſtit in vboꝛ in coꝛde. Significat etiā ꝙ regñatio facta ē ꝑ verbū incarnatū: qd̄ optime ſignificat per verbū voce inductū. Hinc Aug. ait. i. q. i. c. detrahe. Detrahe verbū: aqua quid erit niſi aq̄. Accedit verbū ad elementū: ⁊ fit ſacr̄m. Unde iſta tanta virtus aque: vt coꝛpꝰ tangat ⁊ coꝛ abluat niſi faciēte verbo? Et idē Aug. Baptiſmus inqt eſt tinctio in aqua verbo vite ſanctificata. Propter p̄dicta vt plenioꝛ habeatur cognitio de foꝛma baptiſmi: ſciendū ē ſm̄ Rich. ⁊ Boñ. ꝙ foꝛma pōt variari ſex mōis.

Primo ſubtrahēdo
Secundo addēdo
Tertio interponēdo
Quarto coꝛrūpēdo
Quinto verbū ꝓ verbo ponendo
Sexto tranſponendo.

Primo variat foꝛma ſubtrahēdo. Et q̄tū ad hoc ſciendū ꝙ ſi ſubtrahit aliquid de eſſentia foꝛme: non remanet virtꝰ baptiſmi. Et q2 tota iſta pars: In noīe p̄ris ⁊ filij ⁊ ſpūſſcti: ꝑ quā expꝛimit p̄ncipalis baptizans ⁊ ſanctificatur elementū eſt de eſſentia foꝛme: iō ſi de h̄ ſubtrahat aliqd non remanet virtꝰ baptiſmi. In alia aūt parte foꝛme que eſt. Ego te baptizo. ſunt aliqua ꝑtinentia ad eſſentiā foꝛme. ſ. expꝛeſſio actꝰ baptizandi: ⁊ ꝑſone baptizate: eo ꝙ in illa terminat baptizādi actꝰ. Uñ ſi aliqd̄ p̄dictoꝝ ſubtrahat: non remanet virtꝰ baptiſmi. Expꝛeſſio aūt miniſtri non videt eſſe de eſſentia foꝛme: quā xp̄s tradidit in baptiſmi inſtitutiōe. q2 a miniſtro baptiſmꝰ nō h̄ꝫ virtutē. Scd̄o variat foꝛma addendo. Et vt ait Rich. in. iiij. di. iij. art. ij. q. iij. circa hoc cōſideranda ſunt duo. vnū ex parte addentis aliud ex parte additi. Si eñ addens illud qd̄ addit intēdit eſſe de eſſentia foꝛme volens baptizare in alia foꝛma q̄ baptizaret eccl̄ia: tollitur virtꝰ baptiſmi. ad quā requirit ꝙ baptizans intēdat facere qd̄ facit eccl̄ia. ſi etiā illud qd̄ addit eſt coꝛruptiuū foꝛme: non remanet virtꝰ baptiſmi. vt ſi poſtq̄ dictū eſt: ⁊ ſpūſſcti: addat hmōi determiatio: creati: vel minoꝛis q̄ pater ⁊ filiꝰ ⁊ hmōi. Si aūt addens nō intēdat mutare ritū vel foꝛmā eccl̄ie: ⁊ illud qd̄ addit nō eſt coꝛruptiuū foꝛme: non tollit ꝑ h̄ virtꝰ baptiſmi. vñ ſi baptizās terminata foꝛma qua vtit eccl̄ia ſupaddit illud: ⁊ beata virgo adiuuet te: aut aliquid cōſimile. vl̄ ſi in p̄ncipio foꝛme addat nomē ꝓpꝛiū poſt hoc ꝓnomen ego. dicēdo. Ego iohānes baptizo te ⁊c. nō tollit virtꝰ baptiſmi. Tertio variat foꝛma interponēdo ſeu interrūpendo. Et circa h̄ aduertendū ꝙ cū actꝰ baptizādi ſit actꝰ vnꝰ: ſi fiat interpoſitio talis que coꝛrūpat vnitateꝫ actꝰ: ⁊ maxime ſi coꝛrūpat cōtinuitatē intentionis baptizātis: nō remanet virtꝰ baptiſmi Uñ ſi baptizās poſtq̄ dixit. Ego te baptizo i noīe p̄ris, interponat vnā longā narrationeꝫ vel vadat ad faciendū aliqd̄ negociū ⁊ poſtea reuertat ⁊ dicat, ⁊ filij ⁊ ſpūſſcti. nō ē puer baptizatꝰ. Si autē interpoſitio ſit modica: ita ſcꝫ ꝙ nō diſcōtinuet intentionē baptizantis nec actū ſm̄ vſum cōem: ⁊ interpoſitū nō ſit foꝛme coꝛruptiuū: nō ꝓpter hoc impedit virtus baptiſmi. Uñ ſi baptizans poſtq̄ incepit actū tuſciat, vel dicat taceatis. vel aliquid ſimile: ⁊ poſtea ꝑficiat: nō ꝓpter hoc impedit virtus baptiſmi. Quarto variat foꝛma coꝛrūpendo. ⁊ tūc ſi coꝛruptio verboꝝ ſit talis ꝙ nō remaneat eadem ſignificatio: nec ſm̄ inſtitutionem pꝛime impoſitiōis nec ſm̄ accomodationem vſus: impedit virtꝰ baptiſmi. Si autē ſit talis ꝙ q̄uis nō remaneat ſignificatio ſm̄ inſtitutionē pꝛime impoſitiōis: remanet tm̄ ſm̄ accomodationē vſus: tūc ſi non fiat talis coꝛruptio ex malicia vel deriſione: ſed ex ignoꝛantia vel defectu lingue: non pꝛopter hoc impeditur virtus baptiſmi. Unde de conſe. di. iiij. c. retulerunt. Zacharias papa Bonifacio epiſcopo ita ſcribit. Retulerunt nuncij tui ꝙ fuerit in eadem pꝛouincia ſacerdos qui latinam linguam penitus ignoꝛabat. ⁊ dum baptizaret neſciens loqui latine infringens linguam

diceret. Baptiſo te in noie patria ⁊ filia ⁊ ſpūſ
ſancta. ⁊ per hoc tua reuerenda ſcitas conſi-
derauit eos rebaptiſare: ſ; ſanctiſſime frater
ſi ille qui baptiſauit nō errorē inducēſ aut he
reſim: ſ; ꝑ ſola ignorātia romane locutōis in
fringēdo linguā: vt. ſ. diximꝰ hoc baptiſans
dixiſſet: nō poſſumꝰ cōſentire vt denno bapti
ſent. Quinto variaſ forma ꝟbū ꝓverbo po
nendo, ⁊ tunc ſi accipiaſ ꝟbū ꝓ ſua materia
q̄ ē vox ponere ꝟbū ꝓ ꝟbo nō impedit ꝟtutē
baptiſmi: quia in q̄libet lingua licitū eſt bap-
tiſare ꝙuis male faceret latinꝰ ſi baptiſaret
in lingua greca vl' hebrea: niſi ex aliquo caſu
impitiā lingue latine incurriſſet ⁊ in linguis
alijs eſſet ꝑitus. Si aūt accipiaſ verbum ꝓ
ſua materia ⁊ forma ſimul vel ſua forma tm̄.
cū forma verbi ſit ſignificatio ponere ꝟbum
ꝓ verbo exīti de eēntia forme: impedit ꝟtu-
tem baptiſmi: q2 talis mutatio corrūpit for-
mā. Unde ſi diceret. In noie genitoris ⁊ ge-
niti nō eſſet baptiſmus eo ꝙ ꝑ nomē pr̄is et
nomē filij ſignificanſ ipe ꝑſone ꝑncipal'r: ꝑ
genitorē aūt ⁊ genitū ſignificanſ actus noto
nales. Sexto variaſ forma trāſponendo: ⁊
tūc ſi fiat talis tranſpoſitio q̄ mutet ſenſum
orōnis quā h3 ex vi ordinis ꝟboꝝ ipediſ vir
tus baptiſmi: vt dicaſ. Ego pr̄is ⁊ filij bapti
ſo te in noie ſpūſſancti: q2 ex vi iſtius ordis
ꝟboꝝ ſenſus eſt. Ego q̄ ſū pr̄is ⁊ filij ⁊c. et h°
qō dico: i noie: n̄ accipiſ niſi reſpectu ſpūſſcti
Si aūt trāſpoſitio nō mutat ſignificationem
orōnis quā habet ex vi ordinis ꝟboꝝ: tūc di
co ꝙ ſi nō fiat ex malitia: ſed ex ignorantia:
nō impediſ ꝟtus baptiſmi. Si autem fiat ex
malitia impediſ propter defectū intentionis
in baptiſante.

Qual'r oēs teneanſ baptiſari de nc̄citate: ⁊
de ptāte baptiſmatis ac de cōditōibꝰ q̄ ſuari
debent in baptiſmo. Capl'm II

s Ecundū myſterium de baptiſmo de-
clarandū diciſ obligatōis. In quo
tria adhuc habemus non inmerito
exquirere ⁊ ꝯſiderare ad hoc vt pars iſta di-
lucidior appareat.

Primo cōſiderabimus poteſtatem.
Scdo neceſſitatem.
Tertio qualitatem.

Primo cōſideremus baptiſmi ptātem q̄s. ſ.
ptātem habeat baptiſandi. ⁊ circa hoc q̄nq3
dubia ſolēt emerge. Primū vtrū ad diaco-
nū ꝑtineat baptiſare. Et arguūt quidā ꝙ ſic
Primo q2 ſimul iniūgiſ a dn̄o officiū bapti-
ſandi ⁊ ꝑdicandi. ſm illud Mat. vl. Euntes
docete ⁊c. ſed ad officiū diaconi ꝑtinet euāge
liſare. ergo videſ ꝙ etiā ad officiū diaconi ꝑ
tineat baptiſare. Scdo arguūt: q2 btūs Lau
rentius cū eſſet diaconus plures baptiſauit.
Sed ꝯ eſt qd dicit Pelagius papa. xciij. d.
c. diacones. vbi ait. Diacōes ꝓpriā ꝯſtituimꝰ
obſuare menſurā: nec vltra tenorē paternis
canonibus deputatū quippiā tētare ꝑmitti-
mus. Et. ſ. Abſq3 epo vel pſbytero baptiſare
non audeant niſi ꝑdictis ordinibꝰ fortaſſe lō
gius cōſtitutis neceſſitas extrema compellat
Ad idem eſt tex. de cōſe. di. iiij. in ca. conſtat.
Pro ſolutōe g̃ p̄ſtis dub ij rn̄det Tho. iij. pte
q. lxvij. ar. i. ꝙ ſicut celeſtiū ordinū ꝓprietates
⁊ eoꝝ officia ex eoꝝ noibus accipiunſ. vt dic
Diony. in li. de cele. hierar. ita etiā ex noibus
eccleſiaſticoꝝ ordinū accipi pōt q̄d ad vnum
quēq3 ꝑtineat ordinē. Dicunſ autē diacones
quaſi miniſtri: q̄a ad eos nō ꝑtinet aliqd ſa-
cramentum ꝑncipaliter. ⁊ quaſi ex ꝓprio offi
cio prebeſ: ſed miſteriū adhibere alijs maio
ribus in ſacramentoꝝ exhibitiōe. ſicut habeſ
xciij. di. in. c. diaconi. i. ij. et. iij. c. nō op3. i. et
ij. et in alijs. c. diaconi. ⁊ in. c. legimus. ⁊ in. c.
dn̄s. Quare ad diaconū nō ꝑtinet quaſi ex ꝓ
prio officio facere ſacramentū baptiſmi: ſed
in collatione huiꝰ ſacramēti ⁊ alioꝝ aſſiſtere
⁊ miniſtrare maioribus. Hinc Iſidorꝰ lib. ij.
de officijs ait. Ad diaconū ꝑtinet aſſiſtere et
miniſtrare maioribus ſacerdotibus in oībꝰ q̄
aguntſ in ſacramētis xp̄i in baptiſmo. ſcilz in
chriſmate in patena ⁊ calice. Ad primum
ergo dicendum ꝙ ad diaconū ꝑtinet recitare
euangeliū in eccleſia: ⁊ ꝑdicare ipm poſtmo-
dum cathezizādis. Unde ⁊ Diony. dicit ꝙ di-
aconi habent officiū ſuꝑ immūdos: inter q̄s
ponit cathecuminos: ſed docere id ē expōere
euangeliū ꝑtinet ꝓprie ad epm. vnde nō ſeq
tur ꝙ ad diacones ꝑtineat officiū baptizan-
di. Beatus ꝟo laurētius baptiſauit neceſſita
tis cauſa. Scdm dubiū eſt. vtrū baptiſare
ſit officium preſbyteroꝝ. ⁊ reſpōdet Tho. vbi
ſ. ar. ij. ꝙ ſic. eo ꝙ ſacerdotes ad hoc cōſecrā
tur: vt ſacramentū corpis chriſti conficiant.
Illud autem eſt ſacramentū eccleſie vnitatis
Per baptiſmū aūt aliquis ſit particeps eccle
ſie vnitaſ. q2 ianua eſt ⁊ fundamentū alioꝝ
ſacramentoꝝ. vt dr de conſecra. diſt. iiij. c. cū
itaq3. Unde ⁊ baptiſatꝰ accipit ius accedēdi
ad menſam domini: quia ſine baptiſmo alia
ſacramēta conferri non poſſunt. vt habetur
i. q. i. c. ſi quis ꝑ ignorantiā. Ideo ſicut ad ſa-
cerdotē pertinet conſecrare euchariſtiam: ad

quod principaliter ordinaſ ſacerdotiū: ita ad
ꝓprium officiū ſacerdotis pertinet baptiſare.
Eiuſdem eſt videſ eſſe operari totū ⁊ partem
in toto diſponere. Et ſi diceret ꝙ ſolū epiſco-
poꝝ eſt baptiſare: q2 ipſoꝝ eſt docere: vt dicit
Dionyſius in lib. eccleſiaſtice hierar. Rn̄det
Tho. ꝙ officiū docendi ⁊ baptiſandi dn̄s apo
ſtolis iniunxit: quoꝝ vicem gerunt epi. aliter
tamen ⁊ aliter. Nam officiū docendi cōmiſit
eis xp̄s: vt ipſi per ſe illud exercerēt tanq̄ prin
cipaliſſimū. Unde ⁊ ipſi apoſtoli dixerūt Act.
vi. Non eſt equū nos derelinquere verbū dei:
et miniſtrare menſis. Officiū autē baptiſan
di cōmiſit apoſtolis vt per alios exercendum.
Unde. i. Corint. i. dicit apoſtolus. Nō eſt mi
ſit me xp̄s baptiſare: ſed euangeliſare. Et hoc
ideo: quia in baptiſando nihil operatur meri-
tum ⁊ ſapientia miniſtri: ſicut in docendo.
nec tamen per hoc excludiſ quin epiſcopi poſ-
ſint baptiſare. Nā ⁊ apl's dicit ſe quoſdā ba
ptiſaſſe i epl'a vbi ſ. Tertium dubiū. vtrū
laicus poſſit baptiſare. Et reſpondeſ ꝙ ad mi
ſericordiā eius qui vult omnes homines ſal
uos fieri pertinet vt in his que ſunt de neceſſi-
tate ſalutis homo de facili remedium inueni-
at. Inter omnia autem alia ſacramenta maxi
me neceſſitatis eſt baptiſmus: qui eſt regene
ratio hominis in vitam ſpūalē: quia pueris
aliter ſubueniri nō poteſt. ⁊ adulti nō poſſunt
aliter q̄ per baptiſmū plenam remiſſionē cō
ſequi: ⁊ q̄tum ad culpam: ⁊ q̄tum ad penam.
Et ideo vt homo circa remedium tam neceſ-
ſarium defectiuū pati nō poſſit: inſtitutum eſt
vt etiam laicus iminente neceſſitate baptiſa-
re poſſit. vt habetur de cōſe. diſ. iiij. c. conſtat.
et. c. in neceſſitate. Non debet tamen laicus fa
cere illa ſacramentalia baptiſmi que faciunt
ſacerdotes: que pertinent ad ſolennitatē non
autem ad neceſſitatem baptiſmi. ⁊ ideo ſolū
a ſacerdote fieri debent. cuius eſt ſolenniter ce
lebrare. Quartū dubium eſt. vtrū mulier
poſſit baptiſare. Et reſpondet Tho. vbi. ſ. art.
iiij. ꝙ ſicut nec laicus debet baptiſare p̄ſente
clerico: nec clericus p̄ſente ſacerdote: ita ⁊ fe-
mina nō debet baptiſare nō ſolum p̄ſente cle-
rico vel ſacerdote: ſed nec etiam p̄ſente viro
ſiue maſculo. In neceſſitatis tamen articulo
poteſt abſq3 ſolennitate baptiſare. vt habetur
de cōſe. diſ. iiij. c. mulier. Quintū dubiū eſt
vtrū ille qui nō eſt baptiſatus poſſit baptiſa-
re. Reſpondet Tho. ar. v. ꝙ per eccleſiā deter-
minatum eſt ꝙ nō baptiſati ſiue ſint iudei: ſi
ue pagani: poſſunt baptiſmi ſacramentum cō
ferre: dūmodo in forma eccleſie baptiſent. vt
patet de cōſe. diſ. iiij. in. c. romanus pontifex. ⁊
in. c. a quodam. Si autem forma eccleſie nō
fuerit obſeruata: ſacramentum baptiſmi nō
cōfertur. Et ſic intelligendum eſt illud Greg.
ſecundi in. c. quos a paganis. de cōſe. diſ. iiij.
Quos a paganis baptiſatos aſſeruiſti. ſc3 ec-
cleſie forma nō obſeruata: vt denno baptiſes
in nomine trinitatis mandamus. Notandū
autem ꝙ ſi talis baptiſmus a pagano ſiue in-
fideli ſuſcipiſ neceſſitate vrgente debite fit.
Si vero extra articulum neceſſitatis hoc fie
ret: vterq3 grauiter peccaret. ſc3 baptiſans et
baptiſatus. ⁊ per hoc impediret baptiſmi effe
ctus: licet nō tolleretur ipſum ſacramentum.
Et ſi diceret quomodo ille qui nō eſt baptiſa
tus cum nō ſit miniſter eccleſie poteſt baptiſa
re. Reſpondetur ꝙ ille qui nō eſt baptiſatus
q̄uis nō pertineat ad eccleſiam re vel ſacra-
mento: poteſt tamen ad eam pertinere inten-
tione ⁊ ſimilitudine actus. inq̄tum ſc3 inten-
dit facere quod facit eccleſia: ⁊ formam eccle-
ſie ſeruat in baptiſando. ⁊ ſic operatur tantū
exterius vt miniſter chriſti. qui interius ba-
ptiſat. vt notatur de cōſecra. diſ. iiij. c. ſi inter
bonos. ⁊. c. baptiſmus. ⁊. c. cum baptiſat.

Secundo cōſideremus baptiſmi neceſſi-
tatem. Et circa hoc quinq3 adhuc ſunt dubia
aperienda. Primo vtrum omnes teneantur
ad ſuſceptionem baptiſmi. Et reſpondetur ꝙ
poſt diuulgationem inſtitutiōis eius omnes
tenentur baptiſari. Unde Auguſtinus de fide
ad Petrum dicit illud quod ſcribitur. xv. q. i.
in. c. firmiſſime. Firmiſſime tene: ⁊ nullate-
nus dubites: exceptis illis qui ꝓ chriſti nomi
ne ſuo ſanguine baptiſantur: nullum homi-
nem accepturum vitam eternam qui nō hic a
malis fuerit per penitentiam fidemq3 cōuer-
ſus. ⁊ per ſacramentum fidei ⁊ penitētie. i. per
baptiſmum liberatus. Et Chryſoſ. idem dicit
in ſententia de cōſe. diſ. iiij. c. non poteſt. Tāte
autem dignitatis eſt baptiſmus. ꝙ etiā ſan
ctificati in vtero debent baptiſari. vt inquit
Bon. in. iiij diſ. vi. parte. ij. ar. i. q. ij. ⁊ hoc tri-
plici rōne. Prima ratio eſt ꝓpter bonū obedi
entie: quia deus ꝑcepit vt omnes renaſcanſ
aqua. Secunda eſt ꝓpter humilitatem. quia
vnuſquiſq3 debet ſe reputare peccatorem. ⁊ in
digere xp̄i redemptione. Tertia ratio eſt pro-
pter vnitatē: vt ab alijs membris xp̄i homo
nō diſcordet. Secundū dubium vtrū ſine
baptiſmo poſſet quis ſaluari. Et rn̄det Tho.
vbi. ſ. ar. ij. ꝙ ſacramētū baptiſmi dupliciter

poteſt alicui deeſſe.Uno modo ⁊ re ⁊voto.qđ
cõtingit illis qui nec baptiſant nec baptiſari
volunt:quod manifeſte ad ↄtemptū ſacri ꝑti
net q̃tū ad illos q̃ hñt vſum liberi arbitrij:et
tales ſalutē conſequi nõ poſſunt.Alio modo
poteſt ſacrm̄ baptiſmi alicui deeſſe re: ſed nõ
voto:ſicut cū aliquis deſiderat baptiſari: ſed
aliquo caſu ꝑuenit morte anteq̃ baptiſmum
ſuſcipiat.talis aūt ſine baptiſmo actuali ſalu
tem cõſequi poteſt.Unde Amb.dicit de Ua-
lentiniano qui cathecuminus mortuus fuit.
Quē regeneratur⁹.eram amiſi.verūtamē ille
grām quā popoſcit nõ amiſit.Et de b̄ Aug.
de cõſe.di.iiij.in.c.baptiſmi.ita ait.Baptiſmi
vicem aliquādo implere paſſionē de latrone
illo cui nõ baptiſato dictū eſt.Hodie mecum
eris in paradiſo:Btūs Cypꝛianus nõ leue ar-
gumentū aſſumit:quod etiam atq̧ etiā cõſi
derans inuenio nõ tm̄ paſſionē ꝓ nomīe xpī
id quod baptiſmo deerat poſſe ſupplere : ſed
etiā fidem ⁊ conuerſionē cordis:ſi forte ad ce
lebrandū myſteriū baptiſmi in anguſtijs tē-
porum ſuccurri nõ poteſt.hec ibi. Cui conſo-
nat notabile dictū Inno.tertij in.c.apl'icā.ex̄
de p̄ſbytero nõ baptiſato.Propter iſta autē
magr̄ ſniaꝝ ceteriq̧ theologi diſtinguūt tria
baptiſmata.Primū vocāt flamis.i.ſpūſſācti
quo baptizāt hi qui baptiſari vellēt:vt dictū
eſt ⁊ nõ poſſunt.Scdm̄ vocant baptiſmum
fluminis.i.aque de quo loqmur.Tertiū dicūt
baptiſmū ſanguis cū quis nõ valēs baptiſa-
ri aqua.patit ꝓ fide xpī ⁊ morit ꝓ cõfeſſione
eius.cui ianua celi aperit. vt dr̄ de conſe.di.
iiij.c.cathecuminū. Et ſi obijceret ꝙ non eſt
niſi vnū baptiſma.iuxta illud apoſtoli Eph.
iiij.Unus dñs:vna fides:vnū baptiſma.Re
ſpõdet Tho.pte.iij.q.lxvi.arti.xi.ad.i.ꝙ tria
baptiſmata p̄dicta vnū dici pñt ppt vnitatē
ſpūſſancti:a quo hñt ꝟtutē ⁊ grām. Uel põt
dici ꝙ vnū eſt baptiſma ſacrm̄.ſ.fluminis ſeu
aque.alia duo licz conferāt ſalutē:tn̄ nõ ſunt
ſacrm̄.vt dicit Boñ.in.iiij.di.iiij.pte.ij. ar.i.
q.iij.ꝑ totū. Tertiū dubiū.vtrū baptiſm⁹ ſit
differēdus vel accelerādus.Et rn̄det tho.vbi
ſ.q.lxviij.ar.iij.ꝙ circa hoc eſt diſtinguendū
de baptiſandis.Nā aut ſunt pueri:aut adul-
ti. Si ſunt pueri nõ eſt differendū baptiſma.
Primo quidē quia nõ expectat in eis maior
inſtructio aut plenior cõuerſio. Scđo ꝓpter
periculū mortis:q: eis nõ poteſt alio remedio
ſubueniri niſi per ſacrm̄ baptiſmi: quibus ba
ptiſmus ꝓdeſt ꝓpter fidem offerentiū ⁊ eccle
ſie.vt dicit Aug.de cõſe.di.iiij.c.illud perſcru
tari.Et Iſidorus ibidē in.c.paruuli.Si aūt
argueret ꝙ actus actiuoꝝ ſunt in paciēte p̄e
diſpoſito ſm̄ Ariſt.in.ij.de anima:ſed in par
uulis nulla p̄ceſſit diſpoſitio ad ſuſceptionē
effectus baptiſmi.ergo baptiſm⁹ nõ põt cau-
ſare ſuū effectū in paruulis.Reſpõdet Ric.
ꝙ illa ꝓpoſitio debet intelligi de actiuo limita
te ꝟtutis.deus aūt a quo ſunt p̄ncipalr̄ effe-
ctus baptiſmi agens eſt infinite ꝟtutis.Mi
nor etiam argumenti vlr̄ intellecta falſa eſt:
quia fides eccleſie aliquo modo ad ſuſceptio
nem baptiſmi diſponit quare pueri q̃ citius
commode fieri poteſt ſunt baptiſandi.Si ꝟo
de adultis loquimur quibus ſubueniri poteſt
per baptiſmi deſideriū vt ſupra dictum eſt.
tunc eis vt ait Tho.vbi.ſ.nõ ſtatim cum con
uertunt eſt ſacrm̄ baptiſmi conferendū:ſed
opꝫ differre vſq̧ ad aliquod certum tempus
Primo quidē ꝓpter cautelā eccl'ie:ne deci
piatur conferēs ſacramentū a credētib⁹ ficte
Unde de conſe.diſti.iiij.in.c.iudei dr̄. Iudei
quorum perfidia frequēter ad vomitum re
dit:ſi ad leges catholicas venire voluerint
octo menſes inter cathecuminos eccl'ie limē
introeant:⁊ pura fide venire noſcant.tunc de
mum baptiſmi grām mereātur. Secunda
ratio dilationis eſt vtilitas eoꝝ qui baptiſan
tur:qui aliquo tempis ſpacio indigēt ad hoc
ꝙ plene inſtruant de fide:⁊ exerceant in his
que ꝑtinent ad chriſtianā vitam. Tertia rō
eſt ſacramēti reuerentia:ob quam antiquit⁹
adulti baptizabant in duabus precipuis ſo-
lēnitatibus paſca ſcz ⁊ pentħ. vt habetur de
conſe.diſt.iiij.c.duo tempora:⁊ ca.de cathe-
cuminis.⁊ cap̄.venerabilis.Poteſt tn̄ omitti
dilatio p̄dicta:aut ꝓpter neceſſitatē puta cū
aliquis baptiſari cupiēs eſſet in articlo mor
tis ꝑſecutionis ⁊ naufragij.vt expreſſe habe
tur de ↄſecratione diſt.iiij.in cap̄.hi qui.Aut
quando illi qui ſunt baptiſādi apparēt perfe
cte inſtructi i fide ⁊ ad baptiſmū idonei.ſicut
Philippus apoſtolus ſtatim baptiſauit eu-
nuchum.vt habet Actuū.viij.⁊ Petrus Cor
nelium:⁊ eos qui cum ipſo erant.Actuū.xi.
Quartū dubiū.vtrū pctōres ad baptiſmū
accedentes teneantur ſua peccata confiteri:
Reſpõdet Thomas vbi ſupra arti.vi.ꝙ du-
plex eſt peccatoꝝ confeſſio.Una que fit inte-
rius deo.⁊ hec requiritur ante baptiſmū. vt
ſcilicet homo peccata ſua recogitans de eis
doleat.Non enim poteſt inchoare nouam vi
tam:niſi eum peniteat veteris vite. vt Augu
ſtinus dicit in libro de penitentia. Alia vero

eſt confeſſio peccatoꝝ exterior que fit ſacerdo
ti. ⁊ talis confeſſio non requirit ante baptiſ-
mū.Primo quidē quia talis confeſſio cuꝫ re-
ſpiciat ꝑſonā miniſtri pertinet ad pnīe ſacra-
mentū:quod nõ requirit ante baptiſmū:q: ē
ianua oium ſacramētoꝝ. Secūdo:quia con-
feſſio exterior que fit ſacerdoti ordinatur ad
hoc ꝙ ſacerdos cõfitentē abſoluat a peccatis
⁊ liget ad opera ſatiſfactoria:que baptizādis
non ſunt imponenda . ſm̄ illud Ambroſij in
glo.Roma.xi.Gratia dei in baptiſmo non re
quirit gemitū neq̧ planctū: vel etiā opus ali
quod:ſed ſolā fidē ⁊ omia gratis condonat.
Que verba notant de cõſe.diſt. iiij. in.c. ſine
pnīa. Baptizandi etiā nõ indigent remiſſio-
ne peccatorū per claues eccleſie:quibus omia
remittuntur per baptiſmū.Sufficit ergo his
qui baptizantur confeſſio generalis: quā fa-
ciunt ſm̄ ritū eccleſie abrenūciantes ſathane
⁊ omibus operibus eius.Si tamen ex ſua de
uotione vellent confiteri audiendi ſunt : non
ad hoc ꝙ ſatiſfactio eis imponatur:ſed vt cõ
tra peccata conſueta eis ſpiritualis vite infor
matio tradatur. Quintū dubiū.vtrū pueri
iudeoꝝ ⁊ infideliū ſint inuitis parentibus ba
ptizandi:Et reſpondetur ſm̄ ſniam Rich.di.
lxvi.quarti.art.iij.q.iij.⁊ Tho.ſcđa ſcđe.q.x.
art.xij.⁊.iij.parte.q.lxviij. art. x. ꝙ filij infi-
deliū aut habent vſum rõnis ⁊ annos diſcre-
tionis:aut non . Si ſic:quoniā quantū ad ea
que ſunt iuris diuini vel naturalis incipiunt
ſue poteſtatis eſſe:ideo propria voluntate in-
uitis parentibus baptizari poſſunt . Si vero
nondū habent vſum liberi arbitrij: baptizari
non debent.quoniā nunq̃ hoc fecit eccleſia. ⁊
hoc duplici ratione.Una quidē eſt propter pe
riculū fidei . Si eñ pueri nondū vſum ratio-
nis habentes baptiſmū ſuſciperēt: poſtmodū
cū ad perfectā etatē peruenirent: de facili poſ-
ſent a parentibus induci vt relinquerent qđ
ignorāter ſuſceperunt:quod vergeret in fidei
detrimētū.Alia ratio eſt:quia repugnat iuſti-
cie naturali.Filius eñ eſt aliq̄d patris:⁊ pri-
mo quidē a parentibus non diſtinguitur ſm̄
corpus q̃diu in mr̄is vtero continetur. Poſt
modū vero poſtq̃ a matris vtero egreditur
anteq̃ habeat vſum liberi arbitrij continetur
ſub parentum cura: ſicut ſub quodā ſpiritua
li vtero.q̃diu eñ vſum rationis nõ habet pu
er:non differt ab animali irrationali.vnde ſi-
cut bos vel equus alicuius eſt vt vtatur eo cū
voluerit ſicut proprio miniſtro ſm̄ iura ciui-
lia:ita de iure naturali eſt ꝙ filius anteq̃ ha-
beat vſum rationis ſit ſub cura patris.quare
inuitis parentibus non debet filijs baptiſma
dari. Ipſi etiā infideles adulti nullo modo co
acti ſunt baptizandi.vt dicitur.xlv.di.c.de iu-
deis.q: vt ibi habetur tales nõ ſunt inuiti ſal
uandi ſed volentes:vt integra ſit forma iuſti
cie.Sicut eñ ꝓprij arbitrij volūtate hõ ſerpē
ti obediēs perijt:ſic vocāte ſe gratia dei ꝓpria
mentis ↄuerſione q̄ſq̧ credēdo ſaluat. Notā
dū tn̄ ſm̄ Rich.vbi.ſ.q.ij.ſequēdo ſniam In
nocētij tertij in.c.maiores.ex̄ de bap. ⁊ ei⁹ ef-
fectu.ꝙ aliq̄s põt cogi ad baptiſmū ſuſcipiē-
dū duplici coactiõe.Prima eſt coactio abſolu
ta:q̄n quis baptizat inuit⁹⁊ penit⁹ ↄtradicēs
q̄ lꝫ abluat exterius ⁊ baptizet ſm̄ debitā for
mā:tn̄ nec rem nec characterē ſuſcipit ſacri.
Scđa eſt coactio ↄditionalis:q̄n quis terro-
ribus atq̧ ſupplicijs violenter attrahit ⁊ ne
detrimentū incurrat:baptiſmi ſuſcipit ſacrm̄.
talis ſicut ⁊ is qui ficte ad baptiſmū accedit
characterē ſuſcipit xp̄ianitatis impreſſum: ⁊
ipe tanq̃ cõditionalr̄ volens : lꝫ abſolute nõ
velit:cogēdus eſt ad obſeruātiā fidei xp̄iane
Tertio cõſiderem⁹ baptiſmi qualitatē.De-
bet nanq̧ baptiſm⁹ cõferri q̄n a miniſtris ec-
cleſie dat cū q̄nq̧ cõditionib⁹.
Prima dr̄ vnitatis
Scđa ſimultatis
Tertia modalitatis
Quarta paternitatis
Quinta ſacralis ſolēnitatꝭ.
Prima cõditio que obſeruari dꝫ in baptiſ-
mo dr̄ vnitas.Nā vn⁹ dꝫ baptizare ⁊ nõ plu-
res.q̄n ſi plures baptizarēt aut dicerēt : nos
te baptizam⁹:⁊ hoc nõ eſſet cõueniēs. q̄n hõ
nõ baptizat niſi vt miniſter xpī ⁊ vicē ei⁹ ge-
rens.Uñ vt vn⁹ eſt xp̄s:ita oꝫ vnū eſſe mini
ſtrū qui xp̄m rep̄ſentet. ⁊ iđ ↄtraria intentio
videt excludere baptiſmi ſacrm̄ . Aut plures
baptizarēt ⁊ vnuſquiſq̧ diceret. ego te bapti
zo.⁊ ſic q̄libet exp̄meret ſuā intentionē ꝙ ipe
ſingularit baptiſmū cõferret:⁊ tūc manifeſtū
eſt ꝙ ille qui pri⁹ verba ꝓferret daret baptiſ-
mi ſacrm̄.Ali⁹ ꝟo q̃tūcūq̧ ius baptizādi ha-
te eſtuante recalebat. Ex quibus cõſtat ꝙ pe⸗
trus ex timore magiſtrũ negauit: quẽ tamen
ip̃e pie reſpexit: penitentemqꝫ miſericorditer
ad ſe recepit. Secũdo fuit vehemẽs dolor
xp̃i propter interrogationẽ. Interrogabat nã
qꝫ eũ pontifex Anna de diſcipulis ſuis ⁊ de do
ctrina eius. Scdm Chryſo. interrogabat eũ
velut ſeditioſum ⁊ nouarũ rerũ factorẽ redar
guere volens. Sed hic dubiũ oritur. vtrũ iſte
anna ⁊ ceteri perſecutores xp̃i cognouerunt
eũ? Et ꝙ nõ: ꝓbari poſſet ex verbo apl'i. i. Co
rinth. ij. dicentis. Si cognouiſſent: nunꝙ do
minũ gl'ie crucifixiſſent. Et de hoc etiã Act.
iij. c. petrus loquens iudeis dixit. Scio ꝙ per
ignorantiam feciſtis ſicut ⁊ principes noſtri.
Uerũtñ Tho. iij. parte. q. xlvij. ar. v. ⁊ Rich. in
iij. d i. xvi. q. v. dicunt ꝙ iudei nõ cognouerũt
xp̃m ꝓpter ignorantiã craſſam ⁊ affectatam:
q̃ñ euidentia ſigna habebant aduentus eius
⁊ videbant miracula que fiebant per ip̃m: ſed
ꝓpter odiũ ⁊ inuidiã noluerunt eũ recipere.
Ideo Jo. xv. xp̃s dixit. Si nõ veniſſem ⁊ eis
locutus nõ fuiſſem: peccatum non haberent.
Tertio fuit vehemens dolor xp̃i ꝓpter per
cuſſionẽ. Narrat enĩ euangeliſta ꝙ phariſeo
reſpondit. Ego ſemꝑ docui in ſynagoga ⁊ in
templo quo oẽs iudei cõueniunt: ⁊ in occulto
locutus ſum nihil. Quid me interrogas? In⸗
terroga eos qui audierunt quid locutus ſum
ip̃is. Ecce hi ſciunt que dixerim ego. Hec aũt
cũ dixiſſet: vnus aſſiſtẽs miniſtroꝝ dedit ala⸗
pã ieſu dicens. Sic reſpondes pontifici? O ad
miranda patiẽtia manſuetiſſimi ieſu. percuſ⸗
ſus in faciẽ ictu graui: manu furibũda: adeo
vt ſm quoſdã dentes oris eius remoueren̄t:
⁊ os ſanguinẽ expueret: nihil tamen cõtume
lioſe locutus eſt illi: ſed ſic magis innocentiã
ſuã defendit dicens. Si male locutus ſum: te⸗
ſtimoniũ perhibe de malo: ſi aũt bene cur me
cedis? Ubi Aug. ait. Quid iſta reſponſione ve
rius: manſuetius: iuſtius? Sed hic dubita
tur an xp̃s ſic reſpondẽdo bene fecerit: cũ ipſe
dixerit Matth. v. Si quis te ꝑcuſſerit in ma
xillã dexterã tuã: prebe ei ⁊ alterã. Ip̃e aũt h
nõ fecit: ſed magis percutientẽ ſe correxit. Ad
quod r̃ndet Aug. ꝙ illud preceptum nõ datur
abſolute: ſed magis ſm preparationẽ animi.
quia homo dꝫ habere animũ preparatũ ad h

faciendum vbi videret hoc expedire ad hono
rem dei ⁊ vtilitatẽ eccleſie: et alias autem nõ. im
mo aliqñ expedit iniuriãtibus reſpondere ad
ipſorum ⁊ alioꝝ inſtructionem. ſicut fecit hic
xp̃s: qui licet ita reſponderit: tamen nõ ſolũ al
teram maxillam iterũ ꝑcuſſuro: ſed totũ cor⸗
pus figendũ parauit in crucis ligno.

Quod xp̃s vehementer doluit in cõtradi⸗
ctione ꝓpter falſam teſtificationẽ: ꝓpter pu⸗
blicam criminationem: ⁊ propter ſibi factam
deriſionem.

Primi articuli dolor quartus.

Uartus dolor quem xp̃s ſuſtinuit in
:q paſſione ꝓ nobis dicit̃ cõtradictio⸗
nis: q̃ñ a domo anne ligatus miſſus
eſt ad domum Cayphe pontificis: in qua ve⸗
hementer doluit ꝓpter tria.

Primo ꝓpter falſam teſtificationẽ.
Secũdo ꝓpter publicam criminationẽ.
Tertio ꝓpter deriſionẽ.

Primo fuit vehemens dolor xp̃i ꝓpter fal
ſam teſtificationem. Ut enĩ dicit Mattheus.
Principes ſacerdotum ⁊ omne cõcilium que⸗
rebant falſum teſtimonium contra ieſum: vt
eum morti traderent: ⁊ nõ inuenerunt: cum
multi falſi teſtes acceſſiſſent. Refert enĩ Nico
demus in euangelio ſuo ꝙ cũ multi ſurrexiſ⸗
ſent aliquis eoꝝ dicebat. Ego vidi xp̃m mira
cula facientẽ. Alter aſſerebat. Et ego vidi eũ.
et audiui verba veritatis p̃dicantem: ⁊ ſimi⸗
lia. Plerīqꝫ locuti ſunt ſpũſancto mouente lin
guam eorum cõtra voluntatem ſuam. Nouiſ⸗
ſime autẽ venerunt ⁊ duo falſi teſtes: ⁊ dixe⸗
runt. Hic dixit. Poſſum deſtruere templũ dei:
et poſt triduum reedificare illud. Sꝫ hic ori
tur queſtio quõ iſti dicunt̃ falſi teſtes. quãdo
Joh. ij. xp̃s dixerat. Soluite templũ hoc. ⁊ in
tribus diebus excitabo illud. Ad quod reſpon
det Hiero. ſuꝑ Mattheũ. quem ſequit̃ Nico
laus de lira, ꝙ illa verba que dixit xp̃s intelli⸗
gunt̃ de templo corp̃is ſui. vt ibidem dicit̃. Et
hoc ſonant verba ibidem poſita que xp̃s dixit
nõ p̃cipiendo: ſed p̃dicendo eis quid eſſent fa
cturi. Unde ſenſus eſt. Soluite. i. ſoluetis tẽ⸗
plum hoc. ſcꝫ corpus meũ per mortem. ⁊ in tri
bus diebus excitabo illud per reſurrectionem.
et nõ deſtruam dixit: vel poſſum deſtruere. In
quit ergo Hiero. Falſus teſtis eſt qui nõ eo⸗
dem ſenſu dicta intelligit quo dicunt̃. poſſen:
etiam dici p̃dicti falſi teſtes ex falſa intentio
ne quia intendebant ꝓcurare mortẽ innocen
tis. Secundo fuit vehemens dolor xp̃i ꝓ
pter publicam criminationẽ. Nam cum tace⸗

ret ⁊ nihil reſponderet ad ea que ſibi obijcie⸗
bant̃: quaſi reſponſione indigna: princeps ſa
cerdotum qui ex impatientia de tribunali ſur⸗
rexerat, ait illi. Adiuro te per deũ viuum: vt di
cas nobis ſi tu es xp̃s filius dei. Dicit ei ieſus.
Tu dixiſti. Ad quod reſpondet ꝓpter reueren
tiã diuini nominis inuocati. Et ſubdidit. Ue⸗
runtamen dico vobis: amodo videbitis filiũ
hominis ſedentẽ a dextris dei: ⁊ venientem in
nubibus celi. Tunc princeps ſacerdotũ ſcidit
veſtimẽta ſua dicẽs. Blaſphemauit. quid ad⸗
huc egemus teſtibus? Audiſtis blaſphemiã.
Quid vobis videt̃. Ubi Hiero. ait. Pontifi⸗
cem quẽ de ſolio ſacerdotali furor excuſſerat:
eadem rabies ad ſcindendas veſtes ꝓuocat.
Et chryſoſ. in omelia inq̃t. Hoc fecit vt accuſa
tionem redderet grauiorẽ: ⁊ quod verbis di⸗
cebat: factis extolleret. Qui autem erant cum
pontifice fremẽtes dixerũt. Reus eſt mortis
Ubi Origenes ait. Quantũ putas fuit erro⸗
ris ipſam principalẽ oĩm vitã ream mortis ꝓ
nunciare. ⁊ ꝑ tantoꝝ reſurgentiũ teſtimonia
nõ reſpicere fontẽ vite: de quo in oẽs viuẽtes
vita fluebat. Hec ille. Quãuis vero falſo il
li violenta morte dignũ acclamaſſent xp̃m: tñ
dubiũ h incidit. vtrũ in ipſo neceſſitas fuit ad
moriẽdũ morte naturali. Et r̃ndet Ric. in. iij.
diſ. xvi. ꝙ in ipſo fuit neceſſitas moriendi ꝙ⸗
tum ad humanã naturã: que neceſſitas nõ fu
it cõtracta: nec ꝓpter peccatũ debita: ſed fuit
voluntarie aſſumpta. Uolũtarie enĩ filius dei
talem aſſumpſit naturã humanã: ꝙ niſi eam
miraculoſe cõſeruaret: neceſſariũ erat ꝙ cor⸗
pus eius reſolubile ⁊ mortale ſenio defeciſſet:
ꝙuis valde diu duraſſet ꝓpter excellentiſſi
mam cõplexionem. Fuit ergo in eo neceſſitas
moriendi rõne nature aſſumpte relicte ſuo re
gimini naturali. nõ tñ fuit neceſſarium illum
mori morte qua mortuus eſt: niſi per cõpara
tionẽ ad diuinam p̃ordinationẽ. Sꝫ adhuc
nõnulli dubitant vtrũ neceſſitas moriendi in
xp̃o ſubiecta fuerit eius voluntati humane.
Et quidã tenent ꝙ ſic. Primo q2 ſm Anſel. in
li. cur. deus homo. Sapiẽtie ⁊ iuſticie dei repu
gnat cogere mortẽ pati ſine culpa illum quem
iuſtum ad eternam fecit beatitudinẽ. ſed ho
mo xp̃s nunꝙ habuit culpam. ⁊ fuit factus
iuſtus ad eternam beatitudinem. ergo repu
gnaſſet ſapientie ⁊ iuſticie dei ꝙ xp̃s mortem
ſuſtinuiſſet ſi noluiſſet. Alij vero cõtrarium
aſſerunt. quoniam mori ex cõditione nature:
et poſſe mori nunꝙ aliqua creata virtute: re⸗
pugnare vident̃. ſed in chriſto fuit neceſſitas

moriendi ex conditione nature. ergo cū volū
tas humana ſit creata non potuit illa volun⸗
tate fieri imortalis. Rñdet Rich. ad iſtā que
ſtionē vbi. ſ. q. iij. ꝙ vt tactū eſt aliqui dicunt
ꝙ neceſſitas moriēdi in xp̄o ſubiecta fuit vo
luntati humane. Dicunt eñ ꝙ ꝑ cōparatio⸗
nem ad neceſſitatē moriendi xp̄s inquantū
homo tenuit mediū inter ſtatū innocentie ⁊
nature lapſe. In primo eniꝫ ſtatu nec natura
nec voluntas ſuberat neceſſitati moriendi. ſꝫ
in nobis tā natura q̄ volūtas ſubſunt neceſſi
tati moriendi: non ſic intelligendo ꝙ neceſſa
riū ſit voluntatē mori: ſed quia corpus a mor
te preſeruari nō poteſt. In natura aūt huma⸗
na xp̄i natura ſuberat neceſſitati moriendi.
ſed voluntas preerat. ita ꝙ non potuiſſet mo
ri niſi voluiſſet. Cui opinioni videtur cōcor⸗
dare Dama. libro. iij. c. xix. dicens. ꝙ non pre
cedebant in domino voluntatē naturalia. Ni
hil eñ coactū in ip̄o conſideratur: ſed oīa vo⸗
luntaria. Alij autē dicunt contrariū: quia ille
ſolus poteſt mutare curſuꝫ ⁊ legē nature qui
naturā inſtituit ⁊ ordinauit. cū ergo in natu⸗
ra humana xp̄i fuit neceſſitas moriēdi ex cō⸗
ditione nature. ergo ꝑ aliquā voluntatē cre
atam tanq̄ ꝑ cauſam efficientē non potuiſ⸗
ſet preſeruari a morte. ſi tamen ex deliberatio
ne mori noluiſſet: diuina voluntas eū a mor⸗
te preſeruaſſet. Huic opinioni ſecūde magis
q̄ prime Richardus inherere videtur: licꝫ vtra
qꝫ ſit ſuſtentabilis. Nihilominus propter di⸗
cta alia ſuboritur queſtio. Utrū xp̄s per volū
tatē ſepauerit miraculoſe aīam ſuā a ſuo cor⸗
pore: an vero fuerit ſeparata vi afflictionū ei
illatarum. Et reſpondet Rich. vbi. ſ. q. iiij. ꝙ
xp̄us mortuus fuit ꝑ violentiā afflictionuꝫ
ei illatarū: cōcurrente vehemētia doloris cō⸗
paſſionis que mortē accelerauit. Unde ⁊ Pe
trus Act. ij. dixit iudeis de xp̄o. Hunc ꝑ ma
nus iniquoꝝ affligentes interemiſtis. Et. c.
iij. Auctorē vero vite interfeciſtis. Et ſi argu
eretur ex dicto Aug. in. iiij. de trini. c. xiij. vbi
ait. Longa morte cruciabantur ligno ſuſpen⸗
ſi. Unde latronibus vt iā morerentur ⁊ de li⸗
gno ante ſabbatū deponerentur: crura confra
cta ſunt. Xp̄s autē quia mortuus inuentus ē
miraculo fuit. ergo ſi fuit mortuus miraculo:
non ꝑ violentiā mortuus eſt afflictionū illa
tarū. Reſpondet Richardus ad quartū ꝙ ibi
Auguſtinꝰ accipit miraculū pro mirabili: qꝛ
mirabatur pilatus ⁊ ſui quomodo ita cito eſ⸗
ſet mortuus: eo ꝙ cauſam accelerationis mor
tis eius non conſiderabant. Cuius accelera⸗
tionis cauſa fuit vehemētia doloris cōpaſſio
nis: ⁊ tenerrima cōplexio: quā habebat. ⁊ ꝓ⸗
terea ꝑ totā noctē fuerat afflictꝰ: ⁊ in crucifi⸗
gendo eū crucifigētes grauiꝰ extēderūt mem
bra eiꝰ q̄ illorū q̄ crucifixi fuerūt cū eo: qꝛ pl'
eū odiebant. Fuit tñ aliquo mō mors illa mi⸗
raculoſa: qꝛ niſi diſpēſatiue diuina potētia ꝓ⸗
hibuiſſet beatitudinē anime xp̄i in ſuū corpꝰ
redūdare: corpꝰ xp̄i nulla interueniēte morte
glorificatū fuiſſet. Qḋ ſi fuiſſꝫ factū nulla vir
tute creata potuiſſet illa aīa a corpe ſuo ſepa⸗
ri. Hec Rich. Ex q̄bꝰ oībꝰ colligimꝰ dñm nr̄m
ieſum xp̄m ꝓ charitate ſua voluiſſe vnire aīe
ſue corpꝰ paſſibile ⁊ mortale: vt ſic ꝓ nob̄ pec
catoribꝰ patiēdo ⁊ moriēdo ꝓ nr̄is debitis ſa⸗
tiſfaceret. Iudei aūt criminabant eū fore reū
mortis tanq̄ malefactorē: ſeductorē: ⁊ blaſ⸗
phemū. Tertio fuit vehemēs dolor xp̄i ꝓ⸗
pter deriſionē. qm̄. ſ. vſqꝫ mane dimiſſus eſt in
manꝰ ſeruoꝝ viliſſimoꝝ qui expuerūt in faciē
eiꝰ: ⁊ colaphis eū ceciderūt. Alij aūt palmas
in faciē eiꝰ dederūt dicētes. Prophetiza nob̄
xp̄e q̄s eſt q̄ te ꝑcuſſit. Et vt inq̄t Marcꝰ: ve⸗
lauerūt faciē eiꝰ. Et hoc fecerūt ſm̄ aliquos:
ne vidētes digniſſimā faciē illā pietate vince
rentur. O ieſu bñdicte q̄ dura nox hec eſt: in
qua a p̄ncipio vſqꝫ ad finē quietē neſcis: ſed
nunc vno mō: nūc alio corpe ⁊ aīo fatigaris.
O amātiſſime iuuenis q̄tū me pctōrē dilexi
ſti: quē cū tot laboribꝰ: paſſionibꝰ: ⁊ cruciati⸗
bus redimere voluiſti. O mens humana cur
tam dura es vt dño tuo compati negligas: q̄
pro cōpaſſione tua ſputis deturpatur. alapis
ceditur: ⁊ ab indigniſſimis ꝑſonis viliter ꝑ
tractatur. Heu me quid erat inſpicere illos ſe
uientes in eū. alios trahentes capillos eius:
nonnullos ſudariū leuantes ſpuere in os eiꝰ:
quoſdam importunis vocibus clamare in au
res eius: hos pugnis ꝑcutere pctus eius: il
los extenſa manu verberare collū eius. O ie⸗
ſu mi quantū nos dilexiſti. Sꝫ nos miſeri te
non diligimus. Uince o humanum cor: vince
torporē tuū genus humanū: ⁊ oēm affectum
tuuꝫ porrige ieſu xp̄o. Ecce ꝙ iam appropin
quat dies: ⁊ mors de proximo pro amore tuo
ſibi paratur. Sed vbi es o maria mater? Ubi
habitas? An ignoras que circa dilectiſſimū fi
lium tuum geruntur? Dicunt nanqꝫ quidam
ꝙ iohannes euāgeliſta dimiſſo ieſu in domo
caiphe cucurrit verſus bethaniam ad domuꝫ
magdalene: vbi virgo remāſerat quādo chri
ſtus cum diſcipulis ſuis venit hieruſalem ad
cenā faciendā: ⁊ ibi clamans ad oſtiuꝫ a vir

gine orante: tremente. ⁊ attonita auditus eſt
Aduocauit mox magdalenā. d. Surge filia ⁊
videamus quid nobis de filio meo ſignifica
tur. Aperta fuere oſtia domus: ⁊ intrauit Io
hannes eiulans: flens ⁊ lachrymās: dicēſqꝫ.
Heu me venerāda mater: q̄ durus tibi nun
cius aduenio. Et cuꝫ pre ſingultibus vix loq̄
valeret: interrogabat a v̄gine collachrymā⸗
te. Ubi eſt filius meus? vbi eſt ieſus meus?
Quid actū eſt de filio? Uiuit adhuc an iudei
interfecerūt eum? Heu me dolentē nimium.
Et iohānes reſpondere poterat atqꝫ dicere.
nōdum mortuꝰ eſt: ſed puto hodie morti erit
tradēdus. Comp̄henderūt enim illū in nocte
miniſtri iudeoꝝ: ⁊ detinēt eum vinctū in do⸗
mo caiphe: aſſerūtqꝫ neq̄ illi phariſei ⁊ ſcribe
d̄bere morti adiudicari. O q̄ gelidū tūc fcm̄
eſt cor illud v̄gineum: quātoue dolore reple⸗
ta fuit anima eius. Que ſtatim exiuit domuꝫ
cum iohāne ⁊ magdalena alijſqꝫ comitātibꝰ
hierl'm feſtina petēs. Cum aūt intrauit ciui
tateꝫ trāſeūtes quoſdā interrogabat. d. illud
Cant. iij. Nū quē diligit anima mea vidiſtis
filium meū vnicū? Et illi interrogabāt. q̄lis
eſt dilectus tuus. Et illa. Dilectus meus can⸗
didus ⁊ rubicūdus: filius meus pulcher ⁊ de
corus: ſanctus: morigeratus: v̄tutibus redi⸗
mitus: gratia plenus: etatis. xxxiij. annoꝝ: et
mihi chariſſimus. O fili mi ieſu vbi te inueni
am? Circūibo ciuitatē ꝑ vicos ⁊ plateas vt te
querā: vt te inueniā: vt te videā vt cōplectar
vt alloquar priuſq̄ moriaris. Perrexit tādeꝫ
vſqꝫ ad domū pōtificis vbi multitudinē con
gregatam inuenit: qm̄ ad Pilatū ieſus xp̄us
mittēdus erat. Tētabat ad filium ꝓperare: ⁊
non ꝑmittebat. Clamabat altiſona voce. Fi⸗
li mi ieſu: ieſu fili mi? Audiebat tūc forte filiꝰ
lamentantē matrē ⁊ adaugebat āguſtia mē
tis eius. Nam quāto inter eos amor erat ve
hementior: tanto vtriuſqꝫ dolor cōpaſſionis
intenſior. Compatiebat vtiqꝫ mater filio: cō
patiebat filius cōpaſſiue matri. Sed vt de
notius hanc partē euoluamus querendū eſt.
vtrum v̄go glorioſa magis dilexerit filiū ſuū
q̄ aliqua alia mater filios ſuos. Ad qḋ ego
reſpōdeo ꝙ ſic. ⁊ ꝓbo hoc multiplici ratione.

Primo rōne claritatis. Clare eñ virgo co⸗
gnoſcebat: ⁊ certiſſima erat ꝙ a filio ſumme
diligebat. ⁊ cum firmiter crederet ip̄m eē de
um in ſuo vtero incarnatū: ſciebat illum eam
diligere pre ceteris creaturis ⁊ hūanis et an⸗
gelicis: qre cor eiꝰ inflāmabat vt illum dilige
ret: a quo ſciebat magnopere ſe fore dilectaꝫ

Secundo hoc ꝓbo rōne ſanctitatis. Dilige
bat v̄go filium ſuū copioſiſſime: quē plenum
ſanctitate gratia omniqꝫ v̄tute diligendū cē⸗
ſebat. Tertio hoc ꝓbo rōne totalitatis. Fuit
eñ beata v̄go ita mater xp̄i: vt ab ea ſola ſpi
ritu ſancto cooperāte corpulentā ſubſtantiā
acciperet. Quare amor qui debet eſſe patris
⁊ matris ad filiuꝫ. erat in v̄gine ſola ad xp̄m
ab ea genitū. Quarto hoc ꝓbo rōne diutur⸗
nitatis. Amor eñ q̄to diuturnior tanto ve⸗
hementior. Cum ergo filiū ſuum v̄go dilexe
rit ꝑ annos. xiij. abſqꝫ vlla ꝑturbatione: con⸗
ſequēs eſt ꝙ eū diligebat in etate florenti iaꝫ
conſtitutuꝫ vltra q̄ dici poſſit. Quinto hoc
ꝓbo rōne familiaritatis. Nunq̄ eñ inuentꝰ
eſt aliquis filius qui ita blande: ita reuerent'
ita dulciter: ita familiarit' conuerſaret cū pa⸗
rentibus ſuis: ſicut xp̄s faciebat cum v̄gine
matre. Non eñ dubitare quiſpiā poſſet ꝙ ꝑ
tot annos quibus xp̄s cum matre cōuixit nō
fuerit liquefactū cor eius in amorē illius a q̄
totiens vocari matrē ſe ſenſit: quem et ip̄a fi
lium ſepe nomiabat. Quare firmiter teneo ꝙ
v̄ginis amor ad xp̄m vincebat oēm amoreꝫ
quorūcunqꝫ parentū qui tenerrime filios ſu⸗
os diligūt aut dilexerunt.

Qḋ xp̄us in p̄ntatione vehementer dolu⸗
it: ꝓpter accuſationem: ꝓpter flagellationeꝫ
⁊ ꝓpter coronationē.

Secūdi articuli primus dolor.

s Ecūdi articuli p̄mus dolor ieſu xp̄i
dicit̃ preſentationis. Cū eñ pilato
fuit p̄ſentatus doluit vehemēter. ⁊
p̄cipue propter tria.

Primo ꝓpter accuſationem.
Scḋo ꝓpter flagellationem.
Tertio ꝓpter coronationem.

Primo doluit vehemēter propter accuſa⸗
tionem. Ad quod intelligendū commemorā
dum eſt quod euāgeliſte tradūt. videlicet ꝙ
mane adductus fuit ieſus a domo caiphe ad
domum pilati preſidis in pretoriū. Erat autē
pretorium locus vbi audiebant ⁊ examina⸗
bantur rei: ⁊ ipſi non introierunt iudei in pre
torium: vt non cōtaminarent ex ingreſſu do
mus hominis gentilis: ſed manducarent pa
ſca id eſt azymos panes. qui a iudeis ꝑ dies
octo comedebantur. O impia cecitas. alieni⸗
gene iudicis pretorio contaminari timebant
et fratris innocentis ſanguinem nō timebāt
Exiuit ergo Pilatus ad eos foras dicens.
Quam accuſationem affertis aduerſus ho⸗
minem iſtum? Reſponderunt. Si non eſſet

hic malefactor: non tibi tradidiſſemꝰ eū. Ubi
Auguſtinus. Interrogent atq; reſpōdeāt ab
immundis ſpiritibus liberati: ceci videntes:
mortui reſurgētes. vtrum ſit malefactor. Ad
diderūt etiā qd lucas dicit. Hunc inuenimꝰ
ſubuertentē gentē noſtrā. ⁊ ꝓhibentē tributa
dari Ceſari: ⁊ dicentē ſe xp̄m regē eſſe. Dixit
eis Pilatus. Accipite eū vos: ⁊ ſm legē; ve
ſtra; iudicate eū. quaſi dicat. ſi ſufficit veſtra
examinatio: ſufficiat ⁊ veſtra ſentētia. Nam
vt dicit Nico. d̄ lira. Romani aliqua minora
iudicāda ꝑmiſerāt iudeis retinētes ſibi penā
mortis: ⁊ cauſa; ſanguīs. Ideo ꝑ hanc rñſio
nem inhibebat ne xp̄o mors inferret. Et ido
illi intēdentes eū morti adiudicari rñdebant
Nob nō l; interficere quēq̄. Introiuit ḡ iteru;
in pretoriū pilatus: ⁊ interrogauit ieſum. Tu
es rex iudeoꝝ? Ubi querit. quare Pilatꝰ ſic
eum interrogabat. Et rñdet Nico. de lira. ꝙ
cum iudei accuſaſſent eū de tribus. videl; q̄r
ſubuerterat gente; ⁊ ꝓhibuerat tributa dari
ceſari: ⁊ dixerat ſe eſſe regē. De duobus ꝑmiſ
pilatus nō curauit inquirere. Non de ꝑmo. q̄a
ip̄e gentilis erat: ⁊ nō iudeus. Non etiam de
ſecūdo: quia ſciebat illud eſſe falſum: ſed tātū
de tertio. eo ꝙ romani ſ nomen regiū a iudeis
abſtulerāt. Reſpōdit ieſus. A temetipſo h̄ di
cis: an alij tibi dixerūt de me? q. d. Concepiſti
hanc opinionē de me ꝑ temetip̄m. Ubi Chry
ſo. ait. Non ignorās īterrogat: ſ; ab ip̄o accu
ſari iudeos volens. vnde ſequit euangeliſta
reſpōdit pilatꝰ. Nūq̄d ego iudeus ſum? Gēs
tua ⁊ pōtifices tui tradiderūt te mihi. Quid
feciſti? Reſpōdit ieſus. Regnū meū non eſt
de hoc mūdo. quaſi dicat. non quero tp̄alem
dominationē. Dixit ei pilatꝰ. Ergo rex es tu?
Reſpōdit ieſus. Tu dixiſti: quia rex ſum ego.
Ego in hoc natus ſum ⁊ ad hoc veni in mun
do vt teſtimoniū ꝑhibeam veritati. Omnis
qui eſt ex veritate audit vocem meā. Dixit ei
pilatus. Quid eſt veritas? Et non expectato rñ
ſo exiuit ad iudeos dicēs. Ego nullam in eo
inuenio cauſam: ⁊ vt liberaret eum de furore
ip̄oꝝ ꝓpoſuit ſm conſuetudinē quā habebāt
ſc; in ſolēnitate paſce vt vnum reū morte pe
terent liberandū: an vellent xp̄m eſſe illū: vel
barrabam: qui in carceribus ꝓpter maleficia
ſua detinebat: ⁊ populo erat odioſus. Clama
uerunt omnes. Non hunc: ſed barrabam. O
quali gladio feriebat tūc cor v̄ginis matris
quādo audiebat horribiles illos clamores iu
deorum petentiū potius liberationē barrabe
latronis q̄ filij ſui innocētiſſimi. Dicit pilatꝰ
iudeis. Quid igit faciam de ieſu: qui d̄r xp̄s
Dicunt om̄s crucifigat. Et ille quid inq̄t ma
li fecit. Rñderūt. Cōmouit ꝑpl; ꝑ vniuerſa; iu
deam incipiēs a galilea vſq; huc. Quare pila
tus miſit ieſum ad herode; galilee tetrarchā
qui illis diebus hieroſolymis erat. Et cum ie
ſus benedictus nullū v̄bum corā eo dixiſſet
ſpreuit illū herodes cum exercitu ſuo: ⁊ illuſit
indutū veſte alba ⁊ remiſit ad pilatū. Pilatꝰ
aūt cōuocatis ꝓncipibus ſacerdotū dixit eis:
volens eripe xp̄m de manibus eorum. Ego
nullā cauſam inuenio in hoīe iſto ex his in q̄
bus eū accuſatis. Sed neq; herodes. Nā re
miſit eū ad nos: ⁊ ecce nihil dignū morte actū
eſt ei. At illi clamabāt. Nos legē habemus ⁊
ſm legem debet mori. Dixit eis pilatus. Cor
ripiam eum ⁊ dimittā. O pilate ſi innocens
eſt: cur corripies? Si reus: cur dimittes? O
q̄ laborioſa fuit mors ieſu xp̄i tam diu mali
gnis cōſilijs: criminationibus: accuſatōnibꝰ:
⁊ clamoribus exquiſita. Scd̄o doluit xp̄us
vehemēter ꝓpter flagellationē. quādo vt re
fert Marcus. Pilatus tradidit ieſum militi
bus flagellandū. Ut eīn doctores dicūt liga
uerunt illi ieſum denudatū ad columnā quā
dam ⁊ flagellauerunt eū a planta pedis vſq;
ad v̄ticē. Et vt ait greg. nazāzenus: caro xp̄i
flagellata poſt liuores ſanguinē ex omni ꝑte
ſcaturiebat. quo etiā terra ſub pedibus ieſu ⁊
columna ip̄a atq; flagella madefiebāt. Et vt
arbitror poſt crudelē illam flagellationē cu;
ſoluiſſent eū pre debilitate nimia ⁊ doloris i
menſitate in terrā cecidit ſanguie ſuo irriga
tam dn̄s noſter ieſus. Sed hic theologi q̄
runt. vtrū in xp̄o fuit vera doloris paſſio. Et
quidā l; nō dicere voluerint ꝙ nō arguentes
dicunt ꝑmo ex dicto Hilarij. d. in. x. li. de trini
tate. Uirtus corꝑis ſine ſenſu pene vim pene
in ſe deſeuientis excepit. verus aūt dolor nō
eſt ſine ſenſu pene. ergo ⁊c. Secūdo adducūt
dictum Dionyſij: qui ad iohannē euāgeliſta;
ita ſcribit. Abſit vt ita inſaniam vt credam
ſanctos aliquid pati ſm corꝑis paſſiones: ſ;
ſolum credo nos iudicare ip̄os ſentire. Si ḡ
ſancti nō ſentiūt paſſiones niſi ſm iudicium
et non ſm experientiam. ergo patiendo non
habent dolorem verum: ⁊ per conſequēs mĺ
to minus nec ſanctus ſanctorum chriſtus.

Tertio conantur probare opinionem ſua;
exemplo Moyſi qui ieiunauit quadraginta
diebus ⁊ quadraginta noctibus ſine aliqua
corporis leſione propter continuam contem
plationē. Si ergo perfectio contemplatiōis

aufert paſſionē ⁊ ſenſum famis: pari rōne vi
detur ꝙ aufert ſenſum doloris in carne paſſi
bili. Sed in xp̄o fuit continua contemplatio ⁊
perfectiſſima. ergo videtur ꝙ nulla fuit in eo
doloris experientia. Sed ꝯtra hanc opinio
nē eſt oīs ſcriptura ſacra. Uñ in ps̄. in perſo
na xp̄i dicitur. Afflictus ſum ⁊ humiliatꝰ ſum
nimis. Et iterum. Ego ſum pauper ⁊ dolens.
Et iterū. Super dolorē vulnerū meoꝝ addi
derunt. Propterea dicunt theologi di. xvi. ter
tij libri ꝙ vera doloris paſſio fuit in xp̄o. qm̄
in eo fuit caro paſſibilis ⁊ perforabilis. Fuit
etiā virtus ſentiendi ſm quā aīa cōpatit cor
pori leſo. Et qm̄ hec duo verū dolorē faciunt
ſc; vera leſio ⁊ verꝰ leſionis ſenſus: ⁊ hec duo
vere fuerunt in xp̄o: indubitanter tenendū ē
ꝙ in ipſo vera fuit doloris paſſio. Ad dictū
aūt Hilarij rñdetur ꝙ ſm quoſdā dictū illud
retractauit. Uel pōt dici ꝙ Hilarius in ver
bo predico nō excludit ſenſum doloris a xp̄o
ſm humanā naturā: ſed ſm diuinā. Unō illa
verba referenda ſunt ad perſona; xp̄i. Uel vt
magr̄ ſniaꝝ exponit dicere poſſumꝰ ꝙ hilariꝰ
non vult oſtendere xp̄m non habuiſſe veru;
dolorē: ſed non habuiſſe cauſam doloris. qm̄
paſſus eſt ꝓpter delicta noſtra. Ad ſecūdū
vero ſc; verbū Dionyſij dicit Boñ. in. iij. di.
xvi. ar. i. q. i. ꝙ dionyſius non vult dicere nec
ſenſit ꝙ beatꝰ iohānes ⁊ alij ſancti nō experiā
tur dolorē in tormentis: ſed vult cōmendare
cōſtantiā mentis: que non magis cōmoueba
tur ex experiētia ſenſus q̄ cōmoueretur ex ſo
la conſideratiōe ⁊ iudicio rōnis. Ad tertiū
vero qd̄ obijciebat de moyſe dicendu; q̄ etſi
dulcedo cōtemplationis quodāmodo ip̄m re
ficeret ⁊ a ſenſibus exterioribus abſtraheret:
adeo vt naturales virtutes quodāmodo cō
ſopiret vt non ita conſumerent ⁊ cibū requi
rerent: tñ ꝙ tanto tp̄e ieiunauit ſine ſui leſiōe
hoc fuit per ſpeciale beneficiū ⁊ diuinū mira
culū. ⁊ ideo non h; locū in ꝓpoſito: q̄r xp̄us in
paſſione ſua non exercuit miracula potentie:
ſed potius vſus eſt armis patiētie. Tertio
doluit vehementer xp̄s propter coronationē
quando milites duxerunt eū in atriū pretorij
⁊ induerunt eū purpura: ⁊ impoſuerunt capi
ti eius coronā ſpineā: ⁊ circundederunt eum
⁊ veniebant ad eū illudentes ⁊ dicentes. Aue
rex iudeoꝝ. ⁊ expuebant in eū ⁊ dabant ei ala
pas: ⁊ percutiebant caput eius. Et caput illō
angelicis ſpiritibus tremendū: vt ait Bernar
dus. ſpinarū denſitate pungebatur. Nam co
rona illa de iuncis marinis ad modū ſpinarū
acutis erat confecta. vt dicit Nicolaus de lira
At pilatus fecit ieſum ſic coronatū ⁊ purpura
veſtitū velut contemptibilē ⁊ abiectu; exire.
dixitq; iudeis. Ecce homo. quaſi dicat. puni
tus eſt: ideo debet vobis ſufficere. At illi ma
gis clamabant. Crucifige: crucifige eum. Et
poſt multa addiderunt. Si hunc dimittis nō
es amicus ceſaris. Omnis em̄ qui ſe regē fa
cit contradicit ceſari. Et cū talia agitarentur:
miſit ad pilatū vxor eius dicens. Nihil tibi ⁊
iuſto illi. quaſi dicat. nullo modo eū condem
nes: ſed magis dimitte. Multa em̄ ſu; hodie
paſſa per viſum propter eū. quia vt dicit Ra
banus: diabolus apparuerat ei mouens eam
terroribus ad liberationē xp̄i: volens ſic im
pedire hoim ſalutē. Sed dubitatur vtrū viſio
predicta facta fuerit in ſomno vel vigilia? Et
reſpondet Nicolaus de lira ꝙ hoc non habet
expreſſe: creditur tñ magis ꝙ fuerit i ſomno.
Qd̄ chriſtus in ſententiatione vehement
doluit propter onerationē: propter aſſociatio
nem: ⁊ propter lamentationē.

Secundi articuli dolor ſecundus.

Ecundus dolor ſecundi articuli dici
s tur ſententiationis. Uidens nanq;
pilatus non poſſe iudeorū furorē ſe
dare nec mitigare q̄nimo audiebat eos ma
gno cū tumultu clamātes. Si hūc dimittis ñ
es amicus ceſaris. accepta aqua lauit manꝰ
corā populo dicens. Innocens ego ſum a ſan
guine iuſti huius. Uos videritis. Ubi Remi
gius ait. Mos erat apud antiquos vt cum
vellet quis oſtendere ſe imunē eſſe ab aliquo
crimine: accepta aqua lauare manus ſuas co
ram populo conſueuerat. Et reſpondens vni
uerſus populus dixit. Sanguis eius ſuꝑ nos
⁊ ſuper filios noſtros. Quare pilatus huma
no timore victus pro tribunali ſedens ſm or
dinem curie ſue: ſniam iniuſta; contra ieſum
protulit vt crucifigeretur. Tunc amantiſſimꝰ
noſter ieſus cruciatus eſt ꝓpter tria.

Primo ꝓpter onerationē.

Secundo ꝓpter aſſociationē.

Tertio ꝓpter lamentationē.

Primo cruciatꝰ eſt ꝓpter onerationē. qm̄. ſ.
crux oneroſa ⁊ dura humeris ſuis fuit impoſita
Tūc em̄ cū de domo pilati v̄ſus montē caluari
rie duceret: anteq̄ deueniſſet ad locū: vt d̄r in
quadā hiſtoria: afflicta ⁊ meſta mater eiꝰ ob
uiā illi ꝓceſſit: volēs illū tangere ⁊ amplecti.
Quā vt filiꝰ aſpexit merore ꝯfectā: cecidit fa
tigatꝰ ſub cruce. Ipſa etiā mat̄ dulciſſima q̄ſi
mortua in terrā ruit. Ob qd̄ i loco illo in huiꝰ

facti memoriā capella a fidelibus conſtructa
fuit: que ſancta maria de ſpaſmo nuncupatur
Tandē iudei angariauere hominē cyreneum
nomine ſimonē vt tolleret crucem ieſu. Quē
vt aiunt quidā cū ſepius temptaſſet ieſus illā
portare pre debilitate ferre amplius non vale
bat. Curre o anima mea: curre velociter ⁊ hu
meros tuos ſubijce illi cruci: in qua ieſus dei
filius operabitur ſalutē tuā: imo oīum ſaluan
doꝝ. Sed hic doctores querunt quare xp̄s
benedictꝰ pati voluit mortē crucis. Et rn̄det
Tho. iij. parte. q. xlvi. ar. iiij. ꝙ hoc fecit ꝓpter
ſeptē rōnes. Prima rō eſt ꝓpter exemplū
virtutis. Dicit enī Aug. in libro. lxxxiij. q. Sa
pientia dei hoīem ad exemplū quo recte viue
remus ſuſcepit. Pertinet aūt ad vitam rectā
ea que non ſunt metuenda nō metuere. Sūt
aūt hoīes qui q̄uis mortē ip̄am non timeāt
genus tn̄ mortis horreſcunt. Ut ergo nullū
genus mortis recte viuenti hoī metuendum
eſſet: illius hoīs cruce oſtendendū fuit. Nihil
enī erat inter oīa genera mortis illo genere
execrabiliꝰ ⁊ formidabiliꝰ. Secunda rō eſt
quia hoc genꝰ mortis maxime cōueniēs erat
ſatiſfactioni ꝓ peccato primi parentis. Unde
Aug. dicit in quodā ſermone de paſſione. Cō
tempſit adā preceptū accipiēs ex arbore: ſed
quicq̄d adā perdidit: xp̄s in cruce inuenit. Et
Ambro. de xp̄o ita ait. De parētis prothopla
ſti fraude facta condolens: qm̄ pomi noxialis
morte morſu corruit. ip̄e lignum tūc notauit
damna ligni vt ſolueret. Hoc opus noſtre ſa
lutis ordo depopoſcerat: multiformis ꝓdito
ris ars vt artem falleret: ⁊ medelā ferret inde
hoſtis vn̄ leſerat. Et iterū eccleſia dicit. Om̄i
potēs eterne deus qui ſalutē humani generis
in ligno crucis conſtituiſti: vt vnde mors ori
ebatur inde vita reſurgeret: ⁊ qui in ligno vin
cebat in ligno quoqꝫ vinceretur. Tertia rō
eſt: quia vt dicit Chryſo. in ſermone de paſſio
ne. In excelſo ligno ⁊ non ſub tecto paſſus eſt
vt etiā ipſius aeris natura mundaretur. Sꝫ
⁊ ip̄a terra ſimile beneficiū ſentiebat decurrē
tis de latere ſanguinis ſtillatione mundata.
Et idē Chryſo. ſuper Iob. inquit. Audiens ſu
ſpenſionē itelligas in altū: vt ſanctificaret ae
rem qui ſanctificauerat terrā ambulando in
ea. Quarta rō eſt: quia ꝑ hoc ꝙ xp̄s in cru
ce moritur aſcenſum nobis parat in celū. vt
Chryſo. dicit. Quinta ratio eſt. qꝛ hoc com
petit vniuerſali ſaluationi totius mundi. Nā
figura crucis vt ait Gregorius nazanzenus:
a medio contracta in quattuor extrema parti
ta: ſignificat virtutem ⁊ prouidentiam eius
qui in ea pependit vbiqꝫ diffuſam. Chryſoſt.
etiam dicit ꝙ in cruce expanſis manibꝰ mori
tur vt altera manu veterē populū: altera eos
qui ex gentibus ſunt trahat. Sexta ratio
eſt. quia per hoc genus mortis diuerſe virtu
tes deſignantur. Unde Aug. dicit in libro de
gratia veteris ⁊ noui teſtamēti. Non fruſtra
tale genus mortis elegit: vt latitudinis ⁊ alti
tudinis ⁊ longitudinis ⁊ profunditatis: de q̄
bus apl's loquitur: magiſter exiſteret. Nā la
titudo eſt in eo ligno qd̄ tranſuerſum deſuper
figitur. hoc ad bona op̄a pertinet: qꝛ ibi extē
duntur manꝰ. Longitudo eſt in eo ligno: qd̄
vſqꝫ ad terrā trahitur: quo crux ſtat ſiſtitur ⁊
perſeuerat. qd̄ longanimitati tribuit. Altitu
do eſt in ea ligni parte: que ab illa que tranſ
uerſa figit verſus ſurſū relinquit. hoc eſt ad
caput crucifixi. quia bene ſperātiū ſuperna ex
pectatio eſt. Iam vero illud ex ligno qd̄ fixū
occultat vnde totū illud exurgit ſignificat ꝓ
funditatē gratuite gratie. Et ſicut etiā Aug.
dicit ſup Iob. Lignū in quo fixa erant mem
bra patientis ad cathedrā fuit magiſtri docē
tis. Septima rō ē: qꝛ hoc genꝰ mortis plu
rimis figuris rn̄det. Ut enī Aug. dicit in ſer
mone de paſſiōe. In diluuio aquarū humanū
genus arca lignea liberauit. De egypto dei po
pulo recedente moyſes mare virga diuiſit: ⁊
Pharaonē proſtrauit: ac populū dei redemit.
Idem moyſes lignum in aqua miſit ⁊ amari
tudinem eius in dulcedinē commutauit. Et
lignea virga de ſpirituali petra ſalutaris vnda
profertur. Et vt Amalech vinceretur: contra
virgam moyſes expanſis manibus extendi
tur. Et lex dei arce teſtamenti creditur lignee
vt his omnibus ad lignū crucis per quoſdā
gradus veniatur. Secundo cruciatus eſt
xp̄s ingēti dolore propter aſſociationē. Aſſo
ciatus nanqꝫ eſt cū duobus latronibus ſicut
predixerat Eſa. liij. c. Et cū ſceleratis deputa
tus eſt. Ubi doctores querūt vtrū hoc con
uenienter ſit factū. Et rn̄dent ꝙ in hoc alia fu
it intentio iudeoꝝ: alia ordiatio dei. Quantū
enī ad intentionē iudeoꝝ ſic dicit Chryſoſt.
Duos latrones vtrinqꝫ crucifixerunt: vt eoꝝ
ſuſpitionis fieret particeps: ſed nō ita euenit
Nā de illis nil dicitur: huiꝰ aūt vbiqꝫ crux ho
noratur. Reges diademata deponentes aſſu
munt crucem in purpuris ⁊ diadematibꝰ ma
ximis: in menſa ſacrata: vbiqꝫ terrarū crux co
micat. Quantū vero ad dei ordinationē xp̄s
cū latronibꝰ crucifixus eſt. Primo qꝛ vt dicit

Hiero. ſuper Matth. Sicut ꝓ nobis maledi
ctum crucis factus eſt: ſic ꝓ omniū ſalute in
ter noxios quaſi noxius crucifigit. Secundo
vt dicit Leo papa in ſermōe de paſſione. Duo
latrones: vnus ad dexteram: alius ad ſiniſtrā
crucifiguntur: vt in ipſa patibuli ſpecie denota
retur illa que in iudicio ipſius hominū omni
um facienda eſt diſcretio. Et Aug. dicit ſuper
Iohannē. Ipſa crux ſi attendas tribunal fuit
In medio enī iudice cōſtituto: vnus qui cre
didit liberatus: alter qui inſultauit damna
tus eſt. Iam ſignabat quid facturus eſt de vi
uis ⁊ mortuis: alios poſiturus ad dexteram: ⁊
alios ad ſiniſtram. Tertio ſm̄ Hilarium duo
latrones leue ac dextre affigunt: omnem hu
mani generis diuerſitatem vocari ad ſacra
mentum paſſionis domini oſtendentes: ſed
quia per diuerſitatē fidelium atqꝫ infidelium
ſit omniū ſm̄ dexteram ⁊ ſiniſtram diuiſio. v
nus ex duobus ad dexteram ſitus fidei iuſtifi
catione ſaluatur. Tertio cruciatus eſt xp̄s
acerbo dolore ꝓpter lamentationem. quando
vt meminit Lucas: ſequebat illum multa tur
ba populi ⁊ mulierū que plangebant ⁊ lamen
tabantur eum. Cum quibus etiam ipſe cōpa
tiendo p̄dixit futuram illius ciuitatis calami
tatem ⁊ deſolationem. Sed doctores hic
querunt. cur ieſus xp̄s in hieruſalem pati vo
luit. Et reſpondent ꝙ hoc cōuenienter factū
eſt multiplici rōne. Primo quidem. qꝛ hie
ruſalem erat locus a deo electus ad ſacrificia
ſibi offerenda: que quidem figuralia ſacrifi
cia figurabant xp̄i paſſionem: que eſt verum
ſacrificium. iuxta illud Ephe. v. Tradidit ſe
metipſum oblationem ⁊ hoſtiam deo in odo
rem ſuauitatis. Secundo quia virtus paſ
ſionis eius ad totū mūdum diffundēda erat:
ideo in medio terre habitabilis pati voluit. id
eſt in hieruſalē. Unde dicitur in pſalmo. De
us autē rex noſter ante ſecula: operatus eſt ſa
lutem in medio terre. i. hieruſalē: que dicitur
eſſe terre habitabilis vmbilicus. Tertio qꝛ
hoc maxime cōueniebat humilitati eius. vt. ſ.
ſicut turpiſſimū mortis genus elegit: ita etiā
ad eius humilitatē pertinuit ꝙ in loco tā cele
bri cōfuſionem pati nō recuſauit. Unde Leo
papa dicit in ſermōe ep̄hie. Qui formā ſer u
ſuſceperat bethleem p̄elegit natiuitati: ⁊ hie
roſolymā paſſioni.

Qd̄ in crucifixione xp̄s vehementer dolu
it ꝓpter potationem: ꝓpter cōclauationē: et
ꝓpter eleuationem.

Secundi articuli dolor tertius.

Tertius dolor ſecūdi articuli dicitu
crucifixionis. qn̄ crucifixerunt eum
in monte caluarie. vbi nimio dolore
agitatus eſt ꝓpter tria.

Primo ꝓpter potationē.
Secūdo ꝓpter cōclauationē.
Tertio ꝓpter eleuationē.

Primo nimio dolore agitatus eſt xp̄s ꝓ
pter potationē. qꝛ vt inq̄t Mattheus. Dede
runt ei vinū bibere cum felle mixtū. Ubi
querendū eſt quare illo vino ſic amaro pota
uerunt eū. Et dicit Nicolaus de lira. ꝙ aliqui
dicunt id factū fuiſſe. vt citius xp̄s moreret:
et ſic milites eius cuſtodia citius expedirent:
qui debebant eū cuſtodire quouſqꝫ expiraſſet.
Sed ipſe Nico. aliter dicit. Nā legit in quodā
libro hebraico: qui apud eos intitulat liber iu
dicum ordinarioꝝ: ꝙ qꝛ Salomon dixerat
Prouerb. xxxi. Date ſiceram merentibus: et
vinū his qui amaro ſunt animo. vt bibant et
obliuiſcant egeſtatis ſue. Et ideo ſeniores iu
deoꝝ ſtatuerant vt cōdemnatis ad mortē da
ret vinum aromaticū ad bibendū: vt facilius
tolerarent paſſionē. In hieruſalem autē erāt
matrone deuote ⁊ cōpaſſiue: que hoc vinum
et ſiceram. i. potū inebriatiuū dabant ex deuo
tiōe. Iudei ergo ex nimia crudelitate moti ta
le vinum datū ꝓ xp̄o ⁊ alijs duobus latroni
bus acceperūt ſibi ſm̄ ꝙ dictū erat Amos. ij.
Uinum damnatoꝝ bibebant: ⁊ loco eius po
ſuerunt acetū cum felle mixtū. Talem potum
cū guſtaſſet ieſus noluit bibere. Nec cōtradi
cit Marcus. cuius textus habet. Et nō acce
pit: qꝛ non accepit ad bibendū: ſed ad guſtan
dum ſolū: vt ſic impleret in eo quod dictū eſt
in pſalmo. Et dederūt in eſcā meā fel: ⁊ in ſiti
mea potauerūt me aceto. Scd̄o multo do
lore fatigatus eſt xp̄s ꝓpter cōclauationem.
qn̄. ſ. cruce iā parata atqꝫ diſpoſita: ⁊ in terra
collocata ſm̄ cōem opinionē exuentes nequā
illi magno impetu dn̄m ieſum xp̄m ad terrā ꝓ
iecerūt vt clauis eū cōfigerent. Et lꝫ euangeli
ſte nō oīa dicant: qꝛ tm̄ eſſentialia ſcribere cu
rauerūt: nihilominus ꝟiſimiliter credere poſ
ſumus: ꝙ ita nudatus ⁊ genuflexus ieſus vt
ſe ſup crucē extēderet oculis ad celū leuatis in
corde ſuo dixit. Suſcipe ſctē pater eterne me
dilectū filiū tuū: quē tibi offero i ſacrificiū ima
culatū ꝓ ſalute humani generis: ⁊ remiſſione
pctōꝝ. Ecce iam nō offerunt tibi legalia ſa
crificia hircoꝝ: aut agnoꝝ vl ſimiliū: ſꝫ caro in
nocētꝫ mei filij tui. Triginta ⁊ tres anni elapſi
ſūt q̄bus hāc crucē ſꝑ aſpiciēs in illā mori ꝓ

humani generis redemptione cõcupiui ⁊ deſideraui. Tandē ꝓijciēs ſe ſuper crucē: manus ſuas ⁊ pedes liberaliſſimo geſtu extendit. Ac ceperūt autē clauos crucifixores: ⁊ ꝯfixerunt eū. Malleoꝝ autē ictus ⁊ ſonitus audiri poterāt a virgine matre: cuius cor clauis illis acutiſſimis: qui manus ⁊ pedes: oſſa ⁊ carnes filij ſui rumpebant cõfigebatur. Crucifixi ſunt etiam cū eo duo latrones: quos pleriq; voluerunt tenere fuiſſe cruribus alligatos tm̄. Sed ego dico ꝙ fuere cõclauati. q2 vt inquit Aug. ſup Johannē. Pendētes in ligno: clauis ad lignum manibus cõfixi: ꝑducta morte necabanf. Scripſit autē ⁊ titulū Pilatus: ⁊ poſuit ſuper crucē. Erat autē ſcriptū. Jeſus nazarenus rex iudeoꝝ. litteris hebraicis: grecis: ⁊ latinis. Ubi querif a doctoribus cur hac triplici lingua deo volente titulus ille fuerit ſcriptus. Et rn̄det Chryſoſ. Credibile eſt multos gentiles ſimul cū iudeis ꝑpter feſtū ꝯueniſſe et ideo vt nullus ignoraret nō in vna lingua: ſed in tribus ſcripſit. Et Aug. dicit. Tres lingue ibi p̄ ceteris eminebāt. Hebraica ꝑpter iudeos in dei lege gloriantes. Greca ꝑpt̄ gentiū ſapientes. Latina ꝑpter romanos multis ac pene oībus tūc gētibus imperātes. Theophilus vero inqt. Significat autē ſuperſcriptio triplici ſermone ſignata, dn̄m eſſe regem practice: philoſophice: necnō theologice. Nā per latinas lr̄as figuraf practica: eo ꝙ romanū imperiū potentiſſimū ſatiſq; officioſum in expeditionibus fuit. Per grecas vero philoſophia figuraf. Greci nanq; erga naturaliū ſpeculationē inſudauerūt. Demū per hebraicas theologia protendif dū iudeis eſt credita rerū diuinaꝝ agnitio. Dicebant ergo Pilato pontifices iudeoꝝ. Noli ſcribere rex iudeoꝝ. ſed q2 dixit. Rex ſum iudeoꝝ. Rn̄dit Pilatus. Qd̄ ſcripſi ſcripſi. Milites autē diuiſerūt ſibi veſtimenta ſua: ⁊ tunicam mittētes ſortē. erat autē tunica incõſutilis. i. ſine ſutura deſuper cõtexta per totū: ſuper quā miſerunt ſortes. Et licz Marcus dicat ꝙ ſortes miſerūt ſuper eis. ſ. alijs indumentis xp̄i: tn̄ ſm̄ Nico. de lira. illud debet intelligi ꝑ ſynecdochen. i. ſup aliqd eoꝝ. i. ſuper tunicā. Tertio vexatus eſt ieſus multo dolore qn̄ crux fuit eleuata a terra: et poſita in foramine atq; plantata: in qua iā natus erat fructus noſtre ſaluationis: anteq̄ꝫ in monte caluarie defigeref. Jn ipſo autē motu ⁊ eleuatiōe crucis: ac plantatione pondus corpis per tres clauos vel quatuor ſm̄ quoſdam ſuſtinebaf. Jdeo mēbra illa debilitata incredibili cruciabanf dolore. Sed ⁊ tunc meſtiſſima mater filiū intuens cõtemptibilē: cõfuſibilē: deſpectū: deformem: grandi anguſtia plenū: plagis attritū: in medio latronum pendentē: adiutorio Magdalene ⁊ Johānis q̄ꝫ tū potuit cruci ꝓpinquā ſe fecit. Ubi mutatū cernens aſpectus filij ſui venuſtatē ⁊ elegantiā: cõſiderānſq; q̄ꝫ graui ſupplicio detinebaf lamētabiles voces emittebat. Hec aūt expſſit Johānes qn̄ dixit. Stabat aūt iuxta crucem ieſu mater eius: ⁊ ſoror matris eius Maria Cleophe. ⁊ Maria magdalene. Sz dubiū hic eſt. q2 Luce. xxiij. dicif. Stabant oēs noti eius a lōge. Sed dicit Nico. de lira. ſeqndo Aug. in li. de ꝯſenſu euangeliſtarū. ꝙ in tāto interuallo erāt. vt ⁊ iuxta dici poſſent: q2 in cõſpectu eius p̄ſto aderant: ⁊ a longe reſpectu turbe ꝓpinquius circūſtantis cū Centurione et militibus. Pretereuntes autē blaſphemabant eū mouentes capita ſua ⁊ dicētes. Uah qui deſtruis templū dei: ⁊ in triduo illud reedificas. Salua temetipſum. Si filius dei es deſcende nunc de cruce. Similiter ⁊ principes ſacerdotuz illudentes cū ſcribis ⁊ ſenioribus dicebant. Alios ſaluos fecit: ſeipſum nō poteſt ſaluum facere. Jeſus autē in tot perſecutionibus ⁊ maledictis dixit verbū illud primū in cruce omnis patientie exemplū. Pater dimitte illis: q2 neſciunt quid faciunt. opere implens quod verbo docuit qn̄ dixit. Orate pro perſequentibus ⁊ calūniantibus vos. Jmproperabant etiā ei latrones qui crucifixi erant cū eo. Lucas vero dicit ꝙ vnus tm̄ blaſphemabat: quem alius reꝑhendit. Sed Aug9. in libro de cõſenſu euangeliſtarū dicit. ꝙ Johannes loquif in plurali ponens plurale ꝑ ſingulari ſm̄ vſitatum loquendi modū. Uel poteſt dici ſm̄ Hieronymū ꝙ primū vterq; blaſphemauerit: deinde vnus credidit in chriſtum: et priorē negationem ſequenti cõfeſſione emendauerit. Unde Hieronymus ſequif. Jn duobus latronibus vterq; populus ⁊ gentiliū et iudeorū. primo dominum blaſphemauit: poſt ea ſignorū multitudine alter exterrit9 egit penitentiam. ⁊ vſq; hodie iudeos increpat blaſphemantes. Hec ille. Dixit ergo latro penitēs Dn̄e memento mei dum veneris in regnū tuum. Reſpiciens autē ieſus benedictus huius latronis cõtritionem: fidem: ſpem atq; charitatē: reſpondit ei ſecūdū verbū: qd̄ in cruce ꝓtulit dicens. Hodie mecū eris in paradiſo. O felix ꝓmiſſio. O breuis tante felicitatis adimpletio. Nullus ante latronem hoc verbum

audiuit. Promiſſa ſiquidē fuit patribus ⁊ ꝓphetis eterna vita ꝑ xp̄m: ſ3 nulli ſicut latroni ita breui ſpacio deſignata.

Qd̄ i iſpectōne xp̄s vehemēter doluit ꝑpt̄ querelationem: ꝑpter recordationē: ⁊ ꝑpter cõmendationem.

Secūdi articuli dolor quartus.

q

Uartus dolor ſecundi articuli ē inſpectionis. Cū em̄ de cruce inſpexiſſet matrē aſperrimo dolore vulneratum eſt cor eius ⁊ ꝑcipue ꝑpter tria.

Primo ꝑpter querelationē.

Scd̄o ꝑpter recordationem.

Tertio ꝑpter cõmendationem.

Primo doluit xp̄s ꝑpt̄ q̄relationē. Audiebat nanq; querelas matris ingemētis ⁊ dicētis ſibi vocabulum illud qd̄ ꝑ triginta ⁊ tres annos cum tanta dulcedine vtriuſq; commemorauerat. Jn paſſione ꝟo illud ꝓferebat cū corde pleno dolore merore ⁊ amaritudine. Poterat ergo ꝟgo illa ſanctiſſima lamētari ⁊ dicere. Fili mi anime mee olim cõſolatio ⁊ gaudiū: nūc aūt gladi9 penetrabilior om̄i mucrone acutiſſimo. Fili mi quē nouē menſibus in vtero tenui: quē paruo lacte paui: quē totiēs infantem ⁊ paruulū pannis inuolutū. i cuna repoſui: ⁊ amoroſis amplexibus ſtrinxi inter vbera mea ⁊ oſculata ſum. O q̄ꝫ infelix mihi ⁊ tibi facta ē dies iſta. Et q̇s poterit mederi vulneribus doloꝝ meoꝝ: ⁊ mitigare anguſtiam miſelle matris tue: cū inſpiciā te filiū meum vt leproſum factū: q̇ ſpecioſus eras pre filijs hoīz. vt maleficū ⁊ reū cū iniquis deputatum. Qui ſanctus ſanctoruz es: vt fatuum et ſtultum cerno: in quo recōditi ſunt om̄s theſauri ſapiē dei: vt hoſtē ⁊ oīm inimicum: qui omnibus affabilis benignus ⁊ human9 ſemper aſtitiſti: ⁊ ſup omnia velut oblitū mei vidue matris tue. Nam ecce iam morieris: ⁊ nihil mihi dicis. Et quid faciaz ego ſine te filio meo? Quo diuertā? Ad quem confugiam. Tu mihi pater. tu mihi frater. tu mihi blādus filius eras: tu mee diuitie: tu mee delitie: tu mea gloria. O me deſolatā: quē tm̄ filiū in cruce video deficere. O amātiſſime fili loquere mihi matri tue: loquere vt audiā vocē tuā cygneo canore dulciorē. Loquere inquā vt ſic ſaltem audiens ꝟba tua patiētior fiam ad tolerādā que me cruciat ꝑ amore tuo penā. Non deneges mihi quod poſtulo. Exaudi me et verbo tuo conſolare ne deficiā in hac tribulatione. O fili mi lumen oculoꝝ meoꝝ condeſcēdiſti latroni miſericorditer loquēs ei. Acqeſce itaq; voto matris tue: ⁊ dic mihi quid factura ſim. Cui me orphanā derelinq̇s? His vel ſimilibus querelis pulſabat meſtiſſima mater aures afflictiſſimi filij ſui: qui non minorē penaz experiebaf i mente ꝑpter teneritudinē matris q̄ꝫ ſentiebat in corpore a planta pedis vſq; ad capitis ꝟticem vulnerato. Jdeo ſm̄ quendam deuotū: tacitus in corde ſuo dicebat carmen illud vulgare ſiue eius ſniam. Matre mia benedicta molto tevego afflicta. El tuo lacrimare e vna ſagitta. Che el cuor mio ha paſſato. Non piangere o matre mia. El tuo lacrimare e pena mia. Supporta ſin chio ſia da morte reſuſcitato. Scd̄o doluit xp̄s ꝑpter recordationem. Jn talibus nāq; myſterijs recordabaf: ⁊ in ſeipo conferebat dicens. O mea mater quomodo omnia gaudia q̄ d̄ me ſuſcepiſti cõuerſa ſunt in merorē ⁊ luctū. Ubinam ſunt angeli in mea natiuitate cantātes? Ubi paſtores ad p̄ſepe veniētes? Ubi orientales reges in cuna me adorātes? Ubi grata ꝑ triginta ⁊ tres annos vtriuſq; conuerſatio ⁊ familiaritas? Ubi tot ⁊ tanta de me p̄dicata miracula: ꝑpter que omnia letabaf cor tuum? Heu me; nūc vides tm̄ filiū tuū factum in deriſum omni populo: ⁊ abiectiſſimam mortez pati. Tertio doluit xp̄s ꝑpter cõmēdatiōez quādo aꝑiens os ſuū mellifluū dixit ei. Mulier ecce filius tuus ſcz iohānes euāgeliſta: q̇ ſecū iuxta crucē aſtabat. Et vt doctores dicūt non vocauit eā materno noīe: ſed cõmuni ne ex teneritudine noīs materni: ſi exprimeref aggrauaref anim9 eius. Deinde cõmendans eaz diſcipulo dixit. Ecce mater tua. q. d. Deputo te ad eius obſequiū. Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſuā. ſcz curam ⁊ diligentiā. O quot doloꝝ aculeis punctū fuit cor virgineuz ex vna parte: cum mulieris non matris audiuit vocabulum: licet ex parte altera aliq̄liter cõſolaref: quia filius amātiſſimus eius ieſus eam commendauerat dilecto diſcipulo. Jdeo Auguſtinus ait ſup hoc paſſu Job. Ex illa hora ⁊c. Hec nimirū eſt illa hora. de qua ieſus aquam conuerſurus in vinum dixerat matri. Quid mihi ⁊ tibi eſt mulier? nondum venit hora mea. Tunc em̄ diuina factur9 non diuinitatis ſed infirmitatis matrem velut incognitā repellebat. Nunc autem humana iā patiens ex quo fuerat factus homo: affectu commendabat humano. Moralis igitur inſinuatur locus ⁊ exemplo ſuo inſtruit preceptor bonus: vt a filijs pijs impendatur cura parentibus tanq̄ꝫ lignum illud vbi erant fixa

mẽbra moriẽtis eſſet cathedra mgr̃i docẽtis.

Qđ xp̃s vehementer doluit in clamatione ꝓpter mũdi horrorẽ: ꝓpter ſui cõfuſionẽ: et ꝓpter patris derelictionẽ.

Tertij articuli primus dolor.

Primus dolor tertij articuli dicit̃ clamationis. Oſtendit em̃ in clamore ſuo immenſitatem doloris: ⁊ potiſſimũ ꝓpter tria.

Primo ꝓpter mundi horrorẽ.

Secũdo ꝓpter ſui cõfuſionẽ.

Tertio ꝓpter patris derelictionẽ.

Primo oſtẽdit xp̃s immẽſitatẽ doloris in mũdi horrore. qñ. ſ. inſenſibiles creature crudelitatẽ q̃ in ipſum fiebat horrẽtes modo ſuo patienti ieſu cõpati viſe ſunt. A ſexta nanq̃ʒ hora tenebre facte ſunt ſuper vniuerſaʒ terrã vſq̃ʒ in horã nonã. Et vt Lucas inquit. Sol obſcuratus eſt. ⁊ velum tẽpli ſciſſum eſt in duas partes: a ſummo vſq̃ʒ deorſum. ⁊ petre ſciſſe ſunt. ⁊ terra mota eſt. Ubi appet perturbatio corpoꝝ ſuperioꝝ primo: deinde inferiorũ. Qualiter autẽ fuit illa tũc ſolis eclipſis doctores varie ſunt opinati. Hieronymus nãq̃ʒ dixit ꝙ ille tenebre fuerũt facte ꝑ retractionẽ radioꝝ ſolis diuina virtute. Origenes autẽ dixit ꝙ hoc factũ eſt ꝑ interpoſitionẽ nubiũ denſarũ. Sed in hoc magis credendũ eſt Dionyſio ariopagite: qui dicit in ep̃la ad Policarpũ hoc fuiſſe per interpoſitionẽ lune inter terrã ⁊ ſolẽ: ſicut fit in eclipſi ſolis. Et ibidẽ dicit ꝙ ipſe hoc vidit tũc exiſtens in Egypto vbi eſt aeris puritas. Uidit igit̃ lunã ab oriente aſcendentẽ verſus meridiem ⁊ ſupponentẽ ſe ſoli. Hiero. aũt ⁊ Orige. nõ loquunt̃ de illa eclipſi aſſerẽdo ꝙ ſic fuerit vt dicũt: ſed ꝙ potuit ſic fieri. Quare ſequendo Dionyſiũ dicimus ꝙ illa eclipſis nõ potuit eſſe naturalis: ſed miraculoſa. ⁊ hoc multipliciter. Primo q2 luna erat q̃ntadecima. ⁊ tũc diſtat a ſole ꝑ diametꝝ celi. Eclipſis aũt ſolis nõ põt fieri naturaliter niſi tempore cõiunctionis ſolis ⁊ lune: ꝓpter quod dicit Dionyſius ꝙ mirabat̃. quia non erat tempus cõueniens ad talem cõiunctionem. Secundũ miraculuʒ fuit: q2 trãſacta eclipſi luna rediit ad orientẽ: ita ꝙ in veſpere fuit in oriente ſole exiſtente in occidẽte: ⁊ ſic orbes eorũ ſunt ad priſtinum ſtatũ reſtituti.

Tertiũ miraculum fuit. quia pars oriẽtalis ſolis primo fuit obſcurata: ⁊ iterũ vltimo illuminata. cõtrario autem modo fit in eclipſi naturali. Quartũ miraculum fuit ꝙ luna fuit immobilis ſub ſole per tres horas. In naturali vero eclipſi ꝯtinue mouet̃ ſub ſole: vt etiam refert Chryſoſ. Quintũ miraculũ fuit. q2 illa eclipſis abſtulit lumẽ vniuerſis partibus terre: licet aliqui hoc velint intelligi tm̃ de terra Iudee. Ueruntm̃ vt apparet ex dictis Dionyſi fuit in Egypto: fuit in grecia: ⁊ fuit Rome: ⁊ ſic in alijs mũdi partibus. Unde Oroſius ait. Cum dñs patibulo affixus eſt maximo terremotu per vrbẽ Romam facto: ſaxa in montibus ſciſſa: maximarũq̃ʒ vrbium plurime partes plus ſolita cõcuſſione ceciderunt Eodẽq̃ʒ die ab hora dei ſexta ſol in totũ obſcurat⁹ eſt. tetra nox ſubito obducta terris eſt: adeo: vt ſtellas tũc diurnis horis: vel potius in illa horrẽda nocte toto celo viſas fuiſſe referatur. Euſebius etiã in chronica aſſerit ſe legiſſe ꝙ tũc in Bithynia que eſt in Aſia fuit magnus terremotus: ⁊ maior ſolis obſcuratio q̃ vnq̃ fuerit: ⁊ ꝙ dies hora ſexta in tenebroſam noctẽ verſus fuerit a vt ſtelle viderent̃ i celo: ⁊ ꝙ in Nicea que eſt vrbs Bithynie multas edes terremotus ſubuerterit. De illius eclipſis miraculo. Dionyſius i epiſtola ad Apolophanũ qui ſecum erat in Egypto illo tempore poſtea ſic ſcripſit. Cum reperimus: quia et erat notiſſimũ ſolem pati moleſtias nõ debere: aio ad te vaſte peritie ſacrarium: adhuc neſcimus tante rei myſterium. Quid inquã ſpeculum doctrine Apolophani his ſecretis aſcribis: atq̃ʒ tu mihi ore diuino: ⁊ nõ humani ſenſus ſermone? O bone Dionyſi diuinarum permutationes ſunt rerũ. In hiſtoria vero ſcholaſtica legit̃ ꝙ philoſophi ad hoc adducti ſunt vt dicerent. Aut deus nature patit̃ aut ordo nature peruertitur. De turbatiõe corporuʒ inferioꝝ clara ſunt omnia. Tantũ de velo ſciendũ eſt ſm Nicolaũ de lira. ꝙ erat iuxta templũ inter ſanctũ ⁊ ſanctũ ſanctoꝝ. Cuius ſciſſio ſignificauit impletionẽ veritatis in morte xp̃i q̃ latebat in figuris veteris teſtamẽti.

Scđo fuit imẽſus dolor xp̃i ꝓpt̃ ſui cõfuſionẽ: qñ ꝯſiderabat q̃ ꝯfuſibiliter patiebat̃: q2 p̃cedẽti dñica ab oi ppl'o ita venerabiliter fuerat ſuſceptus. Erat etenĩ paſſio ei⁹ ignominioſiſſima ⁊ deſpecta valde: de qua alias deo dãte ſuo loco dicem⁹. Tertio imẽſus fuit dolor xp̃i ꝓpter patris derelictõeʒ. Ideo clamãs circa horã nonã voce magna dixit. Hely hely lama zabathani. Qđ eſt interp̃tatũ. hely. i. deus meus. lama. i. quare. zabathani. i. dereliquiſti me Ubi gloſa. dicitur deus eũ deſeruiſſe in morte quia poteſtati perſequentium eum expoſuit. Subtraxit enim ꝓtectionem: ſed non ſoluit vnionem. Quidam autẽ illic ſtantes. ſcilicet milites romani ſm Hieronymuʒ idioma hebraicum ignorantes dicebant. Heliaʒ vocat iſte. At ⁊ mater verba illa audiens ⁊ intelligens. illorumq̃ʒ viri conſiderans vndiq̃ʒ experiebatur merorem.

Qđ xp̃s vehemẽter doluit in potatione ꝓpter amaricationẽ: ꝓpter pctõꝝ obſtinatõeʒ ꝓpterq̃ʒ matris lamentationẽ.

Tertij articuli ſecundus dolor.

Secũdus dolor tertij articuli dicitur potationis: quãdo iterum clamans dixit. Sitio. oblataq̃ʒ fuit ori ei⁹ ſpõgia potu amariſſimo repleta. Tũc doluit xp̃s propter tria.

Primo ꝓpter amaricationem.

Scđo ꝓpter pctõꝝ obſtinationem.

Tertio ꝓpter matris lamentationẽ

gis cōſonum eſt pietati ꝙ reſurrexerint poſt
xp̄m, nō iterū morituri. Tum q2 mors ē pena pec-
cati: ⁊ ipſi erant ab oī pctō vltimate purgati:
tum q2 corpibus eoꝝ vnite fuerūt aīe glorifi-
cate: ex qua vnione ſm Aug. in epl'a ad Dio-
ſcoꝝ efficiunt corpa ipaſſibilia ⁊ glorioſa. Re-
ſurrectio autē illoꝝ ponit ab euangeliſta ante
reſurrectionē xp̄i per q̄dam anticipationē: p-
pterea ipſe ait. Et exeuntes de monumētis poſt
reſurrectionē eius. i. xp̄i. ſm Nicolaū de lira.
venerunt in ſanctā ciuitatē ⁊ apparuerūt mul-
tis. ¶ Secundū tempus ānotādū i reſurrecti
one xp̄i dicit retardatū. Licet eīm ſurrexit an
te reſurrectionē generalē: nō tī ſtatī vt mor
tuus eſt reſurrexit: ſed diſtulit vſq3 in diē ter-
tiū. ⁊ hoc rōnabiliter ꝓpter tria. Primo ꝓ-
pter ſignificationē. vt. ſ. ex hoc ſignificaret ꝙ
lux ſue mortis curauit noſtrā duplicē morte.
et ideo vna die integra ⁊ duabus noctibus ia
cuit in ſepulcro. vt per diem intelligat lux ſue
mortis. per duas noctes noſtra duplex mors.
Hanc rōnem aſſignat glo. ſup illud Luc. vlt.
Oportuit xp̄m pati ⁊c̄. Scd̄a rō fuit ꝓpter
reſtaurandoꝝ pfigurationē: quā tāgit Petr⁹
rauen. dicēs. Tres dies voluit xp̄s eſſe ſue ſe-
pulture: que in celo ſunt reſtauraturus: que in
terra reparaturus: que apud inferos redēptu-
rus. Tertia rō fuit ꝓpter pbationē. vt ſc3
pbaret veritatē mortis eius. vt ſic clarius elu
ceſceret veritas reſurrectiōis. ¶ Tertiū tp̄s
annotandū de reſurrectiōe xp̄i dicit determi-
natū. Surrexit eīm die tertia. quod pdixerat
Matth. xij. Sicut enī Jonas fuit in ventre
ceti tribus diebus ⁊ tribus noctibus: ſic erit fi-
lius hoīs in corde terre. i. in ſepulcro. ſm glo.
tribus diebus ⁊ tribus noctibus. Notandū tī
ſm Aug. li. iiij. de tri. ꝙ h̄ intelligit p ſynecdo
chen. vt pma dies accipiat ſ3 partē ſui poſtre-
mā. ſecunda dies ſm ſe totā ⁊ integrā. tertia
ſm partē ſui primā. ⁊ ſic erunt tres dies. ⁊ qli
bet hoꝝ dieꝝ ſuā noctē habuit pcedentē. Tūc
eīm ſm Bedā mutatus eſt ordo: ⁊ curſus die-
rū ac noctiū. Antea eīm dies pcedebant ⁊ no-
ctes ſequebant. poſt paſſionē aūt h' ordo mu-
tatus eſt. ita ꝙ noctes pcedūt. ⁊ dies ſequunt.
et hoc myſterio cōgruit. qm̄ hō primo de die
gr̄e cecidit i noctē culpe. poſt paſſionē aūt xp̄i
et reſurrectionē de nocte culpe redijt ad diem
gr̄e. ¶ De hora vero reſurrectiōis varie lo-
quunt doc. Nā quidā vident dicere ꝙ ſurre-
xit media nocte. quidā vō ꝙ ſurrexit in auro-
ra. Rō aūt huius diuerſitatis eſt ꝓ eo ꝙ cōſi-
derant diuerſimode in illa dilatiōe cōgruētiā

q̄tum ad numerū horarū. Nam aliqui incipi
unt tp̄s cōputare ab hora ſexta qua crucifix⁹
eſt ⁊ tenebre facte ſunt ſup vniuerſam terrā.
et iſti ptendūt tp̄s vſq3 ad mediā noctē inter
diē ſabbati ⁊ diē dn̄icum. ⁊ ſic cōputāt trigin
ta ſex horas. q2 tūc erat equinoctiū v'nale q̄n
xp̄s dn̄s paſſus eſt. Aliqui inceperūt cōputa-
re a ſero in quo poſitus fuit in ſepulcro. ⁊ ptē
dunt tp̄s vſq3 ad diluculū diei dn̄ice: ⁊ tā3 iſti
ꝙ illi tandē cōſiderant ꝯgruentiā tāte dilatio
nis. Jdeo eīm dn̄s diſtulit p trigintaſex horas
vt i hoc ſignificet liberatio ⁊ victoria pfecta.
Jlle eīm numerus eſt ex ſenario numero in ſe
ducto. q̄ quidē eſt numerus pfectus ſm arith
meticū. Eſt ⁊ alia ꝯueniētia: q2 in triginta ſex
horis ſunt due noctes. ⁊ vnus dies: ita ꝙ ſal-
ua eſt ibi ꝓportio ſimplicis ad duplū. vt ſigni
ficet (ſicut pdictū eſt) ꝙ xp̄s vna ſimplici ſua
vetuſtate abſtulit duas nr̄as vetuſtates. L3
ergo (vt ait Bon. di. xxij. tertij. li. q. iij) pdicte opi
niōes videant differre: tī ꝯueniūt in aſſignā
do tp̄is ꝯgruentiā. Et poſſet dici ꝙ in hora ſi
bi nō ꝯdicūt. q2 dupliciter dr̄ res fieri. aut q̄n
fit ſm veritatē. aut q̄n innoteſcit. Et illi q̄ ho
ram mediā noctis aſſignāt reſurrectiōis tp̄s
determināt q̄n pmo fuit. q̄ vō mane aſſignāt
tp̄s determinant q̄n innotuit. Uel certe reſur-
rectio fuit int' horā medie noctis. ⁊ mane dilu
ce. ⁊ q2 mediū denoiat ab extremis: ideo aliq̄
dicūt fuiſſe i media nocte: aliq̄ vō in mane.
¶ Qō xp̄s reſurrexit inuiſibiliter: veraciter
et feliciter. Caplm̄ II

Secūdū myſteriū declarandū de reſur-
rectiōe xp̄i dr̄ qualitatis. Jn quo ſci-
endum eſt ꝙ xp̄s reſurgere voluit a
mortuis cū triplici q̄litate ⁊ ꝯditiōe.

- Surrexit eīm primo inuiſibiliter.
- Secūdo veraciter.
- Tertio feliciter.

¶ Primo ſurrexit inuiſibilit': q2 nullus mor-
taliū vidit eū reſurgentē. Ad qd̄ intelligendū
q̄rūt doc. vtꝝ reſurrectio xp̄i in ſuo actu debuit
oīb⁹ manifeſtari. Et q̄buſdā videt ꝙ ſic. Pri
mo q2 ſi publico pctō debet publica pnīa. ſm
illd̄. i. Timo. v. Peccantes corā oībus argue.
Jta merito publico debet p̄miū publicū. ſ3 cla-
ritas reſurrectiōis eſt p̄miū hūilitatis paſſio
nis. vt Aug. dic̄ ſup Joh̄. Cū ḡ paſſio xp̄i oīb⁹
fuerit manifeſtata eo publice patiēte videt ꝙ
glia reſurrectiōis ipſi⁹ debuit oīb⁹ manifeſta
ri. Scd̄o arguit. q2 diſcipuli viderūt xp̄m
actu aſcēdētē i celū. iux illd̄ Act. i. Uidētib⁹ il
lis eleuat⁹ ē. ḡ a ſili debuerūt ipſū videre actu

a mortuis reſurgētē. Tertio arguit: q2 illi q̄
b⁹ fuit māifeſtata reſurrectio xp̄i teſtes fuerūt
reſurrectiōnis. quod teſtimoniū ferebāt publi
ce pdicando: quod nō cōuenit mulieribus. ḡ
videt ꝙ icōueniēter pmo illis ꝙ ceteris fue
rit manifeſtata. ¶ Reſpōdet Tho. iij. pte. q. lv.
ar. i. ꝙ eoꝝ (que cognoſcunt) quedā cognoſcū
tur cōmuni lege nature. quedam vō ex ſpeci-
ali munere gr̄e. ſicut ea que diuinit⁹ reuelāt.
quoꝝ (vt Diony. dicit in li. cele. hierar.) hec eſt
lex diuinit⁹ inſtituta: vt a deo immediate ſu-
perioribus reuelent: quibus mediātibus de
ferant ad inferiores. ſicut p3 in ordinatione
celeſtiū ſpirituū. Ea vō (que pertinent ad fu
turam gl'iam) cōem oīm cognitionē excedūt
ſm illud Eſa. lxiiij. Oculus nō vidit de⁹ abſq3
te que pparaſti expectātibus te. Jdeo hmōi
ab hoie nō cognoſcunt niſi diuinit⁹ reuelata.
Quia ergo xp̄us reſurgens non reſurrexit ad
vitam mortalē: ſ3 immortalē ⁊ gl'ioſam: ideo
reſurrectio illi⁹ debuit ordinate pus angelis
deinde p angelos hoībus reuelari. Un̄ Hila-
rius ſup Mat. dicit ꝙ iō angel⁹ pmus reſur-
rectionis eſt index: vt quodā famulatu pater
ne volūtatis reſurrectio nūciaret. Et vt dicit
Actuū. x. Dedit eū manifeſtū fieri nō oī pplo
ſ3 teſtibus pordinatis a deo. ¶ Ad pmū ergo
argumentū dicendū ꝙ paſſio xp̄i pacta ē in
corpe adhuc habēte naturā paſſibilē: que cōi
lege nota eſt oībus. ⁊ ideo paſſio xp̄i oī pplo
immediate manifeſtari potuit. Jpſa autē re-
ſurrectio ſimpl'r ſupnaturalis ⁊ miraculoſa
fuit. Ad ſcd̄m argumentū dicendū ꝙ aſcen
ſio xp̄i q̄tum ad terminū a quo nō traſcēde-
bat hoim cōem noticiā: ſ3 ſolū ad terminum
ad quē. Et ideo diſcipl'i potuerūt videre aſcē
ſione xp̄i q̄tū ad terminū a quo ſc3 ſm ꝙ ele
uabat a terra. nō aūt viderūt ipm quātū ad
terminū ad quē: q2 nō viderūt quō reciperet
in celo. Sed reſurrectio xp̄i traſcēdebat cōe3
noticiā: ⁊ q̄tum ad terminū a quo: ſm ꝙ aīa
redijt ab inferis: ⁊ corpus de ſepulcro clauſo
exiuit: ⁊ q̄tum ad terminū ad quē ſm ꝙ eſt
adeptus vitā gl'ioſa3. Et ideo nō debuit fieri
reſurrectio ſic ꝙ ab hoie videret. Ad tertiū
argumentū dicendū ꝙ mulieri non pmittit
docere in eccl'ia publice: ſ3 bene pmittit aliq̄s
domeſtica admonitione inſtruere. Apparuit
ergo xp̄s pmo marie magdalene: vt ſic mulier
pma fuit nūcia mortis: ita eſſet nuncia vite.
Ex quo Cirillus ait. Femina (que quodāmo-
do fuit mortis miniſtra) venerāde reſurrectō
nis miſteriū pma pcipit ⁊ nūciat. Adeptū eſt

ergo femineū genus ⁊ ignominie abſolutio-
nem ⁊ maledictionis repudiū. Similr' etiam
p hoc oſtendit ꝙ q̄tum ad ſtatū gl'ie ptinet.
nullū detrimētū patiet ſexus femine⁹. Oſtē-
dit etiā ⁊ xp̄us: quia iam nō venerat vocare
iuſtos. ſed pctōres: ⁊ quia pctōres ⁊ meretri-
ces ad pniam redeūtes precedēt in regno ce-
lorum. Supeſt adhuc ⁊ alia rō quare mulieri-
bus pus apparuit: eo ꝙ ipe ipm ardētiſſime
amauerunt: intantū vt ab eius ſepulcro diſci-
pulis recedētibus non recederent: ⁊ precipue
ipſa feruētiſſima Magdalena: que ſtabat ad
monumentū foris plorās. vt dr̄. Joh̄. xx. que
a xp̄o ſibi apparēte interrogata. mulier quid
ploras: eſtimās ꝙ hortulanus eſſet rn̄debat
Tulerunt dominū meū. ⁊ neſcio vbi poſuerūt
eum. Domine ſi tu ſuſtuliſti eum dicito mihi
vbi poſuiſti eum: ⁊ ego eū tollam. O ardens
amor marie magdalene. Colloquebat magi-
ſtro ſuo de ſeipo cū tanta affectione: q̄re xp̄s
benedictus eam nominādo Maria ſe cogno
ſcendum illi dedit: atq3 voluit prius ꝙ diſcipu
lis ſibi appareret. ¶ Secūdo ſurrexit chriſtus
veraciter: quia verū corpus habuit. Contra
quod aliqui arguūt. Primo quia verū corp⁹
nō poteſt eſſe cū alio corpore in eodem loco:
ſicut erat corpus chriſti. na3 intrauit ad diſci
pulos ianuis clauſis. vt dicit Joh̄. xx. caplo.
Secūdo quia verū corpus non euaneſcit ab
aſpectu intuentiū niſi forte corrumpatur: ſed
corpus chriſti euanuit ab oculis diſcipuloꝝ
eum intuentiū. vt dicit Luce vltimo. Tertio
q̄a cuiuſlibet veri corpis eſt determiāta figu-
ra: ſed corpus xp̄i apparuit diſcipulis in alia
effigie. vt patet Marci vltimo. ergo videtur
ꝙ xp̄us poſt reſurrectionē nō habuit verum
corpus humanū. ¶ Ad pmum argumentum
reſpondet Tho. q. liiij. art. i. ꝙ corpus chriſti
poſt reſurrectionē nō ex miraculo: ſed ex ꝯdi-
tione glorie (ſicut quidā dicūt) clauſis ianuis
ad diſcipulos intrauit ſimul cū alio corpore i
eodem loco exiſtēs. Uel dicendū ꝙ nō ex na-
tura corpis: ſed potius ex v'tute diuinitatis
vnite illud corpus ad diſcipulos (l3 verū eſſet)
ianuis clauſis intrauit. Un̄ Augu. ſup Joh̄.
dī. Moli corporis vbi diuinitas erat clauſa
oſtia nō obſtiterūt. Jlle q̄ppe nō eis apertis in
trare potuit: quo naſcēte v'ginitas mr̄is in-
uiolata pmāſit. ¶ Ad ſcd̄m argumētū dic̄ tho.
vbi. s. ꝙ quicūq3 habet corpus glorificatum
in poteſtate ſua habet videri quādo vult. ⁊ nō
videri quando non vult. hoc tamen xp̄us ha
buit nō ſolum ex cōditione corporis glorioſi.

ſed etiã virtute diuinitatis ſue. Euanuit ergo
ab oculis diſcipulorum:non quia corrumperet
aut reſolueret in aliqua inuiſibilia. ſed q̃a ſua
volũtate deſijt ab eis videri: vel eo pñte vel
eo abſcedente p dotem agilitatis. Et ſi adhuc
quereret cur poſt reſurrectionẽ non conuer-
ſabat cum diſcipulis ſicut ante cõtinue. Rñ-
det Tho. vbi. ſ. q. lv. ar. iij. ꝙ circa reſurrectio
nem xp̃i duo erant diſcipulis declarãda. ſcilꝫ
ip̃a veritas reſurrectionis: ⁊ glia reſurgentis.
Ad veritatem aũt reſurrectionis manifeſtã-
dam: ſufficit ꝙ eis pluries apparuit vt dicet
in tertio myſterio. Ad gliam aũt reſurrectio-
nis manifeſtandã noluit cõtinue conuerſari
cum eis ſicut p̃us fecerat: ne videret eis ad
talem vitã reſurrexiſſe qualẽ p̃us habuerãt.
Ad tertium dicendũ ꝙ apparuit diſcipulis ſi-
cut voluit ſine ſui mutatione: quia ſic erat in
poteſtate eius. Ex quibus cõcludim⁹ ꝙ verũ
corp⁹ habuit ⁊ veraciter reſurrexit. Tertio
ſurrexit xp̃s feliciter. q: in reſurrectione cor-
pus habuit glioſuꝫ: quod apparet triplici rõ-
ne. Primo quidem quia reſurrectio xp̃i fuit
exemplar ⁊ cauſa noſtre reſurrectiõis. Sãcti
aũt in reſurrectione habebũt corpa glorioſa.
vt dicit apoſtolus p̃ma Cor. xv. Unde cum
cauſa ſit potior cauſato: ⁊ exemplar exempla-
to: multo magis corpus xp̃i glioſum fuit cũ
reſurrexit. Secũdo hoc apparet: quia p hu-
militatẽ paſſionis meruit gliam reſurrectio-
nis. Tertio q: anima xp̃i a p̃ncipio ſue con-
ceptionis fuit glioſa p fruitionẽ ⁊ viſionem
diuinitatis. Eſt aũt diſpenſatiõe factuꝫ vt ab
anima gloria non redũdaret in corpus. ad h̃
ꝙ myſteriũ noſtre redemptionis ſua paſſio-
ne impleret. ⁊ ideo pacto hoc myſterio anima
xp̃i ſtatim in corpus in reſurrectione reaſſũ-
ptum ſuam gliam deriuauit: ⁊ ita factum eſt
corpus illud glioſum. de quo Phil. iij. ap̃lus
dicit. Reformabit corpus hũilitatis nr̃e con-
figuratũ corpori claritati ſue. Sꝫ nonnulli obij-
ciunt ꝑpter cicatrices quas in corpe poſt re-
ſurrectionẽ retinuit: q̃ ad quãdã corruptiõeꝫ
ꝑtinere vident. Ad quod rñdet Tho. vbi. ſ.
ar. iiij. ꝙ cicatrices ille erant in corpe chriſti
poſt reſurrectionẽ non ad corruptionẽ ⁊ de-
formitatẽ. ſed ad dignitatẽ ⁊ decorẽ. vt dicit
Augu. li. xxij. de ci. dei. Quare aũt cũ cicatrici-
bus reſurrexit: plures a doctoribus aſſignãt
rõnes. Prima rõ eſt ꝑpter gliam xp̃i. Unde
Beda ſup Lucã. Non (inquit) ex impotẽtia cu
randi cicatrices ſuauit: ſed vt in ꝑpetuũ vi-
ctorie ſue circũferat triumphuꝫ. Sc̃da ratio
fuit ad confirmandã fidẽ circa reſurrectõeꝫ.
Tertia rõ vt patri p nobis ſupplicans, quale
gen⁹ mortis p homine ꝑtulerit ſemp oſtẽdat.
Quarta rõ vt illas in iudicio ad confuſionẽ
reproborum demõſtret. Unde Aug. in lib. de
ſymbolo ait. Inimicis vulnera demõſtraturꝰ
eſt ſua vt conuincẽs eos veritas dicat. Ecce ho-
minẽ quẽ crucifixiſtis: videte vulnera q̃ in-
fixiſtis: agnoſcitis latus quod pupugiſtis: q̃
niam per vos: ⁊ propter vos apertuꝫ eſt: nec
intrare voluiſtis.

Q̃d ſufficienter chriſtus declarauit reſur-
rectionem ſuam verbo/nuncio/⁊ argumento.
Capitulum. III

Ertiũ myſteriũ declarandũ de reſur-
rectione xp̃i dr̃ veritatis. Uoluit nã-
q̃ clementiſſimus ſaluator noſter veritatem
reſurrectionis ſue declarare ſufficiẽter; quod
fecit tripliciter.

Primo verbo.
Secundo nuncio.
Tertio argumento.

Primo declarauit xp̃s veritatẽ reſurrectiõ
nis ſue verbo: q̃n ſcꝫ ante paſſionẽ prenũciauit
illã. Unde Mat. xvij. poſt tranſfigurationem
ſuam dixit. Nemini dixeritis viſionem hanc
donec filius hominis a mortuis reſurgat. Et
Mat. xx. poſtq̃ dixit ꝙ filius hois erat cru-
cifigend⁹: ſubdidit. Et tertia die reſurget. Et
Mat. xxvi. paſſione ſua iaꝫ de ꝓximo iminẽ-
te dixit. Poſtq̃ reſurrexero precedam vos in
galileam. Sc̃do declarauit veritatem reſurre-
ctiõis ſue nũcio: q̃n ſcꝫ ip̃o volẽte angel⁹ dixit
mulieribus. Surrexit nõ eſt hic. Mar. vlti. ⁊
Mat. xxviij. Tertio id declarauit argumen-
to. Unde Act. i. Prebuit ſeip̃m viuũ in argu
mẽtis multis poſt paſſionẽ ſuã. Notandũ tñ
(vt inq̃t tho. iij. pte. q. lv. ar. vj.) ꝙ argumentuꝫ
dr̃ dupl'r. Uno modo quecũq rõ rei dubie fa-
ciens fidẽ. Alio modo aliq̃d ſenſibile ſignum
quod inducit ad alicuius veritatis manifeſta-
tionẽ. Primo modo xp̃s non ꝓbauit diſcipu-
lis reſurrectionẽ: q: talis ꝓbatio argumẽta-
tiua ꝓcedit ex aliquib⁹ p̃ncipijs: q̃ ſi nõ eẽnt
nota diſcipulis: nihil per ea eis manifeſtare
tur: q̃ ſi ex ignotis non poteſt aliquid fieri
notũ. Si autem eſſent eis nota non trãſcẽde-
rent rõnem humanã. ⁊ ideo nõ eſſent effica-
cia ad fidẽ reſurrectionis aſtruendã: q̃ rõneꝫ
humanã excedit. Oportet em̃ principia ex eo-
dem genere aſſumi. vt dicit p̃mo poſterior.
Si autẽ accipiat argumentũ ſecũdo modo:
ſic chriſtus reſurrectionẽ ſuam dicitur argu-

mentis declaraſſe inquãtũ per quedã ſigna
euidẽtiſſima vere ſe reſurrexiſſe oñdit. Oſtẽ-
dit aũt illa ꝑpter duo. Primo: q: nõ erant
corda eorum diſpoſita ad hoc ꝙ de facili fidẽ re-
ſurrectiõis acciperẽt. Uñ dixit eis Luc. vlti.
O ſtulti ⁊ tardi corde ad credẽdũ. Et Mar.
vlti. Exprobrauit incredulitatem illorum. Se-
cundo vt p hmõi ſigna eis oſtẽſa efficaci⁹ te-
ſtimoniũ illorum redderet. Ip̃a aũt argumẽta
vel ſigna cũ ſimul ſumpta oſtẽdũt verã ⁊ glo
rioſam reſurrectionẽ. Q̃d vera fuerit reſur
rectio oſtẽdit xp̃s ex pte corporis/⁊ ex pte aie.
Primo ex pte corpis / circa q̃d tria oñdit.
Primo ꝙ eſſet verũ ⁊ ſolidũ nõ fantaſticũ vl
rarificatum ſicut aer. per hoc ꝙ palpabile ꝓbuit. Uñ
ip̃e dixit Luc. vlti. Palpate ⁊ videte: q: ſp̃us
carnẽ ⁊ oſſa nõ hꝫ ſicut me videtis hr̃e. Sc̃do
oñdit ꝙ eſſet corp⁹ hũanũ oſtẽdẽdo eis verã
effigiẽ: quã oculis intuerent. Tertio oñdit ꝙ
eſſet idẽ corp⁹ nũero oſtẽdendo vulnerũ cica-
trices. ob q̃d dixit Luc. vlti. Uidete man⁹ me
as ⁊ pedes meos: quia egoipſe ſum. Sc̃do
oſtẽdit veritatẽ reſurrectiõis ex pte aie itera
to corpi vnite. ⁊ hoc p opa triplicis vite. Pri-
mo quidẽ p op⁹ vite nutritiue. in hoc ꝙ cũ di-
ſcipulis mãducauit ⁊ bibit. vt legit Luc. vlt.
Et ſi diceret ꝙ angeli in aſſumptis corpib⁹ cõ-
ederũt ⁊ biberũt. vt pꝫ Geñ. xviij. de angelis
quos abraã ſuſcepit hoſpicio. ⁊ tñ et hoc non
cõcludit ꝙ angeli habeãt vera corpa ſibi natu
raliter vnita. ergo nec p hoc ꝙ xp̃us comedit
poſſet argui ꝙ habuerit ſuũ verũ corp⁹ iterũ
aie vnitũ. Rñdet Tho. vbi. ſ. ad. i. ar. ꝙ ẽ alia
rõ de angelis: alia de xp̃o. Nã angeli apparen-
tes nõ aſſerebãt ſe hoies eẽ: ſicut aſſeruit xp̃s
ſe verũ hoiem eſſe. Etiã alit' xp̃s mãducauit:
⁊ alit' angeli. Nã q: corpa ab angelis aſſum-
pta nõ erãt corpa viua vel aiata: non erat ve-
ra comeſtio: lꝫ eſſet vera cibi cõtritio ⁊ iniectio
in interiorẽ partẽ corpis aſſumpti. Uñ ange-
lus dixit Tob. xij. Cũ eſſem vobiſcũ videbar
quidẽ mãducare ⁊ bibere vobiſcũ: ſꝫ ego cibo
inuiſibili vtor. Sꝫ q: corp⁹ xp̃i vere fuit aiatũ:
vera fuit ei⁹ comeſtio. q: (vt Aug. inq̃t.) Non
ptãs ſꝫ egeſtas edẽdi corpib⁹ reſurgentiũ au-
fert. quare xp̃s vere mãducauit ptãte nõ ege-
ſtate. Jõ Beda inq̃t. Mãducauit poſt reſurre-
ctionẽ non q̃ſi cibo indigẽs: nec q̃ſi nos in re-
ſurrectione (quã expectam⁹) cibis egere ſignifi-
cans. ſꝫ vt eo mõ naturã corporis reſurgẽtis
aſtrueret. Sc̃do oñdit veritatẽ reſurrectio-
nis per opa vite ſenſitiue. in hoc ꝙ diſcipulis
ad interrogata rñdebat ⁊ p̃ntes ſalutabat, in
quo oñdebat ſe ⁊ videre ⁊ audire. Tertio p
opa vite intellectiue: in hoc ꝙ cũ eo loquebã-
tur ⁊ de ſcripturis diſſerebant. ⁊ (ne q̃d deeſſet
ad ꝑfectionẽ manifeſtatiõis) oñdit ſe hr̃e di-
uinã naturã per miraculũ q̃d fecit in captura
piſciũ. ⁊ vlteri⁹ p hoc ꝙ eis vidẽtib⁹ aſcẽdit
i celũ. Gliam adhuc oñdit intrãs ianuis clau-
ſis/pmittẽs ſe videri ⁊ nõ videri. Uñ Greg.
in omel. Palpãdã carnẽ dñs ꝓbuit: quã clau-
ſis ianuis introduxit: vt etiã poſt reſurrectio-
nẽ oſtẽderet corp⁹ ſuũ eiuſdẽ nature: ⁊ alteri⁹
glie. Ip̃e itaq redẽptor mũdi (q̃ tot argumẽ-
tis veritatẽ ſue reſurrectiõis (vt tactũ eſt) con-
firmauit) voluit tãdẽ de illa certiores nos red-
dere. cũ ad ſe attraxit oẽs ꝑplos: oẽſq natio-
nes (falſorum deorum cultu penit⁹ extincto). Quõ nã-
q (niſi viueret de⁹ ⁊ hõ ſedẽs in glia pr̃is) cre-
didiſſent in eũ nõ ſolũ populares ⁊ rudes: ve-
rumetiã ⁊ docti ph̃i/ac potẽtiſſimi reges/⁊ p̃n-
cipes. O vere efficaciſſimũ ſignũ ad creden-
dũ in xp̃m reſuſcitatũ: quẽ adorant (vt dixim⁹)
tot milia miliũ eorum qui credũt ⁊ ſperant in il-
lum. Ipſe igit' eſt in cui⁹ femore erat ſcriptũ.
Hic eſt rex regum ⁊ dñs dñantiũ. Apoc. xix.
Ipſe eſt cui data eſt oĩs ptãs in celo ⁊ in ter-
ra: qui ſurrexit vere regnaturus cum patre ⁊
ſp̃uſancto in eternũ. Amen.

Feria tertia poſt dñicã reſurrectionis de re
ſurrectione oium generali ante iudiciũ: con-
tra illos quibus hec videtur veritas impoſſi-
bilis. Sermo LXXIII

Uidete man⁹ meas ⁊
pedes meos: q: egoipſe ſum. Uer-
ba ſunt redẽptoris nr̃i Luc. xxiiij.
⁊ i euãgelio hodierno. Cũ audim⁹ a mortuis
ſuſcitatũ dñm ieſum xp̃m ſpem nr̃am ſubleua
re debem⁹ ad futurã oium reſurrectionẽ. Q̃m
aũt pleriſq incredulis ⁊ curioſis impoſſibile
videt: ac nullo pacto veriſimile ꝙ rurſus aie
ſuis corpib⁹ reuniant. ſicq oẽs hoies tandeꝫ
reſurgent. Idcirco in preſenti ſermone de ge-
nerali reſurrectiõe aliqua diſcutiem⁹. q̃m hãc
ſaluator nr̃ reſurgẽs idẽ numero p̃monſtra-
uit in ſeipſo. ſicut patet in verbis allegatis in
themate: in quibus ad generalem reſurrectio
nem animum reuocantes tria myſteria decla
rabimus.

Primũ dr̃ veritatis.
Secundũ generalitatis
Tertiũ qualitatis.

Q̃d veritas reſurrectiõis gn̄alis ꝓbat per
auctes: rõnes: ⁊ exẽpla. Caplm I

PRimū myſteriū de reſurrectiõe generali declarandū dꝛ ꝟitatis. In q̄ ponit̄ talis ꝯclõ: ꝙ numero electoꝝ cõpleto oēs aīe reunient̄ coꝛpibus ſuis ⁊ reſurgēt hoīes illi ijdē ſm naturā q̄ prius fuerūt

Probat̄ aūt hoc tripliciter

Primo auctoꝛitate
Secundo ratione.
Tertio exemplo.

Primo auctē. Scribit̄ eñ Job. xix. Scio eñ ꝙ redēptoꝛ meus viuit viuit. ⁊ in. n. d. d. t. ſ. ſ. ⁊ rur. c. p. m. ⁊ in. c. m. v. d. ſ. m. q. v. ſ. e. i. ⁊ n̄ a. ⁊. o. m. c. ſ. Propter q̄ verba Hiero. dicit de Job ad paulinū. Ut de ceteris ſileam reſurrectionē coꝛpoꝝ ſic ꝓphetat: vt nullꝰ de ea vel manifeſtius vel clariꝰ ſcripſerit. Et Ezechiel xxxvij. deus ait. Ecce ego intromittā in vos ſpm̄ ⁊ viuetis. ⁊ dabo ſup vos neruos ⁊ ſuccreſcere faciā ſup vos carnē: ⁊ ſuperextendā in vobis cutē: ⁊ dabo vobis ſpm̄ ⁊ viuetis: ⁊ ſcietis q2 ego dñs. Et Eſa. xxvi. dicitur. Uiuent moꝛtui veſtri: interfectiqꝫ mei reſurgent. Et Dañ. xij. Multi de his q̄ doꝛmiūt in t̄re puluere euigilabūt. alij ī vitā eternā: alij ī oppꝛobrium vt videant ſemꝑ. Et Sopho. iij. Expecta me in die reſurrectõis. Et Jone. ij. Subleuabis de coꝛruptiõe vitā meā. ⁊ ps. cxxxviij Tu cognouiſti ſeſſionē meā ⁊ reſurrectionē meā. Et. ij. Mach. xij. Rex mūdi defunctos nos ꝓ ſuis legibus in et̄ne vite reſurrectione ſuſcitabit. Et. i. Coꝝ. xv. Oēs q̄dem reſurgemus. Et ibidē. Stella differt a ſtella in claritate, ſic erit ⁊ reſurrectio moꝛtuoꝝ. Et. i. Theſſal. iiij. Nolumꝰ vos ignoꝛare de doꝛmientibus vt nõ contriſtemini ſicut ⁊ ceteri q̄ ſpem nõ habēt. Si eñ credimꝰ ꝙ ieſus moꝛtuꝰ eſt ⁊ reſurrexit. ita ⁊ deꝰ eos q̄ doꝛmierūt ꝑ ieſū adducet cū eo. Et Lu. xiiij. Retribuet̄ tibi in reſurrectione iuſtoꝝ. Et Joh. v. Procedent q̄ bona fecerūt in reſurrectionē vite: q̄ ꝟo mala egerūt in reſurrectionē iudicij. Et Mat. xxij. In reſurrectione neqꝫ nubent neqꝫ nubent̄. Et ne multa dicamꝰ i vtroqꝫ ſymbolo reſurrectio moꝛtuoꝝ decantat̄. De q̄ etiā in. c. i. extra de ſum. trini. ⁊ fide. ca. Innocētiꝰ tertiꝰ ſic ait Oēs cū ſuis ꝓpꝛijs reſurgēt coꝛpibus: q̄ nūc geſtant vt recipiant ſm opa ſua ſiue bōa fuerint ſiue mala. illi cū diabolo penā perpetuā: et iſti cū xp̄o gl'iam ſempiternā. Sed cõtra hanc veritatē arguūt nõnulli multipl'r. Primo infirmāt teſtimoniū ſcripturarū aſſerētes ꝙ quicq̄d in eis dꝛ de reſurrectione eſt ſpūaliter intelligēdū: licz etiā coꝛpoꝛal'r loqui videant̄. ſicut cū dicimꝰ multa de deo coꝛpoꝛalia: qui ī coꝛpoꝛeus eſt q̄ ꝑ metaphoꝛā aliquid ſpūale deſignāt. Scdo arguūt q2. i. Coꝝ. xv. dꝛ. Caro ⁊ ſanguis regnū dei nõ poſſidebūt. Tertio arguūt q2 dicit̄ Auicēna. iij. meta. Qd̄ ānihilatū ē n̄ reducit̄: ſꝫ foꝛme coꝛpoꝝ hūanoꝝ ad vltimū annihilant̄: q2 nihil de eis remanet niſi materia ꝑma: g̃ ille foꝛme eedē numero nūq̄ reuertent̄. Quarto arguūt: qm̄ cõtingit vt aliquādo hoīes carnibus veſcant̄ humanis: ⁊ ſolū tali nutrimēto nutriāt̄. Caro g̃ eadē in pluribꝰ hoībus repit̄. Nõ eſt aūt poſſibile ꝙ in pluribus reſurgat. nec alit̄ videt̄ vl'is reſurrectio ⁊ integra: ſi vnicuiqꝫ nõ reſtitueret̄ quod habuit. videt̄ g̃ impoſſibile ꝙ hoim reſurrectio ſit futura. Ad ꝑmū argumentum rñdet Tho. in. iiij. ſum. ꝯ gētiles. c. lxxxix. dicē. ꝙ philetus quidā ⁊ himeneꝰ tenuerūt ſpūal'r intelligēda dūtaxat ꝟba ſcripturarū de reſurrectione q̄s apl's. i. Ti. ij. repꝛobat. d. Philetꝰ ⁊ himeneꝰ exciderūt a ꝟitate. d. reſurrectõez iam eſſe factā. Contra eoꝝ igit̄ opinionē eſt euāgelicꝰ tex. Jo. v. vbi de vtraqꝫ reſurrectõe ſpūali ſcz ⁊ coꝛꝑali expꝛ̄ſſe dñs eſt locutꝰ. Ait eñ. Amē amē dico vob. q2 venit hoꝛa ⁊ nūc eſt qñ moꝛtui audiēt vocē filij dei: ⁊ q̄ audierint viuēt. Qd̄ ad reſurrectionē ſpūalē aīarū ꝑtinere videt̄: q̄ iam tūc fieri incipiebat: cum aliqui ꝑ fidē xp̄o adherebāt. Sed poſtmodū coꝛꝑalē reſurrectionē expꝛ̄mit di. Uenit hoꝛa in q̄ omnes qui in monumētis ſunt audiēt vocē filij dei. Manifeſtū eſt aūt ꝙ in monumētis nõ ſunt anime: ſꝫ coꝛꝑa. g̃ ꝑdicitur hic reſurrectio coꝛpoꝝ. Ad ſcõm argumētū dicit Boñ. in. iiij. di. xliij. ꝙ apl's loquit̄ de carne ⁊ ſanguine quātum ad coꝛruptionē: nõ q̄tum ad ſubſtantiā: vt intelligat̄ ꝙ qui carnaliter viuunt regnum dei poſſidere non poterūt. et ſumit̄ ibi caro pꝛo homine per ſynecdochen. Ad tertium argumentū reſpondet Ric. in. iiij diſt. xliij. ar. i. q. ij. ad quintū ar. ꝙ Auicenna loquit̄ de poteſtate nature que eſt limitata ⁊ finita: ꝟtus aūt diuina cū ſit infinita poteſt idem coꝛpus in numero refoꝛmare: et anime ſue vnire. Ad quartū argumentum reſpõdet Thomas in. iiij. ſumme contra gentiles. cap. lxxxi. ꝙ non eſt neceſſariū. ꝙ quicq̄d fuit ī homine materialiter reſurgat in eo. Et iterū ſi aliquid deeſt ſupplet̄ ꝑ potentiā dei. Ad hoc ergo ꝙ reſurgat homo idem numero non requirit̄ ꝙ quicq̄d fuit material'r in eo ſm totū tempꝰ vite ſue reſumat̄: ſꝫ tantū quātū ſufficit ad complementū debite quātitatis: ⁊ precipue illud reſumendū videtur quod perfectiꝰ fuit ſub foꝛma ⁊ ſpecie humanitatis ſubſiſtēs.

Caro ergo comeſta reſurget in eo in quo priꝰ fuit anima rationalis perfecta: in ſecūdo vero ſi nõ ſolū carnibus humanis paſtus eſt: ſed ⁊ alijs cibis poterit reſumere tantū de alio quod ei materialiter aduenit: quod erit neceſſariū ad debitā quantitatē coꝛpoꝛis reſtaurandam Si vero ſolā hūanis carnibus ſit paſtus: reſurget in eo quod a generantibus traxit: ⁊ qd̄ defuit ſupplebitur omnipotentia creatoꝛis. Qd̄ etiā parentes ex ſolis humanis carnibus paſti fuerant: vt ſic ⁊ eoꝝ ſemen quod eſt ſuperfluū alimenti ex carnibus alienis generatum ſit: reſurget quidē ſemē in eo qui eſt natus ex ſemine. loco eiꝰ cuiꝰ carnes comeſte ſunt ſupplebitur aliūde. Hoc eñ in reſurrectione ſeruabitur ꝙ ſi aliquid materialiter fuit in pluribus hoībus: reſurget in eo ad cuius perfectionē magis pertinebat. Uñ etiā fuit in vno vt radicale ſemen in quo eſt gñatus: in alio vero ſicut ſupplemētū ſuperueniēs: reſurget in eo qui eſt gñatus ex hoc ſicut ex ſemine. Si vero in vno fuerit vt pertinens ad perfectionē indiuidui: in alio vt deputatū ad perfectionez ſpeciei: reſurget in eo ad quē pertinebat ſm ꝑfectionē indiuidui. Unde ſemē reſurget in genito ⁊ nõ in generante. Et coſta ade reſurget in eua: non in adā in quo fuit ſicut in nature pꝛincipio. Si aūt ſm eundē perfectionis modū fuit in vtroqꝫ: reſurget in eo in quo pꝛimitus fuit. Que oīa fient virtute illius cui nihil eſt impoſſibile. Hinc Aug. libꝛo. xxij. de ci. dei. c. xx. ait. Abſit vt ad reſuſcitanda coꝛpoꝛa vitęqꝫ reddenda non poſſit omnipotentia creatoꝛis oīa reuocare que vel beſtia vel ignis aſſumpſit: vel quicq̄d in puluerē cinerē ve collapſum: vel in humoꝛē ſolutū vel in auras eſt exhalatū. Abſit vt ſinus vllus ſecretūqꝫ nature ita recipiat aliquid ſubtractū ſenſibus noſtris: vt oim creatoꝛis aut lateat cognitionē: aut refugiat poteſtatē. hec ille. Secundo ꝓbatur veritas generalis reſurrectionis rõne, que triplex eſſe põt.

Prima dicit̄ reꝑationis
Scda ꝑfectiõis.
Tertia cõpletiõis.

Prima ratio oſtendens futurā coꝛpoꝝ reſurrectionē dicitur reparatõnis. Ut eñ dicit Anſelmus in libꝛo: cur deus homo. Si homo non peccaſſet nunq̄ moꝛeretur: ſed cū anima ſimul ⁊ coꝛpoꝛe ad beatam gloꝛiam aſſumeretur. ergo ſi chꝛiſtus perfecte reparauit hoiem lapſum: debuit illū ad talem ſtatū reducere in quo ſimul anima ⁊ coꝛpus gloꝛificaretur. Cū aūt hoc nõ fiat in ꝑſenti q2 oēs moꝛimur. ergo aut oēs reſurgemꝰ poſt moꝛtē: aut humani generis reparatio fuit minꝰ ſufficiens: qd̄ eſt falſum. Idcirco ſaluatoꝛ nr̄ voluit a moꝛtuis reſurgere. vt dictū eſt in pꝛecedentibus: quatinus ⁊ nos de reſurrectione noſtra ſpem habeamus indubitatā. Unde ⁊ Paulꝰ. i. Coꝛinth. xv. ait. Si aūt xp̄s pꝛedicatur ꝙ reſurrexit a moꝛtuis: quõ quidā dicūt in vobis ꝙ reſurrectio moꝛtuoꝝ non eſt? Si aūt reſurrectio moꝛtuoꝛū non eſt: neqꝫ xp̄us reſurrexit.

Secunda ratio dicitur perfectiõnis. Ut eñ inq̄t Rich. in. iiij. di. xliij. art. i. q. i. reſurrectio coꝛpoꝝ facit ad perfectionē vniuerſi. Eſt eñ triplex ſubſtantia. ſcz pure coꝛpoꝛalis: ⁊ pure ſpiritualis: ⁊ coꝛpoꝛali ⁊ ſpirituali compoſita. Si aīe ergo a coꝛpoꝛibus ſeparate nunq̄ coꝛpoꝛibus iterū vnirent̄: ſequeret̄ ꝙ in hac parte vniuerſum perpetuo ſua perfectione careret. Preterea anima nata eſt vt ſit pars ſubſtantie cõpoſite ex coꝛꝑali ⁊ ſpirituali natura, pars autē habet de cõi lege imperfectā eſſe extra totū. Incõueniens aūt eſt vt tam nobilis ſubā perpetuo careat naturali ꝑfectiõe ſui eſſe. Inſuper cū anima ſit coꝛꝑis foꝛma: ⁊ foꝛma naturalē inclinationē habeat ad materiā: aīa ex conſequenti naturalē inclinationez habet ad perficiendū humanum coꝛpus ⁊ regendū. ſed nulla naturalis inclinatio eſt fruſtra. quia vt dicitur in tertio de anima. Natura nihil facit fruſtra. Et in pꝛimo de celo ⁊ mundo. Natura non facit aliquid factū vacuū. Et ſi hoc ē verum de natura naturata: multo foꝛtius de natura naturāte. hoc eſt de inſtitutoꝛe create nature: qui ipām non naturaliter nec de neceſſitate: ſed libera volūtate inſtituit. Fruſtra autem ⁊ vana eſſet in anima ſeparata pꝛedicta inclinatio ſi nunq̄ eſſet humano coꝛpoꝛi iterū vnienda. Tertia rõ dicit̄ cõpletiõis. Nam vt ait Iſidoꝛꝰ in ꝑmo de ſummo bono. c. xxix. Qui mente tractauerūt qd̄ ꝑficerent coꝛꝑe: ſimul ⁊ aīo punient̄ ⁊ coꝛꝑe. Spectat ergo ad cõpletā rõnem punitiõis iniquoꝝ ⁊ manifeſtatiõez diuine iuſticie: vt mali cū ſuis ꝓpꝛijs coꝛꝑibꝰ ꝑpetuo puniant̄. Sic etiā requirit ſuperabūdantiſſima clemētia ⁊ liberalitas ſummi dei vt electi ſui cū ꝓpꝛijs coꝛꝑibꝰ eternal'r letentur ⁊ gaudeant. Fuerunt nanqꝫ coꝛpoꝛa ipſa inſtrumenta ⁊ oꝛgana animarum ad virtutum opera exercēnda. Ipſi etenim ſancti ꝓ chꝛiſti amoꝛe carnem ſuam crucifixerūt cum

vitijs ⁊ cõcupiſcentijs. Et vt ait Paulus Hebre.xi. Alij diſtenti ſunt nõ ſuſcipientes redẽptionẽ: vt meliorẽ inuenirent reſurrectionez. Alij vero ludibria ⁊ verbera experti: inſuper ⁊ vincula ⁊ carceres: lapidati ſunt: ſecti ſunt: tẽptati ſunt: in occiſione gladij mortui ſunt. Circuierunt in melotis ⁊ in pellibus caprinis egentes: anguſtiati: afflicti: qbus dignus nõ erat mũdus, in ſolitudinibus errãtes in montibus ⁊ ſpeluncis: ⁊ in cauernis terre. Tertio ꝓbat exemplo veritas reſurrectiõis generalis. Et Aug. li.xxij. de ciui. dei refert. exẽplu illud qḋ Valerius recitat. li.i. in rubrica de miraculis. Et Macrobiꝰ li. primo de ſomno Scipionis. Et plato in li. de repub. ꝙ quidã Pheretres natione Pãphilus miles officio cũ vulneribus in ꝑlio acceptis vitã effudiſſe crederet. cũ duodecima die inter ceteros vna ꝑemptos iacẽs tandẽ eſſet honorãdus igne: ſubito ſeu recepta aĩa ſeu retẽta quicq̃d emerſis diebus egerat videratue tanq̃ publicũ ꝓfeſſus iudiciũ humano generi enũciauit. Faciũt adhuc ad reſurrectionẽ corpoꝝ approbandã exempla eoꝝ qui ſurrexerũt per ſolã virtutẽ dei tam in veteri q̃ in nouo teſtõ. Scribit nanq̃ iij. Regũ.xvij. ꝙ Helias p̃cibus ſuis filiũ vidue ſuſcitauit. q2 iam mortuus erat. Et de ipſo dicit Hiero. in ꝓlogo in Jonã. Jonã ſcḋm hebrei affirmãt filiũ fuiſſe mulieris vidue ſareptane: quẽ Helias ꝓpħa mortuũ ſuſcitauit matre poſtea dicẽte ad eũ. Nũc cognoui ꝙ vir dei es tu. ⁊ verbũ dei in ore tuo veritas eſt. Et iiij. Reg. iiij. c. hr̃ ꝙ Heliſeus extinctũ filiũ mulieris p̃cibus ſuis ad vitã reuocauit. Luc. ꝟo vij. c. ponit reſurrectio adoleſcẽtis. Et Mat. ix. reſurrectio filie archiſynagogi. Et Joh. xi. reſurrectio Lazari quatuor dies in monumẽto iam habentis. Et Act. xx. c. narrat de Paulo qui dũ p̃dicaret apud Troadẽ: quidã adoleſcens noĩe Eutychus ſup feneſtram cũ mergeretur ſomno graui: cecidit de tertio cenaculo deorſum ⁊ ſublatus eſt mortuus. Adquem cum deſcendiſſet Paulus: incubuiſſetq̃ ſup eũ: adoleſcens ille ꝓtinus viuẽs ⁊ incolumis reſurrexit. Et vt breuius partẽ iſtã cõcludamus omiſſis alijs in mediũ adducemus memorabile illud exemplũ de ſeptẽ dormiẽtibus qḋ Theodorus ⁊ Rufinus inſimul ſcripſerũt. In ciuitate ergo Epheſi orti ſunt. ſ. Maximianus: Malchꝰ: Martianus: Johẽs: Serapion: ⁊ Cõſtantinus. Hi cũ accuſati eſſent Decio: tũc Epheſi exiſtẽti ꝙ xp̃iani eſſent: dato eis reſipiſcendi ſpacio vſq̃ ad redituz eiꝰ q̃ ꝓuinciam viſitaturus erat, dimittunt. At illi interim patrimoniũ ſuum in pauperes expendentes: inito cõſilio in montẽ Celion ſeceſſerunt: ⁊ ibi eſſe ſecretius decreuerũt. Diu ergo latẽtibus ſic vnus eoꝝ. ſcʒ Malchus mutato habitu ne cognoſceret ad emendũ panes ciuitatẽ intrabat. Cum autẽ Decius rediſſet ⁊ eos ad ſacrificandũ perquiri iuſſiſſet. Malchus territus ad ſocios redijt: q̃ ſedẽtes ⁊ colloquentes in luctu ⁊ lachrymis: ſicut deus voluit dormierũt. Mane autem facto cũ innotuiſſet Decio illos in ſpelunca latere: iuſſit os ſpelunce lapidibus obſtrui, vt ibi fame morerentur. Mortuo ergo Decio poſt annos. ccclxxii. tẽpore Theodoſij imperatoris pullulauit heres eoꝝ qui negabant reſurrectionẽ mortuorũ. Unde cõtriſtatus Theodoſius indutus cilicio ꝑ ſingulos dies flebat. Qḋ miſericors deus videns theſaurũ ſue pietatis aperuit: miſitq̃ in cor cuiuſdã burgenſis Epheſi: vt in illo monte edificaret ſtabulũ paſtoribus ſuis. Cementarijs ergo ſpeluncã aperientibus ſurrexerũt ſancti. ⁊ putabãt ſe vna nocte tñ dormiſſe. Malchus vero ad vrbẽ deſcẽdere diſpoſuit vt panes emeret. ⁊ quid de ipſis diceret ſentiret. ⁊ cũ deueniſſet ad os ſpelunce videns lapides miratus eſt. Veniens autẽ ad portaz vrbis: vidit ſignum crucis ſuperius depictũ. Inſpexit cum admiratione ⁊ timore: pariter vrbem ingreditur in qua neminem cognoſcebat: audiebatq̃ homines colloquẽtes de xp̃o. Sicq̃ ſtupefactus ⁊ attonitus acceſſit ad eos qui panes vendebant: ⁊ cũ argenteos ꝓtuliſſet mirati venditores dicebant ad inuicez. ꝙ ille iuuenis antiquum theſaurum inueniſſet. Malchus vero eos adinuicẽ loqui vidẽs territus: rogabat eos vt ipſum dimitterẽt: et panes ⁊ pecunias retinerent. At illi tenentes eũ dixerunt. Unde es tu qui theſauros imperatorũ inueniſti? Indica nobis ⁊ erimus ſocij tecum: ⁊ celabimus te. At ille quaſi inſanus ſtabat. Illi vero clamare ceperũt ꝙ theſaurũ abſconditũ inueniſſet: adduxerũtq̃ eum ad epiſcopum ciuitatis nomine Mamertinũ: ⁊ ad ꝓcõſulem nomine antipatrem. Qui dum vidiſſent argẽteos. iterrogaſſẽtq̃ Malchũ vbi illos repperiſſet: ꝓcidẽs ante eos Malchus dixit. Pro deo dicite mihi vbi eſt Decius imperator: qui heri fuit in hac ciuitate. Epiſcopus dixit. Fili nõ eſt hodie in terra qui Decius imperator nominetur. Hic fuit ante longum tempus. Malchus dixit. In hoc ego ſtupeo: ⁊ nemo mihi credit. Sʒ ſequimini me: et oſtendã vobis ſocios meos q̃ ſunt in monte celion. ⁊ ipſis credite. Hoc em̃ ſcio ꝙ a facie Decij iꝑatoris nos cõfugimꝰ ⁊ heri ſero vidi ꝙ ingreſſus eſt Decius hanc vrbẽ. ſi tamen hec eſt ciuitas epheſi. Tunc ep̃s dixit p̃conſuli. Viſio eſt quã vult dñs oſtendere i iuuene iſto Perrexerũt ergo cũ eo ⁊ populi plurima multitudo: ⁊ inuenerũt ſicut Malchus dixerat. Videnteſq̃ facies ſanctoꝝ glorificauere dñm: nũciauerũtq̃ rem taz grandẽ iꝑatori. Qui mox ex conſtãtinopoli epheſum veniẽs iuit ad locum vbi ſancti morabant: amplexanſq̃ illos dicebat. Sic video vos tanq̃ ſi viderez dñm reſuſcitantẽ Lazarũ. Tunc dixit ſanctꝰ Maximianus. Crede nobis, ꝙ ꝓpter te ſuſcitauit nos deus. Vere em̃ reſurreximꝰ ⁊ viuimꝰ ⁊ ſicut infans eſt in vtero matris nõ ſentiẽs leſionẽ ⁊ viuit: ſic fuimus viuentes iacentes ⁊ dormiẽtes: ⁊ nõ ſentiẽtes. Ex his dictis cõſolatus totꝰ ppl's fuit xp̃ianoꝝ. ⁊ cũctis vidẽtibus inclinãtes capita ſua in terrã ſpm̃ dño tradiderũt. Surgens aũt iꝑator cecidit ſuper eos flens: ⁊ deoſculãs eos. Et cũ iuſſiſſet fieri loculos aureos in quibus mitterent. In ipa nocte apparuerũt iꝑatori dicentes. vt ſicut hactenꝰ in terra iacuerãt. ⁊ de terra ſurrexerant: ita eos dimitteret: donec illos deus iterũ ſuſcitaret. Juſſit ergo iꝑator locũ illuz in honorẽ ⁊ memoriã eorum ornatis lapidibus decorari.

An reſurrectio erit gñalis reſpectu electoꝝ dãnatoꝝ: ⁊ paruuloꝝ. Caplm̃ II

s Ecundũ myſteriũ de reſurrectõe generali declarandũ dr̃ gñalitatis. In quo apiendũ eſt an reſurrectio erit generalis. ⁊ hoc triplici reſpectu.

Primo reſpectu electoꝝ.

Scḋo damnatoꝝ.

Tertio paruuloꝝ.

Primo videndũ eſt ſi reſurgẽt electi. Et lʒ ex p̃cedẽtibus firmiter habeat ꝙ ſic. tamen nõnulli arguũt in ꝯtrium. Et p̃mo q2 liberior eſt aĩa ad ꝯtemplãdũ deũ a corpore exuta q̃ corpi cõiuncta: ſed nihil debet fieri quo animé electoꝝ ſint minus libere ad ꝯtemplandũ deũ. ergo electoꝝ anime iterũ corporibus nõ reuniunt. Scḋo arguũt q2 nõ dʒ pticipare in p̃mio quod p̃ſtat impedimentũ in merito. ſed corpus p̃ſtat impedimentũ aĩe in merito q2 vt dr̃ ad Gal. v. caro cõcupiſcit aduerſus ſpm̃. ergo nõ debʒ participare cũ aĩa in p̃mio participaret aũt ſi iterũ anime vniret electe. Tertio arguũt q2 nõ poteſt eſſe reſurrectio niſi a morte in vitã reparatio. ſed nõ omnes hoĩes moriunt: ergo nõ oẽs reſurgẽt. P̃ dicit enĩ i ſymbolo ꝙ xp̃s ventur9 eſt iudicare viuos ⁊ mortuos: ergo aliq̃ iudicabunt q̃ nũq̃ moriẽt Et Hiero. ad Marcellã ait. Quoſdã in fine ſeculi aduenĩete xp̃o nõ eſſe morituros: ſꝫ viuos reptos in immortalitate repẽte mutandos. Et Aug. li. ij. de baptiſmo paruloꝝ dicit. Quibuſdã in fine largiet vt mortẽ iſtã repẽtina cõmutatione nõ ſentiãt. Ad p̃mum argumentũ rñdet Ric. in. iiij. diſ. xliij. ar. ij. q. i. ꝙ lʒ aĩa vnita corpori tali quale hʒ modo nõ ſit ita libera ad ꝯtemplãdũ deũ ſicut a corpe exuta. tñ hoc nõ eſt verũ de corpe glificato q̃le habebũt electi in reſurrectiõe. Ad ſecũdũ dicendũ ſcḋm Ric. ꝙ in corpe nr̃o duo ſunt. ſ. natura. ⁊ hec nõ p̃ſtat impedimentũ merito: ⁊ vitioſitas q̃ p̃ſtat impedimẽtũ merito. ⁊ iõ in electis nõ reſurget vitioſitas corpis: ſed nã Ad tertiũ refert Ric. vbi. ſ. ar. iiij. q. i. ꝙ falſum eſt dicere ꝙ nõ oẽs hoĩes moriẽt cum dicat Geñ. iij. ad adã. Puluis es ⁊ in puluerẽ reuerteris. q̃ ſnĩa cecidit ſup oẽs q̃ ſcḋm legem nature ab eo erant deſcẽſuri. Uñ Paulꝰ Ro. v. d. Sicut ꝑ vnũ hoĩem pctm̃ in hũc mundũ intrauit ⁊ ꝑ pctm̃ mors. ita in oẽs homines mors ptranſijt: in quo oẽs peccauerunt. Et Heb. ix. ait. Statutum eſt oĩbus ſemel mori. Quare dicendũ eſt ꝙ ad ſoluendũ debitum originalis peccati oẽs hoĩes moriẽt. In ſymbolo ꝟo dr̃ ꝙ xp̃s iudicabit mortuos qui iaʒ mortui ſunt. ⁊ viuos qui ſcʒ viuunt in p̃nti. lʒ ſint morituri. Hiero. etiã ꝓ tãto dixit quoſdã nõ morituros: q2 poſt mortẽ q̃ſi ſtatiʒ reſurgent. Aug. aũt dictũ ſuũ correxit li. ij. retractationũ. c. xxiij. Scḋo videdũ eſt ſi reſurgent oẽs adulti dãnati. Et hoc ꝓpter ꝟbũ ꝓpħe. d. Non reſurgẽt impij in iudicio. Ad qḋ rñdet Ric. ar. ij. q. ij. ꝙ illud ꝟbũ intelligit vel de reſurrectione ſpũali i p̃nti iudicio mie. vel de reſurrectione corpali glioſa: qḋ pʒ ex verbis ſequẽtibꝰ vbi ſubdit. Neq̃ peccatores in ꝯſilio iuſtoꝝ. Tertio videdũ eſt an reſurgent paruuli q̃ cũ ſolo originali deceſſerũt. Et q̃buſdã videt ꝙ non. eo ꝙ reſurrectio erit ꝓpt plenã retributionẽ meritoꝝ. ſed paruuli tã purgati a peccato originali q̃ illi qui in pctõ origiali decedũt. non meruerũt nec demeruerũt. ergo nec illi nec iſti reſurgent. Sed in ꝯtrariuʒ eſt ſententia oĩm theologoꝝ. Ideo Ric. vbi. ſ. q. iij. dicit ꝙ paruuli qui cũ originali deceſſerũt reſurgent. Ratio eſt: quia pro pctõ originali obligat homo ad penam damni: pctm̃ autez

originale cõtrahit illa anima ꝑ ſui vnionem cum infecta carne. ꝛ ideo ꝯueniens eſt vt aĩe paruuloꝝ carentiã viſionis dei ꝑpetuo patiãtur ſuis corpibus vnite: per quoꝝ cõtagionẽ incurrerunt obligationẽ ad penã. Ad ratõnẽ ergo in contrariũ dicendũ ꝙ q̃uis in puulis nõ ſit actus merendi vel demerẽdi. in illis tñ in quibus remiſſum eſt pctm̃ originale eſt radix merendi ſcꝫ grã gratũ faciẽs: ꝛ illis q̃bus non eſt remiſſum eſt radix demerẽdi ſcꝫ habitualis cõcupiſcentia: ꝛ ideo reſurgẽt tam iſti q̃ꝫ illi. Ex quibus oĩbus cõcludim⁹ reſurrectõnem corporum futuraꝫ ad omnes homines ſe extendere.

Qualr̃ mortui reſurgẽt reſpectu loci diſpoſitionis ꝛ finis. Caplm III

TErtiũ myſteriũ de reſurrectione generali dr̃ qualitatis. In quo aperiẽdum eſt qualiter mortui reſurgent. ꝛ hoc triplici reſpectu,

Primo reſpectu loci.
Scđo reſpectu diſpoſitionis,
Tertio reſpectu finis.

Primo vidẽdũ eſt qualr̃ mortui reſurgẽt reſpectu loci. in quibus ſcꝫ locis reſurrecturi ſunt. Et dicit Ric. in. iiij. q. xliij. art. v. q. iij. ꝙ ſi corpora mortuoꝝ ſiue illoꝝ pulueres fuerit in monumẽtis: ibidẽ reformabunt ꝛ ſurgent iuxta illud Ezech. xxxvij. Ecce ego aperiã tumulos veſtros: ꝛ educã vos de ſepulcris veſtris popule meus. Et glo. ſup illud Matth. xxvij. Monumẽta apta ſunt ꝛc. d. Monumẽta apta ſunt ĩ typũ reſurrectionis future. Si aũt corpora nõ erũt in monumẽtis: reſurgẽt in illis locis ĩ quibus tpe reſurrectõis erit ps pncipalior corporis. Si aũt illo tpe cõtingat alicuius corpis partes eſſe in pluribus locis vtpote qꝛ medietas cordis eſſet in vno loco: ꝛ medietas in alio: ꝛ ſic de capite ꝛ alijs mẽbris: tũc reſurrectio fiet in loco vbi de⁹ volet. Si autẽ in vno loco eẽt cor totũ: et in alio totũ caput: tunc quidã dicũt ꝙ reſurrectio fiet in eo loco vbi erit cor: quia ipꝫ format pꝰſq̃ cetera membra. vt dicit Ariſt. in. xiij. de aĩalibus. Et ſic dicit Auicẽna. Cor eſt pmũ membrum in vita. ꝛ eſt pmũ pncipium venaruꝫ ꝛ neruoꝝ: ꝛ ab ipo tanq̃ a pmo principio deriuatur ꝑ totum corpus influẽtia anime vitalium motuũ cauſatiua: quia ab ipo eſt prima origo ſpirituũ qui ſunt delatiui influẽtie ipi⁹ anime. Circa cor etiam alia membra congregantur. ſicut circa centrũ. ꝛ eſt illud quod vltimo morit in homine. Alij dicunt ꝙ homo reſurget vbi tunc erit caput. quia vt habet. ff. de reli. ꝛ ſump. fune. l. cum in diuerſis. Ibi ẽ hominis ſepultura: vbi eſt caput eius ſepultuꝫ. Amb. etiam. in glo. ſup illud. ps. Uide humilitatẽ meã ꝛ eripe me. dicit ꝙ caput totũ corpus dirigit ꝛ ſenſibus implet: ꝛ ibi expſſe videt attribuere ſibi pmatum inter oẽs partes totius corpis. Quicqd aũt de hoc ſit: reliquamus ipſi deo cuius vtute (vt dictũ eſt) reſurrectio mortuoꝝ fiet. ¶ Scđo videndum eſt qualiter mortui reſurgent reſpectu diſpoſitionis: ꝛ hoc quãtuꝫ ad tria.

Primo q̃tũ ad etatem.
Scđo q̃tum ad quãtitatem.
Tertio q̃tum ad deformitatẽ.

Primo q̃tum ad etatẽ querit ſi oĩs reſurgent in eadẽ etate. Et reſpõdet Ric. in. iiij. di. xliiij. ar. i. q. vij. ꝙ etas poteſt accipi dupliciter. Uno modo ꝑ toto tempe quo vixit homo ab inſtanti ſue formationis vſq; ad inſtans ſue reformationis: ꝛ ſic nõ omnes in eadẽ etate reſurgent. Alio modo ꝑ ſtatu corpis ꝛ vtutis qui ex annis in humano corpe relinquit: ſm quem modũ accipiẽdi etatẽ dicimus. ꝙ Adã factus fuit in etate virili. Et ſic oĩs in eadeꝫ etate reſurgent: quia oĩs reſurgent in ſtatu corporis ꝛ naturalis vtutis quam habituri erant ſi tñ vixiſſent. vel habuerũt qui tantuꝫ vixerũt: que eſt in tempe ad quod terminat modus pficiendi: ꝛ q̃ circiter de lege cõmuni ẽ illud tempus quo xp̃s mortuus eſt. Propterea glo. Eph. iiij. quam magiſter ſen. inducit in textu dicit. Omnes in eadẽ etate reſurgẽt in qua xp̃s mortuus eſt ꝛ reſurrexit: cuiuſcũq; etatis mortui fuerint. Et Aug. xxij. lib. de ci. dei. c. xv. inquit. Quod cõmemorauit apoſtolus de mẽſura etatis plenitudinis chriſti. ſic accipiamus dictũ: vt nec vltra nec infra iuuenilem formã reſurgãt corpora mortuoꝝ: ſed in ea etate ad quã xp̃m ꝑueniſſe cognouim⁹.

Secũdo quãtum ad quãtitatem querunt doctores. vtrum oẽs reſurget in eadẽ forma. Et reſpondet Ric. vbi. ſ. q. ix. ꝙ nõ. ſꝫ quilibet reſurget in ea quãtitate ꝛ menſura ſiue ſtatura: que vnicuiq; indiuiduo debebat in termino motus pficiendi ſm naturalẽ vtutẽ caloris extẽdentis humidũ ꝛ humidi ſuſcipiẽtis extenſionẽ. Si autem per errorẽ nature vl ꝑ nimiã ſupabundantiã materie eſſet indebit⁹ quãtitatis exceſſus: vel diminutio ſiue defectus: diuina potẽtia ſupplebit vel reſecabit. ꝑ ut plene ponit Aug. lib. xxij. de ciuitate dei. c. xv. Tertio quantũ ad deformitatẽ queritur

vtrũ corpora reſurgentiũ reſurgẽt cũ deformitatibus ſuis. Et quidã arguunt ꝙ ſic. Primo quia cicatrices ſunt deformitates in corpe. ſꝫ corpus xp̃i reſurrexit cũ cicatricibus. vt patꝫ Iob. xx. ergo multo fortius reſurgẽt alia corpora cũ ſuis deformitatibus. Secundo arguunt. quia Aug. dicit. xxij. de ciui. dei. c. xvij. ꝙ mulieres in ſexu femineo reſurgent. ſed feminin⁹ ſexus eſt ex defectu nature ꝛ preter ei⁹ intentionem. quia ſicut dicit Ariſto. in. xvi. de animalibus. Femina eſt vir occaſionat⁹. i. imperfectus. ergo aliqua deformitas erit in illis reſurgentibus. Sed in contrariũ eſt auctoritas Aug. in Enchiridion dicẽtis. Reſurgẽt corpora ſanctoꝝ ſine vllo vitio ſeruata integritate nature. Rñdẽt ergo doctores theologi ꝙ ſicut accipi põt ex ſnĩa Aug. xxij. de ciui. dei. c. xix. Omis deformitas reducit vel ad illam que eſt ex parte coloris: vel ad illaꝫ que ẽ ex parte figure: vel ad illã que eſt ex parte diminutiõis partiũ: vel ad illã que eſt ex parte ſuperabũdantie. Quocũq; mõ accipiat deformitas: nullo pacto erit in corpib⁹ electorum. Corpa aũt damnatoꝝ reſurgẽt ſine deformitate que eſt ex parte diminutionis partiũ. qꝛ vt apl's dicit. i. Coꝝ. xv. Mortui reſurgent incorrupti. i. ſine diminutiõe. ſm glo. Sed vtrũ reſurgent ſine deformitatibus alijs dubiũ eſt. Et quidam dicunt ꝙ deformitates alie manebunt in eis ad maiorẽ confuſionẽ illorũ. Alij vero dicunt ꝙ reſurgent ſine illis: qꝛ in repatione corpis reſurgẽtis magis attendet nature perfectio q̃ꝫ cõditio que prius fuit. Hoc tñ Aug. in Ench. relinqt indetermiatũ dicẽs ꝙ nos fatigare nõ dꝫ eoꝝ icerta habitudo vel pulchritudo: quoꝝ erit certa ꝛ ſempiterna dãnatio. Ad primũ ergo argumẽtũ rñdet Aug. xxij. de ciui. dei. c. xx. ꝙ cicatrices in corpe xp̃i ꝛ in corpib⁹ martyꝝ: vt etiã tactũ eſt in ſmone precedẽti: nõ erũt ad deformitatẽ: ſꝫ ad dignitatẽ ꝛ decorẽ. Ad ſecũdũ argumentũ notandũ ꝙ vt Aug. dicit. xxij. de ciui. dei. c. xvij. Aliqui voluerũt dicere ꝙ oẽs reſurgẽt in ſexu virili ꝑpter verbum apl'i qui ait Eph. iiij. Donec omẽs occurramus in virũ perfectũ. Et ſic Aug. exponit. Uir dicitur hic nõ a ſexu: ſed a virtute. nõ corpis: ſed mentis. per quẽ modũ mulier ſancta vir ẽ. Et ſm hoc dicitur in ps. Beatus vir qui non abijt in conſilio ꝛc. quod intelligi etiã poteſt de muliere. Dicenduꝫ ergo ꝙ ſicut viri reſurgent in ſexu virili: ſic mulieres in femineo. quia hoc exigit natura indiuidui ꝛ congruit perfectioni ſpeciei: ꝛ erit occaſio laudandi ſapientiaꝫ dei. Et vt ait Aug. vbi. ſ. Membra feminea non erunt accommodata veteri vſui: ſed nouo decori quo non alliciatur aſpicientis ꝯcupiſcentia que nulla erit ſꝫ dei laudet ſapientia atq; demẽtia. Quãuis igitur mulier generet preter intentionẽ nature particularis. eſt tñ de intentiõe nature vniuerſalis: que vtrũq; ſexũ requirit ad pfectionem humane ſpeciei. nec erit poſt reſurrectionem in illo ſexu confuſio. qꝛ ſicut dicit Aug. nõ erit ibi libido que cõfuſionis cauſa eſt. Nã priuſq̃ peccaſſent nudi erant: ꝛ non cõfundebantur vir ꝛ femina. Unde nec poſt reſurrectionẽ veſtibus opus erit. Tertio videndũ eſt qualiter mortui reſurgent reſpectu finis. Et ad hoc dicim⁹ ꝙ vt ex pcedẽtib⁹ colligi poteſt: finis dãnatoꝝ erit vt cũ corporibus eternaliter crucient. Finis aũt electoꝝ erit: vt cũ corpib⁹ in perpetuũ letent ꝛ cõſolent. Sed dubiũ in hoc orit. vtrũ electoꝝ beatitudo maior erit poſt iudicium q̃ꝫ ante. Et rñdet Rich. di. xlviij. ar. ij. q. vij. ꝙ maior erit extẽſiue: eo ꝙ modo nõ habẽt niſi beatitudineꝫ aĩe. tunc aũt erũt beati ꝛ in aĩa ꝛ in corpe. Beatitudo etiã cuiuſlibꝫ aĩe erit maior extenſiue: qꝛ nũc gaudet de bono ꝓprio: tunc aũt gaudebit ꝛ de ſuo ꝛ de corporis bono. Aliqui tñ dicunt ꝙ nõ erit maior intẽſiue. Sed ꝯtra eos eſt auctas magiſtri dicẽtis in textu. Peracto iudicio ampliorem gloriam ſue claritatis deus monſtrabit electis. non ꝙ anima ſit receptura maiorem glorie habitũ: ſed quia augebit perfectio ſue naturalis virtutis. Quanto aũt pfectior eſt naturalis aĩe virt⁹: tanto cũ equali adiutorio ſupernaturali deũ clarius videt. Qđ aũt ꝑfectior futura ſit ꝑ corpis reſumptionẽ naturalis aĩe virt⁹ Rich. vbi. ſ. pbat ſic. Quanto res hꝫ pfectiorẽ eſſendi moduꝫ: tanto pfecti⁹ põt habere ſue virtutis opationẽ. Sꝫ aĩa beata per ſui corpis reſumptionẽ habebit perfectiorẽ eſſendi modũ q̃ꝫ modo. qꝛ oĩs pars hꝫ pfectiorẽ moduꝫ eſſendi in toto q̃ꝫ ſeparata. ideo habebit perfectiorẽ naturalẽ virtutẽ q̃ꝫ modo. Preterea natura recta non appetit naturaliter habere aliquid quo habito nõ fieret perfectior ſm moduꝫ eſſendi nec ſm virtutẽ. ſed ſi cuiuſlibet anime beate eſt natura recta: ꝛ quilibet naturaliter appetit reſumptionem corporis ꝓprij. ergo per illã reſumptionẽ quilibet perfectior fiet ſm eſſendi modũ vel ſm virtutem. Perfectioreꝫ ergo habebũt anime eſſendi modum ꝛ virtutem poſt reaſſumptionem corporũ q̃ꝫ ante. ꝛ per conſequens maio

tem beat tudinē. Qđ aūt aīa in corpe corruptibili imperfectiorē habeat ſuā opationē naturalē ꝙ ſepata: hoc eſt per accidēs, ſcʒ rōne corruptibilitatis corpis. Quia vt dr̄ Sap. ix. Corpus qđ corrūpit aggrauat aīam. Sed vt dicit Aug. xij. ſuper Gen. verſus finē. Cū aīa hoc corpus iam nō aīale: ſꝫ per futurā cōmutationē ſpirituale receperit: perfectū habebit nature ſue modū obediens ⁊ imperans. viuificata ⁊ viuificās tam ineffabili facilitate. vt ſit ei glorie quod fuit ſarcine. Erit itaqꝫ in illa generali reſurrectiōe ſuperadmiranda leticia ⁊ iocūditas amicoꝝ dei: qui ex affectu experientur ꝙ fructuoſum ē ꝑpter xp̄m quoſcūqꝫ ſubire labores. Et ecōuerſo vero dānati miſeri ex pene acerbitate cognoſcent q̄nta eſt ſtulticia: quanta demētia negligere aīam ⁊ fouere corpus: cōtemnere celū ⁊ querere mundū: reſiſtere deo ⁊ ſeruire diabolo. Sollicite igit̄ prouidēdū eſt vt ab ip̄is impijs ſeparati per bona opa ⁊ verā pniam annumerari valeam⁹ angelicis choris ordinibuſqꝫ ſanctoꝝ: collaudātes ⁊ benedicentes deū per immortalia ſeculorum ſecula. Amen.

¶ De aſcenſione ſaluatoris nr̄i ieſu xp̄i q̄n videntib⁹ diſcipul' celos aſcēdit. Ser. LXXIIII

Aſumptus eſt in celum ⁊ ſedet a dextris dei.

Scribunt hec verba originaliter Marci vlt. ⁊ in euāgelio preſentis ſolennitatis. Iocūdiſſimū nouū aſcenſionis ieſu xp̄i filij dei merito excitare dʒ mentes noſtras: ſubleuareqꝫ oim corda ad ardentiſſime deſiderandū bonū illō ſummū ac copioſum. qđ cū quiſqꝫ acquiſierit nūqꝫ amittet. Neqꝫ ampli⁹ excuſare ſe hoies poſſunt ſi ſe ignaros ꝓmiſſe felicitat̄ dicāt: cū ip̄e ieſus non ſolū verbo: ſed experientia facti oſtēderit clarū ad ſupos iter. Qđ Micheas predixit. c. ij. Aſcendit pandens iter ante eos. Profecto res clariſſima ⁊ admirāda fuit: dū xp̄s quadrageſima die poſtqꝫ ſurrexit a mortuis videntib⁹ diſcipulis ei⁹ alijſqꝫ deuotis ꝙ plurimis ⁊ bn̄dicta matre: de monte oliueti celum cōſcendit. Quapropter (vt hec oia cūctis innoteſcant) ad xp̄i aſcenſionē dirigam⁹ animū ⁊ verba. De qua in preſenti ſermone tria myſteria ꝓponim⁹ cōtemplanda.

- Primū dr̄ dignitatis
- Secundū ꝯgruitatis
- Tertiū qualitatis.

¶ De dignitate ⁊ preeminentia xp̄i: que notatur per hoc ꝙ ſedet a dexteris dei: ⁊ quid per dexteram intelligitur. Caplm I

Primum myſteriū cōtemplandū de aſcenſione xp̄i dr̄ dignitatis. q: aſcēdit ⁊ ſedet a dextris dei. i. ꝑeminet oībus creaturis ⁊ angelis ⁊ hoib⁹. Iuxta illud qđ ſcribit ap̄lus ad Eph. i. Conſtituit illum ad dexterā ſuā in celeſtib⁹ ſupra oēm principatū ⁊ poteſtatē ⁊ virtutē ⁊ dn̄ationē: ⁊ omne nomen qđ noiatur. nō ſolū in hoc ſeculo: ſed etiā in futuro. Sed ꝓ clariore hui⁹ partis intelligētia tria ſunt hic dubia declarāda.

- Primum vtrum chriſto conueniat ſedere ad dexteram patris.
- Secundū. vtrū ſedere ad dexterā patris cōueniat xp̄o ſm ꝙ homo.
- Tertiū vtrū alijs a xp̄o cōueniat ſedere ad dexterā patris.

Ad primū dubiū arguunt quidā ꝙ nō conuenit xp̄o ſedere ad dexteram p̄ris. neqꝫ bene aiunt ita de xp̄o loquentes. Primo ſic. Nullū corpale cōpetit deo qui ſp̄us eſt. ſꝫ dextera ⁊ ſiniſtra ſunt differētie poſitionū corpaliū. ergo nō ꝯueniūt deo. Scđo. ſi fili⁹ ſedet ad dexterā: ergo pater ad ſiniſtrā. ſed dextera nobilior eſt ſiniſtra: ergo pater ſedet in parte ignobiliori. Tertio. ſtare ⁊ ſedere ſunt oppoſita, ſed Act. vij. c. ſtephan⁹ vidit ieſum ſtantē a dextris virtutis dei. ergo nō ſedet. Sed cōtra ſic arguentes pri⁹ opponam⁹ teſtimonia ſcripturarū: deinde ſoluem⁹ obiecta. In ſymbolo nāqꝫ apoſtoloꝝ dr̄. Aſcēdit ad celos: ſedet ad dexteram dei p̄ris omnipotentis. Et in ſymbolo patrū. Aſcendit in celū ⁊ ſedet ad dexterā p̄ris. Et ad Eph. i. c. ſcribit̄. Conſtituens illū ad dexterā in celeſtib⁹. Et ad Coloſ. iij. Xp̄s eſt in dextera dei ſedens. Et ad Heb. i. Sedet ad dexteram maieſtatis in excelſis. Et. x. c. Sedet in dextera dei p̄ris. Et ad Roma. viij. Xp̄us ieſus eſt ad dexterā dei: qui etiā interpellat ꝓ nobis. Et Marci. xiiij. Luce. xxij. Matth. xxvi. Erit filius homis ſedens a dextris virtutis dei. Hoc predixit dauid pſ. cix. Dixit dn̄s dn̄o meo: ſede a dextris meis. Qđ aūt hec verba de xp̄o dicantur: pʒ ex eo ꝙ paulus ad Heb. i. c. ait. Ad quē aūt angeloꝝ dixit aliq̄n de⁹. ſede a dextris meis. Et xp̄s Matth. xxij. dixit. Quo dauid vocat eum in ſp̄ū dn̄m dicens. Dixit dn̄s dn̄o meo: ſede a dextris meis. Et ſi iudei negarent teſtimoniū pauli ⁊ xp̄i aſſerentes verba iſta de alio nō de ip̄o xp̄o affirmari debere: ſtatim incredulitatē eoꝝ cōuincim⁹ per doctores ipſorum. Nā rabbi ionathā apud hebreos phariſſimus in ſua tranſlatione chaldaica ait. Dixit dn̄s verbo ſuo. Et rabbi ioden ſup illud pſ. xvij. Dediſti mihi ꝓtectionē ſalutis tue: ⁊ dextera tua ſuſcepit me. Inquit. In futurū de⁹ ſanctus ⁊ bn̄dict⁹ conuertere faciet regē meſſiam ad dexterā ſuam. Sicut ſcriptū eſt. Dixit dn̄s dn̄o meo: ſede a dextris meis. Iſtud inſup tenet rabbi moyſes addarſam. ¶ Pro ſolutione igit̄ obiectoꝝ notāde ſunt tres veritates.

Prima veritas ꝙ hoc nomē dextera i ſcripturis inuenit̄ de deo dictū. Unde Exod. xv. Dextera tua dn̄e magnificata eſt in virtute: dextera tua pcuſſit inimicū. Et pſ. xv. Delectationes in dextera tua vſqꝫ in finē. Et pſ. xx. Dextera tua inueniat omēs qui te oderūt. Et pſ. xlvij. Iuſticia plena ē dextera tua. Et pſ. cxvij. Dextera dn̄i fecit virtutem dextera dn̄i exaltauit me. Et pſ. cxxxvij. Saluū me fecit dextera tua. Et Eſaye. xlviij. Dextera mea menſa ē celos. Et Abachuc. ij. Circūdabit te calix dextere dn̄i. ¶ Secūda veritas, quia cū dicim⁹ xp̄m ad dexterā patris ſedere: nō intelligim⁹ per dexterā aliquid corpale. Sed locutio ē metaphorica, quales ⁊ alie cū dicim⁹ oculos dn̄i brachiū dn̄i: ⁊ ſimilia. per que deſignant̄ ſpirituales ꝓprietates ſiue opatōes diuine. Hinc Damaſcen⁹ in tertio ſuarū ſniarū ait. Non localem dexterā p̄ris dicim⁹, qualiter eñ qui incircūſcriptibilis eſt localē adipiſcetur dexterā?

Tertia veritas, ꝙ noīe dextere intelligunt̄ tria. ſcʒ gl'ia diuinitatis: beatitudo: ⁊ iudiciaria poteſtas. Ex quo ſm Aug. libro de ſymbolo. ⁊ Damaſcenū. Sedere ad dexterā patris nīl aliud eſt niſi cū patre habere gl'iam diuinitatis ⁊ beatitudinē: ⁊ iudiciariā poteſtatē, ⁊ hꝫ incōmutabiliter ⁊ regaliter. Un̄ Damaſcen⁹ inquit. Dexterā p̄ris dicim⁹ gl'iam ⁊ honorem diuinitatis: in qua dei fili⁹ extitit ante ſecula vt de⁹ ⁊ p̄ri cōſubſtātialis. Scđm vero Tho. iij. parte. q. lviij. art. ij. Hec prepoſitio ad vel in: cū dicim⁹ ad dexterā vel in dextris: ſolā diſtinctionē perſonalē importat ⁊ originis ordinē: nō aūt gradū nature vel dignitatis: qui null⁹ eſt in diuinis pſonis, q: ſm Athanaſiū tres pſone coeterne ſibi ſūt ⁊ coequales. Et ſic ſoluimus primū obiectū oſtēdentes ꝙ nō dicit̄ dextera corpaliter de deo. ¶ Ad ſecundū vero reſpondet Aug. in libro de ſymbolo. In illa beatitudine oia dextera ſunt: q: nulla eſt ibi miſeria. Uerūtñ vt inquit Tho. vbi. ſ. ad. iij. nullo mō pōt dici ꝙ pater ſedeat ad dexterā filij vel ſp̄uſſcti: q: fili⁹ ⁊ ſp̄uſſctūs trahūt originē a p̄re ⁊ nō ecōuerſo. Sed ſp̄uſſctūs ꝓprie poteſt dici ſedere ad dexterā p̄ris vel filij ſm ſenſum p̄dictū. Uerūtñ ſm quandā appropriatione attribuit̄ filio equalitas. Un̄ Aug. ait. In p̄re eſt vnitas: in filio equalitas: i ſp̄uſctō vnitat̄ equalitatiſqꝫ cōnexio. Cōfirmat hāc ſniā Alexā. in. iij. ſumme. q. xxiiij. mē. iij. vbi ait. Sedere ad dexterā p̄ris ip̄ortat diſtinctionē pſonarū ⁊ equalitatē perſone ad pſonā in gl'ia ⁊ honore: ſꝫ ſic ſe hꝫ ſp̄uſſctūs ad p̄rem. g̃ ei ꝯuenit ſedere ad dexterā p̄ris. Sed de equalitate dupl'r loqui poſſum⁹. ſcʒ ꝓprie vel ꝑ appropriationē. Scđm ꝙ ꝓprie ſumit̄ nō dicit aliud equalitas i diuinis niſi diuinā eſſentiā vel virtutē que nō eſt maior in pſonis in vna ꝙ in alia: ſꝫ vna eadē in qua coequant̄ pſone, hoc mō eſt vna equalitas in diuinis pſonis: ſicut vna eſſentia. Alio mō ſumit̄ equalitas i diuinis ſm appropriationē: ⁊ ſic appropriat̄ filio. Ad tertiū obiectū dicimus ꝙ viſio ſtephani fuit eodē mō quo xp̄s auxiliū ſibi p̄ſtare iā erat parat⁹. Un̄ Greg. in omelia inquit. Sedere iudicātis eſt: ſtare vero pugnātis vl' adiuuātis. Stephan⁹ ergo in labore certaminis poſitus ſtantē vidit quē adiutorē habuit. Sed hūc poſt aſcenſionē Marc⁹ ſedere deſcribit, q: poſt aſſumptiōis ſue gl'iam iudex in fine videbit̄. ¶ Secūdū dubiū erat. vtrū ſedere ad dexterā p̄ris cōueniat xp̄o ſm ꝙ hō. Et ad hoc dicūt ſctūs Tho. vbi. ſ. ar. iij. ⁊ Alexā. vbi. ſ. mē. ij. ꝙ cū noīe dextre intelligant̄ tria ſupradicta. ſcʒ gl'ia diuinitat̄: beatitudo: ⁊ iudiciaria ptās, hec ꝑpoſitio ad: quendā ad dexterā acceſſum ſignificat: in quo deſignat̄ cōuenientia cū quadā diſtinctione. Qđ pōt eſſe tripl'r. Primo. vt ſit ꝯuenietia in natura ⁊ diſtinctio in pſona. Et ſic xp̄us ſm ꝙ fili⁹ dei ſedet ad dexterā p̄ris: q: hꝫ eandē naturā cū patre. Un̄ gl'ia diuinitatis: beatitudo: ⁊ iudiciaria ptās ꝯueniūt eſſential'r filio ſicut ⁊ patri. ⁊ hoc eſt eſſe in equalitate p̄ris. Scđo pōt intelligi ſm grām vnionis: que iportat ecōuerſo diſtinctionē nature ⁊ vnitatē ſuppoſiti ſiue pſone. Et ſm hoc xp̄s ſm ꝙ hō eſt fili⁹ dei. ⁊ ꝑ ꝯſequēs ſedet ad dexterā p̄ris ſm equalitatē honoris inquātū eodē honore veneramur ip̄m filiū dei cum eadē natura aſſumpta. Humanitas quidē xp̄i ſm ꝯditionem ſue nature nō hꝫ gl'iaʒ vel honorē diuinitatis: quā tñ hꝫ rōne perſone cui vnit̄. Un̄ Damaſcen⁹ ait. In gl'ia diuinitatis dei fili⁹ exiſtēs ante ſecula vt de⁹ ⁊ patri cōſubſtātialis ſedet cū glorificata ei carne eius. Adorat̄ eñ vna yποſtaſis vna adoratiōe ei⁹ cū carne ei⁹ ab oī creatura. Tertio pōt intelligi ſm ꝙ hō ſm ꝯditionē natu-

re. ⁊ hoc ſm graꝫ habitualẽ que abundãtioꝛ
eſt in xp̃o pꝛe oĩbus alijs creaturis: intantuꝫ
ꝙ ip̃a natura humana in xp̃o beatioꝛ eſt ⁊ ſu
per oẽs alias creaturas habẽs regiã ⁊ iudici
ariam ptãtem. ⁊ ſic eſſe in eq̃litate patris nõ
ptinet ad ip̃am naturã humanã xp̃i: ſed ſolũ
ad pſonã aſſumentẽ. Nihilominus ſic ſm ꝙ
homo ſedet ad dexterã patris. i. ſm Augu. in
bonis paternis potioꝛib⁹ pꝛe ceteris creatu-
ris: qꝛ oẽs alias p̃cellit in btĩtudine ⁊ iudicia
ria poteſtate vt p̃dictuꝫ eſt. Tertiũ dubium
erat vtrũ alijs a xp̃o ↄueniat ſedere ad dext
ram patris. Nam Aug. in lib. de ſymbolo. Se-
dere ad dexterã eſt habitare in eius beatitu
dine. Sed oẽs electi ſunt beati: ergo oĩs ſe-
dent ad dexterã. Qđ cõfirmari põt per illud
Mat. xxv. Statuet oues quidẽ a dextris. Cõ-
trariũ tñ videt᷑ eſſe ex eo ꝙ ap̃lus ad Heb. i.
ait. Cui aliquãdo ãgeloꝝ dixit. ſede a dextris
meis. quaſi dicat nulli. R̃ndet ḡ ſanct⁹ Tho.
ꝙ xp̃s ſedet ad dexterã patris inq̃ntũ ſm di
uinam naturã eſt in equalitate patris. Sc̃d'
humanã xo eſt in excellẽti poſſeſſione bono
rum diuinoꝛum pꝛe ceteris creaturis: qđ nul
li homini vel angelo cõuenit. Sedere ergo in
dextera non ſignificat ſimpl'r eſſe in beatitu-
dine: ſed habere beatitudinẽ cũ quadã domi
natiua poteſtate ⁊ quaſi ꝓpꝛiam naturalem:
quod ſoli xp̃o cõuenit. Poteſt tñ dici ꝙ oĩs
beatus etſi non ſedeat: ſit tñ ad dexteram dei
cõſtitutus. Cõſideremus itaqꝫ ex his q̃ dicta
ſunt q̃ta eſt gl'ia filij virginis beate: quem
adoꝛant angeli: cui oĩs obediunt creature. i
cuius nomine flectit᷑ oĩe genu. Vhe ſtultis
gẽtibus ip̃m deſpiciẽtibus. Vhe duris iude-
is in euꝫ nõ credẽtibus. Vhe malis xp̃ianis
illũ nõ ſequẽtibus. Hic eſt ille ieſus qui ꝓ no-
bis carnem aſſumẽs deus ⁊ homo triginta-
tribus annis cũ hoĩbus habitauit. Hic ẽ ille
qui affixus pependit in ligno in medio latro
num ſpinis coꝛonatus. Hic qui tertia die re
ſurrexit a moꝛtuis. Hic qui regnabit in et'nũ
cuius regni nõ erit finis ſm ãgeli ſententiã.
Luce p̃mo. Hic eſt deniqꝫ de quo dum aſcen
deret ad celos angeli dixerunt tanta p̃conia.
Nam poſtq̃ nube tectus videri deſijt: diſcipu
li intuebant᷑ in celum ſuſpẽſis vultibus: ⁊ ere
ctis luminibus. Et ecce duo viri id eſt angeli
in ſpecie viroꝝ apparẽtes iuxta illos in ꝓpin
quo ſcꝫ aere in veſtibus albis in ſignũ ſolen-
nitatis ⁊ leticie: qui ⁊ dixerũt vt habet᷑ Act.
p̃mo. Viri galilei cur ſtatis aſpiciẽtes i celũ:
quaſi admirãtes ⁊ ſtupidi de hoc quod vidi-
ſtis: ⁊ quaſi triſtes ⁊ deſolati de hoc ꝙ magi
ſtri veſtri p̃ñtiam coꝛpoꝛaleꝫ perdidiſtis. Hic
ieſus qui aſſumptus eſt a vobis in celũ: aſcẽ-
dere potuit: quia opus a p̄re ſibi impoſitũ cõ-
ſummauerat: ne cõtriſtemini. quia ſic veniet
quẽadmodũ vidiſtis eum euntẽ in celũ. O fe-
lix regnu quod no deficiet. O rex inclyte qui
⁊ ſuos tecum regnare p̃mittis. O gens ſc̃ã
amicoꝝ tuoꝝ: qui vocem tuã dulciſſimã erũt
audituri: Venite bñdicti p̄ris mei. poſſidete
paratũ vobis regnũ a cõſtitutione mũdi. Tu
igitur rex gl'ie xp̃e. Tu patris ſempitern⁹ es
filius. Tu ad dexterã dei ſedes in gl'ia patris
Iudex crederis eſſe ventur⁹. Te ergo queſu-
mus famulis tuis ſubueni: quos pꝛecioſo ſan
guine redemiſti.

Qđ aſcenſio chriſti congrue celebꝛata eſt
reſpectu tempoꝛis perſone ⁊ termini.

Capitulum II

S Ecundũ myſteriũ cõtẽplanduꝫ de
aſcenſiõe xp̃i dꝛ cõgruitas. Cõgrue
nãqꝫ cõuenientiſſimeqꝫ fc̃ã fuit aſcẽſio illa. Et
hoc triplici reſpectu.

Pꝛimo reſpectu tempoꝛis.
Sc̃do reſpectu perſone.
Tertio reſpectu termini.

Pꝛimo fuit congrue aſcenſio xp̃i celebꝛata
reſpectu tempoꝛis. Quia die quadrageſimo
poſtq̃ vite auctoꝛ a moꝛtuis ſurrexit aſcẽdit
ad celos. Potuiſſet quidem antea aſcendiſſe
ſed ſic differre voluit vt veritatem reſurrecti
onis pꝛobaret. Difficilius enim erat pꝛoba-
re veritatem reſurrectionis q̃ paſſionis: q̈a
a pꝛima die vſqꝫ ad tertiam vere pꝛobari po
terat moꝛs. Sed ad veram reſurrectionem
pꝛobandã plures dies requirebant᷑. Et hoc
eſt quod dꝛ Actuum p̃mo capl'o. Pꝛebuit ſe
ipſuꝫ viuum poſt paſſionem ſuam in multis
argumentis per dies quadraginta apparẽs
eis ⁊ loquẽs de regno dei. Hinc Leo papa in
ſmone de aſcenſione inquit. Quadragenari⁹
hodie dierũ completus eſt numer⁹ ſacratiſſi
ma oꝛdinatione diſpoſitus ⁊ ad vtilitatẽ no
ſtre eruditionis impẽſus: vt dũ a dño in hoc
ſpacio moꝛa p̃ñtie coꝛpalis extẽdit᷑: fides re-
ſurrectionis documẽtis neceſſarijs muniret᷑
Et iteꝝ in eodẽ ſmone ait. Non hi dies q̇ in
ter reſurrectionẽ domini aſcenſioneqꝫ fluxe-
runt ocioſo tranſiere diſcurſu: ſed magna in
eis confirmata ſunt ſacramẽta, magna ſunt
reuelata myſteria. In his metus dire moꝛtis
aufert᷑: ⁊ nõ ſolũ anime: ſed etiam carnis im
moꝛtalitas declarat᷑. In his ꝑ inſufflationeꝫ

domini infundit᷑ apoſtolis ſpũſſanctus. ⁊ bea
to Petro ſupꝛa ceteros poſt regni claues oui-
lis dñici cura mandat᷑. In his duob⁹ diſcipu
lis tertius in via dñs iungit᷑ comes. ⁊ ad om
nẽ noſtre ambiguitatis caliginẽ detergendã
pauentiũ vel trepidantiũ tarditas increpat᷑.
flãmã fidei illuminata coꝛda cõcipiunt: ⁊ q̃
erant tepida reſerante dño ſcripturas effici-
unt᷑ ardentia. Hec ille. Sc̃do fuit ↄgrue
aſcẽſio xp̃i pꝛeperacta reſpectu ꝑſone. vbi a docto
ribus querit᷑. An fuit cõueniens xp̃m aſcẽde
re. Et poſſet q̇s arguẽdo dicere ꝙ nõ. Pꝛimo
qꝛ p̄hs dicit in. ij. de celo ⁊ mũdo. Illa q̃ opti-
mo modo ſe habẽt poſſidẽt ſuũ bonũ ſine mo-
tu. Sed xp̃s optimo mõ ſe habuit. ⁊ ſm diui-
nam naturã: qꝛ eſt ſummũ bonũ: ⁊ ſm huma
nam: qꝛ erat optime gloꝛificatus. ergo nõ cõ-
ueniebat illi aliq̇s motus: ſed aſcẽſio eſt q̇daꝫ
motus quare videt᷑ ꝙ nõ debebat aſcendere.
Sc̃do omne qđ mouet᷑ mouet᷑ ꝓpter aliquid
melius: ſed xp̃o nõ fuit melius eſſe in celo q̃
in terra: nec q̃tũ ad aĩam: nec q̃tũ ad coꝛpus
qꝛ vbiqꝫ eque beatus. ergo nõ debebat aſcẽde
re. Tertio ſi poſt reſurrectionẽ ſuã fuiſſet
cũ hoĩbus ↄuerſatus: vel gloꝛioſus regnaſſet
in terris: multo plures eũ ſequerent᷑ ꝙ mõ: er
go debuit nobiſcũ manere ⁊ nõ aſcẽdere in ce
lũ. Pro declaratiõe veritatis ⁊ hoꝝ ſolutõe
R̃ndet ſc̃tũs Tho. iij. pte. q. lvij. ar. i. ꝙ locus
dꝫ eſſe ꝓpoꝛtionatus locato. Xp̃s aũt per re-
ſurrectionẽ vitã immoꝛtalẽ ⁊ incoꝛruptibileꝫ
inchoauit. locus xo in quo habitamus eſt lo-
cus generationis ⁊ coꝛruptionis: ſed locus ce
leſtis eſt locus incoꝛruptiõis. ideo ↄgruenter
xp̃s ad locũ illũ ſe tranſtulit. Ad pꝛimũ er-
go dicit Tho. ꝙ deus eſt q̇ poſſidet ſuũ bonuꝫ
ſine motu: qꝛ oĩno immutabilis eſt. Quelibet
aũtẽ creatura eſt aliquo modo mutabilis ſm
Aug. viij. ſup Geñ. ad l'ram. Et qꝛ natura aſ-
ſumpta a filio dei remanſit creatura. nõ eſt in
cõueniens ſi ei aliq̇s motus attribuat᷑. Ad ſe-
cundũ r̃ndet ſanctus Tho. ꝙ xp̃o aſcendenti
nihil accreuit q̃tũ ad ea q̃ ſunt de eſſentia glo
rie. ſiue ſm coꝛpus ſiue ſm aĩam. Tñ accre-
uit aliquid q̃tũ ad loci decentiã qđ eſt de bene
eſſe gloꝛie. nõ ꝙ coꝛpoꝛi eius aliquid: aut ꝑfe
ctionis: aut cõſeruationis acquireret᷑ ex coꝛ-
poꝛe celeſti: ſ; ſolũmodo ꝑ q̃daꝫ decentiã. hoc
aũtẽ aliquo mõ pertinebat ad eius gloꝛiã. Et
de hac decentia gaudiũ quoddã habuit. nõ q̇-
dẽ ꝙ tũc de nouo gaudere inciperet q̃ñ in celũ
aſcẽdit: ſed qꝛ nouo mõ gauiſus eſt ſicut dꝛ re
impleta. Ad tertiũ argumẽtũ dꝛ ꝙ licet p̃ſen-
tia coꝛpalis eius fuerit ſubtracta nõ tñ diui-
nitatis. Adeſt inſup ſemꝑ nobiſcũ in ſacro al
taris: lꝫ nõ videat᷑ oculis coꝛpalibus. Ob qđ
Matth. vlti. dũ aſcẽdendo diſcipulos relinq̇-
bat dixit. Ecce ego vobiſcũ ſum oĩbus diebus
vſqꝫ ad cõſũmationẽ ſeculi. Fuit cũ ap̃lis aſſi
ſtẽdo eis in opib⁹ miracl'oſis. qꝛ vt dic̃ Mar
cus vlti. c. Pꝛedicauerũt vbiqꝫ dño cooꝑante
te ⁊ ſermonẽ ↄfirmante ſeq̃ntibus ſignis. Aſ-
ſiſtit nobiſcũ exiſtẽdo vt dictũ eſt in ſacro eu-
chariſtie vbi eſt xp̃s totus. Aſſiſtit etiã eccle
ſie ſemꝑ ipſam dirigẽdo ꝑ occultos inſtinct⁹
ſpũſſancti vt ſic nõ deficiat fides Petri. Pꝛo-
pterea Auguſtinus in ſermõe de aſcenſiõe ita
pulchꝛe loquit᷑. Dia chariſſimi q̃ dñs ieſus
xp̃s in hoc mũdo ſub fragilitate noſtra mira-
cula edidit nobis ꝓficiũt. Qui dũ humanam
cõditionẽ ſideribus iportauit: credẽtibus celũ
patere poſſe mõſtrauit. Et dũ victoꝛẽ moꝛtis
in celeſtia eleuauit: victoꝛẽ eiuſdẽ moꝛtis quo
ſequemur oſtẽdit. Aſcẽſio ergo dñi catholice
fidei cõfirmatio fuit. vt ſecuri in poſterũ cre-
deremus miraculi ipſius donũ: cuius in p̃ñti
ꝑcepiſſemus effectũ. ⁊ fidelis quiſqꝫ cũ iã tã-
ta ꝑceperit ꝑ ea q̃ agnoſcit p̄ſtita diſcat ſpera
re ꝓmiſſa ac dei ſui pterita p̄ſentiqꝫ bonitate
q̃ſi futuroꝝ teneat cautõeꝫ. hec Aug. Ter-
tio aſcenſio xp̃i fuit cõgrue celebꝛata reſpectu
termini: qꝛ aſcẽdit ſuꝑ oẽm creaturã tã ſpũa-
lem q̃ etiã coꝛpalẽ. Ex quo ap̃ls ad Eph. iiij.
c. ait. Qui deſcẽdit ipſe eſt ⁊ q̇ aſcẽdit ſuꝑ oẽs
celos vt adimpleret oĩa. Sc̃dm Nico. d lira ſuꝑ
hoc paſſu nõ eſt intelligẽdũ ꝙ aſcẽderit totali
ter ſupꝛa celũ empyreũ vbi nullus eſt loc⁹ nec
creatura aliqua. ſed ꝙ aſcẽderit ad partẽ di-
gnioꝛẽ celi empyrei. qđ eſt locus beatoꝝ ⁊ ce
lũ ſup̃mum. Locus aũt ille debet᷑ etiã ſubſtan-
tijs ſpũalibus ſm q̃dam cõgruentiã: qꝛ ille
ſubſtãtie ſunt ſup̃me in oꝛdine ſubſtantiarũ.
Et tñ xp̃s aſcendit ſuꝑ oẽs ſubſtantias ſpũa-
les: ⁊ ſupꝛa oẽs oꝛdines angeloꝝ. Nec eſt in-
cõueniens coꝛpus xp̃i p̃poni ſubſtantijs ſpũa
libus: cũ ſpũs ſimpliciter nobilioꝛ ſit omni coꝛ
poꝛe. Quia vt inq̇t ſanctus Tho. vbi. s. ar. v.
licet coꝛpus iſtud cõſiderando cõditionẽ na-
ture coꝛpoꝛee ſit infra ſubſtantias ſpũales: cõ
ſiderando tamẽ dignitatẽ vnionis q̈a eſt ꝑ-
ſonaliter deo cõiunctum: excellit nobilitateꝫ et
p̃eminentiam omniũ ſubſtantiarũ ſpũalium
et omnium angeloꝝ.

Qualiter xp̃s aſcẽdit cũ poteſtate ⁊ magni
ficentia vidẽtibus patenter diſcipulis.

Capitulũ III

Tertiū myſteriū ꝯtemplādū de aſcēſi
one xp̄i ē qualitas. In quo perſcru
tari debemus qualiter xp̄s aſcendit.
Ad qd̄ dicimus: ꝙ aſcendit tripliciter.

Primo potenter.

Secūdo magnifice.

Tertio patēter.

Prio aſcēdit potēter vbi tres difficultates
oriunt̄. Prima vtꝝ aſcēdere cōueniat xp̄o
ſm diuinā naturā. Ad hoc ita r̄ndet ſanctus
Tho. vbi. ſ. ar. ij. ꝙ li ſm duo pōt notare. ſ. cō
ditionē aſcendētis τ cām aſcēſiōis. Prio mō
nō pōt ꝯuenire xp̄o ſm ꝯditionē diuine natu
re. Tū q2 nihil ē diuinitate altiꝰ q̄ poſſit aſcen
dere. tū q2 aſcēſio eſt motꝰ localis q̄ diuine na
ture nō cōpetit q̄ eſt imobilis τ inlocalis. Sed
ꝑ hūc modū cōpetit xp̄o ſm hūanā naturā q̄
ꝯtinet̄ loco τ motui ſubiacet. Itaq3 xp̄s aſcē
dit in celū ſm ꝙ hō nō ſm ꝙ deus. Si vero li
ſm dicat cām aſcēſiōis. cū xp̄s ex virtute di
uina i celū aſcēderit: dicimus ꝙ aſcēdit ſm ꝙ
deus. Scd̄a difficultas vtrū aſcēdit ꝓpria
ꝟtute. Ad iſtud Tho. vbi. ſ. ar. iij. dicit. ꝙ cū
in xp̄o ſit duplex natura. diuia. ſ. τ hūana ſm
vtranq3 accipi pōt ꝓpria virtus. Xp̄us ergo
aſcēdit ꝓpria virtute diuina. de ꝟtute ꝟo hūa
na diſtingrit Tho. ꝙ hoc pōt dupliciter acci
pi. Una quidē eſt virtus naturalis q̄ ꝓcedit
ex principijs nature. τ hac xp̄us nō aſcendit.
Alia aūt virtus eſt glorie ſm quā xp̄s in celū
aſcēdit. Cuius qdē virtutis rōnem qdā acci
piūt ex natura q̄nte eſſentie: q̄ eſt lux vt dicūt
quā ponūt eſſe de cōpoſitiōe corꝑis hūani τ ꝑ
eā elemēta ꝯria ꝯciliari in vnū. Ita ꝙ in ſta
tu huius mortalitatis natura elemētaris in
corporibus humanis dn̄at̄. Et ideo ſm naturā
elemēti p̄dn̄antis corpus humanū naturali ꝟ
tute deorſum fert̄. In ſtatu aūt glorie p̄domi
nabit̄ nā celeſtis ſm cuiꝰ inclinationē τ vir
tutē corpus xp̄i τ alia ſctōꝝ corꝑa ferunt̄ in
celū. Alij vero aſſignāt rōnem p̄dicte ꝟtutis
ex ꝑte aīe glorificate ex cuius redūdātia glori
ficabit̄ corpꝰ. vt dicit Aug. ad dioſcoꝝ. τ. xxij
li. d̄ ciui. dei. Erit em̄ tāta obediētia corꝑis glo
rioſi ad aīam btām. vt vbi volet ſpūs: ibi erit
ꝓtinus corpꝰ. Licʒ ergo aſcēdere ſurſum ſit ꝯ
naturā hūani corꝑis ſm ſtatū p̄ntis vite: tn̄
nō erit ꝯ naturā corꝑis glorioſi: cuiꝰ tota na
tura erit oīno ſubiecta ſpūi. Tertia difficul
tas eſt: an corpus xp̄i τ qd̄cūq3 gl'ioſuʒ poſſit
localiter moueri i inſtāti: cū tali motu opet̄ ꝟ
tus diuia: Ad h̄ r̄ndet Alex. iij. ꝑte. q. xxiij. mē.
iij. τ Tho. vbi. ſ. ad. iij. ꝙ lʒ ꝟtus diuina ſit in
finita q̄tū eſt ex ꝑte opantis: tn̄ effectꝰ illiꝰ
ꝟtutis recipit̄ in rebꝰ ſm capacitatē earū et
diſpoſitiōeʒ. Corpꝰ aūt nō ē capax vt i inſtāti
localr̄ moueat̄. q2 oʒ ꝙ cōmiſceat ſe ſpacio ſʒ
cuiꝰ diuiſionē diuidit̄ tp̄us. vt d̄r. vi. phicoꝝ.
Uerūtn̄ lʒ corpꝰ xp̄i nō fuerit motū in inſtāti
de terra ad celū: nihilominꝰ motꝰ ille fuit ſatis
velox atq3 feſtinꝰ: dū eadē die de terra euola
uit ad celū empyreū. qd̄ ē ſup̄ oēs celos. Re
fert em̄ Rabbi moyſes maximꝰ phs. ꝙ q̄libet
circulꝰ cuiuſlibʒ planete hʒ tm̄ ſpaciū q̄tū poſ
ſet aliq̄s ire d̄ via plana in q̄ngētis annis. Et
diſtātia inter celū τ celū. i. inter circulū τ circu
lū eſt ſilr̄ vt dicit via q̄ngentoꝝ annoꝝ. Et io
cū ſint ſeptē celi erit ſm ipſū a cētro terre vſq3
ad cōcauū celi ſaturni qd̄ eſt ſeptimū celū via
multoꝝ miliū annoꝝ. i. tm̄ ſpaciū q̄tū de via
plana aliq̄s iret in mult̄ milibꝰ annis ſi tm̄ vi
ueret. ita tn̄ ꝙ iter vniuſcuiuſlibet diei ſint q̄
draginta miliaria. Qd̄ ſi verū ē nouit deꝰ. Cla
rū tn̄ eſſe pōt ꝙ ſatis lōga diſtātia ē a terra vſq3
ad celū empyreū. q2 corꝑa celeſtia ſol τ lūa cū
excedāt in q̄titate oīa elemēta tn̄ ita ꝑua vi
dent̄. Scd̄o aſcēdit xp̄s magnifice cū tri
pudio τ leticia āgeloꝝ. Si em̄ beatiſſimi ſpūs
illi alios ſctōs ad celū eūtes cū exultatiōe re
ciꝑiūt: q̄to magis regi regū ſeſe oēs obſeq̄oſos
reuerētiſſimos ac iocūdiſſimos exhibuerunt.
Ex illis vtiq3 fuerūt duo illi de q̄bus diximꝰ in
p̄mo myſterio. ꝙ aſtiterūt iuxta diſcipl'os in
veſtibus alb̄. Sʒ hoc loco interponēdā du
co. Gregorij ſniam q̄ in omelia inq̄t. Queren
dū eſt q̄dnā ſit: ꝙ nato dn̄o angeli apparuerit
et tn̄ nō legunt̄ in veſtibus alb̄ appuiſſe: aſcē
dēte aūt miſſi angeli in alb̄ veſtibꝰ legunt̄ ap
paruiſſe. In alb̄ veſtibꝰ gaudiū τ ſolēnitas mē
tis oſtēdit̄. q2 magna tūc ſolēnitas angelis fa
cta eſt cū celū deꝰ hō penetrauit. Quia naſcēte
dn̄o videbat̄ diuinitas hūiliata: aſcēdēte ꝟo ē
hūanitas exaltata. Albe etem̄ veſtes exaltati
oni magis ꝯgruūt ꝙ hūiliatiōi. In aſcēſiōe ḡ
eiꝰ angeli in alb̄ veſtibꝰ videri debuerūt. q2 q̄
in hūanitate ſua apparuit deꝰ hūilis: in aſcēſi
one ſua oſtēſus ē deus ſublimis. hec ille. Ad
triūphū iā xp̄i redeamus τ cogitemꝰ ꝙ ſtupē
dū q̄q3 mirabile fuit ſpectaculū illō: qn̄ cū glo
rificata carne ſua reḡ celeſtia penetrauit. Su
ꝑauerat hoſtes. terruerat demōes. τ p̄dā in
numerabiliū ſctoꝝ eduxerat de inferno. Pro
ſtrauerat mortē quā ſua morte deſtruxit. τ ad
p̄ris dexterā ſeſſurus ꝓficiſcebat̄. Nō talis nec
tātus fuit illoꝝ triūphus quoꝝ hiſtoria roma
na meminit. q2 iā perijt memoria eoꝝ cū ſonitu

ſed ieſus xp̄s i eternū ꝑmanet. Rem grandē
pleriq3 putāt dū legūt vel audiūt ꝙ ceſar poſt
tot victorias τ finē belloꝝ ciuiliū morteq3
pompei: dū redijt ad vrbē ſm Suetoniū vno
menſe: ſʒ interiectis diebꝰ q̄nquies triūphauit.
Primo de gallia τ britānia. Scd̄o de egypto.
Tertio de farnate τ ponto. Quarto de iuba τ
africa. Quinto τ vltimo de hiſpania. Alij non
ſine maxima voluptate ꝯmemorāt q̄ de q̄plu
ribꝰ ad eoꝝ laudē ꝯſcripta ſunt: q̄ ob reipubli
ce libertatē hoſtes rebelleſq3 romanorum do
muerūt. Scribit nāq3 Piniꝰ in libro de viris
illuſtribꝰ. τ Eutropiꝰ lib. iiij. ꝙ Auliꝰ metellꝰ
dictꝰ macedonicꝰ a deuicta macedonia: Phi
lippū macedonie regē circa tp̄a q̄bus cartha
go euerſa eſt duxit ad vrbē. τ triūphans ante
currū vinctū trahi fecit. Metellꝰ filiꝰ eiꝰ dictꝰ
Creticꝰ ſm Oroſiū τ Eutropiū: q2 Cretā ro
mano ppl'o ſubiugauit: reuerſus romā triū
phauit. Papirus q̄ luciꝰ papirꝰ curſor ſm Ti
tū liuiū: q2 ſamnitū duriciam prelijs fregit: τ
adeo clare cūcta geſſit ꝙ Eutropiꝰ τ Oroſiꝰ
dicāt ꝙ romani hūc Alexandro magno ducē
parē eſſe putabant ſi aſia domita in Europā
arma tēptaſſet. romā rediens poſt debellatos
hoſtes triūphauit. Papirꝰ filiꝰ eiꝰ cōſul adhuc
ꝯtra ſamnites q̄ Aq̄loniā ciuitatē eoꝝ cepit:
expugnauitq3 aliā ciuitatē illoꝝ fortiſſimam
ſm Titū liuiū: poſt romā rediēs triūphauit.
Octauianꝰ vt refert Oroſiꝰ τ Eutropiꝰ: victor
rediēs ab oriēte cū triplici triumpho vrbē in
greſſus: tūc primū q2 rēpublicā auxerat: Au
guſtꝰ ſalutatꝰ eſt. Probꝰ impator ſm Rufinū
in annalibꝰ romanoꝝ q̄ vicit alemanos ger
manos gothos τ ſarmathus: ob qd̄ electꝰ fu
it impator: poſtq̄ ſuꝑauit bello Proculū τ bo
noſum: quos ipſe duces miſerat ad p̄ſidiū gal
liarū. at illi impatores ſe dixerāt pacata ꝓuin
cia τ occiſis illis in p̄lio: romā rediēs q̄nq3 di
ebus gl'ioſe triūphauit. Nā int̄ alia ſpectacu
la qd̄ nunq̄ priꝰ factū fuerat: totū circū in ſpe
ciem ſilue fecit cōſeri arboribꝰ: ac ꝑ diuerſos
aditꝰ ſtrutiōes mille: ceruos mille: apros mil
le: leones centū: centūq3 libicos imiſit leopar
dos. τ quotquot alias viuas feras hr̄e potuit
τ oīa ꝯceſſit diripiēda ppl'o. Scipio africanꝰ
vt ponit Titꝰ liuiꝰ poſt victū Hānibalē domi
tamq3 carthaginē: vbi romā attigit triūpho
olim clariſſimo capitoliū honeſtauit: quē ſeq̄
bant̄ captiui oēs romāi q̄ ad quattuor milia
erāt de manibꝰ hoſtiū liberati. Scipio frater
eiꝰ poſt multa ꝑ eū feliciter geſta domita aſia q̄
re vt ſcribit Piniꝰ lib. de viris illuſtribꝰ. aſia
ticus dictꝰ eſt: triūphauit. Cuiꝰ triūphꝰ oculo
rū ſpectaculo maior ꝙ africani fuit. Nā por
tauit cōſul triūphās ducēta vigintiq̄ttuor ſi
gna militaria hoſtiū: ſimul'acra captoꝝ hoſtiū
oppidoꝝ τ vrbiū centū trigintaq̄ttuor. Aure
as coronas ducētas trigintaq̄ttuor. Uaſa au
rea τ argētea nūero īfinita. Principes vrbiū
τ duces trecētos vigintiſex. cū q̄bꝰ τ adoleſcē
tem filiū Antiochi ꝑtulit an̄ ſe. Fuerūt τ alij
q̄bꝰ triūphi gl'ia ꝯceſſa fuit: quos omittimus
ne tedio auditores afficiamꝰ. Illud tn̄ ſciēdū
ꝙ triūphꝰ erat honor maximꝰ q̄ dari poterat
a romanis. Nam erat triplex notabilis leticia
triūphātis. Erat p̄ma ꝙ cū ad vrbē triūpha
lis ciuis rediret: ei cū effuſa leticia occurrebat
ppl's vniuſus. Erat ſcd̄a leticia ꝙ triūphātis
currū p̄cedebāt manibꝰ poſt terga ligatis ca
ptiui oēs. Tertia leticia erat maxima: qn̄ triū
phans lauro coronatꝰ indutꝰ aurea veſte aſcē
debat currū aureū triūphalē tractū a quattu
or albis equis. Sicq3 dux pompaticꝰ ꝑeunte
ſenatu in capitolio albos tauros ſacrificabat
ioui. multaq3 alia fiebāt ad gl'iam ducis triū
phantis. Attamē oīa illa vana fuerūt friuola
τ trāſitoria: ludiſq3 pueroꝝ cōꝑanda. Eri
gamus ḡ mentis nr̄e oculos ad regē regum
beatoꝝ ducē inuictiſſimū ieſum xp̄m aſcēdē
tem ad celos: τ ꝯſideremꝰ cū quali militia ce
lum ingredit̄: τ quot innumeri angeli ei p̄ce
dunt obuiā: q̄taq3 ſit in celis cōmotio. O fe
ſtum trāſcendens oēm exaltationē ſublimē τ
gl'iam quorūcūq3 impatorū τ regū q̄ fuerunt
ab initio mūdi: τ q̄ erūt vſq3 in finē. Ducebat
xp̄s ſecū oēs aīas ſctās quas eduxerat de in
ferno. q2 nulla ante ip̄m ad celū empyreū per
uenerat. Ducebat τ ſanctos reſuſcitatos q̄ in
corꝑe τ aīa ip̄m feliciter ſeq̄bant̄. Ducebat in
ſuꝑ τ aīas eoꝝ iuſtoꝝ τ ꝑuuloꝝ fideliū: que i
his q̄draginta diebꝰ a ꝓprijs corꝑibꝰ ꝑ mor
tē diſceſſerāt. De q̄bꝰ oibꝰ aliq̄ tenet ꝙ a reſur
rectiōe xp̄i vſq3 ad aſcēſionē eiꝰ fuerūt in ꝑa
diſo terreſtri. Aliq̄ ꝟo alit̄ opinant̄. ſ. ꝙ xp̄m
aſſociabāt inuiſibilit̄ in hoc mūdo cū hymnis
τ laudibꝰ. Et vtrūq3 eſt poſſibile: lʒ nō ſit au
ctoritate firmatū. Ibi nō erat opꝰ curru queʒ
equi traherēt: vbi corpꝰ quadruplici dote cla
ritatis agilitatis ipaſſibilitatis τ ſubtilitatis per
ſemetip̄m mirabilr̄ ferebat̄ in celū. Et qn̄ d̄r
ꝙ nubes ſuſcepit eū ab oculis eoꝝ: intelligen
dū eſt ſm doctores ꝙ nubes illa nō p̄buit ad
miniculū xp̄o aſcēdenti ꝑ modū vehiculi: ſed
apparuit in ſignū diuinitatis ſm ꝙ gl'ia dn̄i
appebat ſuꝑ tabernaculū in nube. Puto aūt

nubē illā fuiſſe lucidā: aſpectu decorā: angeli-co miniſterio formatā: ⁊ ad xp̄m reuerentiſſime ꝑductā. Nā ⁊ nubes illa de q̄ dr̄ Nume. ix. ꝙ operuit tabernaculū ⁊ ſm̄ ꝙ mouebat̄ vel ſtabat ita faciebāt filij iſrl̄. mouebant̄ angeli-co p̄ſidio. vt inq̇t Nico. de lira. Nubes inſuper in q̄ ſpūſſctū̄s appuit in trāſfiguratiōe xp̄i lucida fuit. vt ſcribit̄ Mat. xvij. Tertio xp̄s aſcēdit patent̄. q: voluit a diſcipulis videri ī manifeſto. Ubi aduertēdū ꝙ ip̄a die aſcēſionis bis appuit diſcipulis. Primo appuit vndecim ap̄lis recūbētib⁹ in cenaculo. Oēs em̄ tā ap̄li ꝙ alij diſcipuli necnō mulieres habitabant in illa p̄te hierl̄m q̄ dicebat̄ mello. ſ. in mōte ſyon. vbi dauid ꝯſtruxerat ſibi palaciū ⁊ erat ibi cenaculū grande ſtratū: in quo dn̄s p̄cepit ſibi parari paſca. Et ī illo cenaculo tūc xp̄iani ap̄li hitabāt. Ceteri āt diſcipuli ⁊ mulieres hitabāt circūquaq̄ ꝑ diuerſa hoſpitia. Cū ḡ in iſto cenaculo comederēt: dn̄s eis apparuit ⁊ exprobrauit incredulitatē illoꝝ ⁊ duriciā cordis. ⁊ officiū predicādi cōmiſit ⁊ formā baptiſmi inſtituit atq̄ grām miraculoꝝ cōtulit: vt pꝫ Marci ⁊ Math. vlti. c. Deinde fuit cū eis familiariſſime prāſus. vt dr̄ Act. i. vt ꝑ effectū comeſtiōis ſm̄ Greg. veritas pateſceret carnis. Et ī his oīb⁹ credēdū ē matrē ſuā ſanctiſſimā affuiſſe. Nā vt hr̄ Act. i. poſtq̄ xp̄s aſcendit reuerſi ſunt diſcipuli in domū vbi manebāt cū mulierib⁹ ⁊ matre ieſu ⁊ fratrib⁹ ei⁹. Iſta aūt regreſſio denotat ꝙ inde exierant. Refectiōe aūt cōpleta p̄cepit eis vt in montē oliueti verſus bethaniā irent. Aliq̇ dicūt ꝙ xp̄s iuit cū eis. ex eo ꝙ Lucas ait vlti. ca. Eduxit illos foras in bethaniā. Aliqui vero tenent ꝙ poſtq̄ dixit vt irent ad montem oliueti: diſparuit ab eis. ⁊ iterū in monte apparuit. Erat aūt mons ille ſm̄ Nicolaū de lira extra hierl̄m in via eundi verſus bethaniā. Ibi aliq̄diu ſtetit xp̄s cū bn̄dicta matre ⁊ diſcipulis ſuis: ſicut amici valde faciētes ſolent figere gradum. Ibi diſcipulos docuit ꝙ non erat eoꝝ noſſe t̄pa vel mométa q̄ pr̄ poſuit in ſua p̄tāte. cū p̄terēt. Si in illo t̄pe reſtituēdū eſſet regnū iſrl̄. Ibi p̄cepit eis ne diſcederent a hierl̄m quouſq̄ reciperēt ſpm̄ſctm̄. Ibi tandem poſt multa blāda ⁊ ꝯſolatoria verba bn̄dixit eis. Pie quidē ꝯtēplari poſſum⁹ ꝙ dum dixiſſet. O mr̄ mea bn̄dicta. O genitrix ſuauiſſima. O dilecti mei diſcipuli. Ecce cōpleta ſunt oīa. Tp̄us eſt vt reuertar ad eū q̇ me miſit. Igit̄ ſuſcipite bn̄dictionē meā. ꝙ oēs cadentes in terrā adorauerūt eū: ⁊ bn̄dictione accepta genua tenebant in terra defixa: aſpiciebantq̄ faciē in quā angeli deſiderant ꝓſpicere. At ieſus ad orientē reſpiciens forte ingemendo benedicta ſis mater mea. benedicti vos diſcipuli mei. eleuatis manibus paulatim ferebatur in celū. O noua prodigia. O miracula inaudita. Ille qui de virgine natus mortē tulit abiectiſſime crucis non ſolū ſurrexit a mortuis ⁊ ſuā reſurrectionem ſignis euidentiſſimis cōprobauit: ſed poſt hec oīa palā ⁊ hora nona vt credit̄ viſibiliter a monte oliueti ad celos progreditur. Currite gentes vndiq̄ ⁊ adorate illū q̇ eſt rex regū ⁊ dn̄s dn̄antiū. Poſtq̄ vero videri amplius nō potuit: regreſſi ſunt apoſtoli ⁊ ceteri in hierl̄m ⁊ laudātes ⁊ bn̄dicētes deū in gaudio ⁊ leticia. Amē.

¶ De ſpūſctō q̇ miſſus eſt ap̄lis in ſigno viſibili ignearū linguarū. Sermo LXXV.

Spiritusſanct⁹ quē mittet pr̄ in noīe meo: ille vos docebit oīa.

Uerba ſunt redeptoris nr̄i originalr̄ Ioh. xiiij. ⁊ in euāgelio p̄ntis ſolennitat. Ampliſſimū donū hodierna die collatum fuit humano generi: cū ſpiritusſanctus viſibiliter miſſus eſt in apoſtolos fundatores militantis eccleſie. Per illos enīꝫ in xp̄m credidit mundus. Per ipſos deleta fuit penitus ⁊ extincta p̄nicies idolatrie: que omnes quaſi populos inuoluebat. Per ip̄os deniq̄ via regni celoꝝ mortalibus facta fuit nota. Tanta quippe virtute ex alto prediti ſpiritusſancto cooperante fuere: vt ſicut pſalmiſta refert. In omnē terrā exiuit ſonus eoꝝ. cū fructu ⁊ vtilitate oīum gentium. atq̄ in fines orbis terre verba eoꝝ. Preterea vt tanti miraculi memores eſſe poſſimus: in preſenti ſermone de ſpiritusſancto in apoſtolos miſſo eximus verba facturi. de quo tria proponimus myſteria contemplanda.

Primū dr̄ cognitiōis.
Secundū miſſiōis.
Tertiū operationis.

¶ Qd̄ vi nature ſpūſſctūs nō eſt cognoſcibilis. ſ; tm̄ ꝑ reuelationē. ⁊ q̄lr̄ ſpūſſctus ē deus ꝓcedēs a p̄re ⁊ filio: ipis coeq̄lis. Capl̄m I.

Primū myſteriū contemplandū de ſpiritusſancto dr̄ cognitiōis. In quo notāde ſūt tres theologoꝝ v̇itates. Prima ꝙ nullus viator pōt cognoſcere ꝓpria vi nature tertiā perſonā in diuinis quā dicimus ſpm̄ſctm̄. Unde Hilarius in libro de trinitate ait. Nō putet homo ſua intelligētia ſacramentū generatiōis ⁊ ꝓceſſionis ſe poſſe cōſequi. Et Diony. in lib. de diuinis no. Non eſt audendum dicere aliquid nec cogitare de ſupſubſtāciali occulta diuinitate preter ea q̄ diuinit⁹ nobis ex ſacris eloquijs ſunt expſſa. Et de hoc Paul⁹. i. ad Coꝝ. ij. dixit. Loq̇mur dei ſapiaꝫ quā nemo: p̄ncipū hui⁹ ſecli nouit ſcꝫ phoꝝ ſm̄ glo. ¶ Scd̄a v̇itas ꝙ nobis reuelatū eſt in diuinis eē tertiā ꝑſonā ꝓcedētē ꝑ modū amoris q̄ dr̄ ſpūſſanct⁹. Nā ī veteri ac in nouo teſtamēto fit mētio de ſpū dei. Un̄ Gen. i. dr̄. Spūs dn̄i ferebat̄ ſuꝑ aquas. Et vi. Non ꝑmanebit ſpūs me⁹ in hoīe. Et. xli. Nū inuenire poterim⁹ talē virum qui ſpū dei plenus ſit: Et Iudicū. iij. Fuit in eo ſpiritus dn̄i ⁊ iudicauit iſrl̄. Et. xi. c. Factus eſt ſuper Iepthe ſpūs dn̄i. Et. i. Reg. x. Inſiluit ſuper ſaulē ſpūs dn̄i: ⁊ ꝓphetauit. Et p̄s. xxxij. Uerbo dn̄i celi firmati ſunt. ⁊ ſpū oris ei⁹ omnis v̇t⁹ eoꝝ. Et p̄s. l. Spm̄ ſanctū tuū ne auferas a me. Et p̄s. ciij. Emitte ſpm̄ tuū ⁊ creabunt̄. Et p̄s. cxlij. Spūs tu⁹ bonus deducet me in terrā rectā. Et Sap. i. Spūs dn̄i repleuit orbem terrarū. Et. xij. O q̄ bonus ⁊ ſuauis eſt dn̄e ſpūs tuus in nobis. Et Eſa. xi. Requieſcet ſuꝑ eū ſpūs dn̄i. Et. xlij. Dedi ſpm̄ meū ſuper eum. Et. xlviij. Dn̄s de⁹ miſit me ⁊ ſpūs eius. Et. lxi. Spūs dn̄i ſuꝑ me. Et Iohel. ij. Effundam ſpm̄ meū: ⁊ dabo ꝓdigia in celo ⁊ in t̄ra. Eodē. c. Effundā ſpm̄ meū ſuꝑ oēm carnē ⁊ ꝓphetabūt filij veſtri ⁊ filie veſtre. Et Mat. i. Inuēta eſt in vtero habēs de ſpūſancto. Et iij. c. Baptizabit vos in ſpūſancto. Et. xij. c. Qui dixerit v̇bum ꝯ ſpm̄ſanctū: nō remittet̄ ei. Et vlti. c. Euntes docete oēs gētes baptizantes eos in noīe p̄ris ⁊ filij ⁊ ſpūſancti. Et Lu. i. Spūſancto replebit̄ adhuc ex vtero matris ſue. Eodē. c. Spūſſanct⁹ ſuꝑueniet in te. Eodeꝫ. c. Repleta eſt ſpūſancto eliſabeth. Et ij. Spūſſanctus erat in eo. Et. iij. c. Deſcendit ſpūſſanctus corꝑali ſpecie ſicut colūba ī ip̄m. Et Ioh. xx. Accipite ſpm̄ſanctū. Et Actuū. i. Accipietis v̇tutem ſuꝑuenientis ſpūſſancti ī vos. Et. ij. c. Repleti ſunt om̄s ſpūſancto. Et x. c. In nationes grā ſpūſſancti effuſa eſt. Et vi. c. Elegerūt ſtephanū plenū fide ⁊ ſpūſctō. Et. viij. c. Imponebāt manus ſuꝑ illos ⁊ accipiebant ſpm̄ſanctū. Et ad Ro. v. Charitas dei diffuſa eſt in cordibus nr̄is ꝑ ſpm̄ſanctū. Et. ij. Pet. i. Spūſancto inſpirati locuti ſunt ſancti dei hoīes. Et Ioh. ꝑme ſue canonice. v. c. Tres ſunt q̇ teſtimoniū dant in celo pr̄ v̇bū ⁊ ſpūſanct⁹. ¶ Tertia veritas ꝙ ſpūs accipit̄ multiplr̄. Primo ꝑ ſubſtātia aīe. Unde Act. vij. Dn̄e ieſu accipe ſpm̄ meū. Et Luce. xxiij. In manus tuas pater cōmendo ſpm̄ meuꝫ. Secūdo accipit̄ ꝑ vento vt Io. iij. Spiritus vbi vult ſpirat. Tertio pro aere. vt in p̄s. Os meū aperui ⁊ attraxi ſpm̄. Quarto ꝑ āgelo vt in p̄s. Qui facis angelos tuos ſpūs. Quinto ꝑ deo. Ioh. iiij. Spūs eſt deus. Sexto ꝑ tertia perſona in trinitate. ¶ Sed aduertendum ſm̄ Bon. in. i. diſt. xi. ar. ij. q̄ſtione. iij. ꝙ ſpūs in ſubſtantia ſpūali dicit̄ dupliciter. ſ. a ſpūalitate contra corpulentiā. Et ſic ſubſtātia rōnalis vel intellectualis aut eius potētia interior dicit̄ ſpūs. Uel a ſpiratione. ⁊ ſic amor vel affectus dr̄ ſpūs. Primo modo conuenit toti trinitati. ⁊ ſic eſt nomē abſolutū. Secundo modo conuenit illi ꝑſone que procedit vt amor. Spirari em̄ in ſpūalibus eſt ſoli⁹ amoris. Et q̇m̄ amor pōt ſpirari recte ⁊ ordinate ⁊ ſic eſt purus. vel indirecte ⁊ immūde ⁊ ſic ē libidinoſus. Ideo illa ꝑſona q̄ eſt amor non tm̄ dr̄ ſpūs: ſed ſpūſſanct⁹. Non ſic filius dicitur ſanct⁹: q: generatio eſt mot⁹ natural̄ circa quē nō attendit̄ ſanctitas vl̄ puritas. ſicut attendit̄ circa amorē volūtatis. Albert⁹ aūt in cōpendio theologie dicit ꝙ ſpūſſctūs multa hꝫ noīa. Dicit̄ em̄ ſpūs a ſpirādo actiue: eo ꝙ ſpiret vbi vult. Et ſic cōuenit tribus ꝑſoīs. ſed ſpūſancto ꝑ appropriationē. Alio modo dr̄ ſpūs a ſpirando paſſiue: eo ꝙ ſpirat̄. ⁊ h̄ modo ꝓpriū eſt ſpūſancto q̇ ꝓcedit ꝑ modū ſpirationis. Non ſolū aūt dr̄ ſpūs. ſ; additur ſanctus: q: ſanct⁹ idē eſt qd̄ mūd⁹ vel firm⁹ vel ſine terra: Que ꝯueniūt nō ſoli ei quo ad ſe: ſ; in cōparatione quo ad nos. Nā ꝑ grām ſpūſſancti a p̄ctis mūdamur: in bonis firmamur: a terrenis ſeparamur. Inſuꝑ ſpūſſctūs vocat̄ nexus. vnitas ⁊ amplexus: ⁊ hoc ꝓut cōparat̄ ad p̄rem ⁊ filiū. Item dr̄ donum dei altiſſimi: q: om̄e donū ab ip̄o fluit. Dicit̄ fons viuus: q: ſitiētib⁹ grāꝫ largit̄. Dicit̄ ignis: q: affectū accēdit. Dicit̄ charitas nō ſolū q: eſt amor p̄ris ⁊ filij: ſ; q: nos amātes facit. Dicitur ſpiritalis vnctio: q: oēs tribulatōes mundanas ſuaues facit ⁊ iocundas. ſm̄ illud. In labore requies. in eſtu t̄ꝑies. Dicit̄ dextre dei digit⁹: q: ſicut omnes corꝑales res digito demonſtrant̄: ita ꝑ ſpm̄ſanctū oſtendūtur res ſpūales oculo ſpūali. Dicit̄ paraclyt⁹. q: cōſolationes celeſtes mētibus inſtillat. Dicit̄ magiſtrorum optimus: quia intellectū ad cognitioneꝫ dei ⁊ ſupꝑnus illuminat. Eſt itaq̄ ſpiritusſanctus ut colligit̄ ex dictis. Auguſtinus

i.li.de trini) Deus tertia perſona in trinitate ꝑducta a patre ⁊ filio ꝑ modū volūtatis. Deus nāqꝫ eſt ſūme ſimplex: vt pꝫ.xij. metaphiſice. vbi phs dicit ꝙ deus eſt act⁹ puriſſimus abſqꝫ aliq̄ cōpoſitiōe, ergo oē (qd eſt in deo) eſt deus. Et ꝑ cōſequēs ſciētia: ſapiētia: intellect⁹ cognitio: volūtas: ⁊ amor dei: eſt deus. Cōſtat aūt ꝙ ſpūſſanctus eſt amor p̄ris ad filiū. Deus enī pater ꝑ intellectū ſuū cognoſcit eſſentiā ſuā eſſe infinite bonitat. ergo eque amat amore infinito. Sicut ergo (q̄ ſeipſum cognoſcit) cognitio eſt filius, ita amor (quo ſeipſum amat) eſt ſpūſſanctus. Sed ꝯ ꝑdicta tres inueniunt hereticoꝝ opiniōes dānate. Prima fuit opinio Arrij qui vt dicit ſctūs Tho. in. iiij ſumme ꝯ gētiles. c. xvi. docuit filiū ⁊ ſpūmſanctum eſſe creaturas: filiū tn̄ maiorē ſpūſancto et filiū minorē patre. Quem errorē q̄tum ad ſpūmſanctū ſecutus eſt Macedonius: qui de patre ⁊ filio recte ſenſit, ꝙ vnius ⁊ eiuſdē ſubſtantie ſint. Sꝫ hoc de ſpūſancto credere noluit: creaturā eſſe ꝯteſtās. Vn̄ quidā Macedonianos ſemi arrianos vocant. eo ꝙ cū arrianis in parte cōueniūt ⁊ in parte differunt ab eiſdē. Quos tn̄ oēs cōuincim⁹ teſtimonio ſcripturarū ſctāꝝ: ex q̄bus veriſſime colligimus ꝙ ſpūſſctūs eſt deus. Nā nulli templū ꝯſtruit et cōſecrat niſi deo. Vn̄ in ps dr̄. Dn̄s in templo ſctō ſuo. Sed templū deputat ſpūſſctō. Dicit enī apl's. i. ad Corinth. vi. c. An neſcit q̄m mēbra veſtra templū ſunt ſpūſſancti. ergo ſpiritusſanctus eſt deus. Inſuper cōprehendere oia ꝓfunda dei: nō eſt alicuius creature: ſed ſpiritusſanctus cōprehēdit oia ꝓfunda dei. igit nō eſt creatura. dr̄ enī. i. ad Corinth. ij. c. Que dei ſunt nemo cognouit niſi ſpūs dei. Itē deus locutus eſt ꝑ ꝓphas. Vn̄ Num. xij. c. ſcribit Si q̄s fuerit inter vos ꝓpheta dn̄i in viſione apparebo ei: vel ꝑ ſomniū loquar ad illū. Sꝫ ſpūſſanctus locutus eſt ꝑ ꝓphas. ergo eſt deus. Nā actuū ꝑmo ſcribit. Oportet impleri ſcripturā quā ꝑdixit ſpūſſanctus ꝑ os dauid. Et ij. Petri. i. c. Spūſancto inſpirati locuti ſunt ſancti dei hoies. Itē interius docere ꝓprium opus dei eſt. Vn̄ in ps. Qui docet hoiem ſcientiā. Sꝫ hoc eſt opus ſpūſſancti: ergo eſt deus. Nā Joh. xiiij. c. dr̄. Paraclitus aūt ſpūſſctūs quē mittet pater in noīe meo: ille vos docebit oia. Adhuc. Quoꝝ eſt eadē opatio: oꝫ eandē eſſe naturā. Eſt aūt eadē opatio filij ⁊ ſpūſſancti: nā xp̄s loquit in ſanctis. Vō Paulus. ij. ad Corinth. xiij. c. dicebat. An experimentū q̄ritis eius q̄ in me loquit xp̄s. Spūſſctūs etiaꝫ loquitur iuxta illud Matth. x. c. Nō enī vos eſtis q̄ loq̄mini: ſed ſpūs patris veſtri q̄ loquitur in vobis. Ergo eadē eſt natura filij ⁊ ſpiritusſancti. ⁊ ꝑ ꝯſequēs patris. Amplius eſſe vbiqꝫ eſt ꝓpriū dei: q̄ dicit Hiere. xxiij. c. Celū et terrā ego impleo. hoc ſpūſſctō ꝯuenit ſm̄ illō Sap. i. c. Spūs dn̄i repleuit orbē terrarū, ergo eſt deus. Preterea Actuū. v. c. petrus dixit. Anania cur tēptauit ſathanas cor tuū mentiri te ſpūſancto. Et poſtea ſubdit. Nō es mentitus hoibus ſed deo. ergo ſpūſſanctus eſt deus. Paulus etiam. i. ad Corinth. c. xij. ita ſcribit. Nemo pōt dicere dn̄s ieſus niſi in ſpūſancto. Diuiſiōes vo grāꝝ ſunt: idē aūt ſpūs. ⁊ diuiſiones miſtrationū ſunt: idē aūt dn̄s. ⁊ diuiſiones opationū ſunt: idē vo deus q̄ opat oia in oibus. Vnicuiqꝫ autē dat manifeſtatio ſpūs ad vtilitatē. Alij quidē ꝑ ſpūm dat ſermo ſapiētie. Alij aūt ſermo ſciētie ſm̄ eundē ſpūm. Alteri fides in eodē ſpū. Alij grā ſanitatū in vno ſpū. Alij opatio vtutū. Alij ꝓphetia. Alij diſcretio ſpirituū. Alij genera linguarꝫ. Alij interp̄tatio ſermonū. Hec aūt oia opat vnus atqꝫ idē ſpūs diuidēs ſingulis ꝓut vult. In q̄bus vbis manifeſte exprimit ſpūm ſanctū eſſe deū. Scd̄a opinio dānata de ſpūſctō ꝙ non ꝓcedit a filio: ſed a ſolo p̄re. que ſm̄ Tho. i. pte. q. xxxvi. ar. ij. inuēta fuit a Neſtorianis. vt pꝫ in quodā ſymbolo dānato ab Epheſina ſinodo. Propterea in ſimbolo patrū dicit. Et in ſpūmſanctū dn̄m ⁊ viuificantē: q̄ ex p̄re filioqꝫ ꝓcedit. Athanaſius etiā h̄ retulit cū dixit. Spūſſctūs a p̄re ⁊ filio: nō factus: nec creatus: nec genitus: ſed ꝓcedēs. Idipſum ꝓfitetur Cirillus in ep̄la ſua q̄ ſinodus calcedonēſis recepit. Idē fatet didimus i libro de ſpūſancto. Aug. etiā ſic aſſerit ſup Johannē. ⁊ in libris de trini. Sed greci ꝯ hoc inſtant. Primo ꝙ xp̄s de ſpūſancto loquēs eū a patre ꝓcedere dixit. nulla mentiōe facta de filio. Vn̄ Johā. xv. ait. Cū venerit paraclitus quē ego mittam vobis a patre ſpūm veritatis qui a patre ꝓcedit. Scd̄o q: Johānes Dama. dicit. Spiritumſanctū ex patre dicimus. ⁊ ſpūm patris noiamus. Ex filio aūt ſpūm nō dicimus. ſpūꝫ vo filij noiamus. Tertio ſpūſſctūs ꝑfecte ꝓcedit a p̄re. ergo ſupfluū eſt ꝙ ꝓcedat a filio. Sꝫ ad ꝑmū r̄ndet ſctūs Tho. i. pte. q. xxxvi. ar. ij. ⁊. in. iiij. ſūme ꝯ gētiles. c. xxv. ꝙ ꝓpter vnitatē eēntie (qd̄ i ſcripturis d̄ vna ꝑſona dr̄ de alia) oꝫ intelligi niſi repugnet ꝓꝑetati ꝑſonali ipſi⁹, ēt ſi dictio excluſiua adderet. Lꝫ enī dicat Matth. xi. c. Nemo nouit filiū niſi p̄r. ſi tn̄ a cognitiōe filij vel ip̄e fili⁹ vel ſpūſſanct⁹ excludit. Vnde etiā ſi diceret in euāgelio ꝙ ſpūſſanctus nō ꝓcedit niſi a patre. nō ꝑ hoc remoueret q̄n ꝓcederet a filio: cū hoc ꝓꝑetati filij nō repugnet. Nec eſt miruꝫ ſi dn̄s ſpm̄ ſanctū a p̄re ꝓcedere dixit de ſe mētione non facta: q: oia ad p̄rem referre ſolet a q̄ habet quicq̄d hꝫ. Sicut cū dicit Joh. vij. Mea doctrina nō eſt mea: ſꝫ eius q̄ miſit me p̄ris. Et multa hmōi in vbis dn̄i inueniunt ad cōmēdandā in p̄re auctēꝫ ꝑncipij. Nec tn̄ in vbis allegatis oino obticuit eſſe ſe ſpūſſancti ꝑncipiuꝫ. Cū dixit eū ſpm̄ vitatꝭ: ⁊ ſe ꝑus dixerat vitatē. Preterea ſpūſſanct⁹ a filio mittit. ſm̄ illud Joh. xv. Cū venerit paraclit⁹ quēꝫ ego mittā vobis: ſed mittēs auctēm hꝫ aliquā in miſſum. Opꝫ ḡ dicere ꝙ fili⁹ habeat aliquaꝫ auctēm reſpectu ſpūſſancti: non aūt dn̄ij vel maioritatꝭ. ſꝫ ſm̄ ſolū originē. ¶ Si q̄s autēꝫ obijceret ꝙ fili⁹ mittit a ſpūſancto. q: dr̄ Lu. iiij. ꝙ dn̄s dixit i ſe ipletū illō Eſa. Spūs dn̄i ſup me: ꝓpter qd̄ vnxit me euāgeliſare paupibus miſit me. R̄ndere poſſumus ꝙ filius a ſpūſctō mittit ſm̄ naturā aſſumptaꝫ. Spūs aūt ſanct⁹ nō aſſumpſit naturā creatā: vt ſm̄ eā poſſit dici miſſus a filio: vel fili⁹ hr̄e auctē reſpectu ip̄ius. Relinquit ḡ ꝙ reſpectu ꝑſone eīne filius ꝑ ſpm̄ſctm̄ auctēꝫ habeat. Ad ſcd̄m obiectū de Damaſceno dicit ſctūs Tho. ꝙ in h̄ nō eſt audiēd⁹. q̄uis a q̄buſdā dicat ꝙ ſicut nō ꝯfitet ſpm̄ſcm̄ eſſe a filio, ita etiaꝫ nō negat ex vi vboꝝ illoꝝ. Ad tertiū de ꝓductione ꝑfecta p̄ris dicit ſanct⁹ Tho. ꝙ ꝑ hec ꝙ ſpūſſctūs ꝑfecte ꝓcedit a p̄re: nō ſolū nō eſt ſupfluū dicere ꝙ ꝓcedat a filio: ſꝫ oino neceſſariū eſt: q: vna eſt vtus p̄ris ⁊ filij. Et q̄cq̄d eſt a p̄re nc̄ce eſt eē a filio: niſi ꝓꝑetati filiatōnis repugnet. nō enī filius eſt a ſeipō, lꝫ ſit a p̄re. Igit p̄r ⁊ fili⁹ ſunt vnū ꝑncipiuꝫ ſpūſſcti ꝓpter vnitatē diuine vtutꝭ: ⁊ vna ꝓductione ꝓducūt ſpm̄ſcm̄. ſicut etiā tres ꝑſone ſūt vnū ꝑncipiū creature. ⁊ vna actione creaturaꝫ ꝓducūt. Tertia opinio de ſpūſctō dānata fuit aliquoꝝ q̄ dixerūt ꝙ ſpūſſanct⁹ nō ſit equal' p̄ri aut filio. Arguebāt vo ſic. Dare ſe totū ſine ſui diminutōe: eſt ſumme potētie: hoc aūt poteſt p̄r. hoc pōt filius. nō aūt ſpūſſanctus, nō enī pōt generare filiū ſicut p̄r. nec pōt ſpirare ſpm̄ſcm̄ ſicut p̄r ⁊ filius. ḡ nō eſt illis equalis. Ad hoc r̄ndet Alex. in. i. volumine ſumme. q. xlvij. mē. iij. ꝙ ſicut eſt eadē potētia filij q̄ potuit gn̄ari q̄ eſt in p̄re q̄ potuit gn̄are: ſic eadē eſt potētia ſpūſſancti: qua pōt dari. i. ſpirari que patris ⁊ filij qua poſſunt dare. i. ſpirare. Vnde Aug. lib. ꝯ maximū inq̄t. Abſit vt ideo ſit potētior p̄r filio: q: creatorē genuit pater: filius nō genuit creatorē. Neqꝫ enī nō potuit ſꝫ nō oportuit. i. nō ex impotētia fecit: ſed q̄a ſibi nō cōueniebat. Sil'r pōt dici in ꝓpoſito. Si vo querat vtrū artata ſiue ligata ſit potētia ꝓducēdi in ꝑſona ſpūſſancti ꝓpter hoc ꝙ nō poteſt exire in actū ꝓducendi ꝑſonā ſic poteſt in p̄re ⁊ filio. Dicendū ꝙ nō: imo ex ſumma ꝑfectione ip̄ius potētie eſt: q: nō poteſt exire in actū hmōi: q: nō congrueret. Vn̄ Anſelmus in monologio ait. Qui pōt quod ſibi nō ꝓdeſt ⁊ nō debet: tanto magis aduerſitas ⁊ ꝑuerſitas poſſunt in illū. Sanct⁹ vo Tho. i. pte. q. xlij. ar. vi. ad. iij. dicit ꝙ ſicut eadē eſſentia q̄ in p̄re eſt paternitas: in filio ē filiatio: ita eadē eſt potētia q̄ p̄r generat. ⁊ qua filius generat. Vnde verū eſt ꝙ quicq̄d pōt pater pōt filius. Non tn̄ ſequit ꝙ poſſit generare. nam generatio ſignificat relationē in diuinis. habet ḡ eandē potentiā quā p̄r: ſꝫ cū alia relatione. q: p̄r hꝫ eam vt dans. Et hoc ſignificat cū dr̄ p̄r poteſt generare: filius aūt habet eaꝫ vt accipiēs. ⁊ hoc ſignificat cum dicit poteſt generari. Idem dicendum eſt de ſpūſancto reſpectu patris ⁊ filij.

Quid ſit miſſio in diuinis. ⁊ qualiter ſpūſſanctus mittit inuiſibil'r ⁊ viſibil'r. ⁊ de congruitate temp̄is quo ſpūs datus fuit apoſtolis in ſigno viſibili. Caplm̄ II

Secūdū myſteriū ꝯtēplādū de ſpūſctō dr̄ miſſionis. In quo tres conſiderationes faciemus.

- Prima dr̄ quidditatis
- Scd̄a temporalitatis.
- Tertia qualitatis.

¶ Prima cōſideratio dr̄ q̄dditatꝭ. vbi quid ſit miſſio in diuinis ē apiendū. Ad qd̄ ita ait Ric. in. i. di. xv. ar. i. q. i. Miſſio ē ꝑſone emanātis vel emanatōis ꝑſone ꝑ aliq̄d ſibi appropatū actu vl' habitu manifeſtatio. Nā miſſio reſpectu miſſi: duo hꝫ ex ſuo intellectu emanatoēꝫ ⁊ manifeſtationē ꝑ effectū. Vn̄ Aug. iiij. lib. de tri. inq̄t. Mitti ē coḡſci eē ab alio. Et q: p̄r a nll'o ē, iō nūq̄ dr̄ miſſus. Sed vt iſta clari⁹ hēant. tria in hac pte dubia ſunt apienda.

Primum vtrum ſit ponere miſſionem in diuinis.

Secundū vtrum miſſio ſit quid creatū vel increatum.

Tertiū vtrum miſſio dicat de deo ab etno vel ex tempe. vel vtroqꝫ modo.

Ad p̄mū dubiū rn̄det ſcriptura ſctā. Dicit̄
enī ad Gal. iiij. Miſit deus filiū ſuū. Et ibidē
Miſit deus ſpm̄ filij ſui in corda veſtra. Et
Joh. iij. Non enī miſit deus filiū ſuū in mūdū
vt iudicet mundū. Et. vi. c. Miſit me viuens
pr̄. Et. viij. c. Qui miſit me verax eſt. Et Joh.
xv. c. Cū venerit paraclytus quē ego mittam
vobis. Ex q̄bus τ ſil'ibus p3 φ filius miſſus
eſt etiā τ ſpūſſanctus. ¶ Contra hoc tn̄ q̄dam
obijciūt. Prīo q2 q̄ mittit̄ ab aliquo diſcedit
ab eo. τ ad aliquē locū de nouo vadit: ſ3 in di-
uinis nō pōt eſſe loci mutatio: cū deus ſit vbi
q3. ḡ in diuinis nō poteſt eſſe miſſio. Secūdo
omne quod mittit̄ ſeparat̄ a mittēte: ſ3 in di
uinis nō eſt ponere ſeparationē vnius pſone
ab alia. ergo nec miſſionē. Tertio nihil perti-
nens ad inferioritatē τ ſuperioritatē dr̄ de vna
pſona reſpectu alterius. Unde dicit Dama-
ſcenus. φ filius ſm̄ φ deus dr̄ obediens vel
inobediēs prī. ſubiectorū enī eſt hoc. Cu3 ḡ il
le q̄ mittit̄ inq̄tū hui9 ſit īferior φ ille q̄ mittit.
τ ille q̄ mittit ſit ſuperior: nō dicūt̄ hmōi noīa
mittere τ mitti de vna pſona reſpectu alteri9
¶ Ad ſoluenda hmōi obiecta notandū eſt ſm̄
Boñ. in. i. diſt. xv. q. i. φ miſſio in his inferio
ribus habet reſpectū ad tria. ſc3 ad p̄ncipiū:
ad terminū: τ ad miſſum. Ad p̄ncipium ſiue
ad mittentē miſſio h3 ſub triplici habitudine
comparari: videl3 vt ad dantē eſſe: τ ſic mitti
tur radius a ſole. Ut ad dantē v̄tutem. et ſic
mittit̄ iaculū a piectore. Et vt ad dantē iuriſ
dictionem. τ ſic mittit̄ nūcius a preceptore.
Scd̄m omnē hanc comparationē eſt miſſio
i diuinis: q2 ſpūſſanctus mittit̄ a prē τ filio
tanq̄ habens eſſe τ v̄tutē τ auctē in opādo
ab eis. Et ideo miſſio ſm̄ hunc reſpectū com
pletiſſime eſt in diuinis. Simil'r ad terminū
ſub triplici habitudine comparat̄. Mittitur
enī aliq̄d alicubi vbi videl3 quietat̄. vt lapis
mittit̄ deorſum. Mittit̄ etiā aliq̄d alicubi vt
a quo habeat̄. ſicut aliq̄s mittit alicui donū.
Mittit̄ inſuper ad aliq̄d φ operet̄. τ ſic mittit̄
filius vel ſpūſſanct9 vt alicubi inhabitādum
vt alicubi ad poſſidendū. vt donū ad aliquid
ſc3 ad effectū cōferendū. Et ideo miſſio p cō
paratione ad terminū repit̄ cōpletiſſime i
diuinis multo magis φ in creaturis. Si aūt
loq̄mur de miſſione in cōparatōe ad miſſum.
Sic in his inferiorib9 ponit triplicē cōditōes
impfectionis. ſ. ſeparationē: ſubiectionē: τ mu-
tationē: q̄ quidē nō ſunt in diuis. Eſt tamen
aliq̄d pfectōis ibi iſtis correſpondens. Et rō huī9
p3 ſic. In iſtis inferiorib9 ſepat̄ miſſ9 a mittē-
te. nā cū mitto aliquē romā: q2 roma diſtat
a me: ille quē mitto ſepat̄ a me. In diuis v̄o
q2 deus mittēs eſt vbiq3: nulla ē diſtātia. ido
nulla ſeparatio: loco tn̄ hui9 eſt miſſi a mittēte
egreſſio ſiue emanatio. Sil'r in his iferiorib9
eſt i miſſo ſubiectio ppt̄ drn̄tiam mittēns ad
miſſum: q2 miſſus drt a mittēte in ſuba. Sed
i diuis nō ē ſubalis drn̄tia. Et iō oīa ſūt eq̄lis
nobilitatis in miſſo τ mittēte. Sic etiā in his
inferiorib9 eſt in miſſo mutatio ppt̄ diſtātiā
miſſi a termino. Q2 v̄o in diuis miſſus nulli
loco abeſt: iō nō eſt ibi mutatio: ſ3 alicui9 effe
ctus de nouo pductio. hec Boñ. Sanct9 v̄o
Tho. i. pte. q. xliij. ar. i. eandē ſniam cōfirmans
aſſerit. φ in rōne miſſionis duo important̄.
quorū vnū eſt hitudo miſſi ad eū a q̄ mittitur.
Aliud eſt hitudo miſſi ad terminum ad quem
mittit̄. Per hoc aūt φ aliq̄s mittit̄ oñdit̄ p-
ceſſio quedā miſſi a mittēte: vel ſm̄ imperiū
ſicut dn̄s mittit ſuū: vel ſm̄ cōſiliū: vt ſi con
ſiliari9 dicat̄ mittere regē ad bellandū. vl' ſm̄
origi nē. vt ſi dicat̄ φ ſlos mittit̄ ab arbore.
Oſtendit̄ etiā hitudo termini ad quē mittit̄
vt aliq̄ mō ibi eē incipiat. vel q2 p̄us ibi oīno
nō erat quo mittit̄. vel q2 incipit ibi aliq̄ mo-
do eē quo p̄us nō erat. Miſſio ḡ diuie pſone
cōuenire pōt ſm̄ φ iportat ex vna pte pceſſio
nē originis a mittēte. Et ſm̄ φ importat ex
alia pte nouū modū exiſtēdi in aliq̄. Sic fili9
dr̄ eē miſſus a prē in mūdū ſm̄ φ incipit eſſe
in mūdo viſibil'r p carnē aſſumptā: τ tn̄ ātea
in mūdo erat. vt dr̄ Joh. i. Non ponit̄ ḡ miſ
ſio in diuis q̄ ſit ſm̄ motū localem. Quare nec
ibi eſt ſepatio: ſ3 ſola diſtictio originis. Neq3
pōt eē minoratio: cū nō ſit a p̄ncipio mittente
aut ſm̄ impiū aut ſm̄ cōſiliū: q2 impans eſt
maior. τ cōſilians ſapiētior. Et vt pdictū eſt
miſſio illa nō importat niſi pceſſionē origis
q̄ eſt ſm̄ eq̄litatē. ¶ Scd̄m dubiū fuit vtrum
miſſio ſit q̄d creatū vel increatū. Ad quod ita
rn̄det Alex. in. i. ſum. q. lxxi. mem. ij. φ miſſio
ſiue dicat̄ actiue de patre reſpectu filij: ſiue de
prē τ filio reſpectu ſpūſſancti: ſiue dicat̄ paſſi
ue de filio vel ſpūſancto: eſt q̄d increatū. τ ide3
qd̄ de9. Nā pceſſio ſpūſſancti eſt ipe ſpūſſan-
ctus pcedēs: τ ſctificatio ſpūſſcti eſt ipe ſpūſ-
ſanct9 ſanctificās. S3 miſſio ſpūſſci eſt ei9 p-
ceſſio a prē τ filio ad ſanctificandū creaturā.
vtrūq3 aūt ē q̄d increatū: qd̄ eſt ſpūſſanct9. ḡ
miſſio q̄ ſpūſſanct9 eſt miſſus eſt q̄d icreatum
Et eadē rōne miſſio q̄ fili9 mittit̄ τ qua pat
mittit. ¶ Tertiū dubiū fuit. vtrum miſſio dicat̄
de deo ex tempe. vel ab eterno. Et reſpōdent

doctores theologi φ dicit̄ ex tēpore. Uerumtn̄
Alex. in. i. ſūme. q. lxxi. mē. ij. dicit φ in miſſio
ne duo ſunt. Eſt enī ibi principale ſignificatū
qd̄ eſt q̄d increatū. Et eſt ibi aliqd̄ cōnotatū. ſ.
effect9 in rōnali creatura: qd̄ eſt quid creatū.
Nā miſſio eſt pceſſio alicui9 pſone manifeſta
ta in creatura. vl' manifeſtatio pceſſiōis eter
ne facta rōnali creature. rōe ḡ cōnotati quod
tpale eſt dr̄ miſſio tpalis. Sed ſctūs Tho. i. i.
pte. vbi. ſ. ar. ij. dicit φ in his q̄ iportāt origi-
nē diuinarū pſonarū eſt q̄dā drīa attendenda.
Quedā enī in ſua ſignificatiōe iportant ſolam
habitudinē ad principiū. vt pceſſio τ exitus.
Quedā v̄o cū habitudine ad p̄ncipiū determi
nant pceſſiōis terminū. Quorū q̄dā determi-
nāt terminū eternū. ſicut generatio τ ſpiratio
Nā generatio eſt pceſſio diuine pſone in na-
tura diuina. τ ſpiratio paſſiue accepta iportat
pceſſionē amoris ſubſiſtētis. Quedā v̄o cum
habitudine ad principiū iportāt terminū tpa
lē. ſicut miſſio τ datio. Mittit̄ enī aliq̄d ad h̄.
vt in aliquo ſit: τ dat̄ ad h̄ vt habeat̄. Perſo-
nā autē diuinā haberi ab aliqua creatura vel
eſſe nouo mō exiſtendi in ea eſt qd̄dā tpale.
Uñ miſſio τ datio in diuinis dicunt̄ tpaliter
tm̄. Generatio autē τ ſpiratio ſolū ab eterno.
Proceſſio aūt τ exitus dicunt̄ in diuinis eter
naliter τ tpaliter. Nā filius ab eterno pceſſit
vt ſit deus: tpaliter aūt vt ſit hō ſm̄ miſſionem
viſibilē. vel vt ſit in hoīe ſm̄ miſſionē inuiſibi
lē. Scd̄a cōſideratio de miſſione ſpūſſancti
dr̄ tpalitatis. In qua q̄ tpe miſſus fuit aplis
ponderare debemus. Nā q̄nq̄geſima die poſt
xp̄i reſurrectōem myſteriū iſtud fuit celebratū.
Et hoc quidē cōgrue factū eſſe cōſtat. Tum q2
in veteri teſtamēto ſic fuerat figuratū. dū q̄n-
quageſima die poſtq̄ moyſes eduxerat filios
iſrael de egypto: deſcēdit deus in igne in mōte
ſynai. Sic τ q̄nquageſima die poſtq̄ xp̄s tra-
xerat patres de inferis: deſcendit ſpūſſctūs in
linguis igneis. Tū etiā q̄ in iubileo beneficia
ppl's accipiebat data fuiſſe multo copioſiora
in xp̄m credētib9 a ſpūſctō noſcant̄. Ut enī col
ligit̄ ex. xxv. c. Leui. nūero q̄nq̄genario ānorū
in iubileo debita remittebant̄. Ita ſpūſſancti
grā in aplos deſcēdētis penitētibus pctā τ de
bita remittunt̄. Sil'r in illo iubileo ſerui dona
bant̄ libertati. Ita nūc ſpūſſctūs liberat a ſui
tute diaboli in ſpem glorie filiorū dei. Adhuc in
illo iubileo recuperabant̄ hereditates amiſſe.
Sic ſpūſſctūs eſt pignus hereditatis nr̄e. Ue
nit etiā ſpūſſctūs in die dn̄ica vt eſſet dies re-
nouatiōis q̄ fuerat τ creatiōis. Dn̄ica nanq3
die creatus eſt mūdus. Hora adhuc q̄ ſpi
ritusſanct9 in aplos deſcēdit fuit tertia. vt p3
ex auctoritate eccleſie q̄ cātat in hymno. Dum
hora cūctis tertia: repēte mūdus intonat. orā
tibus apoſtolis: deū veniſſe nunciat. Idipſum
habet̄ ex v̄bo petri. Actu. ij. c. Fuit aūt iſta ho
ra cōueniēs. Tū q2 ſpūſſctūs eſt tertia in trini
tate pſona. Tū q2 primi pentes dicunt̄ in ho
ra tertia pdidiſſe grām. vt ponit̄ in cōpendio
theologie li. i. Uñ cōueniens fuit φ eadē hora
aplis redderet̄. Tū etiā vt inſinuet̄ φ in ter-
tio tpe grā dei copioſe in mūdū effuſa eſt. Nā
genus humanū ſub triplici ſtatu decurrere po
nit̄ a doctoribus. Primus legis nature ab adā
vſq3 ad moyſen. Scd̄s fuit legis ſcripte. a moy
ſe vſq3 ad xp̄m. Tertius legis grē. a xp̄o vſq3 ad
cōpletū numerū electorū. Tertia cōſideratio
de miſſiōe ſpūſſancti dr̄ qualitatis. Duplex eſt
miſſio ſpūſſancti. Una inuiſibilis q̄ mittit̄ in
mentē ad ſignificandū creaturā. τ iſta miſſio
ſit ad inhabitationē creature rōnalis. Alia ē
miſſio viſibilis ſicut apparuit ſup xp̄m in co-
lūbe ſpecie: τ ſup aplos i linguis igneis. Qui
ſpūmſctm̄ inuiſibil'r hr̄e cupit op9 eſt vt ſe cō
formet aplis in q̄b9 ſeptē cōditiōes deſcribunt̄
fuiſſe. Pria cōditio fuit q2 erāt aīo q̄eti. Et
h̄ eſt qd̄ dr̄ act. ij. c. Dū cōplerent̄ dies pēthe
coſtes. i. dies requietiōis. Illō enī feſtū erat ad
requiē dputatū. Iō dixit de9 p eſaiā. lxvi. Su
p q̄ē requieſcet ſpūs me9 niſi ſup humilē τ q̄etū.
Scd̄o erāt apli dilectōe vniti. qd̄ notat̄ cū dr̄
Erāt oēs pariter. Erat q̄dē eis cor vnū τ aīa v-
na. Sic enī ſpūs hoīs nō viuificat mēbra cor-
pis niſi vnita. ſic nec ſpūſſctūs mēbra ſpūalia
Tertio erāt apli loco ſecreti. dr̄ h̄ ſubdit̄. i eodē
loco. ſ. i cenaclo. Quarto erāt orōne aſſidui. iō
ſubdit̄. Erāt pſeuerātes vnanimit̄ in orōne.
de ill' cātat eccl'ia. Orātibus aplis deū veniſſe
nūciat. Quito erāt humilitate pditi ex eo φ ſcri
bit̄. q2 erāt ſedētes. i. humiles. Sexto erāt pace
cōiūcti: q2 erāt i hierl'm q̄ interptat̄ viſio pacꝫ.
Septio erāt cōtēplatiōe erecti. p hoc φ dr̄: q2
receperūt ſpm̄ſctm̄ in ſuperiori cenaclo. Qua
lis aūt miſſio illa viſibilis i aplos fuerit cōple
ta declarat̄. Act. ij. c. vbi dr̄. Fact9 eſt repēte de
celo ſonus tanq̄ aduenientis ſpūs vehemētis
τ repleuit totā domū vbi erāt ſedētes. Nico.
de lira. ſedētes. i. manētes. eo modo quo dr̄ in
Deut. c. i. Sediſtis in cades barne multo tē-
pore. i. māſiſtis. Nā apli tūc erāt in orōne: q̄
nō ſit ſedēdo: ſed magis flectēdo genua: vel
ſtando. Inſuper luce vltimo. xp̄us dixerat eis.
Sedete in ciuitate. i. manete quouſq3 indua-

mini virtute ex alto. Et apparuerūt illis diſptite lingue tā̄q̄ ignis: ſeditq̄ʒ ſup̄ ſinglos eorū: ⁊ repleti ſunt om̄s ſpūſctō. Sʒ poſſet aliq̄s q̄rere an apl'i añ iſtā diē acceperāt ſpm̄ſctm̄: Et r̄ndēt doctores q̄ ſic: ſʒ nō in tāta copia. Cū em̄ fuerūt vocati ad xp̄i ſequelā ⁊ apl'atū receperūt ſpm̄ſctm̄ ad ꝓpriā iuſtificationē ⁊ perſonalē perfectionē. Qñ aūt miſit eos ad p̄dicādū añ ſuā paſſionē: tūc receperūt ſpm̄ſcm̄ ad infirmoꝝ curationē ⁊ miraculoꝝ opatio-nē. Dedit nāq̄ʒ ptātē illis curādi languores: ⁊ eijciēdi demones. ſicut pʒ Matth. x. Sed qñ inſufflauit ⁊ dixit eis. Accipite ſpm̄ſctm̄: tunc receperūt eū ad pctōꝝ remiſſionē ⁊ ſacroꝝ miniſtrationē. Et vt refert Aug. iiij. libro. de tri. Flatus ille corpore⁹ ſub a ſpūſcti nō fuit: ſʒ demonſtratio p̄ ꝯgruā ſignificationē. non tm̄ a p̄re: ſʒ etiā a filio ꝓcedere ſpm̄ſcm̄. Et ſpūſſanctus ibi non accipit ꝓut eſt tertia in trinitate pſona: ſʒ p̄ dono ſpūſcti. vt ſit ſenſus. Accipite ſpm̄ſctm̄. i. donū ſpūſcti. ꝓut exponit Philippus de monte calerio in euāgelio Johānis. Iſta vero die apl'i receperūt ſpm̄ſctm̄ ad habendā intelligentiā ſcripturarū. vt declarabimus in ſequēti myſterio. ⁊ noticiā oium linguarū ad audaciā ⁊ fortitudinē: ad oim meritoꝝ plenitudinē: ad p̄dicationē euāgelij: ad tolerationē martyrij: ad cōuerſionē pploꝝ ⁊ coruſcationē miraculoꝝ. Ergo repleti ſunt nō ſolum plenitudine ſufficientie: ſed etiam plenitudine redundantie.

Qd̄ apl'i faciente ſpirituſancto loquebant̄ varijs linguis: ⁊ acceperunt ſcientiā diuinaꝝ rerū: atq̄ʒ fortes facti fuerant. vt non timerēt cruciatus neq̄ʒ mortem. Capl'm III

Tertiū myſteriū ꝯtemplandū de ſpūſancto dr̄ opatiōis. Inter cetera q̄ppe ſtupenda (que in apl'is eſt operatus) ſunt p̄cipua ⁊ ſingulariſſima tria.

Primū fuit locutio
Secūdū illuſtratio
Tertiū fortificatio.

Primū op⁹ mirabile fuit locutio. nā ſtatim fecit illos loq̄ idiomata oim gentiū: que tn̄ antea nō didicerāt. Et lʒ q̄dā dicere voluerūt q̄ apl'i lingua ꝓpria loquētes intelligebant̄ ab audiētib⁹ ac ſi eoꝝ idiomata ꝓferret. tn̄ verior eſt ſnia illoꝝ q̄ tenent q̄ ipi apl'i varia linguarū gn̄a p̄ ſpm̄ſctm̄ didicerūt. Vñ eccl'ia de ipis cantat. Linguis loquunt̄ oium turbe pauēt gētiliū: muſto madere deputāt quos ſpūs repleuerat. Et Act. ij. ſcribit̄. Ceperūt loq̄ varijs linguis ꝓut ſpūſctūs dabat eloqui illis.

Erāt aūt i hierl'm hitātes iudei viri religioſi id ē in cultu diuino deuoti ſm Nico. de lira. ex oī natiōe q̄ ſub celo ē. q̄ ꝯuenerāt i hierl'm rōne feſti. Nā iudei captiuati p̄ ſalmanaſar regē aſſirioꝝ nō redierūt in iudeā. Silr captiuati p̄ regē chaldeorū nō redierūt oēs. q̄uis hr̄ent licētiā redeūdi: ſʒ remāſerūt multi amore filioꝝ q̄s genuerāt ibi: ⁊ poſſeſſionū q̄s acq̄ſierāt. Multi adhuc captiuati per Antiochū regē grecoꝝ ⁊ diūſis gētib⁹ vēditi remāſerūt. Verūtn̄ aliq̄ eoꝝ mag̃ deuoti ꝓpt̄ reuerentiā tēpli aliqn̄ in hierl'm maxie i ſolēnitatib⁹ magnis: quarū vna erat ſolēnitas pēthecoſtes: ꝯueniebāt. Et dr̄ pēthecoſtes a pētha qd̄ eſt q̄nq̄ʒ: ⁊ coſte qd̄ eſt decē. Quinq̄geſima nāq̄ʒ die a paſca celeberrima erat apud iudeos in memoriā bn̄ficij leg̃ date: q̄ fuit data i mōte ſynai q̄nq̄geſima die vt ſup̄⁹ tactū ē poſtq̄ filij iſrl' egreſſi ſūt de egypto. Facta igit̄ hac voce. ſ. ſpūs vehemēt̄ vel vēti vel tonitrui: q̄ ab alijs audita fuit. vel apl'oꝝ ⁊ alioꝝ cū eis exiſtentiū deū voce magna laudātiū q̄ p̄i⁹ timore ducti nō audebāt loq̄: cōuenit multitudo ⁊ mēte ꝯfuſa ē. i. ſtupefacta. qm̄ audiebat vnuſq̄ſq̄ʒ lingua ſua illos loq̄ntes. dicebāt autē cū admiratiōe. Nōne ecce oēs iſti q̄ loquunt̄ galilei ſunt? Et quō nos audiuim⁹ vnuſq̄ſq̄ʒ linguā nr̄am in q̄ nati ſumus? Parthi: ⁊ medi: ⁊ elamite: ⁊ q̄ hitāt meſopotamiā. iudeā ⁊ capadociā: pōtū ⁊ aſiā. phrigiā ⁊ pāphiliā egyptū ⁊ ptes libie q̄ ē circa cirenē: ⁊ aduene romani. Et dicunt̄ hic romani aduene poti⁹ q̄ alij, tū q̄ a remotiorib⁹ ptib⁹ venerūt. tū quia mare trāſierāt. Iudei quoq̄ʒ ⁊ ꝓſeliti. i. ꝯuerſi de gētilitate ad iudaiſmū. Cretes ⁊ arabes: audiuimus eos loq̄ntes nr̄is linguis magnalia dei. Alij aūt irridētes dicebāt q̄ muſto pleni ſūt. ꝓ q̄b⁹ cantat eccl'ia. Muſto madere deputāt q̄s ſpūs repleuerat. Tn̄ petr⁹ ỽitatē rei p̄ ſcripturas declarauit. Et illa die appoſite ſunt. i. baptizate ⁊ ad nūerū fideliū cōgregate aie circiter tria milia. Secundū op⁹ mirabile qd̄ ſpūſctūs in apl'is fuit operat⁹: illuſtratio dr̄. Nā intellectū eoꝝ illuminauit vt de diuinis q̄ ad ſalutē ſūt nccr̄ia nihil penit⁹ ignorarēt. Hoc ꝓmiſerat eis xp̄s cū dixit Jo. xiiij. Paraclyt⁹ aūt ſpūſctūs quē mittet pr̄ i noīe meo ille vos docebit oīa ⁊ ſuggeret vob̄ oīa q̄cūq̄ʒ dixero vob̄. Et. xvi. c. Cū venerit ille ſpūs veritatis docebit vos oēm veritatē. Et Luce. xxi. Ego dabo vobis os ⁊ ſapiam cui nō poterūt reſiſtere ⁊ ꝯtradicere oēs aduerſarij vr̄i. Res eſt ꝑfecto ſtupenda q̄ tam celeriter abſq̄ʒ docto-

re ſpūſſancti ſola p̄ntia notitiam apl'i pleniſſimā acceperūt de oibus q̄ a moyſe ⁊ ꝓphetis fuerant cōſcripta. Hinc Hiero. ad paulinum ait. Phariſei ſtupēt in doctrina dn̄i: ⁊ mirāt̄ in petro ⁊ iohāne quō legē ſciant cū l̄ras nō didicerūt. Quicq̄d em̄ alijs exercitatio ⁊ q̄tidiana in lege dn̄i meditatio tribuere ſolet. illis ſpūſſanctus ſuggerebat: ⁊ erant iuxta qd̄ ſcriptū eſt docibiles deo. Quinimo de ſecret̄ diuinis magis fuerūt illuminati q̄ ꝓphe veteris teſtamēti: ⁊ in maiori plenitudine grāꝫ ſpūſſancti receperūt atq̄ʒ donū ꝓphetandi excellētius habuerūt. Qd̄ aūt apl'i ꝓphetie munere fuerūt p̄diti. patʒ Act. ij. c. v. c. vi. c. xi. c. xiij. c. xxvij. c. Tāta aūt fuit i illis vis doctrine q̄ in oēs gentes ⁊ nationes mūdi p̄ eos lux ỽitatis effulſit. Tertiūʒ opus mirabile qd̄ ſpūſſanctus opatus eſt in apl'is dr̄ fortificatio: q̄ corda eoꝝ adeo fortificauit. vt nullo timore nullo terrore: nullaq̄ʒ cōminatōe a xp̄i p̄dicatione retardarent̄. Ideo in ſmone qui legit̄ in officio apoſtoloꝝ Greg. ait. Scriptū eſt. ſpūs dn̄i ornauit celos: ornamēta ei celorum ſunt ỽtutes p̄dicantiū. Que videlʒ ornamenta paulus enumerat dicēs. Alij datur p̄ ſpm̄ ſmo ſapie. Alij ſmo ſcie ſm eundeʒ ſpm̄ Alij fides in eodem ſpū. Alij grā ſanitatū in vno ſpū. Et infra. Quot ſunt bona p̄dicātiūʒ tot ſunt ornamēta celoꝝ. Hinc rurſus ſcriptū eſt. Verbo dn̄i celi firmati ſunt: ⁊ ſpū oris ei⁹ omnis ỽtus coꝝ. Verbū em̄ dn̄i fili⁹ eſt p̄ris Sed eoſdē celos videlʒ ſanctos apoſtolos vt tota ſimul trinitas oſtēdat̄ opata repente de ſanctiſpūs diuinitate adiungit̄. Et ſpū oris eius oīs ỽtus eoꝝ. Celoꝝ igitur ỽtus de ſpū ſumpta ē. q̄ mūdi hui⁹ poteſtatibus ꝯtraire nō p̄ſumerent: niſi eos ſanctiſpūs fortitudo ſolidaſſet. Quales nāq̄ʒ doctores ſctē eccleſie ante aduentū hui⁹ ſpūs fuerint ſcim⁹: ⁊ poſt aduētū illi⁹ cui⁹ fortitudis facti ſūt ꝯſpicim⁹ Certe ipe paſtor eccl'ie petr⁹ quāte debilitat̄ q̄teq̄ʒ formidinis ante aduentū huius ſpūs fuerit: ancilla oſtiaria req̄ſita dicat. Vna em̄ mulieris voce p̄culſus: dū mori timuit vitaʒ negauit. Et tūc petrus negauit in terra: cum latro ꝯfitebat̄ in cruce. Sed vir iſte tāte formidinis q̄lis poſt aduētū ſpūs extiſtat audiamus. Fit cōuētus magiſtratuū atq̄ʒ ſenioꝝ: ceſis denūciat̄ apl'is ne in noīe ieſu loq̄ deberent. Petrus magna auctē r̄ndit. Obedire oꝫ deo magis q̄ hoibus. Et rurſuʒ ſi in ꝯſpectu dn̄i iuſtū eſt vos poti⁹ audire q̄ deū: iudicate. Libēs btūs andreas p̄ſecutorib⁹ ſuis r̄ndit.

Tanto em̄ ero regi meo acceptior: quāto pro eius noīe fuero p̄manēs in tormēt̄ ꝯſtātior. Non em̄ poſſum⁹ q̄ audiuimus ⁊ vidim⁹ nō loqui. Et illi quidē ibāt gaudētes a cōſpectu cōcilij: qm̄ digni habiti ſunt ꝓ noīe ieſu cōtumeliā pati. hec ille. Secur⁹ ⁊ gaudēs ad crucem ꝓparauit petrus. ita ⁊ frater ei⁹ andreas. q̄ ſpūſctūs erat in eis. Sic ⁊ apl'i ceteri mortem violētā letāter tulerūt. q̄ ſpūſctūs oēm ab eis timorē eiecerat. Nec tm̄ apl'is hec fortitudo ſup̄naturalr̄ tributa eſt. quinimmo et ſctis vt ſic dicā innūeris ꝯfeſſorib⁹ ỽginib⁹ ⁊ martyrib⁹. Quiſnā fecit tpaliū bonoꝝ ꝯtemptores eos q̄ xp̄m nudū nudi ſecuti ſunt niſi ſpūſſanct⁹. Quis habitare fecit in ſolitudine i ſpelūcis amicos dei: vigilantes orantes: et carnē duriſſimis ieiunijs diſciplinis ⁊ ỽberibus affligētes: niſi ſpūſſanct⁹. Quis deniq̄ʒ fecit martyres aīo intrepido tot illata tormēta ⁊ exq̄ſitiſſima cruciatuū genera p̄peti niſi ſpūſſanct⁹. Vbi admirari plurimū ſit̄ ⁊ i fide ꝯſolidari debem⁹ dū ſup̄dicta oīa in ſexu fragili: mulierū inueniri ꝯſpicim⁹. O vere ſtupēda ỽtus ſpūſſancti: q̄ tot hoīes ſupra hoīes eleuauit. O grā dei electis copioſiſſime diſpenſata: q̄ terrenos hoīes celeſtes effecit. O fons indeficiēs bonitat̄ dei: ad quem cuncti mortales cōfugere ſecuri debēt. qm̄ vt inquit Cyp̄anus i epl'a ad donatū. Profluēs largiter ſpūs nullis finib⁹ p̄mit̄. nec vllis cohercentibus clauſtris intra certa metarū ſpacia refrenat̄. Manat iugiter. exuberat affluēter. noſtrū tm̄ pectus ſitiat ⁊ pateat. Quantū illic fidei capacis afferim⁹. tm̄ inde grē inūdātis haurim⁹. hec ille. Supplici corde igit̄ poſtulemus: vt pijſſim⁹ deus ſpūſancto ſuo repleat corda noſtra: qui ſit benedictus in ſecula ſeculorum: Amen.

¶ In feſto ſanctiſſime trinitatis ſmo. lxxvi. De vnitate diuine eſſentie ⁊ trinitate pſonaꝝ quere. j. in tractatu diuinoꝝ iudicioꝝ ſmone xviij. De cognitione dei.

¶ In ſolēnitate ſctiſſime eucharíſtie ſeu ſacratiſſimi corpis xp̄i ſmo. lxxvij. De eodē ſacro. q̄re. ſ. ſabbo poſt dn̄icā i paſſiōe ⁊ feria. ij. iij. et. iiij. poſt dn̄icā in palmis. vbi habes multa ⁊ plura de hac materia.

¶ Et in his explicitū eſt opus quadrageſimale Roberti de litio.

¶ Tabula ſermonū de timore iudiciorū dei

¶ Sequitur ipſius tractatus de timore iudiciorū dei: cōprehendens ſermones. XIX.

De ſacre ſcripture ſublimitate: ac euangelij multiplicitate. Sermo I

De iudicijs dei: ⁊ quare a multis vilipendunt: ⁊ quō vicina eſſe cognoſcunt: ⁊ quomodo euitant. Sermo II

De iudicio dei contra ſuperbientes angelos. Sermo III

De demonum ꝓſidentia: atqꝫ potētia grandi: quibus nihilominus homines dei adiutorio reſiſtere poſſunt. Sermo IIII

De fructibus ſupbie. Sermo V

De iudicio dei cōtra primos parentes noſtros. Sermo VI

De iudicio dei cōtra mundum laſciuientez facto tēpore Noe. Sermo VII

De mulieribus que multoꝝ ſunt cauſa peccatorum. Sermo VIII

De iudicio dei cōtra fetidos ſodomitas. Sermo IX

De iudicio dei cōtra Pharaonem ⁊ egyptios. Sermo X

De iudicio dei cōtra iudaicum populum in deſerto murmurantē. Sermo XI

De iudicio dei cōtra iudeos hieruſalem habitantes. Sermo XII

De iudicio dei cōtra iudeos xp̄m ⁊ eccleſiā perſequentes. Sermo XIII

De iudicio dei cōtra Dauid populum numerantem. Sermo XIIII

De iudicio dei cōtra Sēnacherib, blaſphemum. Sermo XV

De iudicio dei cōtra Nabuchodonoſor ſuperbientē. Sermo XVI

De iudicio dei cōtra Antiochum crudeliſſimum in iudeos. Sermo XVII

De cognitiōe dei: ⁊ de debito ſibi honore exhibendo. Sermo XVIII

De honore ⁊ reuerentia deo exhibendis. Sermo XIX

¶ Epiſtola venerabilis clariſſimiqꝫ in ſacra theologia magiſtri fratris Roberti Carazoli de licio ordinis minorū: ad reuerendiſſimum et illuſtriſſimū dñm dominū Johannē de aragonia: ſerēiſſimi dñi noſtri Ferdinandi regis ſicilie ⁊c̄. filiū: ⁊ locūtenētē generalē aplice ſedis ꝓthonotariū: in q̄ ſua docilitas cōmēdat.

Reuerendiſſimo patri ⁊ dño: domino Johāni de Aragonia chriſtianiſſimi regis Ferdinandi filio: ſedis apoſtolice digniſſimo ꝓthonotario: frater Robertus carazolus de licio ordinis minoꝝ ſacre theologie magiſter humiliter ſe cōmendat. Inter ꝑclariſſimas virtutes tuas: ingenteſqꝫ animi dotes docilitas magnopere fulget. Qua fit vt animū ſemper ꝓmptū: beniuolūqꝫ exhibeas: ad intelligendū doctrinam ſapientū. Neqꝫ vero elegantiſſimo ingenio tuo ſatis eſſe pūtaſ: q̄ in palacio tue reſidētie ſingulis diebus ab eruditiſſimis viris audire cōtendis. quinimo diuinarū: humanarūqꝫ rerū inueſtigare ac ſcire rōnem cupiens: pia religione frequentare ſoles tēpla ſacra dei. vt etiam ibi haurias: quid ab his qui declamatores et ad populum loqui ſolent edocetur. Laudabilis pfecto inſtitutio iſta: nedum in adoleſcēte vel iuuene: verum etiam in quolibet annoſiſſimo ⁊ ſene. et eoſqꝫ nullus tā ſapiens tamqꝫ doctus eſſe poteſt: q̄n audiendo doctior fieri valeat. Ex quo ſtat ſentētia illa. i. c. Prouerb. Audiens ſapiens ſapientior erit. Et ⁊ iuriſcōſultus. ff. de fideicomiſſarijs libtatib⁹. l. apud Julianū dicit cupiditatē diſcēdi optimā eſſe rōnem viuēdi. Vñ Julianus dixiſſe fert. Etſi alterū pedē in ſepulcro haberē: adhuc diſcere aliqd vellem. Quare Ualerius in rubrica d ſtudio ⁊ induſtria: miris laudibus extollit Solonē phm. q̄ ſupmo die vite: aſſiſtētibus amicis: qdāqꝫ inter ſe ꝯferētibus: ſatis iam ꝑſſum caput erexit. Interrogatuſqꝫ quapropter id feciſſz. Rñdit. Ut cū iſtud quicqd eſt de quo diſputaꝰ ꝑcepero: moriar. Sacer vero Hiero. in epiſtola ad Pamachiū et Oceanū. ſic de ſeipſo fatetur. Dū eſſem iuuenis: nimio feruebā amore diſcendi. Nec iuxta quorundam ꝓſumptionem ipſe me docui. Appollinarem audiui Antiochie frequenter ⁊ colui. Jam comis ſpargebatur caput canis: ⁊ magiſtrum potius q̄ diſcipulum me eſſe decebat. Perrexi tamen Alexandriam. audiui Didimū. in multis ei gratias ago. Quia (quod neſciebam) didici. quod ſciebam illo docente non perdidi. Putabant me homines finem feciſſe diſcēdi. Ueni rurſus Hieroſolymam et Bethleem. Quo labore: quo precio Baraniam nocturnum habui preceptorem: Timebat enim Judeos: et alterum mihi exhibebat Nicodemum. hec Hieronymus. Horum ſtudia imitanda ſunt, nō eorum qui ſibi ſcioli videntur: et ſpernunt omnem diſciplinam. De his loquitur ſic Seneca libro de tranquillitate animi. Puto multos ad ſapientiam peruenire potuiſſe: niſi putaſſent ſe perueniſſe. Sed tu ſapientie cultor et venerator ꝑcipuus: omnem

diligentiam apponis: vt a multis multa cognoſcas. Licet dignata ſit dominatio tua (dū Neapoli predicabam) quaſi quotidie ſermonibus meis adeſſe: hortari tandem me voluiſti: vt opus de timore iudiciorū dei in ſcriptis redigerem: illudqꝫ dominationi tue legendū tranſmitterē. Feci libens quod iuſſiſti: ⁊ operam dedi vt morem tue gererem voluntati. Accedet hoc ad vtilitatem plurimorum. Quoniam que noua ſunt allicere ſolent humanas mentes. Nam (vt ſcribitur Actuū. xvij.) Dum Paulus eſſet athenis diſputaretqꝫ in ſynagoga cum iudeis ⁊ colentibus deum: ⁊ in foro ꝑ omnes dies cum epicureis ⁊ ſtoicis philoſophis: quidam dicebant eum ſeminiuerbium. id eſt ſeminatorem verborum. Alij vero nouorum demoniorum annunciatorē, id eſt nouarum ſcientiarum ſm̄ Nicolaū de lira. Propter quod duxerunt eum ad Ariopagum dicentes. Poſſumus ſcire que eſt hec noua que a te dicitur doctrina: Noua enim quedam infers auribus noſtris. Uolum⁹ ergo ſcire qdnam velint hec eſſe. Athenienſes autem omnes ⁊ aduene hoſpites ad nihil aliō vacabāt niſi dicere aut audire aliquid noui. Hoc ē qd Ouidius dixit libro ſcdo de ponto. Eſt quoqꝫ cunctarum nouitas chariſſima rerum. Et de hoc Seneca in queſtionibus naturalib⁹. Naturale eſt magis noua q̄ magna mirari. Et idem in quarto declamationum. Ad noua homines conueniunt: ad noua concurrunt. Cicero inſuper in ſua rhetorica docet: auditores fieri poſſe attentos: ſi de rebus nouis ⁊ inuſitatis nos promiſerim⁹ verba facturos. Scripſi igitur donante deo: non in doctis humane ſapientie verbis: quicquid legere aut inuenire potui: quod hominum corda ad timendum deum glorioſum reuocet ⁊ inducat. Accipe itaqꝫ tu pater colēdiſſime libellum iſtum: in quo ſi quid boni repperẽris: proba: ſi qd vero aut ſuperfluum: aut minus rectum in illo deprehēderis: corrige. Pro tamen humaniſſimā dominationē tuā: ne cōmunicet aut tradat illū inuidis ⁊ maliuolis meis: quos multos noſtit quia (vt vtar verbis Hieronymi i prologo in Eſdram) Inuidorum ſtudia omne quod ſcribimus reprehendendum putant. ⁊ interdum contra ſe conſcientia repugnāte publice lacerant que occulte legunt: intantum vt clamare compellar ac dicere. Domine libera animam meam a labijs iniquis: ⁊ a lingua doloſa. Bene vale ſpeculum bonorum morum. ⁊ memento mei dum bene tibi fuerit.

¶ Sermo I

¶ Incipit prologus in opus de timore diuinorum iudiciorum: in quo exponuntur myſtice verba iohannis in themate.

Idi alterum angelum volantem per mediū celum: habentem euangeliū eternum. vt euangelizaret ſedentibus ſuper terram: ⁊ ſuper omnem gentem. ⁊ tribum ⁊ linguam: ⁊ ſuper populū dicens magna voce. Timete dominū. ⁊ date illi honorem. quia venit hora iudicij eius. Habentur hec verba Apocalipſis. xiiij. ca. Ad tantam inſaniam ceccitatemqꝫ mentis mortales homines iam deuenerunt: vt deum excelſum non arbitrentur ſuorum peccatorum vltorem. Adijciunt indies iniquitatem iniquitati: ⁊ in malicia perſeuerantes nolunt conſiderare formidabilia iudicia magni dei. Ipſe vtiqꝫ minatur chriſtianis ingratis pro ſuis execrandis ſcelerib⁹ terribilia mala. poſita iam ſecuris eſt ad radicē: ⁊ tamen pauci rariſſimiqꝫ inueniunt: qui ſua corda humilient ſub manu illius: cuius potentie reſiſtere nemo poteſt. Et reuera nil periculoſius q̄ iminentia pericula nō timere. Quia (iuxta Ariſtotelis ſententiam ſecundo rhetoricoꝝ) timor facit homines cōſiliatiuos. Qua de re ad excitandas mentes duras (que penitentiam fugiunt: ⁊ bene beateqꝫ viuere nolunt) decreui opus preſens ſub titulo de timore iudiciorum diuinorum compilare. ¶ Pro clariore tamen dicendorum noticia: in hoc prologo per modum ſermonis ipſa verba Johannis in themate exponenda ſe offerunt. In quibus tria myſteria declaranda continentur.

- Primū dicitur ſcripture ſancte ſublimitas
- Secundum euangelij multiplicitas
- Tertium timoris diuini rationabilitas.

¶ De excellentia ⁊ ſublimitate ſcripture ſancte: que deſignatur per angelum volantem.

Caplm I

Rimum myſterium declarandum quod continetur in verbis Johannis: dicitur ſcripture ſancte ſublimitas. que per angelum volantem recte meritoqꝫ deſignatur. Eſt autez ſcriptura ſacra vetus ac nouum teſtamentum. vt dicitur diſt. ix. decretoꝝ. c. quis neſciat. Quia vero hec diuinitus eſt hoib⁹ inſpirata: atqꝫ de celo miſſa ſm̄ illud. i. Petri. ij. Spūſctō inſpirati locuti ſunt ſancti dei homines. Ideo angelus dici poteſt.

Nā teſte Iſidoro libro.vij. etymol. Angelus nuncius vel miſſus interpretatꝰ. In altū aūte ipa ſcriptura volat per mediū celū: qꝛ publice in eccl'ia legiꝰ ⁊ predicatꝰ. Inquit eīm Greg. i omel. Regnū celoꝝ pſentis tpis eccl'ia dicitꝰ. Quanta ergo ſit huiꝰ ſcripture ſublimitas ex quattuor deprehēdere poſſumꝰ.

Primo ex eiꝰ dignitate.

Scḋo ex eiꝰ veritate.

Tertio ex eiꝰ pfunditate.

Quarto ex eiꝰ vtilitate.

Qḋ ſcptura ſacra ē excellētiſſima rōne dei.

Primo ſiquidē intelligere poſſumus ſublimitatē ⁊ excellētiā ſcripture ſancte ex eiꝰ dignitate. Eſt eīm incōparabiliter dignior oībꝰ ſciētijs ⁊ ſcripturis: eo ꝙ eſt de digniore ſubiecto. ſcꝫ altiſſimo deo. Un Aug. lib. viij. de ciui. dei. c. i. Theologia (inquit) eſt ſermo vel rō de deo. Necꝫ obſtat qꝛ Ariſt. dicit. i. poſterioꝝ. ꝙ in qualibet ſcīa oꝫ ſupponere ſubiectū qḋ eſt. Et Dama. dicit. In deo qḋ eſt dicere impoſſibile eſt. Quare nec deus ſubiectū ſic eſſe poterit ſcripture ſancte ⁊ theologie. Qm̄ vt inqt Tho. i. parte. q. i. arti. vij. in rñſione ad pmū argumētū. lꝫ de deo nō poſſumus ſcire qḋ ſit: vtimur tn̄ effectu eiꝰ. vel nature vel gratie loco diffinitiōis ad ea q̄ de deo in ſcriptura ſacra cōſiderantꝰ. Ipa igitur ſcriptura a pncipio vſqꝫ ad finē predicat mirabilia facta dei. Ex quo illi cōparari nō valet cūcta que a grāmaticis: rhetoribꝰ: dialecticis philoſophis: geometris: muſicis: medicis: aſtrologis: poetis: ⁊ iuriſcōſultis fuēre conſcripta. Verſantꝰ bia illa circa infima hec ⁊ mortalia vilia atqꝫ terrena. hec decentꝰ oīum ſciaꝝ regina mentē hoīs ad deū cognoſcendū diligēdūqꝫ ſublenat. Necꝫ de aduentu Enee in italiam canit. vt Virgiliꝰ qui dicit. Arma viruꝫqꝫ cano troie qui primꝰ ab oris ⁊c. Nec ad bella ciuilia inuitat deplorāda. ſicut ⁊ Lucanꝰ q̄ ait. Corduba me genuit: rapuit nero: prelia dixi. Que geſſere pares hic ſocer: inde gener. Bella p emathios pluſꝙ ciuilia cāpos. Iuſqꝫ datū ſceleri canimꝰ: populūqꝫ potentē. In ſua victrici 9uerſum viſcera dextra. ⁊ reliqua. Non de his minimis ſcriptura curat: ſꝫ de deo creatore celi ⁊ terre diſſerit. de illiꝰ pↄuidētia bonitateqꝫ iuſticia: ceteriſqꝫ perfectionibꝰ diuinis claro ſermone loquitꝰ. Verūtn̄ plerīqꝫ dubitare ſolent: cur hec ſcriptura magnalia dei depromens rudi ac ſimplici ſtilo eſt annotata. Et quidā abſolute rñdere ſolēt ꝙ eloquentia inutilis eſt: imo ⁊ dānoſa. qꝛ bonis viris vti minime licet. Ad eoꝝ aūt robur aſſumūt verba Lactantij: qui libro. v. diuinarū inſtitutionū ait. Hec in pmis cā eſt cur apud ſapiētes ⁊ doctos ac pncipes huiꝰ ſeculi ſcriptura ſancta fide careat: ꝙ pphete cōmuni ac ſimplici ſermone (vt ad populū) ſunt locuti. Cōtemnūtur itaqꝫ ab his q̄ nihil audire vel legere niſi expolitū ac diſertū volūt. Nec quicꝙ inherere animis eoꝝ pōt: niſi qḋ aures blādiore ſono mulcet. Illa vero q̄ ſordida videntꝰ: anilia inepta vulgaria exiſtimantꝰ. Ideo nil verum putant niſi qḋ auditu ſuaue eſt. nil credibile: niſi qḋ pōt incutere voluptatē. Nō credunt q̄ diuinis: qꝛ fuco carent. Sed ne illis quidē q̄ ea interpretantur: qꝛ ipī ſunt oīno rudes: aut certe parū docti. Nā vt plene ſint eloquentes prraro cōtingit. cuiꝰ rei cā in apto eſt. Eloquētia eīm ſeculo ſeruit. pplo ſe iactare. ⁊ in rebus malis placere geſtit. Siquidē veritatē ſepiꝰ expugnare conatꝰ vt vim ſuā monſtret: opes appetit: honores cōcupiſcit: ſummum deniqꝫ gradū dignitatis expoſcit. Hucuſqꝫ Lactātiꝰ. De Hiero. inſup glorioſo narratꝰ ꝙ ab angelo fuit correptꝰ: eo ꝙ ciceronianꝰ eēt. ſicut notatur. xxxvij. di. decretoꝝ. c. legimꝰ. Qḋ ⁊ ipſemet in epl'a ad Euſtochiū pfitetꝰ. Quare eloquentiā omnino reijciendaꝫ multi accuſant.

Quibꝰ ego dico (ſalua eoꝝ reuerētia) ꝙ eloquentia exornat oēm gradū: oēm ſtatū: oēm deniqꝫ hoīem recte fulgentē. Qua Hierony. poſt v̄bera (vt appetiꝰti) inſup voluit: de qua ⁊ Cicero i pmo rhetorice ait. Cū hoīes multis rebꝰ hūiliores ⁊ infirmiores ſint beſtijs: hac in re maxime beſtijs pſtare videntꝰ ꝙ loq̄ poſſunt. Quare pclarū quoddā mihi videtꝰ adeptus q̄ in ea re hoībꝰ antecellit: qua in re homines beſtijs pſtant. Ob id iudicio meo rectius dici pōt ꝙ eloquētia de ſe bona eſt ⁊ laude digna: dū tn̄ ea quiſqꝫ vtat bn̄. Qḋ ſic ppolite narrat Quintilianꝰ libro. ij. de oratoria inſtitutione. Quid q̄ (inqt) vehementer in eā. ſ. rhetoricā vel eloqntiā inuehi ſolet. ⁊ qḋ ſit indigniſſimū in excuſatiōes orōnis vtuntꝰ oradi viribꝰ. eloquentiā eſſe que penis eripiat ſceleſtos: cuiꝰ fraude dānentꝰ interim boni: cōſilia ducantꝰ in penis: nec ſeditiōes mō turbeqꝫ populares. ſed bella etiā inexpiabilia excitentur. Cuiꝰ deniqꝫ cū maxime ſit vſus cū p falſis cōtra veritatē valet. Nā ⁊ Socrati obijciūt comici docere eū quō priorē cām meliorē faciat ⁊ cōtra Tiſiā ⁊ Gorgiā ſimilia dicit polliceri Plato. Et his adijciūt exempla grecoꝝ romanorūqꝫ: ⁊ enumerāt q̄ pniciosa nō ſingulꝫ tm̄:

ſed rebus etiam publicis vſi eloquentia. turbauerunt ſtatus ciuitatū vel euerterunt: eoqꝫ et lacedemonioꝝ ciuitate expulſam: ⁊ athenis quoqꝫ vbi actor mouere affectus vetabatꝰ. velut reciſam orandi poteſtatē. Quo quidēꝫ mō nec duces vtiles erunt. nec magiſtratus: nec medicina: nō deniqꝫ ipſa ſapientia. Nā ⁊ dux Flaminius ⁊ Gracchi ſaturnini glaucie magiſtratus egere. ⁊ in medicis venena: ⁊ in his qui phoꝝ noīe male vtuntꝰ grauiſſima nōnūꝙ flagitia dephenſa ſunt. Cibos aſpernemur attulerūt ſepe valitudinis cauſas. Nunꝙ tecta ſubeamus: ſuperhabitantes aliqñ pcunbunt. Non fabricetꝰ militi gladius: pōt vti eodē ferro latro. Quis neſcit ignes aquas: ſine quibus nulla ſit vita: ⁊ ne terrenis immorer: ſolē lunamqꝫ: pcipua ſyderum aliqñ nocere. Num igitꝰ negabitꝰ deformem. Pirrhi pacē cecus ille Appius dicēdi viribus diremiſſe. aut nō diuina Marci Tullij eloquentia ⁊ cōtra leges agrarias popularis fuit. ⁊ Catiline fregit audaciam ⁊ ſupplicatiōes qui maximus honor victoribus bello ducibus datur: in toga meruit. Nōne perterritos militū animos frequenter a metu reuocat orator: ⁊ tot pugnandi pericula ineuntibus laudē vita potiorē eſſe pſuadet. Nec vero me lacedemonij aut Athenienſes magis mouerin ꝙ populus romanus: apud quē ſumma ſemꝑ oratoribus dignitas fuit. Equidem nec Urbiū cōditores reor aliter effecturos fuiſſe vt vaga illa multitudo coiret in populos: niſi docta voce cōmota. Nec legū repertores ſine ſumma vi orandi cōſecutos: vt ſeipſi homines ad ſeruitutem iuris aſtringerent. quin ipſa vite pcepta: etiā ſi vera ſint ⁊ honeſta: plus tamē ad formandas mentes valent: quotiens pulchritudineꝫ rerū claritas orationis illuminat. Quare etſi in vtranqꝫ partē valent arma facundie: nō tamen eſt equū illud haberi malū: quo bene vti licet. Hec Quintilianus. Ex qbus oībus cōcludimus laudabiliſſimaꝫ eloquentiā eſſe. Sꝫ illā diuinus ſermo nō ſequitꝰ. qꝛ vt Lact. li. vi. diui inſti. ait. ſumma pↄuidētia carere fuco voluit ea que diuina ſunt: vt oēs intelligerent: que ipſe oībꝰ loquebatꝰ. Scḋo cōprehendimus excellentiā ſcripture ſancte ex eius veritate: qꝛ in ipſa ſola nihil cōtinetꝰ falſum. In alijs vero tā phoꝝ ꝙ poetarū aliorūqꝫ litteris q̄ta inueniantꝰ mendacia. Dicant hi qui ſtudioſiſſime legere illas. Sed ob cām iſtā dubitari ſolet vtrū liceat legere libros gentilium illorūqꝫ dicta aſſumere in rebus noſtris.

Ad qḋ reſpondemus ꝙ ſi id fiat ſcriptura ſacra cōtempta: ⁊ vt erroribus gentiliū aſſentiatur: iniquū eſt ⁊ illicitū: ſicut pꝫ diſ. xxxvij. decretoꝝ. c. ſacerdotes: vbi ſic habetꝰ. Sacerdotes dei omiſſis euangelijs ⁊ pphetis: videmꝰ comedias legere: amatoria bucolicoꝝ verſuū verba cantare: tenere Virgiliū: ⁊ id qḋ in pueris eſt cā neceſſitatis: in ſe crimen facere voluptatis. Ad idē eſt in eadē diſ. c. Nōne. ⁊. c. Ideo. ⁊. c. eps. ⁊. c. vnio. Illi igitꝰ qui plus debito delectabiliter inſudant ad legendas litteras ſeculares: rephenſibiles ſunt: qm̄ vt inqt Hiero. ad Damaſum papam de filio pdigo: demonū cibus eſt carmina poetarū. ſecularis ſapiētia: rhetoricoꝝ pōpa verboꝝ. Hec ſua oēs ſuauitate delectant: ⁊ dū aures dulci verſibus modulatiōe currentibus capiūt: animaꝫ quoqꝫ penetrant: ⁊ pectoris interna deuinciūt. Ubi cū ſummo ſtudio fuerint ac labore perlecta: nil aliud niſi inanē ſonū ⁊ ſermonū ſtrepitū ſuis lectoribus tribuunt. Nulla ibi ſaturitas veritatis: nulla iuſticie refectio reperitur. Studioſi earū in fame veri. ⁊ virtutū penuria perſeuerāt. Hec ille. Sed ſi quis gētiliū ſcripturas perſcrutetꝰ. vel vt eoꝝ cognoſcat ⁊ cōfutet ineptias: vel vt per illas in quibuſdā ſententijs moralibus arguat criminoſos: vel vt ex illis capiat ſi qḋ veri reperit: vtrīqꝫ bene facit. Confirmatꝰ hoc diſ. xxxvij. decretoꝝ. c. qui de menſa. c. turbat. c. ſi quis artē. Hinc Augꝰ. li. ij. de doctrina xpiana ait. Si qua verba noſtre fidei phi accōmoda dixerunt: nō ſolū formidanda nō ſunt: ſed etiam ab eis tanꝙ ab iniuſtis poſſeſſoribus in noſtrū vſum vendicanda. Qḋ phi q̄nqꝫ ⁊ gentiles vera dixerunt teſtatꝰ Hiero. qui ſup primū. c. Danielꝫ dicit. Simulqꝫ animaduertendū eſt ſm Anagogen. ꝙ rex Babylonis nō potuerit vniuerſa dei vaſa transferre: ſed partē vaſoꝝ templi dei que intelligēda ſunt dogmata veritatis. Si eīm cunctos phoꝝ reuoluas libros: neceſſe eſt vt in his repias aliquā partē vaſoꝝ dei. Ut apḋ Platonē fabricatorē mūdi deū: apud zenonē ſtoicoꝝ principēꝫ inferos ⁊ immortales aīas et vnū bonum honeſtatē. Sed qꝛ iungūt mēdaciū veritati ⁊ nature bonū multis perdunt malis: ideo partē vaſoꝝ dei: ⁊ nō oīa vaſa integra atqꝫ perfecta accepiſſe memorantꝰ. Hec ibi. Ipſe adhuc Hiero. in ꝓlogo. in expoſitiōe Danielis de lr̄is ſecularibus ita fatꝰ. Ad intelligēdas extremas partes Danielis multiplex grecoꝝ hiſtoria neceſſaria eſt. Sutorij videlicet: ⁊ Calinici. Diodori. Hieronymi. Polibij.

Poſſidonij: Claudij: Theonis ⁊ Andrionici
Joſephi quoqꝫ ⁊ corū quos ponit Joſephus
precipueqꝫ noſtri Liuij ac Pompei Trogi at
qꝫ iuſtini. qui oēs extreme viſiōis narrant hi
ſtoriā. ⁊ poſt Alexandrū vſqꝫ ad Ceſarē Au
guſtū ſyrie ⁊ egypti. i. ſeleuci ⁊ ātiochi ⁊ pto
lomeoꝝ bella deſcribūt. Etſi q̄n cogimur ſecu
lariū litterarū recordari ⁊ aliqua ex his dice
re que olim omiſimus. non noſtre eſt volun
tatis: ſed vt ita dicā grauiſſime neceſſitatis.
vt probemus ea que a ſanctis prophetis an
te ſecula multa predicta ſunt: tam grecorū ꝙ̄
latinoꝝ: ⁊ aliarū gentiū lr̄is contineri. Et ipe
idem Hiero. in ep̄la ad magnū oratorē vrbis
dicit ꝙ ap̄ls Paulus in ep̄la ad Titū Epimi
nandris poete vſus eſt verſiculo dicens. Cre
tenſes male beſtie mendaces ventres pigri.
Et ne multa dicamus: tā Hieronym⁹ ꝙ̄ Au
guſtin⁹: reliquiqꝫ greci ⁊ latini doctores in ſu
is dictis perſepe ad ſuū propoſitū gentiliū ſen
tentias trahunt. Tamen vt prediximus: ſola
ſcriptura dei eſt que ab om̄i falſo ⁊ mendacio
immunis exiſtit: ⁊ quicquid loquit̄ veriſſimū ē
eo ꝙ verax eſt deus qui nobis illā dignat⁹ eſt
reuelare. Ob qđ Lactāci⁹ li. i. de diui. inſtitu.
ait. Omiſſis terrenis huiuſce pħie auctorib⁹
nihil certi aſſerentibus: aggrediamur viam
rectā. Quos eq̄dē ſi putare ſatis idoneos ad
bn̄ viuendū duces eſſe: ⁊ ipe ſequerer: ⁊ alios
vt ſequerētur hortarer. Sed cū magna inter
ſe cōcertatiōe diſſideāt ſecūqꝫ ipi pleruqꝫ diſ
cordēt: appet eoꝝ iter nequaꝙ̄ eſſe directum
Siquidē ſibi quiqꝫ vt eſt libitū ꝓprias vias
impreſſerūt cōfuſionēqꝫ maximā inq̄rentib⁹
veritatē reliquerūt. Nobis aūt qui ſacrm̄ reli
gionis accepim⁹: cū ſit veritas reuelata diui
nitus: cū doctorē ſapie: ducēqꝫ veritatꝫ deum
ſequamur: vniuerſos ſine vllo diſcrimine vel
ſex⁹ vel etatis ad celeſte pabulū cōuocamus.
Null⁹ em̄ ſuauior aīo cib⁹ eſt ꝙ̄ cognitio veri
tatis. hec ille. Sꝫ ſtatim increduli nos ag
grediunt̄ obijciētes ꝙ ſcti qui ſcripſerunt cō
finxere mendaciū a deo accepiſſe que tradūt.
O pniciosa ⁊ deteſtanda opinio que refelli fa
cile pōt ſi cōſiderēmus ꝙ̄to amore ꝓphete ⁊
amici dei veritatē cōplexi ſunt. Inq̄t Lact. li.
p̄mo de diui. inſti. Volūtas fingēdi ac mētiē
di eoꝝ eſt q̄ opes appetunt q̄ lucra deſiderant.
Que res ꝓcul a ſanctis viris fuit. Ipi vero ſe
uiſſima paſſi ſunt tormenta: diroſqꝫ cruciat⁹
ꝓ defenſione veritatis quā docebant. Unde
Hieronymus in ep̄la ad Pāmachiū ⁊ Ocea
num ait. An putamus fratres: quia iocando
prophete predicent: ridendo loquantur ap̄li:
xp̄us iudiciū infantiliter cōminetur? Sed io
ci non ſunt vbi ſupplicia intercedūt. Si iocā
do paſſi ſunt credantur iocādo locuti. Eſaias
ſerra ſecatur. Daniel leonib⁹ deputatur. Pau
lus truncatur gladio: ⁊ Petrus domini exem
plo in cruce ſuſpenditur. Et hoc totū vt nos a
peccatis ſua doctrina reuocarent. Non eſt igi
tur fictio aut mendacium: quod de vita futu
ra proclamatur: quod de inferni penis preco
nizatur: ⁊ quod predicatur de ipſius dei perfe
ctionibus admirandis.

De profundo ſenſu ſcripture ſcte q̄uo om̄e
humanū ingeniū ſuperatur.

t Tertio apparet excellentia ⁊ ſublimi
tas ſcripture ſancte ex eius profun
ditate. In ipa quidē non ſolū voces
ſignificant: verūetiam res per voces ſignifica
te. Ratio ſm̄ Thomā prima parte. q. i. art. x.
quia auctor ſcripture eſt de⁹: in cuius poteſta
te eſt ꝙ non ſolū voces ad ſignificandū acco
modet: ſed etiā res ipſas. Illa ergo prima ſi
gnificatio qua voces ſignificant res: pertinet
ad primū ſenſum: qui ſcꝫ eſt hiſtoricus vel lit
teralis. Illa aūt ſignificatio qua res ſignifica
te per voces iterū res alias ſignificant: dicit̄
ſenſus ſpūalis. Hic aūt trifariā diuidit̄. Sic
em̄ dicit ap̄lus: lex vetus figura eſt noue leg
⁊ ipſa noua lex vt ait Dionyſi⁹ libro de celeſti
hierarchia: eſt figura future gl̄ie. In noua etiā
lege ea que in capite geſta ſunt: ſunt ſigna eo
rum que nos agere debemus. Scđm ergo ꝙ
ea que ſunt veteris teſtamenti ſignificant ea
que ſunt noue legis: eſt ſenſus allegoric⁹. Al
legoria em̄ idē eſt quod aliena ductio. ab alle
quod eſt alienū: ⁊ goges ductio. Scđm vero
ꝙ ea que in chriſto facta: vel in his que chri
ſtū ſignificant ſunt ſigna eoꝝ que nos agere
debemus: eſt ſermo tropologicus. i. cōuerſus
ad mores. Prout vero ea que ſunt in noua le
ge ſignificant ea que ſunt in eterna gloria: eſt
ſenſus anagogicus. Anagogia: id eſt ſurſum
ductio. ab ana quod eſt ſurſum: ⁊ goges du
ctio. Eſt itaqꝫ ſcriptura ſacra in ſenſu litterali
plana ⁊ facilis. In ſenſu vero ſpirituali omne
deuincit ⁊ ſuperat humanū ingeniū. Hinc Au
gu. lib. ij. ſuper Gen̄. ait. Maior eſt huius ſcri
pture auctoritas: ꝙ̄ omis humani ingenij ꝑ
ſpicacitas. Et idē in ep̄la ad Voluſianū dic.
Tanta eſt enim chriſtianarū profunditas lit
terarum: ꝙ in eis quotidie proficerem: ſi eas
ſolas ab ineūte pueritia vſqꝫ ad decrepitā ſe
nectutē maximo ocio: ſummo ſtudio: meliore

ingenio conarer addiſcere. Non ꝙ in eis que
ad ſalutem ſunt neceſſaria tanta ꝑueniat̄ diſ
ficultate: ſed cū fidem ibi quiſqꝫ tenuerit ſine
qua pie recteqꝫ non viuit̄: tam multa tamqꝫ
multiplicium myſteriorū vmbraculis opaca
intelligenda ꝓficiētibus reſtant: vt annoſiſſi
mis acutiſſimis flagrātiſſimiſqꝫ ſuauitate di
ſcendi cōtingat. Qđ eadē ſcriptura in quodā
loco cōmemorat ſcꝫ Eccl̄i. xviij. Cū ꝯſumma
uerit homo tūc incipiet. hec ille. Et Hierony.
ſuper illo verbo p̄s. Adipe frumēti ſatiat te.
Pinguiſſimus eſt ſmo diuinus. Quicq̄d vis
ex ſmone diuio naſcit̄. Et Greg. xx. Moral.
c. i. Omnē ſapientiā atqꝫ doctrinā ſacra ſcri
ptura tranſcēdit. Que vera p̄dicat: ad celeſtē
vitam inuitat: a terrenis deſiderijs cor legen
tis reuocat: dictis obſcurioribus fortes exer
cet: paruulis humili ſmone blandit̄. Nec ſic
clauſa eſt vt paueſci debeat: nec ſic pꝫ vt vile
ſcat: ſed vſu faſtidium tollit: ⁊ tanto plus dili
gitur quāto amplius meditat̄. Quāte autē
ſit ꝓfunditatis ſcriptura ſacra apparet ex tot
libris. ſmonibus, omelijs, expoſitiōibuſqꝫ pe
ne innumeris. In quibus doctores taꝫ greci
ꝙ̄ latini totis viribus deſudarūt. Et omiſſis
alijs inſpiciamus quot quātave volumia edi
dit. Origenes. ⁊ poſt illum Aug. de q̄bus ita
inquit Iſidorus li. vi. etymol. Origenes oēs
tam grecos ꝙ̄ latinos operū ſuoꝝ magnitu
dine ſupauit. Deniqꝫ Hiero. ſex milia librorū
eius ſe legiſſe fatet̄. Horum tamen omnium
ſtudia vicit. Augu. qui tanta ſcripſit vt dieb⁹
ac noctibus nec legere quiſꝙ̄ ſufficiat libros
illius. Ulterius ſcripture altitudinē comp̄
hendere valemus ſi reuocemus ad mentem
miracula que veraciter ꝓdamant̄ de interp̄
tatione facta tempe Ptolomei. Hic vt. d. Ra
banus. xiij. li. de origine rerū fuit ꝑitiſſimus
oīm lrarum. diſcipuluſqꝫ ſtrabonis pħi: q̄ bi
bliothecam fecit: in qua habere voluit libros
legis iudeoꝝ: qui ad ſacrā ſcripturā ꝑtinent.
Ut em̄ tradit Iſid. lib. vi. etymol. tempori⁹
eius alexādrie. lxx. milia libroꝝ inuenta ſunt.
Aſſerit aūt Euſbius in hiſtoria eccleſiaſtica.
ꝙ Teopōpus hiſtoricus tētauit ſcripturam
ſacram de hebreo in grecuꝫ transferre: et dei
iudicio ꝑ. xxx. dies in amentiam eſt verſus.
Theodotus etiā ob eādē cauſam cecatus eſt
Uerū penitētes ſanati ſunt. Ob quod miſit
Ptolomeus ꝓ interp̄tibus ad Eleazarū pon
tificem iudeoꝝ. Et de hoc ſic loquit̄ Aug. li.
xviij. de ciuitate dei. c. xlij. Poſt alexādri ma
cedonis qui etiā magn⁹ cognomi natus eſt.
mirificentiſſimā minimeqꝫ diuturnam po
tentiam qua aſiam vniuerſam: immo pene
totū orbem partim vi ⁊ armis partim terro
re ſubegerat: quādo īter cetera oriētis regna
etiam iudeā īgreſſus obtinuit. eo mortuo co
mites eius cū regnū illud ampliſſimū nō pa
cifice inter ſe poſſeſſuri diuiſiſſent: ſed potius
diſſipaſſent bellis oia vaſtaturi. Ptolomeos
reges habere cepit egyptus. Horum p̄mus
Lagi filius multos ex iudea captiuos ī egy
ptum tranſtulit. Huic aūt ſuccedēs ali⁹ Pto
lomeus q̄ eſt appellatus Philadelphus: oēs
quos ille captiuos adduxerat liberos redire
ꝑmiſit. Inſup ⁊ dona regia in templum dn̄i
miſit. petiuitqꝫ ab eleazaro tūc pontifice dari
ſibi ſcpturas quas ꝓfecto audierat fama p̄di
cante diuinas. Et iō illas habere cupiebat in
bibliotheca quā nobiliſſimā fecerat. Has cū
idem pōtifex eidem miſiſſet hebreas: poſt et
ille interp̄tes poſtulauit: ⁊ dati ſunt ei. lxxij.
de ſingulis duodecim tribubus ſeni homīes
vtriuſqꝫ lingue doctiſſimi grece ſcꝫ ⁊ hebree
q̄ꝝ interp̄tatio vt ſeptuaginta vocet̄ iā obti
nuit conſuetudo. Tradit̄ ſane tam mirabilē
ac ſtupendū planeqꝫ diuinū in eorum verbis
fuiſſe cōſenſum: vt cū ad hoc opus ſeparatiꝫ
ſingli ſederint: ita enīꝫ placuit ptolomeo regi
eoꝝ fidem explorare: in nullo vbo qđ ideꝫ ſi
gnificaret: ⁊ tantūdem valeret: ⁊ in vborum
ordine alter ab altero diſcreparet. Sed tanꝙ̄
vnus eſſꝫ interpres ita qđ om̄s interpretati
ſunt vnuꝫ erat: qm̄ reuera ſpūs vnus erat in
oibus. hec Aug. Ad plenius tamē intelligē
da illius verba ſciendū ꝙ vt Juſtinus refert
poſt mortem Alexādri factus eſt p̄mus rex
egypti: Ptolomeus qui regnauit annis. xl. tā
dare vt om̄s regnātes ab eo poſtea dicerent
ptolomei. Hic ſm̄ Siccardū ſuo lib. de tem
poribus in die ſabbati aſcendit hieruſalem ſi
mulans velle ſacrificare deo: ſciens iudeos
tali die abſtinere ab armis. Itaqꝫ cepit hieru
ſalem. Succeſſor vero eius fuit Philadelph⁹
q̄ regnauit annis. xxxviij. ⁊ fuit ſtudioſiſſim⁹
Et hic vt dicit Aug. conſtitui fecit copioſiſſi
mā bibliothecā. Notandū inſup ſm̄ Iſido.
lib. vi. etymol. ꝙ bibliotheca dr̄ a biblio gre
ce: quod eſt libroꝝ ⁊ theca repoſitio. Biblio
thecam aūt veteris teſtamēti Eſdras ſcriba
poſt incēſam legem a chaldeis dum iudei re
greſſi fuiſſent in hierl̄m: diuino afflat⁹: al's af
flatus ſpū repauit: cūctaqꝫ legis ac ꝓphetaruꝫ
volumia q̄ fuerūt a gētib⁹ corrupta correxit.
Apud grecos bibliothecā primus inſtruxit

Piſiſtratus tyrannus athenienſiū: quā deinceps ab athenienſibus auctā Xerxes incenſis athenis euexit in perſas: longoq; poſt tempore Seleucus Nicanor rurſus in greciā rettulit. De hinc magnus Alexander ⁊ ſucceſſores eoꝝ inſtruendis oīum libroꝝ copijs animū intendere, maxime Ptolomeus Philadelphus. Rome prius libroꝝ copiā aduexit Emilius paulus perſa rege macedonū deuicto, deinde Lucullus e pontica preda. Poſt hec Ceſar dedit Marco Uarroni negociū maxime bibliothece ↄſtruende. De his ſatis. Ad ſcripturā ſanctā iam ſermo vertendus eſt: que ꝓfunditate ſua tot peritiſſimoꝝ viroꝝ vt dictū eſt excitauit ingenia.

De vtilitate legendi aut audiendi ſcripturam ſacram.

Quarto cognoſcere poterimus excellentiā ⁊ ſublimitatē ſcripture ſancte et eius vtilitate. Prodeſt quidem ⁊ non parū illā deuote legentibus ac audientibus. Unde ⁊ Paulus .ij. Timoth. iij. ca. dicit. Omnis ſcriptura diuinitꝰ inſpirata vtilis eſt ad docendū ⁊ arguēdū: ad corripiēdū: ad erudiendū in iuſticia, vt ꝑfectus ſit homo dei ad omne opus bonū inſtructus. Hec peccatoribus per pn̄iam ſalutis fiduciā preſtat: hec iuſtos perſeuerare ſuadet in via dn̄i: hec vitia deteſtatur: virtuteſq; extollit. hec ſummū bonū deſiderandū ꝓdicat. hec infernū fugiēdū hortatur. hec dei mandata ſeruanda monet. hec blanditur humilibus: cōminatur impenitentibus: ⁊ recte viuentibus aut poſt peccata ad deū redeuntibꝰ vitā pollicetur eternā. Hanc q̄ valent legant delectabilit̄: qui vero legere nō poſſunt negocijs familiaribꝰ impediti audiāt illā bn̄dicentes precipue predicatores. quibꝰ cura puigil eſſe dꝫ ſcripturas ipas principaliter predicare. Uenite ergo o ppl'i ⁊ audite diſciplinā ſacrarū litterarū. qꝛ vt dr̄. xxviij. di. decretoꝝ. c. ſicut. Sic̄ ſtellas celi nō extinguit nox: ita mentes fideliū inherentes firmamēto ſctē ſcripture nō obſcurat mūdana iniquitas. Dictū ſit de ſublimitate ſacre ſcripture: q̄ fons eſt irriguꝰ refocillās ⁊ ſatiās oēm aīam iuſticiā ⁊ veritatē ſitientē.

De multiplici euangelio: ⁊ q̄liter ſcriptura tota nos excitat vt timeamꝰ deū. Caplm. II.

Xpiſtimo rem gratā facere: ſi in hoc ſecundo myſterio aperuero euangelij varietatē ex eo ꝙ quaſi ꝑplexꝰ eſt multoꝝ animꝰ: ꝗ intelligere ambiūt quid in verbis Johānis noīe euāgelij eterni importetur. Sunt ⁊ adhuc pleriq; predicatoribꝰ inſultantes: dū euāgelicū textū predicare omittunt: quaſi tranſgreſſores exiſtāt precepti dominici Marci vlti. c. vbi dr̄. Euntes in mundū vniuerſum ꝓdicate euāgeliū oī creature. Quare ad hmōi perplexitate amouendam in hac parte de multiplicitate euāgelij erit diſceptandū: vt ſic vniuſcuiuſq; animꝰ quieſcat in cognitiōe euāgelice veritatis: neq; de cetero predicatoribꝰ detrahat: qui vt dictū eſt: euangelicā litterā nō ſemꝑ ſequunt̄. Quadruplex ergo euangeliū diſtinguemꝰ.

Primū eſt euangeliū approbatū
Secundū euangeliū dubitatū
Tertiū euangeliū reuelatū
Quartū euangeliū interpretatū.

De euangelio quod ſcripſerunt quattuor euangeliſte.

Primū eſt euāgeliū approbatū. illud ſcꝫ qđ ſcripſerūt quattuor euangeliſte. Ut eīn hr̄ ex dictis Hiero. in ꝓlogo in Mattheū. ⁊ Iſidori. vi. lib. etymolo. primꝰ qui ſcripſit euangeliū fuit Mattheus, anno. ſ. xp̄i. xlij. Nā volens ex iudea recedere: que ſic dicta eſt ex tribu iuda: poſtq̄ intrauerunt tarrā ꝓmiſſiōis. Nā antea dicebatur terra chanaā. eo ꝙ poſt diluuiū habitauerunt ibi filij cham. ſcripſit euāgeliū litteris hebraicis: vt ſic remaneret apđ iudeos credētes memoria eoꝝ que docuerat. Ubi appet q̄nta ſit vis litterarū. Iđ dicit Iſidorꝰ libro. i. etymol. Uſus litterarū repertꝰ eſt ꝓpt̄ memoriā rerū. Nā ne obliuione fugiant: litteris alligantur. In tanta eīn rerū varietate nec diſci audiendo poterant oia: nec memoria retineri. Et addit ipe Iſidorꝰ ꝙ lr̄e ſunt indices rerū: ſigna verboꝝ: quibꝰ tanta vis eſt vt dicta nobis abſentiū ſine voce loquant̄. Hebreoꝝ lr̄as moyſes: ſyroꝝ ⁊ chaldeoꝝ abraā repertor. Ideo cū lr̄is numero ⁊ ſono concordant: ſolis characteribus diſcrepāt. Egyptioꝝ lr̄as Iſis regina Inachi filia a grecia veniens in egyptū repperit ⁊ egyptijs tradidit. Grecarū lr̄arum vſum primi Fenices inuenerūt, de quibus ait Lucanus. Fenices primi fame ſi credit̄ auſi: Manſurā rudibꝰ vocē ſignare figuris. Cadmꝰ Agenoris filiꝰ grecas lr̄as ex fenice. xvij. attulit i greciā. Iſponiades troiano bello tres adiecit: poſt quē ſimonides miles tres alias addidit. Latinas lr̄as Carmētis nimpha prima italis tradidit. Carmentis aūt dicta quia carminibus futura canebat. Hec proprie vocata eſt Nicoſtrata. Chartarū vero vſus vt Iſidorꝰ dicit. vi. lib. etymol. in memphi egypti ciuitate inuentus eſt. Ante eīn ſcribebant vel in tabulis marmoreis vel latericijs. Apđ gentiles vero Frigiꝰ Dares: de grecis ⁊ troianis hiſtoriā edidit. quā in folijs palmarū ab eo cōſcriptā eſſe ferunt. Redeundum iam eſt ad efficaciā litterarū ſine quibꝰ multa ⁊ quidem neceſſaria obliterata eſſent. Quapropt̄ Johānes ſolobrienſis in ꝓlogo Policratonis ait. Exempla maioꝝ que ſunt incitamenta ⁊ fomenta virtutis nullū oīno erigerēt aut ſeruarent: niſi pia ſollicitudo ſcriptoꝝ ⁊ triūphatrix inertie diligentia eadē aliquid ad poſteros tranſmiſiſſet. Et iterū idē. Quis alexandros ſciret: aut ceſares: quis ſtoicos aut peripateticos miraret̄: niſi eos inſignirent monimenta ſcriptoꝝ? Quis apl'oꝝ aut prophetaꝝ amplexanda imitaretur veſtigia: niſi eos poſteritati diuine littere conſecraſſent? Hec ibi. Matthēꝰ ergo vt dicit Nico. de lira. interpretatur datus: qꝛ inter euangeliſtas primo datus eſt a deo ad ſcribendū euāgeliū. Secūdus ſcripſit euangeliū Marcus anno ſequēti eloquio greco ſm̄ Iſidoꝝ in italia ſecutus Petrū vt diſcipulus. Tertiꝰ Lucas greci ſermonis eruditiſſimꝰ ſm̄ Iſidorū ⁊ Hierony. in grecia in Achaye partibꝰ ſcripſit euāgeliuꝫ ſub Theophilo epō. Quartꝰ ⁊ vltimꝰ Johānes ſcripſit euāgeliū in aſia: qui fuit in ſcribēdo vltimꝰ, vt inquit Hiero. in ꝓlogo in Johēꝫ ex eo ꝙ erat virgo ⁊ iuuenis. Quare vt verecundꝰ ſe ingerere noluit quouſq; ab epis aſie rogaret̄ ⁊ ab hereticis excitaret̄. Sed hic tria dubia ſunt apienda.

Primū quare nō vnꝰ ſcripſit euangelium.
Secundū quare xp̄s bn̄dictus nō ſcripſit quicq̄ poſteris relegendū?
Tertiū vtrū predicatio veteris teſtamenti repugnet ꝓdicationi euāgelij?

Ad primū r̄ndet quedā glo. ꝙ euangeliſte ſunt teſtes dn̄i: ⁊ hoc nō ꝓpter indigentiā claritatis diuine: ſꝫ infirmitatis humane, q̄ firmius ⁊ certiꝰ credit pluribꝰ q̄ vni. In ore eīn duoꝝ vel triū teſtiū ſtat omne verbū. vt dicit̄ Mat. xviij. ⁊. ij. q. iiij. c. i. Et. ij. ad Coꝝ. xiij. ⁊ Deut̄. xix. ⁊. xlviij. di. c. qm̄. ⁊. xi. q. iij. c. precipue. ⁊ ex̄. de teſti. ⁊ atteſta. c. licet. i. ⁊ ex̄. de teſta. c. relatū. i. Et ideo diſpoſuit diuina ſapientia vt plures eſſent euāgeliſte: qui ſi omnino diuerſa dicerent: fidē non firmarent. Ad hoc eīn vt teſtimoniū ſit ſolidū: neceſſe ē teſtes cōcordare. Si vero oino idē dicerent: iam totū vnū eſſet ⁊ ſuperfluū. Ut ergo certū eſſet teſtimoniū ⁊ nihil contineret ſuperfluū: diſpoſuit ſpiritusſanctus vt aliqua ſingularit̄ narrarēt aliqua cōiter: nulla vero diſcordit̄. Ideo dicit Aug. de cōſenſu euāgeliſtarū: ꝙ nō oēs euangeliſte idē dixerūt. Sed vbi cōcurrerūt in idē narrandū non diſcordant. Ad ſecundū dubiū r̄ndere poſſumus ex dictis ſancti Tho. iij. parte. q. xlij. ar. iiij. ꝙ xp̄s bn̄dictꝰ nō ſcripſit: qꝛ nō fuiſſet cōueniēs dignitati ſue ita ſcribere: ſicut expediebat cōi vtilitati eoꝝ quibꝰ doctrina ſua erat tradenda. Si vero ſcripſiſſet ſm̄ altitudinē dignitatis ſue: nullus fuiſſꝫ capax myſterioꝝ: ⁊ ſic ſcriptura illa fuiſſet fruſtra. Ad tertiū dubiū iam imorandū eſt ꝓpter nōnullos q̄ palatū īfectū hn̄tes me mordent: qꝛ in hoc opere hiſtorias veteris teſtamenti predicandas cōſcripſi. Uidetur forte ipis vetus teſtamentū abijciendū. Sed caueant ne ſeueriani ſint. De quibꝰ dicit Iſidorꝰ viij. lib. etymol. ꝙ fuerunt quidā heretici ſic nominati a Seuero hereſiarcha: non recipiētes vetus teſtamētū ⁊ reſurrectionē. Dicimꝰ ergo ꝙ quicūq; predicat ea que cōtinent̄ in euangelio: predicat euangelium. ſed qui predicat vetus teſtamentū predicat ea que continentur in euangelio: ergo predicat euangeliū. Mattheus nanq;. i. c. genealogiā xp̄i explicat nominās patres ⁊ reges veteris teſtamenti. Et in eo inducit auctoritatē Eſa. vij. Ecce virgo concipiet. Et in. ij. c. allegat dictū Michee. v. Et tu bethleē ⁊c̄. Et eodē. c. dictū Oſee. xi. Ex egypto vocaui filiū meū. Et. iij. c. dictū Eſaye. xl. c. Uox clamantis in deſerto parate viā dn̄i. Et. iiij. c. dictū Deut̄. vi. Non temptabis dn̄m deū tuū. Et. xij. c. exemplū Ione: qui fuit in vētre ceti. Et. xv. c. textū Eſaye Populus hic labijs me honorat: cor aūt eoꝝ longe eſt a me. Et. xvij. c. apparitionem expreſſit moyſi ⁊ helie. Et. xix. c. xp̄us docet precepta decalogi que ponuntur Exod. xx. Et. xxij. c. allegatur auctoritas dauid. Dixit dominus domino meo: ſede a dextris meis. Et. xxvi. c. auctoritas Zacharie ꝓphete. xiij. c. Scriptū eſt: percutiā paſtorē ⁊ diſpergentur oues gregis. Et Luc. ij. c. dicitur. Impleti ſūt dies purgationis marie ſm̄ legeꝫ moyſi. Leuit̄. xij. c. Eodem. c. circunciſus eſt puer. Et. xvi. c. dixit chriſtus verba abraam. Habent moyſen ⁊ ꝓphetas: audiant illos Et vltimo. c. Neceſſe ē impleri omnia que ſcripta ſunt in lege moyſi ⁊ ꝓphetis ⁊ pſalmis de me. Utriq; hec ⁊ ſimilia ex veteri teſtamēto ſumpta in euangelijs cōtinētur. Quare qui ea que ſunt veteris le

gis ad chriſtum ordinata predicat: euangelium vtiq̃ʒ non omittit.

De euangelijs apocriphis: quibus nõ adhibetur plena fides.

ſ Ecundū eſt euangeliū dubitatuʒ. vt Nicodemi Jacobi ⁊ alioꝝ que inter apocripha computantur. xv. diſt. ca. Sancta romana eccleſia. Scd̃m aūt Yſidorū libro. vi. etymol. apocripha dicta. i. ſecreta: qꝛ in dubiū veniunt. In his apocriphis etſi inueniatur aliqua veritas: tamen propter multa falſa nulla eſt eis canonica auctoritas, que recte a prudentibus iudicantur non eſſe credēda quibus aſcribūtur. Nā multa ⁊ ſub nominibus prophetaꝝ ⁊ recentiora ſub nominib⁹ apoſtoloꝝ ab hereticis proferuntur. que oīa ſub nomīe apocriphorū auctoritate canonica diligēti examinatiōe remota ſunt. hec Yſido.

De euangelio beati pauli apl̃i.

t Ertiū eſt euangeliū reuelatū. de quo apl̃us ad Gal. i. Notū vobis facio euangeliū quod euangelizatuʒ eſt a me: quia non eſt ſm̃ hoīem. Neq̃ʒ em̄ ego ab homine accepi illud: neq̃ʒ di dici: ſed per reuelationem ieſu chriſti.

De euangelio large ſumpto quod eſt tota ſcriptura ſancta.

q Uartū eſt euangeliū interpretatuʒ. Tota ſiquideʒ ſcriptura ſacra large euangeliū dici pōt. Scd̃m em̄ Yſidorū: euangeliū interpretatur bona annunciatio. Grece eu: bonū. angeliū: annūciatio dicitur. Hoc eſt illud euangeliū eternuʒ ſcriptura ſcʒ ſacra: bene annuncians nobis eternā veritatem dei nobis temporaliter reuelatā. Ideo dicit Hiero. i. q. i. c. marchion. Marchion ⁊ baſilides ⁊ cetere hereticoꝝ ſecte non habent dei euangeliū: quia non habent ſpiritūſanctū ſine quo humanū euangeliū nō docetur. Nec putemus in verbis ſcripturarū eſſe euāgeliū ſed in ſenſu. non in ſuperficie: ſed in medulla. non in ſermonū folijs: ſed in radice rationis. hec ille. Que verba cōtra illos dicta ſunt qui litterā tm̄ quattuor euangelioꝝ noīe euangelij volunt intelligi. Nos vero oēm ſcripturaʒ dei vltra quattuor euangelia: vt prediximus: euangeliū appellam⁹. Hec ergo eſt que bene oib⁹ annūciat vt deū timeant. Excitent iam oēs ppl̃i: oēs gentes: oēs vtriuſq̃ʒ ſexus: ⁊ audiant quid vndiq̃ʒ ſcriptura canit. Certe a principio vſq̃ʒ ad finē. Timete deū: timete deū: timete deū. Hoc dicitur Leuit. c. xxv. Timeat vnuſquiſq̃ʒ deū ſuū. Et de h̃ ſcribit Deut. iiij. Dixit deus ad moyſen. Cōgrega ad me populū vt audiāt ſermones meos ⁊ diſcant timere me oī tpe. Et Deut. vi. Dn̄m deū tuū timebis ⁊ illi ſoli ſerui es. Et Joſue. xxiiij. Timete deū ⁊ ſeruite ei corde pfecto. Et. i. Reg. xij. Timete dn̄m: ⁊ ſeruite ei in veritate. Et pš. ij. Seruite dn̄o in timore. Et pš. xxxiij. Timete dn̄ʒ oēs ſancti eius. Et pš. cxi. Beatus vir qui timet dn̄m. Et Tobie. iiij. Multa bona habebimus ſi timuerim⁹ deū. Et Judith. xvi. Qui timent te magni erūt apud te p oīa. Et Eccl̃i. i. Timenti dn̄m bene erit in extremis: ⁊ in die defunctionis ſue benedicet. Et. ij. c. Fili accedens ad ſeruitutem dei: ſta in iuſticia ⁊ in timore. Et. x. c. Gloria diuitum honoratorum ⁊ pauperū timor dei eſt. Et. xix. c. Da locū timori altiſſimi: qꝛ oīs ſapientia timor dei. Et xxiij. Nihil melius q̃ timor dei. Et. xxv. Beatus vir cui donatum eſt habere timorē dei. Et Prouerb. iij. Time deum ⁊ recede a malo. Et xiiij. c. Timor dn̄i fons vite: vt declinet a ruina mortis. Et. xxiij. c. In timore dn̄i eſto tota die: qꝛ habebis ſpem in nouiſſimo. Et Eccl̃s viij. Ego cognoui q̃ erit bonū timentib⁹ deū. Et Malach. i. Si ego dn̄s ſum: vbi eſt timor meus? Et Neemie. v. Quare nō in timore dei noſtri ambulatis? Et Michee. vi. Salus erit timentibus nomen eius. Et. ij. Coꝛ. v. Scientes timorē dn̄i hoībus ſuadem⁹. Et Luce. ij. Et miſericordia eius a progenie i progenies timentibus eū. Hec eſt tonans illa vox omis diuine ſcripture: de qua Johes dicit q̃ oibus ppl̃is alte ſonāda ē. Timete deū. Qui quare timendus ſit: in ſequentib⁹ oſtēdem⁹.

¶ Qd̃ rōnabile eſt timere deū. Capl̃m. III

ſ Unt plurimi qui de timore dei audientes loqui nō ſolū nō formidant ⁊ pauent: ānimo in deriſum hn̄t que dicunt. Aiunt em̄ clementē eſſe deū ⁊ natura miſericordē a quo nullū maluʒ puenire pōt. Et hꝰ docet Ariſto. ij. rhetorice illa timemus ex quib⁹ nobis mala pueniūt. Sed nō aduertunt theologoꝝ ſniam: ⁊ pcipue ſcti Thome ſcd̃a ſcd̃e. q. xix. ar. i. q̃ malū pene etſi ſit malū ſm̃ qd: inquantū ſcʒ ledit eos qb⁹ infertur: verūtn̄ eſt bonū ſimpliciter inquantū puenit ex ordie diuine iuſticie. Ea propter vt intelligāt oēs quare timendus deus eſt a quo pueniūt mala pene in hoc capl̃o de rōne diuini timoris erimus tractaturi. quia Johannes ſubdit qm̄ venit hora iudicij eius. Sunt em̄ quattuor in deo iudice ⁊ peccatorum vltore. propter que merito timeri debet.

· Primum eſt noticia.
· Secundū diſplicētia.
· Tertium potentia.
· Quartū iuſticia.

Qd̃ deus benedictus cognoſcit oīa peccata tam ſecreta q̃ publica.

p Rimū qd̃ eſt in deo quare timeri debet eſt noticia. Ipſe vtiq̃ʒ oīa noſtra mala: nō ſolū publica ⁊ manifeſta: ſʒ etiā occulta ⁊ in corde latentia noſcit: ſcrutaturq̃ʒ intima oīa: ⁊ penetralia cordiū. Probatˀ hec veritas auctoritatibus oīs ſcripture diuine ⁊ humane. Ait ergo Job. xlij. c. Scio dn̄e qꝛ oīa potes: ⁊ nulla te latet cogitatio. Et ſapiēs Prouerb. v. Reſpicit dn̄s viam hoīs: ⁊ oēs greſſus eius cōſiderat. Et eccl̃i. vij. Nō te iuſtifices ante deū: qm̄ agnitor cordis ipſe eſt. Et xvi. c. Nō dicas: a deo abſcondam: ⁊ quis mei memorabitˀ? Omne cor intelligitur a deo. Et xxix. Non eſt quicq̃ abſconditum ab oculis eius. Et pš. xciij. Dn̄s ſcit cogitationes hoīm. Et. i. Regū. xvi. Homo videt ea que parēt: deus autē intuetˀ cor. Et. i. Paral. c. penul. Omnia corda ſcrutatur dn̄s: ⁊ vniuerſas mentiū cogitationes intelligit. Et Daniel. xiij. c. Deus eterne qui abſconditoꝝ oīm es cognitor: ⁊ q̃ noſti oīa anteq̃ fiant. Et Paulus ad Heb. iiij. c. Oīa nuda ⁊ aperta ſunt oculis eius. Et Johis. i. canoñ. iij. c. Maior eſt deus corde noſtro: ⁊ nouit oīa. Et in decretis. diſ. xxxij. c. erubeſcant. Secretoꝝ ⁊ cognitor deus ⁊ iudex eſt. Et. ij. q. i. c. deus omnipotēs. Et. ij. q. v. c. cōſuluiſti. Deus ſolus nouit corda filioꝝ hominū. Et ad ideʒ facit quod ſcribitˀ. xi. q. i. c. ſacerdotibus. ⁊. xviij. q. ij. c. pernicioſam. ⁊. xxiij. q. v. c. pdeſt. ⁊. xxiiij. q. i. c. odi. ⁊. xxvi. q. v. c. nec mirum. ⁊. xxvi. q. vi. c. agnouimus. ⁊. xxxij. q. i. c. apud. Et de peni. diſ. i. c. quē penitet. Et extra de offic. lega. c. nouit. ⁊ de ſimonia. c. tua nos. Et Hieronymus ad Demetriadē virginem. Omniū operū ⁊ cogitationū tuarū ſpeculatorem tuū crede deuʒ. Et Sixtus pythagoricus in ſententijs ſuis. Cogitatio hominis deū nō latet: ⁊ iō cogitatio tua pura ſit ab omni malo. Et Seneca ad Lucillum. Quid pdeſt aliquid ab hoie eſſe ſecretū? Nihil deo clauſum eſt. Ipſe cogitatiōibus noſtris interuenit: ſic interuenit dico vt nunq̃ aliqñ inde diſcedat. Et Ouidius in. iij. metamorphoſeos. Aſpiciunt oculis ſuperi mortalia iuſtis. Sed ɔtra iſta obijcitˀ multipliciter. Primo qꝛ deus nō cognoſcit: ⁊ nō intelligit aliud a ſe. ergo nō cognoſcit noſtra peccata. Ulteriꝰ em̄ dicit Ariſto. xi. metaphi. Intelligibile eſt pfectio intellectus. Si igitˀ deus intelligeret aliud a ſe: intellect⁹ eius perficeretˀ ab alio: ⁊ ſic aliqd eſſet nobilius ipſo: qd̃ eſt falſuʒ. Scd̃o arguitˀ ſm̃ Anſel. Omne qd̃ eſt melius circa deū eſt ponendū. ſed q̄dā melius eſt neſcire q̃ ſcire: ſicut dic̄ Aug. in enchiridion. ergo neceſſe eſt ponere q̃ deus illa nō ſciat. Sed illa ſunt peccata: ergo deus neſcit noſtra peccata. Tertio ſicut deus eſt oīm ſciens: ita deus eſt oīpotens. ſed deus nō pōt mala. ergo neq̃ʒ ſcit mala. Quarto arguitˀ. Abachuc. i. dicitˀ. Mūdi ſunt oculi tui dn̄e: ne videas malū. Ad primū reſpondet Boñ. in. i. diſ. xxix. ar. i. q. i. q̃ cognoſcere aliud a ſe eſt dupliciter. Aut per aliud a ſe cognoſcente, aut per ſe. Quando cognoſcēs cognoſcit aliud ⁊ per aliud: tunc verū eſt q̃ perfectionem habet aliunde: ⁊ tūc eius intellectus eſt in potentia, ⁊ recipit aliunde perfectionem, et ideo additionē ⁊ tranſmutationē. ⁊ hoc oino eſt impoſſibile circa deum: quia vt inquit cōmentator ſuper. xij. metaph. Intelligere dei eſt ſua ſubſtantia. Patet quia ſua ſubſtantia eſt ſua actio. Patet etiam qꝛ eſt actus purus et ſimplex. Et ibidem cōmentator dicit q̃ intellectus in deo. id eſt intellectio ⁊ intellectus idē ſunt. Deus ergo illa que ſunt extra ſe: nō per illa: ſed per ſuam eſſentiā intelligit. quia illa ſuum intellectum nō poſſunt perficere mouere ac in ſeipſis terminare. ⁊ ideo intellectus diuinus cognoſcendo vilia nō vileſcit. Propterea dicit Dionyſius li. de diui. no. materialia deus cognoſcit immaterialiter: ⁊ diuiſibilia indiuiſibiliter: et multa vnitiue. Ratio quia deus immaterialis eſt ⁊ ſimplex ⁊ vnus. Unde qualis eſt ipſe: talis eſt eius cognitio. Ex quibus omnibus ſequitˀ ſm̃ Tho. prima pte. q. xiiij. artˀ. v. in reſponſione ad ſecundū argumentū: q̃ nihil aliud eſt perfectio diuini intellectus: niſi ipſa eſſentia dei. Ad ſecundū obiectuʒ reſpondet Boñ. vbi. š. q. ij. ad. i. q̃ aliquid dicitˀ melius dupliciter. ſcʒ ſimpliciter ⁊ ſm̃ ſtatum. Dico ergo q̃ ſcire omnia ſimpliciter melius eſt ⁊ nobilius. Sed homini corrupto qui accipit occaſionem peccandi ex cognitiōe melius eſt quedam neſcire. Ideo nō ſequitˀ q̃ ſit deo attribuendū. Ad tertiū dicit Boñ. vbi š. ad. iiij. q̃ nō eſt ſimile de potētia ⁊ ſciētia: qꝛ rectitudo manēs rectitudo eſt rō cognoſcēdi malū. Sed rectitudo nō eſt cā mali niſi declinādo a rectitudine in deficiēdo. Ideo ſcire mala eſt de perfectiōe ſciētie: ſed poſſe mala nō eſt de perfectione potentie. Ad quartum dicit

Bonauen. ꝙ in deo eſt duplex cognitio. Una approbationis ⁊ alia ſimplicis noticie. Cognitio approbationis notat complacentiam voluntatis. Et hac nō cognoſcit deus omnia ⁊ ſic nec mala nec malos: ſed tm̄ bona et bonos: ⁊ ſic dicūt auctēs. Eſt alia cognitio ſimplicis noticie. Et hec quia habet rationē cognoſcendi a veritate: que eſt lux ſumma cui nihil poteſt occultari: nec etiā tenebꝛe obſcurant ab ipō, ideo cognoſcit omnia magna et parua: bona ⁊ mala.

Qō pctā diſplicēt deo ꝯ illos qui dicunt ꝙ deus de pctis noſtris non curat.

Ecundū quod eſt in deo quare timeri debet eſt diſplicentia. Diſplicent enī ſibi peccata, ꝓpter que peccatores abominatur ⁊ odit. Unde Dauid in ps. Odiſti omnes obſeruātes vanitates. Et Ecclesiaſtici. xij. Altiſſimus odio habet pctōꝛes Et Sap. xiiij. Simil'r ſunt odio deo impius ⁊ impietas eius. Et Aug. li. de peni. ⁊ de peni. di. iij. c. ſunt plures. Scio dn̄m inimicū oī crimīnoſo. Et idē li. xij. de ci. dei. c. iij. Dicunt in ſcripturis inimici dei omnes q̄ nō natura ſed vitijs eius aduerſant imperio. Cur deus odit diabolum: niſi ꝓpter pctm̄. vtiqꝫ nec Petrum diligeret ſi criminoſus eſſet. Intantum nanqꝫ pctm̄ eſt ei exoſum: ꝙ filiū ſuū crucifigi voluit: vt cum illo peccatū crucifigeretur. inquit Aug. ſuꝑ epl'am ad Col. Innocēs occiditur: pctm̄ crucifigitur. Animaduerte o peccatrix anima: ⁊ conſidera dei filiū in cruce pendentē: liuoꝛibus ⁊ plagis plenū: ⁊ pie ipſum interroga. O delicatiſſime innocēs: o fili dei altiſſimi. cur iſta pateris: cur tanto doloꝛe cruciaris: Et r̄ndebit tibi ꝓtinus. Hec oīa patioꝛ vt patri meo ꝓ pctō humani generis ſatiſfaciam. Hoc eſt quod eſa. dixit. liij. Uulneratus eſt ꝓpter iniq̄tates noſtras: ⁊ attritus eſt ꝓpter ſcelera noſtra. Diſciplina pacis nr̄e ſuꝑ eum: cuius liuoꝛe ſanati ſumus. Et Petrus. i. epl'a. c. ij. Peccata noſtra ipē ꝑtulit in coꝛpoꝛe ſuo ſuꝑ lignū vt peccatis moꝛtui iuſticie viuamus: cuius liuoꝛe ſanati ſum⁹. O quātum timeret ſubditus regis cū certitudinal'r ſciret ſe in eius foꝛe odio ac diſplicētia. Semꝑ pauid⁹ eēt ac nimio terroꝛe coꝛrept⁹ tacit⁹ cogitaret. O quid ꝯ me rex erit facturus. Hen me, diſplicui ſibi: odiū i me iecit ſuū Quāto magis tu infelix aīa timere debes dū mente recogitas: ꝙ regē regū offendiſti. Expaueſce ⁊ ꝯtremiſce: qꝛ iniq̄tates tuas ſi te nō coꝛrexeris puniet.

Qō potētie dei nullus reſiſtere poteſt.

Ertiū quod eſt in deo: q̄re timēdus eſt potentia dī. Diximus in quadrageſimali de pniaꝛ in ſmone de oīpotentia dei: qualiter ipſi dn̄o celoꝝ nulla creatura āgelica vel humana reſiſtere pōt. Apparebit etiā hoc in ſequētibus cū in particulari de iudicijs eius ꝟba faciemus.

Qō iuſticia eſt in deo: qua etiā in preſenti ſepe numero punit malos.

Uartū quod eſt in deo: quare timere omnes illum tenent eſt iuſticia. de qua inſuꝑ eſt dictū diffuſe in ſermonibus de iuſticia dei. i quadrageſimali de pnīa. Nunc ꝟo id ſcire ſufficiat: ꝙ lꝫ in gn̄ali iudicio oīa ſint mala puniēda: tn̄ frequētius multa in hoc ſeculo puniunt. vt oſtendat ꝙ deus iuſtus iudex concidit ceruices pctōꝛum. Neceſſe eſt ergo vt pctōꝛibus duris dicam⁹ id ps. Niſi cōuerſi fueritis: gl adiū ſuū vibrauit: arcū ſuū tetēdit ⁊ parauit illū: qꝛ venit hora iudicij ei⁹. A quo nos miſericoꝛditer liberet q̄ eſt bn̄dict⁹ in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

De diuinis iudicijs ⁊ flagellis: q̄ a ſtultis pctōꝛibus nō timent. Sermo II

Urioꝛa ſaxiſ humana coꝛda ꝑſepe vident eſſe. q̄ nullo dei timoꝛe terrentur. neqꝫ pctā deponere ſtudēt. Infixa manēt in fecib⁹ ſuis. ⁊ deū celi illis ꝯminantē ꝯtemnūt. Idcirco ad excitādas aīas inertes (vt auſu temerario depoſito timeāt deū) in pn̄ti ſmone de timoꝛe dei i gn̄ali dicemus. Uidebimuſqꝫ de illo tria myſteria principalia.

- Primū dr̄ vilipenſionis
- Scd̄m cognitionis
- Tertium euitationis.

Quare hoīes nō timent immo cōtemnūt iudicia dei. Capl'm I

Alis ē mlt̄oꝝ cōditio: vt dei iudicia ſpernāt atqꝫ derideāt. Qō q̄dē rōne quadruplici facere cognoſcunt.

- Prima dr̄ incredulitas.
- Scd̄a longanimitatis.
- Tertia apparētis bonitatis.
- Quarta mundane ꝓſperitatis.

Qō multi non credunt que dicuntur de iudicijs dei.

Rimo nō timent dei iudicia ꝓpter incredulitatē. quia cū narrant aut legunt nolunt excecati peccatores fidem preſtare dictis: quia male libēter quis

accepta: q̄d nolet: immo ꝯtrariū. ſm illud Senece in pꝛima tragedia. Qō nimis miſeri volunt hoc facile credūt. Sic euenit tēpoꝛe diluuij: de quo paulo inferius tractabimus. Nunq̄ voluit gens illa peritura Noe arcam fabricanti dare fidē. Sic accidit Balthaſar regi babylonis: de quo dicit Nico. de lira ſuꝑ. v. c. Danie. q̄ cū publice diceret regnum eius debere perſiſtere vſqꝫ ad finē captiuitatis iudeoꝝ: de qua ꝑdixerat Hieremias Hiere. xxix. c. ſcꝫ ꝙ ſeptuaginta annis erat duratura: deridebat eos. Et cū ſibi diceret ꝙ exercitus darij ⁊ Cyri validiſſimus veniebat cōtra eū: negligebat ꝓuiſionē cōtra venientē. Dū ꝟo obſeſſa eſſet babylon: fecit grande ꝯuiuium ⁊ celeberrimū optimatibus ſuis: ⁊ in cōtemptū bibebat in vaſis templi que aſpoꝛtauerat Nabuchodonoſoꝛ. Et ſic vacans epulis vidit manū ſcribentē in pariete. Mane. Techel. Phares. Aduocato autē Daniele interpꝛetatus eſt viſionē dicens. Mane: numerauit deus regnū tuum: et cōpleuit illud. Techel: appenſus es in ſtatera: ⁊ inuentus es minus habēs. Phares diuiſum eſt regnū tuū: ⁊ datū Medis ⁊ Perſis. Cū autē hoc audiſſet: licꝫ honoꝛaſſet Danielē: tn̄ ſtabat in pertinacia ſenſus ſui. Quare eadē nocte babylon capta fuit: ⁊ Balthaſar interfectus ac iugulatus. De iſta euerſiōe babylonis dicit Oꝛoſius li. ij. Babylon eo tēpoꝛe a Cyro rege ſubuerſa: quo pꝛimū roma tarquinioꝝ dn̄atione liberata eſt. Siquidē ſub vna eadēqꝫ ꝯueniētia tempoꝝ illa cecidit: iſta ſurrexit. ⁊ quaſi moꝛiēs dimiſit hereditatē.

Qō deus lōganimis eſt ⁊ patiens: tn̄ ad lōgū iudicat impenitentes.

Ecūdo nō timent dei iudicia ꝓpt̄ dei patientiā ⁊ longanimitatē. Aiūt nāqꝫ pctōꝛes ceci. Tādiu ſuſtinuit nos deus. ⁊ nūc nec aliter faciet. De his Aug. li. iij de doctrina xp̄iana ſic loquit. Pleroſqꝫ incredulos miſeratiōis dei patiētia lōga peccare fac intrepidos. qꝛ deū nō arbitrant ſuoꝝ pctōꝝ vltoꝛē. Uerūtn̄ librāda ſunt illa ꝟba Ualerij li. i. de neglecta religiōe. Lēto etenī gradu ad ſui vindictā dīna ꝓcedit ira: tarditatēqꝫ ſupplicij grauitate cōpēſat. Et Hiero. in cōmēto ſuꝑ Hieremiā inq̄t. Quāto maioꝛ eſt nūerus tēpoꝝ q̄bus obliuiſcimur deū. tāto maioꝛ eſt pena pcti q̄d nec lōgitudine ſeculoꝝ potuerit edomari.

Qō multa bona opa fiūt: ſꝫ nō ꝓpter deū.

Ertio nō timent iudicia dei ꝓpt̄ apparentē bonitatē. Fiunt qn̄qꝫ aliqua bona ſimulata: nō ꝓpter deū: ſed ad cōplacentiam hominū. Uadūt ad miſſas vſurarij: libꝛos in manibus deferētes: ſodomite: foꝛnicatoꝛes: ⁊ alij ſimiles frequētant diuina nō vt honoꝛēt deū. ſed vt boni viri eſſe videant. Qn̄qꝫ autē ſuaſu ꝑdicatoꝝ ⁊ inſpirante deo per donū grē gratis date: ad talia peragenda ducunt. tn̄ grandia pctā nō relinquūt ⁊ ꝑſuadēt ſibi ex quo operant aliq̄d bonū: timendū eis nō eſſe. Quibus ego dico: ꝙ ſi deus aliquādiu retardat ſniam ꝓpter hmōi bona: verūtn̄ niſi ſequat vera ⁊ realis emēdatio: tādē ad ſua iudicia ſepe numero manuū extēdet.

Qō multi cōfidunt in ꝓſperitate: ⁊ tn̄ ex inſperato ſepe flagellant a deo.

Uarto nō timent iudicia dei ꝓpter mūdanā ꝓſperitatē. In qua quidē (velut ebꝛij iam facti) putāt ſe eſſe deos in diuitijs: in roboꝛe coꝛpis: in gloꝛia ſeculi. licere ipſis arbitrant facere quicq̄d velint. In q̄bus vt dicit Seneca in tragedijs. ꝓſpeꝝ ac felix ſcelus virtus vocat. Cōfidunt in vanitate ſua: ⁊ de ſua virtute ac tēpoꝛalibus bonis ꝑſumunt ⁊ gloꝛiant. Contra quos dicit Seneca in tragedijs. Nemo cōfidat nimium ſecundis. Et idē ad Lucillū. Noli huic tranq̄llitati cōfidere. Momēto mare euertitur ⁊ eodem die vbi luſerūt nauigia ſoꝛbentur. Hinc Eſa. xlvij. c. ciuitati affluēti ꝓſperitate ⁊ nō timenti dē: ait. Audi hec delicata ⁊ habitās cōfidenter: que dicis in coꝛde tuo: ego ſum: ⁊ nō eſt p̄ter me ampli⁹. Nō ſedebo vidua: ⁊ ignorabo ſterilitatē. Uenient tibi hec duo ſubito in die vna: ſterilitas ⁊ viduitas. O quot ciuitatibus ex impꝛouiſo ſuperuenit ira dei: Et vt omittamus reliqua: inſpiciamus quid factū eſt per inopinatos terremotus. Accepi oīa q̄ ſequunt ex quadā chꝛonica ricobaldi ferrarienſis. Regnante Tigrane in Syria terremotu facto periere hominū ſeptuaginta milia. Urbes alique ſubuerſe. Anno quinto Tiberij tredecim vꝛbes in Aſia cecidere terremotu concuſſe. Imperante Nerone tres in Aſia vꝛbes terremotu coꝛruere. Anno octauo Ueſpaſiani tres vꝛbes terremotu cecidere. Anno octauo Traiani Nicea ⁊ Nicodemia coꝛruerūt Anno eiuſdē. xvi. Antiochia pene tota coꝛruit terremotu. Imperāte Diocletiano terremotu facto apud Tirū ⁊ Sydonē multa milia hoīm periere. Tēpoꝛe Cōſtātini ſcdi terremotus in oꝛiēte plurimas vꝛbes ſolo ſtrauit. Nō oīa et ſingula explicari pn̄t: in q̄bus apparet ꝙ terribilis ⁊ foꝛmidāda eſt dextera dei oīpotentis: q̄ in momēto cōfundit oēm ſuperbiā hominū:

ideo ſemper timendus eſt.

Quibus ſignis debemus veriſimiliter eſti⸗mare qñ iudicia dei ſunt ꝓpinqua.

Capitulũ ·II·

L Icet inſcrutabilia ſint iudicia dei: et noſtrũ nõ ſit cognoſcere tẽpora ⁊ mo⸗menta: que in ſua poſita ſunt poteſta⸗te: nihilominus per ſigna quedã cognoſcere poſſumus qñ timendũ eſt: ne in breui veniãt ſuper nos mala. Nec pſumptuoſum eſt ita lo⸗qui: aut tenere, qñ quidẽ ipſe dñs ieſus bene⸗dictus, Matth. xxiiij. ⁊ Luc. xxi. dixit. Ab ar⸗bore autẽ fici diſcite parabolã: cũ videritis q̇ ramus eius tener fuerit: ⁊ folia nata: ſcitis q̇ ꝓpe eſt eſtas. Quare i hac parte notabimus quatuor ſigna: per que ſcire debemus qñ timendũ ſit: ne de ꝓximo nos pulſent iudicia et flagella dei.

- Primũ dicitur magnitudo.
- Secundũ multitudo.
- Tertium cõſuetudo.
- Quartum ꝓmptitudo.

Qñ cum cõmittunt grauia peccata ꝓxi⸗ma ſunt iudicia dei.

p Rimũ ſignum quo cognoſcuntur in ꝓximo ventura iudicia dei: dicit magnitudo peccatoꝝ. Qñ ſcʒ fiunt pecca⸗ta horrenda: grauia: ſiue nephanda. Nec tenẽ⸗da eſt opinio ſtoicorũ de quibus dicit Tho. pri⸗ma ſcḋe. q. lxxiij. ar. ij. ꝙ volebant oĩa peccata eſſe paria. Quinimo ſm diuerſitatẽ ⁊ qualita⸗tem circũſtantiarũ vnũ alio grauius iudicat ff. de penis. l. aut facta. Sunt ergo omnia pec⸗cata mortalia grauia: quedã tamẽ ceteris gra⸗uiora: ſicut ſunt ſimonie: ꝓphanatiões ſacro⸗rum locorũ: irreuerẽtia diuini cultus: filicidia ſacrilegia: adulteria: inceſtus: ſodomie: blaſ⸗phemie: periuria: crudelitates: violentie: rapi⸗ne: vſure: odia: liuores: rãcores: fraudes: dece⸗ptiones, ꝓditiones: ⁊ ſimilia.

Qñ multitudine peccantium deus iudicat populos.

s Ecundũ ſignũ quo cognoſcunt in ꝓximo dei iudicia ventura dicit mul⸗titudo peccantiũ. Quando eñ pecca⸗ta grauia cõmittunt a paucis: adhuc equani⸗miter ſuffert deus. Sed ſi a multis perpetrant nõ diu cõtinebit manũ ſuã. Ve ⁊ iterũ ve no⸗bis: q2 nos ſumus in quos fines ſeculoꝝ deue⸗nerũt: in quibus cõplet dictũ ps. Oẽs declina⸗uerunt ſimul inutiles facti ſunt: nõ eſt q̇ faci⸗at bonũ: nõ eſt vſqꝫ ad vnũ. Rara inq̇t Hie⸗ro. aduerſus Vigilantiũ: virtus eſt nec a pluri⸗bus appetit. Et Ouidi⁹. li. ij. de ponto ait. Nec facile multis inuenies milibus vnũ. Virtutẽ pcij qui putet eſſe ſui. O ꝙ exiguus eſt nume⸗rus ſeruientiũ deo in veritate. O ꝙta eſt ſeqla diaboli. O quot diſcipulos iam hʒ antixpus. Nõ eſt veritas: nõ eſt bonitas: in filijs hoim. Deſcendẽtibus ab vniuerſalibus ad particu⸗laria iubet Plato quieſcere.

Qñ cõſuetudo ⁊ perſeuerantia in peccatis ꝓuocat deum ad iram.

t Ertiũ ſignũ quo timenda ſunt in ꝓximo ventura iudicia dei dicit cõſue⸗tudo: qñ. ſ. peccata grauia a multis cõ⸗miſſa: cõſuetudine ⁊ lõga perſeuerãtia in cor⸗dibus populoꝝ leuia facta ſunt. Defendũt nã qꝫ multi peccata ſua: ⁊ excuſant cõſuetudinẽ allegãtes: nõ aduertẽtes oim doctoꝝ ſniaʒ: q̇ firmiter aſſeuerant ꝙ cõſuetudo nec excuſat nec alleuiat peccata: imo aggrauat ⁊ adauget. Quare di. viij. c. mala dĩ. Mala cõſuetudo nõ minus ꝙ ꝑniciosa corruptela vitanda eſt. Et ibi in. c. veritate. Veritate manifeſta cedat cõ⸗ſuetudo veritati. Et infra. Nemo cõſuetudinẽ rõni ⁊ veritati ꝑponat: q2 cõſuetudinẽ ratio et veritas ſemꝑ excellit: al's excludit. Et eadem diſ. c. ſi cõſuetudinẽ. Vſus qui veritati eſt contra⸗rius abolẽdus eſt. Et in. c. qui contempta. Cuʒ xp̃s veritas ſit magis veritatẽ ꝙ cõſuetudinẽ ſequi debemus. Et in. c. cõſuetudo. Cõſuetudo ſine veritate vetuſtas erroris eſt. Propter qḋ relicto errore ſequamur veritatẽ. Et extra de cõſuetudine. c. ad noſtrã. Conſuetudo que ca⸗nonicis obuiat inſtitutis nullius dʒ eſſe mo⸗menti. Idem habet eodẽ de cõſuetudine. c. cũ venerabil'. extra de aucto. ⁊ vſu pallij. c. ex tua⸗rũ. extra de offi. archidi. c. cũ ſatis. extra de iu⸗ramẽto calũnie. c. ceterũ. extra de vita ⁊ hone. cleri. c. cũ decorẽ. extra de ſtatu mona. c. ea que extra de cõſecratione eccle. c. aqua. extra de ſū⸗mo. c. tua nos. ⁊ in tantũ. extra de cõſuetudine c. cõſuetudinẽ. li. vi. extra de cenſibus. c. ꝙꝙ. li. vi. Hec dixiſſe volui ad refellendã reprimen⸗dãqꝫ temerariã excuſationẽ trangreſſoꝝ diui⸗ne legis: qui ſemꝑ ad cõſuetudinẽ querũt ſub⸗terfugere. Sic faciũt vſurarij: ſic mercatores fraudulẽti: ſic mulieres vane: ſic ambitioſi de⸗rici: ſic per nomẽ dei in vanũ crebro iurantes: ſic blaſphemãtes deũ ⁊ ſanctos: ſic deniqꝫ oẽs diſſoluti corde. Qui tãto magis debẽt timere iudicia dei: q̃to vident ſe per cõſuetudinem a peccatis detineri.

Qñ ira dei vicina eſt qñ peccatores nec ti⸗ment deũ: nec de hoibus erubeſcũt.

q Uartum ſignũ ad cognoſcendũ irã dei fore ꝓpinquã: eſt promptitudo. Quãdo ſcʒ tota aĩaduerſione ⁊ ꝓmp⸗titudine committunt pctã horrẽda a multis in quolibet ſtatu cõſuetudinarie ⁊ pſeuerant ſine timore dei ⁊ ſine verecundia hoim. Quo me vertam: vnde incipiã: an tacere debeã. Ve mũdo a ſcandalis. Non erubeſcũt ampli⁹ ho⸗mines pecuniã petere: pecuniã dare in qb⁹ erubeſcendũ eſſet: nõ adulterari ⁊ alia nephã⸗da cõmittere publice: nõ mutuare ad vſuraʒ: nõ facere queqꝫ turpia. Et tñ Cicero gẽtilis o xp̃iane peſſime li. i. de officijs ait. Sine ve⸗recundia nihil rectũ eſſe poteſt: nihil honeſtũ. Et Valerius li. iiij. Verecũdia eſt parẽs oĩs honeſti conſilij: tutela ſolẽniũ officioꝝ: magi⸗ſtra innocẽtie: chara ꝓximis: accepta alienis omni loco: oĩ tp̃e fauorabilẽ: pre ſe ferẽs vul⸗tuʒ. Et Apuleius lib. de deo Socratis. Artes alie ſiue ſcĩe poſſunt ignorari ſine erubeſcẽtia ſicut rõ pingẽdi: ſaltãdi: ſiue cantandi: quas vir bon⁹ poteſt ſine vituperatione contemnere. Sed neſcire bene viuere nunq̃ audebis dice⸗re ſine pudore. Et Bern. ſuꝑ cãtica. Verecun⸗dia inquit ſpũalis glĩa cõſcĩe eſt: fame cuſtos vite decus: ſedes virtutum: ꝓmitie laus: natu⸗re inſigne: ⁊ totius honeſti. Proch dolor. Pu⸗det dicere que fiũt his tp̃ibus inuerecũde: im⸗pudẽter, elata facie. ⁊ cũ deriſione ⁊ contemptu dei. O xp̃iana religio q̇ oĩs mũditie ⁊ ſctimo⸗nie ſpeculũ eſſe deberes: hodie (q2 verecũdia eſt extincta) facta es turpis ⁊ ſordida ⁊ tẽplũ oĩs immũditie ⁊ diſſolutionis.

De remedijs quibus euitari poſſunt iudi⸗cia dei. Caplm III

r Eſtat hoc loco tertio differendũ q̇lr dei iudicia poſſumus euitare. In⸗quit Hiero. ſuꝑ Hieremiã. Admira⸗bilis clementia dei ppl'os ad pñiam inuitat: mauĩs ſaluare cõuerſos ꝙ ꝑdere delinquen⸗tes. Idcirco ſi voluerimus nobis ꝓuidere: ca⸗uereqꝫ a furore dñi: notabimus quattuor ꝑn⸗cipalia ꝑcipuaqꝫ remedia.

- Primũ dr̃ pctõꝝ emendatio.
- Scḋm corpoꝝ afflictio.
- Tertium orationũ frequẽtatio.
- Quartũ ſanctoꝝ viroꝝ deuotio.

Qñ ceſſanduʒ eſt a peccatis vt fugiamus iudicia dei.

p Rimũ remediũ eſt emendatio pec⸗catoꝝ: vt pctõres emendent ⁊ corri⸗gant deponantqꝫ veterẽ vitã. Nam ſi ceſſante cauſa ceſſat effectus: vt dicit extra de renũciatiõe. c. poſt tranſlationẽ. ⁊ extra de appel. c. cũ ceſſante. extra de iureiurãdo. c. ⁊ ſi xp̃s. extra de pe. ⁊ re. c. cũ infirmitas. ⁊. lxi. di. c. ſtatuimus. §. his omnibus. ⁊. c. neophitus. ⁊. i. q. i. c. qḋ ꝓ neceſſitate. ⁊. i. q. vij. c. qḋ pro remedio. Si igit deus flagellat populos ꝓpt peccata: deficiẽtibus pctis deficiet ⁊ plaga. Hoc eſt quod Augu. dixit. Nouit deus muta⸗re ſniam: ſi tu noueris emendare delictum. Que verba notant. xxij. q. iiij. c. vnuſquiſqꝫ. c incõmutabilis. ⁊ de pe. di. i. c. nouit dominus. Et zach. i. dixit deus. Conuertimini ad me et ego cõuertar ad vos: dicit dñs. An ad h' oſtẽ⸗dendum inualidũ eſt exemplũ Ezechie. Abſit. De illo vtiqꝫ. iiij. Regũ. xx. narrat: ꝙ cũ egro⸗taſſet ad mortẽ: venit ad eũ Eſaias ꝓpha. d. Diſpone domui tue: q2 morieris. ⁊ non viues. Qui cõuertit faciẽ ſuã ad parietẽ: fleuitqꝫ fle⸗tu magno. ⁊ orauit dñm: ⁊ anteq̃ egrederet eſaias mediã partẽ atrij: factus eſt ſmo dñi ad eum dicẽs. Reuertere: ⁊ dic Ezechie. Au⸗diui orõnem tuam: ⁊ vidi lachrymas tuas: Ecce adijciam vite tue annos. xv. Ex quo pʒ ꝙ deus reuocat multotiẽs ſententiã commi⸗natoriam. cum peccatores ad illuʒ humiliter conuertuntur.

Qñ ieiunia ⁊ diſcipline mitigant irã dei.

s Ecundũ remediũ quo euadere poſ⸗ſum⁹ dei iudicia eſt corpoꝝ afflictio. Vt ſcʒ corpora caſtigemus diſcipli⸗nis atqꝫ ieiunijs: ſicut viri niniuite fecerunt. De quibus Ione per totũ clara narrat hiſto⸗ria. De his dicit Hiero. lib. ij. contra Iouinia⸗num. Niniue ciuitas magna: iram domini ie⸗iuniorum miſeratione retorſit. Quam vtiqꝫ ſodoma atqꝫ gomorra placaſſent: ſi ieiunio patrocinante deũ cõciliare voluiſſent. Cum eñ audiſſent niniuite Ionam clamantẽ: ad⸗huc. xl. dies ⁊ niniue ſubuertet. non deriſerũt eum: nõ ſpreuerũt vocem eius: ſed credentes illi veſtiti ſũt ſaccis: ⁊ ieiunauerũt: ⁊ domin⁹ miſertus eſt illorum.

Qñ orõnibus ⁊ elemoſynis placat ira dei

t Ertium remediũ ad iram dei decli⸗nandam dicit orationũ frequenta⸗tio. Vt fiant elemoſyne ⁊ orationes aſſidue: dicatqꝫ vnuſquiſqꝫ. Ne reminiſcaris dñe delicta noſtra vel parentum noſtrorum: neqꝫ vindictã ſumas de pctis noſtris. Bona inquit Tob. xij. eſt oratio cũ ieiunijs ⁊ elemo⸗ſyna. Inducant pueri ⁊ puelle: vt virginem glorioſam precent ſalutentqꝫ reuerenter cuʒ Aue Maria.

Qđ interceſſio bonoꝝ viroꝝ flectit deum.

q Uartũ remediũ eſt bonoꝛuʒ viroꝝ ⁊ ſanctoꝝ deuotio. Dũ em̃ ſe populi pec catoꝛes cognoſcũt: inducant bonos religioſos ⁊ ſpirituales viros vt deprecentur pꝛo illis deũ. Qui crebꝛo vota illoꝝ exaudiẽs: populos ſuſtinet: ⁊ tandẽ largitur gratiã: qua mediãte peruenire poſſunt ad gl'iam. Amen.

De iudicio dei contra angelos ſuperbien tes. Sermo III

E iudicijs dei diſti

b cte particulariterq; de cetero locu turi: ab illo ſumemus initiũ quod primũ a diuina iuſticia factũ: omnes doctoꝛes ſancti indubitanter affirmant quando .ſ. angeli mali ꝓpter peccatũ a celo empyꝛeo cõfuſibiliter eiecti: per diffinitiuam ſniam penis eternis fuerunt deputati. Ad hoc aũt bene intelligendum opus erit de angelica natura aliqua ſubinferre: quib⁹ intellectis admirari timereq; cogemur: ne demonũ ſectantes veſtigia cũ illis tandẽ damnemur eternaliter in inferno. Si em̃ ipſi non peccaſſent: vna cũ beatis alijs (qui remanſerẽt) habitarent in delicijs paradiſi. Sed (quia deo imoꝛtali auſi ſunt fieri rebelles): exulabunt in perpetuũ a patria illa omni leticia ⁊ vbertate referta. De ipſis igitur in hoc ſermone tria myſteria ꝓponim⁹ declaranda.

- Primũ dr̃ cõditionis.
- Secundũ offenſionis.
- Tertiũ punitionis.

De excellẽtia demonũ ⁊ ꝯditiõe ſublimi anteq̃ peccaſſent. Caplm 1

b Iligenter in hoc myſterio pꝛimo ꝑſcrutari debem⁹ ꝙ egregia ſublimiſq; fuerit conditio demonũ anteq̃ diuine rebelles fuerunt maieſtati. Hoc vero ex quattuoꝛ colligere poſſum⁹.

- Primo ex parte nature
- Secundo ex parte gratie
- Tertio ex parte gloꝛie
- Quarto ex parte excedentie.

Qđ deus benedictus creauit omnes demones bonos natura.

p Rimo colligit dignitas ãgeloꝝ ante peccatũ ex parte nature. Ubi queritur a doctoꝛib⁹ vtrũ demones fuerunt mali natura. Et aliqui nitunt ꝓbare ꝙ ſic triplici medio. Pꝛimo qꝛ Aug. lib. x. de ciui. dei. c. xi. dicit. Eſt quoddã genus demonũ natura fallax: ſimulãs deos ⁊ aĩas defunctoꝝ. Scđo qꝛ pctm̃ eoꝝ ponit fuiſſe in p̃mo inſtanti ſue creationis. Ptʒ: qꝛ Joh. viij. dr̃ ille homicida erat ab initio. Et. i. Joh. iij. Qui facit pctm̃: ex diabolo ẽ. qꝛ ab initio diabol⁹ peccat. Et Aug. xi. ſup Geñ. ad lr̃am. Fact⁹ cõtinuo ſe a luce veritatꝭ auertit ſupbia tumidus ⁊ ꝓpꝛie ꝑtatis delectatõe coꝛrupt⁹. Et idẽ. xi. de ciui. dei. Moꝛ ut fact⁹ eſt: in ſupbiã erupit. Tertio arguit a ſili. Quia ſi aliq̃ hoies ſũt naturalr̃ mali: de qb⁹ dr̃ Sap. xij. Erat eoꝝ malicia naturalis. g̃ ⁊ aliqui angeli pñt naturaliter eſſe mali. ¶ Sed ꝯtra. magr̃ ſniarũ in textu diſt. iij. libꝛi ſecũdi dicit. Boni erant oẽs angeli qñ pꝛimo facti ſunt: ſʒ ea bonitate quã natura incipiens acceperat. Dicendũ ergo ꝙ deus fecit oẽs ãgelos bonos. qꝛ vt dr̃ Geñ. i. Uidit deus cuncta q̃ fecerat ⁊ erant valde bona. Et Hiero. ad Paulinũ ait. Bonus eſt de⁹ ⁊ omnia quecunq; facit bona ſint neceſſe eſt.

Ad pꝛimũ itaq; dicendũ ꝙ verba illa non ſunt Auguſtini: ſed Poꝛphirij: quẽ ipe repꝛehendit plene conteſtans ꝙ demones nõ ſunt natura mali: ſed ꝓpꝛia voluntate. Ad ſecundum dicit Bon. in. ij. diſt. iij. parte. ij. ar. i. q. ij. ꝙ fuit quoꝛũdam opinio ꝙ ſimul tempoꝛe fuit diabolus ⁊ peccauit: nec vnq̃ fuit niſi malus. Que opinio excõicata eſt ab epo pariſienſi. Ideo theologi in hoc oẽs conueniunt ꝙ inter creationẽ ⁊ lapſum fuit aliqua moꝛula: ſʒ adeo paruula ꝙ ꝓ nihilo reputat. qꝛ vt dr̃. ij. phiſicoꝝ. Qđ modicum deeſt: quaſi nihil deeſſe videt. Ideo auctates intelligende ſunt recte ꝓ illa moꝛula non ꝓ ſimultate nature ⁊ pcti. Landulfus aũt in. ij. diſt. iiij. q. iiij. cõclu. v. ponit q̃ttuoꝛ moꝛas. Pꝛima eſt in qua oẽs angeli fuerũt creati in ꝑfect naturalib⁹ ⁊ iuſticia oꝛigiali. Scđa in q̃ boni ꝯuerterũt ſe ad deũ ⁊ mali ad ꝓpa naturalia ſe ardẽtiſſime diligẽdo. Jõ i iſta moꝛa boni gr̃aʒ recepũt nõ ponẽdo obicẽ mali ꝑdiderũt. Tertia moꝛa i q̃ mali opati ſũt varia pctã ⁊ tẽptauerũt bonos ⁊ fuit illud pꝛeliũ iñ a boni fecerũt multa bona ⁊ viril'r reſtiterunt. Quarta moꝛa in qua boni p̃miati ſunt ⁊ mali puniti. Ille ỽo moꝛe diſtinguunt vel per coexiſtẽtiã ad aliq̃s ptes tꝑis nr̃i: lʒ valde ꝑuas. vel ex diſtinctiõe iſtoꝝ ſtatuũ ⁊ operationũ ſeu variationũ in angelis. Ad tertiũ obiectũ dicit ſanct⁹ Tho. i. pte. q. lxiij. ar. iiij. ad ſecundũ ar. ꝙ malicia aliquoꝝ hoim põt dici naturalis vel ꝓpt cõſuetudinẽ q̃ eſt altera nã: vt dicit Ariſto. lib. de meõꝛia ⁊ reminiſcẽtia. ⁊. vij ethi. ⁊. i. rheto. Uel dicit naturalis propter naturalẽ inclinationem

ex parte nature ſenſitiue ad aliquã inoꝛdinataʒ paſſiõeʒ: ſicut quidã naturalr̃ dicunt iracũdi vel ꝯcupiſcẽtes: nõ aũt ex pte nature intellectualis. Angelis itaq; hoc competere nõ põt: qꝛ (vt dicit Diony) Angeli ſunt ſpũales mẽtes in qbus nõ eſt natura ſenſitiua.

De opinionib⁹ varijs doctoꝝ an ãgeli fuerunt creati cũ gratia.

s Ecũdo apparet dignitas angeloꝝ ante pctm̃ ex parte gr̃e. Fuerũt etẽi a deo ſic ꝓducti ꝙ gr̃e capaces erãt. Hic ỽo inter doctoꝛes nõ parua eſt contro uerſia. Utrũ ſcʒ ante lapſum habuerũt demones gr̃aʒ gratũ facientẽ. Quidã dicere voluere ꝙ angeli nulla gr̃a indiguerũt vt ꝯuerterẽtur in deũ: qm̃ ſupeſt gr̃a ad aliquẽ effectum vbi ſufficit natura. Angelus ỽo naturalr̃ cõuertitur in deũ: quia naturalr̃ deuʒ diligit. g̃ gr̃a non eſt illi neceſſaria. Sed contra hanc opinionẽ eſt oĩs doctrina theologoꝝ. Jõõ dicit Tho. i. pte. q. lxij. ar. i. ꝙ angeli indiguerũt gr̃a ad hoc vt cõuerterent in deũ ꝓut eſt obiectũ beatitudinis. Nam angelus naturaliter diligit deum inquãtũ eſt p̃cipiũ natural' eẽ: non aũt inquãtũ eſt beatificãs ꝑ ſue eſſentie viſionẽ. Uidere quippe deũ ꝑ eẽntiã ẽ ſupꝛa naturã intellectus creati. Unde nulla creatura poteſt habere modũ voluntatis oꝛdinatuʒ ad illam beatitudinẽ niſi mota a ſupnaturali agente. ⁊ hoc dicimus auxiliũ gratie. Quare angeli indiguerũt gratia gratum faciente vt conuerterẽt ſe ad deum ſub ratõne foꝛmalis obiecti beatitudinis: quia volũtas creata ſiue angelica ſiue humana inferioꝛ eſt ipſo obiecto beatifico. Fuerũt alij dicẽtes ꝙ ex quo gr̃a erat eis neceſſaria vt cõuerterent i deuʒ habuerunt gr̃am gratum facientẽ. Nã Aug. xij. de ciui. dei. dicit. Creauit deus angelos: ſimul in eis cõdens naturã: ⁊ largiens gr̃aʒ. Et Hiero. ſup Oſeam. Demones cuʒ magnitudine ⁊ pinguedine ſpiritusſancti ſunt creati. Alioꝝ vero opinio eſt: ꝙ angeli nõ fuerunt creati cum gr̃a gratũ faciente. Hanc opinionem tenet dñs Boñ. ar. i. q. ij. ⁊ Scot⁹ et Frã. de marone: ⁊ cõiter oẽs moderni in. ij. di. iiij aſſerẽtes: ꝙ boni angeli poſt creationẽ ante ꝯfirmationẽ acceperũt gr̃am: demones vero nunq̃ illã habuerũt. Et hoc ꝓpter diſpoſitõeʒ nature angelice: q̃ fert in id qđ appetit ſine retardatione. Unde ſicut ex conuerſione ad malũ ita ꝓfunde cõuerſi ſunt vt non poſſent redire. ſic immo multo magis ex conuerſione ad bonuʒ ſiue ex habilitate ita bono totaliter adheſiſſent ſi gr̃aʒ gratũ facientẽ habuiſſent: ꝙ nunq̃ lapſi eſſent. Unde nõ videt ꝓbabile ꝙ lucifer habuerit illã gr̃aʒ: ⁊ ſic nec alij. Huic opinioni adheret mgr̃ in textu. vbi inducit Augu. qui ait. ꝙ angelus ⁊ homo lʒ accepit vnde ſtare poſſet: nõ tñ gr̃am vnde ꝓficere poſſet. Et Augu. li. ij. ſup Geñ. ad lr̃am dicit. Intellectualis natura p̃mo creata eſt infoꝛmis: poſtea ỽo foꝛmata. Hugo inſup li. ij. de ſacramẽtis pte. v. c. viij. aſſerit q̃ttuoꝛ fuiſſe angelis in ſua creatione attributa.

Pꝛimũ fuit diſcretio ꝑſonalis.
Scđm intelligẽtie claritas.
Tertiũ ſubſtãtia ſimplex.
Quartũ liberi arbitrij facultas.

Et nõ enumerat gr̃am. Qui ỽo hanc opinionem ſequunt rñdent ad auctes inductas in ſecũda opinione. ꝙ gr̃a ſumit tripl'r. ſ. cõmuniſſime. cõmuniter: ⁊ ꝓpe. Pꝛimo modo gr̃a dr̃ quicq̃d ſupaddit donis nature ſine q̃ homo eſt homo: ⁊ ſine quo homo põt ſaluari: et cũ quo etiã põt dãnari. ſicut eſt habere excellens ingeniũ: fecũdã memoꝛiã: ſingularẽ foꝛtitudinẽ ⁊ robur coꝛpis: elegantẽ aſpectum: eloquentiã copioſam: ⁊ ſimilia. Scđo modo gr̃a dr̃ quicq̃d ſuperaddit libero arbitrio diſponẽs ad ſalutẽ ꝓpꝛiã vel alterius. ſicut timoꝛ ſeruilis: lumẽ ꝓphetie: gr̃a p̃dicãdi: ⁊ reliqua q̃ ꝑtinent ad gr̃am grat' datam. De hac gr̃a dicit Alex. in. ij. ſumme ſue. q. lxxiij. mẽ. ij. Gratia gratis data eſt donũ infuſum rõnali nature ſine meritis ꝯ̃tum in ſe eſt: diſponens ad ſalutem ꝓpꝛiam vel alterius. Tertio modo dr̃ gr̃a quicq̃d ſupaddit libero arbitrio ꝑficiens illud in merito. Et hec ẽ gr̃a gratũ faciẽs. Poſſumus g̃ dicere ꝙ angeli a p̃ncipio ſue creatõis hũerũt gr̃aʒ p̃mo ⁊ ſcđo modo dictã. Sed Tho vbi. ſ. ar. iij. arguit ſic ꝯtra iſta. ꝙ ex quo gr̃a erat ãgelis neceſſaria vt cõuerterent in deũ: habuerũt gr̃am gratũ facientẽ: quia ſicut nature coꝛꝑali indite ſunt rõnes ſeminales ad ſuos effectus. vt Augu. dicit ſuper Geñ: ita angelice nature ad ſuos. Sed talis rõ ſeminals reſpectu diuini obiecti eſt ipa gr̃a: quia gr̃a gratũ faciẽs hoc mõ comparat ad beatitudinẽ. ſicut ratio ſeminalis in natura ad effectũ naturalẽ. Iſta tamẽ non admittunt ab alijs doctoꝛibus: quia vt dicit Landulfus in. ij. di. v. q. iij. cõclu. ij. conuerti ad deũ vt ad obiectũ beatificũ eſt dupliciter. Uel de cõgruo: ⁊ per gr̃am preuenientem: qua deus mouet liberum arbitriũ vt cõuertatur in ipm̃: ⁊ ita cõuerſio nõ fit ꝑ gr̃am

gratum facientē: ſꝫ diſponit ad ipam: q2 niſi ſit bonus motus in volūtate potēte vti rōne nō daꝛ gr̄a gratū faciēs. Uel cōuerſio ad dominū accipit ꝑ modū merētis ⁊ ꝓficiētis: qḋ fit cū gr̄a gratū faciēte. Hec non fuit cum angelis in ſua creatōne.

Qḋ angeli nō fuerūt in ſua creatione beati: neqꝫ ante confirmationē ⁊ lapſum videre eſſentiam dei.

t

Ertio demonſtraꝛ demonū excellētia ⁊ ſublimis cōditio ex parte gl'ie quia ad gl'iam ⁊ beatitudinē erant habiles ⁊ diſpoſiti. Uerumtñ dubitari ſolet vtrum demones ante lapſum fuerūt in beatitudine. Et videꝛ quibuſdā ꝙ ſic. Nā de lucifero dr̄ Ezech. xxviij. Tu ſignaculū ſil'itudis plenus ſapia: ꝑfectus in decoꝛe: in delitijs paradiſi dei fuiſti. Sed eē in delitijs paradiſi ē eſſe in beatitudine. Et iterū Aug. li. de mirabilibus ſacre ſcipture. Diabolus in ſummo ſui oꝛdinis honoꝛe cōſtitutus eſt lapſus. Et iterū Aug. li. de fide ad petrū. Angelici ſpūs ꝓ eo ꝙ ratōnales facti ſūt eternitatis ⁊ beatitudinis donum in ip̄a nature ſue ſpūalis creatione diuinitus acceperūt. Et idē Aug. i li. de eccl'iaſticis dogmatibus. Angeli qui in illa qua creati ſunt beatitudine ꝑſeuerant: nō natura poſſident vt nō mutenꝛ. Contrarium eſt quod rei ỽitas confiteꝛ, ꝙ ſcꝫ angeli ante confirmationē ⁊ lapſum nō fuerūt beati. Nā beatitudo in viſione diuine eſſentie conſiſtit. Si igiꝛ demones vidiſſent eſſentiā dei nūq̄ lapſi eſſent. quia ſm Tho. p̄ma ſcḋe. q. v. art. iiij. Impoſſibile eſt ꝙ aliquis vidēs diuinā eſſentiā velit eam nō videre: qm̄ om̄e bonū habitū quo q̇s carere vult aut eſt inſufficiēs: ⁊ quæriꝛ aliquid ſufficiēs loco eius: aut hꝫ aliquod incōmodū annexū ꝓpter quod in faſtidium venit. Uiſio autē diuine eſſentie replet videntē oībus bonis. Similr̄ etiā non habet aliquod incōmodū adiunctū. ǧ ꝓp̄a volūtate btūs nō poteſt eam deſerere. Similiter nō poteſt eam ꝑdere deo ſubtrahēte. Quia cum ſubtractio beatitudinis ſit quedā pena: nō poteſt talis pena a deo iuſto iudice prouenire niſi ꝓ aliqua culpa: in quam cadere nō p̄ōt qui dei eſſentiā videt: cū ad hanc viſionē de neceſſitate ſequaꝛ rectitudo volūtatis. Ideirco dicendū eſt ad auctes allegatas ꝙ beatitudo ſm Boñ. di. iiij. ar. i. q. i. poteſt duplr̄ dici. Uno modo ſtatus ꝑfectus ꝑuatiōe oīs mali ſed nō plenitudine oīs boni. Et ſic fuerūt angeli in creatione beati. Alio modo ſtatus perfectus tam ꝑuatione omnis mali q̄ plenitudine omnis boni. Et hoc vt dictū eſt in clara dei viſione conſiſtit. Et ſic angeli vt dictū eſt non fuerunt beati.

Qḋ angeli dignitate nature excedūt om̄s creaturas excepta aīa xp̄i.

q

Uarto lucet demonū excellentia āte pctm̄ ex parte excedentie. Producti equidē fuerūt angeli in tanta naturaliū excedentia: ꝙ minimus diabolus q̇ cecidit ſm naturā excedit decoꝛē ⁊ ꝑfectionem quarūlibet creaturarū coꝛpoꝛaliū ⁊ ſpūalium non loquendo de anima xp̄i dei verbo vnita. Unde Aug. xi. de ciui. dei inq̇t de angelica natura. Omnia cetera que deus cōdidit nature dignitate p̄cellit. Sed ꝯtra hoc aliqui moueꝛ ⁊ dicunt: ꝙ homo eſt nobilioꝛ ⁊ excellētioꝛ ꝓductus a deo q̄ angelus: quia deus fecit hoīem ad imaginē ⁊ ſimilitudinem ſuam: ⁊ non angelum. Dicit Aug. in quodā ſmone. Deus nulli alij creature dedit ꝙ ſit ad imaginem eius niſi homini. Sed Tho. p̄ma parte q. xciij. ar. iij. ad. i. Reſpōdet ꝙ Aug. hoc dicit reſpectu creaturarū inferioꝝ intellectu carentium ⁊ non reſpectu angeloꝝ. Quinimo in ipſis angelis dignitas imaginis reperiꝛ. Unḋ Diony. ait. Angelus ē imago dei: manifeſtatio occulti luminis. Et Greg. xxvij. moral. exponēs illud Eze. Tu ſignaculū ſil'itudis inq̇t. Lꝫ homo ad ſil'itudinē dei creat⁹ ſit: angelo tñ q̄ſi maius attribuēs nō eū ad ſil'itudinē ꝯditū ſed ip̄m ſignaculū ſil'itudinis dei dicit: vt quo ſubtilioꝛ ē i natura eo i illo ſimilitudo dei plenius credatur expꝛeſſa. Notandū tamē ſm Ricardum de media villa. in. ij. diſt in. xvi. et Tho. vbi. ſ. in coꝛ. q. ꝙ de imagine dei loqui poſſumus duplr̄. Uno modo q̄tum ad id in quo p̄mo conſideraꝛ rō imaginis quod eſt intellectualis natura. Et ſic imago dei magis ē in angelis q̄ ſit in hoīb⁹: q2 intellectualis natura ꝑfectioꝛ eſt in eis. Scḋo p̄ōt cōſiderari imago dei in homine q̄tū ad id in quo ſecūdario conſiſtit. ꝓut ſcꝫ in homine inueniꝛ q̇dam dei imitatio inquantū ſcꝫ hō eſt de hoīe ſicut deus de deo ⁊ inq̄tū aīa hoīs ē tota in toto coꝛꝑe ei⁹: ⁊ iterū tota in q̄libet ꝑte ipſius ſicut deus ſe hꝫ ad mūdū. Et ſm hec ⁊ ſimilia magis inueniꝛ dei imago in homine q̄ in angelo. Sed q2 hec cōſideratio accn̄talis ē imagini. ideo nō cōcludit ſimpliciꝛ: ſed ſm quid quātum ad aliqua accidētalia. Ideo ſimpliciter angelus magis eſt ad imaginē dei q̄ homo. Et ſic concludimus ꝙ deus glorioſus

plus ceteris creaturis excellentes cōdidit angelos. Inter oēs autē ſiue bonos ſiue malos ꝑſtantioꝛ fuit lucifer, de quo Greg. de pe. di. ij. c. principiū, ait. Hunc primū cōdidit: quē reliquis angelis eminentioꝛem fecit. Huius primatus eminentiā cōſpicit ꝓpheta cū dicit. Cedri nō fuerūt altioꝛes illo in paradiſo dei: abietes nō adequauerunt ſummitatē eius: platani nō fuerunt equales frondibus illius: omne lignū p̄cioſum paradiſi dei nō eſt aſſimilatum ei ⁊ pulchꝛitudini eius: qm̄ ſpecioſum fecit eū in multis cōdenſis frondibus. Quid nāqꝫ accipi in kedꝛis ⁊ abietibus ⁊ platanis poteſt: niſi illa virtutū celeſtiū ꝓcere celſitudinis agmina in eterne leticie viriditate plantata? Que q̄uis excelſa ſint cōdita: huic tñ nec p̄lata ſunt nec equata. O q̄ta benignitate vſus eſt deus tam p̄celſa munera largiēs illis quos p̄ſciebat ingratos ⁊ malos futuros. Diſcant illi qui liberales volunt eſſe atqꝫ magnifici: nō detineri q̇n benefaciāt illis quos beneficijs iudicauerint eſſe indignos: dūmodo beneficentia cedat ad gloꝛiā benefactoꝛis. Sit virtus ſeipſa cōtenta. Ecce pater ſummus tā ineffabilia bona cōtulit demonibus: qui tñ vt diceꝛ in ſequenti myſterio totis viribus maieſtati ſue ſeſe obiecerūt. Neqꝫ per ignoꝛantiā peccauerunt. De q̇bus dicit magiſter in textu di. iij li. ſecūdi, ꝙ tāta luce ſapiētie p̄diti fuerunt: ꝙ erat in eis naturalis cognitio triplex: q2 ſciebant ꝙ facti erant. ⁊ a quo facti erāt ⁊ cū quo ſcꝫ mūdi facti erant: ⁊ habebant aliquā boni et mali noticiā intelligentes q̇d appetendum vel reſpuendū illis foꝛet.

Qualiter angeli mali volūtate ꝓprīs auerterunt ſe a deo: ⁊ facti ſunt ei rebelles.

Capitulū II

c

Irca offenſionē ruētiū angeloꝝ hoc ſecūdo loco erit imoꝛandū: ⁊ quatin⁹ agnoſcentes peccati eoꝝ grauitatē intelligamus deum iuſtū illos nō imerito ſempiternis cruciatibus cōdemnaſſe. Nouit ipſe totius cōditoꝛ creature: ex quocūqꝫ malo bonum elicere. vt Aug. dicit in libꝛo de libero arbitrio. Ipſeqꝫ decoꝛe in hoc ꝑfecit vniuerſi: ꝙ bonis tribuit eternalia p̄mia: malis vero nūq̄ finitura ſupplicia: vt p̄fatus Aug. li. xi. de ciui. dei. expſſe fatetur. Qualiter ergo demones volūtate ſua in maliciā cōſenſerūt: ꝯtēdemus hoc plene diſſerere. Circa quoꝝ offenſionem quatuoꝛ nobis occurrūt ꝯſideratiōes.

Prima dr̄ poſſibilitatis.

Secūda numeroſitatis.

Tertia qualitatis.

Quarta cōtrarietatis.

Qḋ angeli potuerūt peccare in puris naturalibus ꝯſtituti ꝓpter libertatē arbitrij.

i

N prima ꝯſideratiōe ꝑſcrutari debemus: vtrū angeli potuerunt peccare. Quibuſdā videꝛ ꝙ nō. Primo q2 erant in celo empyreo loco ſublimi ⁊ ſancto. Quibus rn̄demus: ꝙ locus nō ꝓhibet quin homo in hoc ſeculo: ⁊ angelus ante cōfirmationē in celo potuerit peccare. Ideo diciꝛ diſ. xl. c. nos. c. nō loca. c. multi. c. quelibet. Non locus hoīem ſanctificat: ſed homo locū. ⁊. c. non eſt. Nō ſunt filij ſanctoꝝ q̇ tenēt loca eoꝝ: ſꝫ q̇ exercēt op̄a eoꝝ. Scḋo arguūt ꝙ angelus in puris naturalibus ꝯſtitutus peccare nō potuit ꝑ locū a minoꝛi. Quia ſi in coꝛꝑibus celeſtibus nō p̄ōt eſſe malū: vt dicūt p̄hi, ergo neqꝫ in angelis: cū ipſi ſint dignioꝛes. Ad ħ dicit Tho. p̄ma ꝑte. q. lxiij. ar. i. ad. ij. ꝙ coꝛꝑa celeſtia nō habēt operationē niſi naturalē: et ideo ſicut in natura eoꝝ nō p̄ōt eſſe coꝛruptionis materia: ita nec i actiōe naturali eoꝝ p̄ōt eſſe malū inoꝛdinatiōis. Sꝫ in angelis vltra actionē naturalē eſt actio volūtaria liberi arbitrij ſm quā ꝯtingit i eis eſſe malū. Uñ magiſter in textu di. iij. li. ſcḋi. Poterāt inq̇t ꝑ liberū arbitriū ſine violētia ⁊ coactiōe ad vtrū libet ꝓpꝛia voluntate deflecti. Tertio arguunt. q2 appetitus nō eſt niſi boni vel apparētis boni. Sed in angelis nō p̄ōt eſſe apparēs bonū: quod nō ſit veꝝ bonū: q2 in eis vel oīno erroꝛ eſſe nō p̄ōt: vel ſaltē nō p̄ōt p̄cedere culpā. ergo angeli nō p̄nt appetere niſi illud qḋ eſt vere bonū. Sed nullus appetēdo illud qḋ eſt vere bonū peccat, ergo angeli nō potuerunt peccare. In cōtrarium eſt rei veritas. Unde Job. iiij. Ecce qui ſeruiunt ei nō ſunt ſtabiles: ⁊ in angelis ſuis reperit prauitatē. et. ij. Petri. ij. Deus angelis peccātibus nō pepercit. Dicit ergo ſanctus Tho. vbi. ſ. ad. iiij. ꝙ peccatū moꝛtale in actu liberi arbitrij cōtingit eſſe dupliciter. Uno modo ex hoc ꝙ aliqḋ malum eligiꝛ: ſicut homo peccat eligendo adulterium quod ſm ſe eſt malū. Et tale peccatum ſemper ꝓcedit ex ignoꝛantia vel erroꝛe. alioquin id quod eſt malū nō eligereꝛ vt bonum. Errat quidem adulter in particulari eligens hanc delectationē inoꝛdinati actus: quaſi aliquod bonū ad nunc agendum ꝓpter inclinationē paſſionis aut habitus: etiam ſi in vniuerſali nō erret: ſed verā de hoc ſententiā teneat. Hoc modo in angelis peccatum eſſe non

potuit: q2 in angelis nõ ſunt paſſiões quibus ratio aut intellectus ligetur: nec ante peccatũ habitus p̄cedere potuit ad peccatũ inclinans. Alio modo cõtingit peccare per liberũ arbitriũ eligẽdo aliquid qd̄ ſm ſe eſt bonũ: ſed nõ cũ ordine debite menſure aut regule: ita ꝙ defectus inducens peccatũ ſit ſolũ ex parte electionis: que nõ habet debitũ ordinẽ: nõ ex parte rei electe: ſicut ſi aliq̃s eligeret orare nõ attendens ordinẽ ab eccleſia inſtitutũ. Et hmõi peccatũ nõ p̄exigit ignorantiã: ſed ſolũ abſentiã cõſiderationis eoꝝ que cõſiderari debent. Et hoc modo angeli peccauerũt: cõuertendo ſe ꝑ liberũ arbitriũ ad ꝓpriũ bonũ abſq3 ordine ad regulã diuine voluntatis. Landulfus aũt dicit in. ij. diſ. iiij. q. i. cõclu. iiij. ꝙ abſq3 errore hoĩs vl' angeli in intellectu põt eſſe malicia in volũtate. Ideo prima radix poſſibilitatis peccandi in angelis fuit volũtas creati arbitrij q̄ potuit in oppoſita ꝓ libito.

De numero angeloꝝ qui peccauerũt.

s Ecunda cõſideratio circa offenſionẽ angeloꝝ dicit numeroſitas. Ubi videre habebimus: vtrũ plures angeli peccauerũt q̄ adheſerũt deo. Et ꝙ plures aliqui ſic oſtendunt. Primo q2 phs dicit. Malũ eſt vt in pluribus: bonum vt in paucioribus. Item. Iuſticia ⁊ peccatũ eadem rõne inueniuntur in angelis ⁊ hoĩbus. ſed in hoĩbus plures inueniunt mali q̄ boni: ſm illd̄ Eccs. i. Stultoꝝ infinitus eſt numerus. ergo in angelis plures defecere in malicia q̄ ſteterunt in iuſticia. Cõtra iſtos eſt glo. iiij. Regũ. vi. c. vbi dicit. Plures nobiſcũ ſunt q̄ cũ illis. quod de bonis angelis exponit qui ſunt nobis in auxiliũ: ⁊ de malis qui nobis aduerſant. Reſpondet Tho. vbi. ſ. ar. ix. ꝙ plures angeli remanſerunt q̄ peccauerũt. Et qd̄ obijcit de malo: ⁊ de hoĩbus: intelligit de hominibus nõ de angelis: q2 in hominibus malũ eſt: vt in pluribus ex eo ꝙ ſequunt bona ſenſibilia: que ſunt pluribus nota: deſerto bono rõnis: qd̄ eſt paucioribus notũ. in angelis nõ eſt niſi natura intellectiua. Unde nõ eſt ſimilis ratio. Verũ eſt ꝙ nõnulli curioſius inueſtigare conati ſunt: quot homines erunt ſaluandi. Et quidã dixerũt: ꝙ tot quot angeli perierũt. Quidã ꝙ tot quot remanſerunt. Quidã vero ꝙ tot quot ceciderunt: ⁊ inſuꝑ ꝙ tot quot fuerũt oẽs ſimul vt dicit Tho. i. pte. q. xxij. ar. vij. Sed melius eſt illud relinquere ſapiẽtie dei cui eccleſia in quadã collecta dicit. Deus cui ſoli cognit⁹ eſt numerus electoꝝ in ſuperna felicitate locandus. Quia vero de numero angeloꝝ loquimur: notandũ ꝙ nõ eſt acceptanda ſententia phoꝝ humana ſapientiũ. Plato enĩ poſuit numerũ ſubſtantiarũ ſeparatarũ ſm numerũ ſpecierũ ſenſibiliũ. Et Ariſto. xij. metha. ſm numerũ orbium aut motuũ. ſ. ad p'us. Immo firmiter tenendũ eſt ſm Landulfum in. ij. di. iij. q. vlti. ꝯcluſione. ij. ⁊ Tho. i. pte. q. v. ar. iij. ꝙ plures numero ſunt angeli: q̄ oĩa alia etiã ſimul ſumpta: ⁊ arene maris: ⁊ gutte aque: ⁊ ſtelle celi. Quod ꝓbat ꝑ Dio. xiiij. c. cele. hie. di. Multi ſunt exercitus ſupernaꝝ manſionũ infirmã ⁊ cõſcriptam noſtroꝝ materialiũ numeroꝝ cõmenſurationẽ excedentes. De numero angeloꝝ dr Dañ. vij. Milia miliũ miniſtrabant ei. ⁊ decies centena milia aſſiſtebant ei. Ponit hic numerus determinatus ꝓ indeterminato. ⁊ Matth. xxvi. c. d. xps. An putas q2 nõ poſſum rogare patrẽ meũ. ⁊ exhibebit mihi mõ plus q̄ duodecim legiones angeloꝝ. Quare aũt tot ſint angeli a deo ꝓducti, dicit Tho. i. pte. q. v. ar. iij. Quia q̄to aliq̃ ſunt magis ꝑfecta: tanto ſunt in maiori exceſſu creata a deo. Sicut autẽ in corporibus exceſſus attendit ſm magnitudinẽ: ita in rebus incorporeis exceſſus põt attendi ſm multitudinem. Uidemus autẽ ꝙ corpora ſuperiora que ſunt ꝑfectiora excedũt quaſi incõparabiliter corpora inferiora ſm magnitudinẽ. Naꝫ tota ſphera actiuoꝝ ⁊ paſſiuoꝝ eſt aliquid modicũ reſpectu corpoꝝ celeſtiũ. Unde rõnabile eſt ꝙ ſubſtãtie immateriales excedãt ſm multitudinẽ ſubſtãtias materiales: quaſi incõparabiliter.

Quale fuit peccatũ luciferi angelorũq3 ſibi adherentiũ.

t Ertia cõſideratio de angelis peccantibus dicit qualitatis. In qua ſolerter attendendũ eſt vt ſciamus quale fuit luciferi ⁊ alioꝝ peccatum. Et refert Boñ. diſ. v. ar. i. q. i. ſcdi. ꝙ peccatũ luciferi inchoatum eſt in ꝑſumptione. Statim enĩ vt ſuã pulchritudinem vidit ꝑſumpſit. Confirmatũ in ambitione: q2 ꝑſumens de ſe appetijt qd̄ oĩno ſupra ſe fuit: ⁊ ad qd̄ peruenire nõ potuit. Cõſummatũ eſt in inuidie ⁊ odij auerſione: q2 ex quo obtinere nõ potuit qd̄ appetijt deo inuidere cepit: ⁊ affectu odij cõtrarie. Angeli ꝟo minores adheſerũt lucifero querentes eſſe beati ſine meritis. Et vt dicit Hugo de ſancto victore. oẽs in eandẽ maliciã cõſenſerunt: ⁊ vnum ordinẽ peruerſe ſocietatis fecerũt. Quare tam lucifero q̄ reliquis ꝓpria ⁊ volũtaria ſuperbia fuit cauſa illoꝝ ruine. Nihilominus in his dubitare cõtingit: vtrũ lucifer appetijt eſſe ſicut de⁹. Et ꝙ ſic pꝫ ꝑ Eſayã. xiiij. c. Dic̄ enĩ ibi in dicto. c. diabol⁹. Aſcendã in celũ ⁊ ero ſil'is altiſſimo. Et Aug. in. q. noui ⁊ veteris teſtamenti dicit. Elatione inflat⁹ voluit dici deus Et in libro de virginitate ſubdit. Diabol⁹ in celo voluit eſſe ſicut de⁹. Sed mirũ videt imo impoſſibile quibuſdã ꝙ angel⁹ tanta luce ſapientie p̄dit⁹ appetierit id qd̄ erat impoſſibile: cũ vt inquit Ariſto. iij. ethi. electio nõ ſit impoſſibiliũ. Propterea ſciendũ ſm Tho. pte. i. q. lxiij. ar. iij. ꝙ appetere eſſe vt de⁹ põt intelligi dupl'r. Uno mõ per equiparantiã ſeu equalitatẽ. Scdo mõ ꝑ ſimilitudinẽ. Primo mõ nõ potuit appetere eſſe vt de⁹: q2 ſciuit hoc eſſe impoſſibile naturali cognitione. nec primũ actũ peccandi in ipo p̄ceſſit vel habitus vel paſſio ligans ipſius cognoſcitiuã virtutẽ: vt in particulari deficiens eligeret impoſſibile: ſicut in nobis interdũ accidit. Appetere aũt eſſe vt de⁹ ſm ſil'itudinẽ cõtingit dupl'r. Uno mõ q̄tuꝫ ad id in quo aliquid natũ eſt aſſimilari deo. Et ſic ſi aliquis q̄tũ ad hoc appetat eſſe deo ſil'is non peccat: dũmodo ſimilitudinẽ dei debito ordine appetat adipiſci. vt ſcꝫ illaꝫ a deo habeat. Peccaret nãq3 ſi q̃s appeteret ſm iuſticiam eſſe ſimilis deo per propriã virtutẽ: ⁊ non ex virtute dei. Alio modo põt aliquis appetere eſſe ſil'is deo quantuꝫ ad id in quo non eſt natus aſſimilari. ſicut ſi q̃s appeteret creare celũ ⁊ terrã quod eſt ꝓpriũ dei: in quo appetitu eſſet peccatũ. hoc modo lucifer appetijt eẽ vt de⁹: q2 appetijt finalẽ beatitudinẽ per ſuam virtutẽ habere: quod eſt propriũ dei.

De bello realiter geſto inter ãgelos bonos ⁊ malos.

q Uarta cõſideratio dr̄ cõtrarietatis. In qua de bello geſto in angelica natura tractandum eſt, de quo Apoc. xij. ſcribit ſic. Factũ eſt p̄eliũ magnũ in celo michael ⁊ angeli ei⁹ p̄eliabant cũ dracone: ⁊ draco pugnabat ⁊ angeli ei⁹: ⁊ nõ valuerunt neq3 locus eoꝝ amplius inuentus eſt in celo. Queritur hic vtrũ illud fuit bellũ reale? Et Franciſc⁹ de marone in. ij. diſt. vi. dicit ꝙ licet ſꝫ nõ fuerit corpale. Nã p̄ter ea q̄ ꝑtinent ad potentiã executiuã exprimur aliqua gñã bellorũ ꝑtinentiũ ad opatiões imanẽtes. Primuꝫ eſt inter appetitũ ſenſitiuũ ⁊ intellectiuũ. Appetit⁹ enĩ iſti inclinant ad oppoſita. Secundũ bellũ eſt inter intellectũ ⁊ volũtatẽ. ſicut qñ rõ iudicat aliq̃d faciendũ ⁊ volũtas renuit. Tertiũ bellũ eſt inter voluntatẽ ⁊ voluntatẽ: non vni⁹ ad ſe: ſꝫ duoꝝ hoĩm. Quartũ bellũ ẽ int' intellectũ ⁊ intellectũ: ex ꝯtrarijs opinionib⁹ ꝑ rões oppoſitas. Bellum ḡ angeloꝝ bonoꝝ ⁊ maloꝝ actuꝫ eſt iuxta tria q̄ in ſpũali natura reꝑiunt: q̄ ſunt. rõ: voluntas: ⁊ facultas. Per rõnem nempe electi ⁊ reprobi angeli ꝯ̄ria ſentiebãt. Per volũtatẽ ad ꝯtraria afficiebant. Per facultatẽ ad ꝯtraria nitebant. Nã electi angeli ſublimit' ſentiebã: de deo ⁊ gr̃a eius: ⁊ ad gr̃am ⁊ gl'iam ei⁹ afficiebant: ⁊ ꝓ facultate ſibi data ꝓ illis nitebant. Angeli ꝟo ſuperbientes ꝯtẽnentes gr̃am ⁊ gl'iam dei ſublimiter ſentiebãt de bonitate nature ſue: ⁊ ꝓpt' h̄ ad ꝓpriã gl'iam afficiebant: ⁊ toto niſu in cõtrariũ electis ſpiritib⁹ ferebant. Magnis ergo affectionib⁹ electi ⁊ reprobi angeli in ꝯtraria ferebantur. boni in creatorem: mali in naturã. boni in gr̃am: mali ꝯtra illã. boni in diuinũ amorẽ: mali in odiũ dei.

Qualiter angeli mali puniti ſunt: nec potuerunt reſiſtere potentie dei. Caplm III

e Xperti ſunt angeli mali q̄ robuſta ſit ⁊ valida manus dei excelſi. Nulla equidẽ ſua virtute: nulla ſapientia: nulla potentia: nullaq3 cõcordi cõuentione ad malũ potuerunt reſiſtere ire dei. Ipẽ depoſuit eos de ſede ⁊ inimicos ſibi factos punit grauiſſima pena. Idcirco in hoc tertio myſterio de illoꝝ pene grauitate erimus verba facturi. Quã quadrupl'r ꝯſiderabim⁹, videlꝫ

Primo rõne impedimenti.
Scdo rõne loci.
Tertio rõne ſupplicij.
Quarto rõne termini.

Qd̄ demones nõ p̄ñt ꝓ libito vti bonis nature: q̄ adhuc manẽt in ipis.

p Rimo ꝯſiderare debem⁹ grauitateꝫ pene maloꝝ angeloꝝ rõne impedimenti. Quia cũ dona nature i ipſis maneant integra: vt dicit Diony. li. de di. no. veruñ impedit act⁹ executio ⁊ vſus illoꝝ: ita vt nõ poſſint facere ea que velint. Sunt autẽ inter cetera tria in demonib⁹: de quib⁹ ꝓ libito diſponere nõ poſſunt.

Primũ eſt naturalis exiſtẽtia.
Secundũ naturalis ſapia.
Tertiũ naturalis potentia.

Primũ qd̄ ẽ in demonib⁹ eſt naturalis exiſtentia. Sunt enĩ demones natura pulcherrimi: neq3 quantũ ad ſubſtãtiã ſue nature ſunt angelis bonis turpiores: ⁊ tamen hominib⁹ in ſui ſubſtantia ⁊ decore apparere non p̄ñt. immo apparent in corꝑib⁹ aſſumptis in aliq̃

viſione: ſicut deo placet cũ deformitate tali ac
tanta ꝙ videtes illos in tali aſpectu maxime
terrentur ⁊ cõtriſtantur. Quo fit vt virgo glo
rioſa in ſuo felici tranſitu petierit ab angelo ⁊
vt hanc p̄ ceteris filius eius ieſus benedictus
grãm dignaret̃ cõcedere: ne imundos demo-
nes: horribileſq́ʒ videret. Sed fabule vidẽ
tur iſta quibuſdã. qui multa ſcire ſe arbitrant̃
Inquiũt enim demones nõ reperiri. Contra
quos offerũt ſe iuincibilia teſtimonia omnis
ſcripture. Unde Leuit. xvij. c. habet̃. Nequa-
q̄ͣ vltra immolabũt hoſtias ſuas demonibus.
Et Tobie. vi. c. Sara tradita fuit ſeptem vi-
ris: ⁊ demoniũ illos occidit. Et pſal. xcv. Om-
nes dij gentiũ demonia. Et pſal. cv. Immola-
uerunt filios ſuos ⁊ filias ſuas demonijs. Et
Matth. iiij. c. Obtulerũt xp̄o eos qui demo-
nia habebant. Et Matth. vij. In noīe tuo de-
monia eiecimus. Et Matth. viij. Obtulerũt
ei multos demonia habentes. Et Matth. xii.
Oblatus eſt ei demoniũ habens. Et Matth.
xv. Filia mea male a demõio vexat̃. Et Mat-
thei. xvij. Exijt demoniũ ⁊ curatus eſt puer.
Et Marci. i. Demonia multa eijciebat. Et
xvi. In nomine meo demonia eijcient. Et Lu
ce. iiij. In ſynagoga erat homo demonium ha
bens ⁊ exclamauit. Et Luc. vij. Uenit Iohan
nes baptiſta nõ manducans panem: neq́ʒ bi
bens vinũ. ⁊ dicitis. Demonium habet. Et Lu
ce. viij. Occurrit ei vir quidã qui habebat de-
moniũ iaʒ tẽporibus multis. et Luce. xi. Erat
ieſus eijciens demoniũ. ⁊ Ioh. viij. Ego demo
nium nõ habeo. ⁊ Ioh. x. Dicebãt multi demo
nium habet ⁊ inſanit. ⁊ apoc. xviij. Cecidit ba
bylon illa magna: ⁊ facta eſt habitatio demo-
niorũ. et Plato in Thimeo. Inuiſibilium diui-
narũ poteſtatũ: que demones nuncupant̃ p̄-
ſtare rõnem: maius eſt opus q̄ͣ ferre valeat
hominis ingeniũ. ⁊ Apuleius de quo memi-
nit Aug. ponit demones eſſe. ⁊ Porphirius
adhuc de illis loquit̃ vt patuit ſupra. Lactan.
li. ij. diuinarũ inſtitutionũ. Poete ⁊ ſciunt eſſe
demones: ⁊ loquunt̃. Tales mileſius mundũ
animatũ eſſe dicit ac demonibus plenũ. So-
crates eſſe circa ſe aſſiduum demoniũ loque-
batur: vt dicit Lactantius. Idẽ teſtatur Apu
leius: qui ſuper hoc librũ edidit quem vocauit
de deo Socratis: ⁊ teſte Xenophonte lib. de
morte Socratis in orõe quã ab athenienſibus
cõdẽnandus fecit: ſic inter cetera dicit. Enim
ue ro iam bis mihi defenſionẽ paranti demo-
nium aduerſat̃. Ariſto. in ꝓlogo li. de ſomno
⁊ vigilia querit. An ſ omniũ ꝓcedat a cauſa
aliqua naturali: vel cuʒ aliquod demoniũ oꝑe
ret̃. Hermes termegiſtus ſm Aug. de ci. dei.
li. viij. c. xxiij. demones eſſe fatet̃. Calcidius
ſuper Thimeũ Platonis de demonibus diffu
ſam mentionẽ facit. Ptolomeus in quarto qua
dripartiti malignos ſpiritus demones appel
lat. Sufficere ergo debent tantorum teſtimo
nia ad fidem faciendam de demonibus re
probatis.

De cognitione ⁊ ſcientia demonũ.

s Ecundũ qȯ eſt in demonibus eſt na-
turalis ſapientia. Iſidorus in. viij.
etymo. ait. ꝙ angelus malus dr̄ dia
bolus hebraice. i. deorſum fluens: grece vero
diabolus. i. criminator. Uocat̃ etiam ſathe-
nas. i. aduerſarius ⁊ demon. i. peritus ac rerũ
ſcius. Uellẽt ergo demones cõtra nos vti om
ni aſtutia ſua: ſed nõ ſinit illos deus: q̄ ſua de
mẽtia ad euitandas fraudes ⁊ deceptiões eo
rũ reſperſit nos luce ꝟitatis. miſitq́ʒ filiũ ſuũ
vnigenitũ in mũdũ: q̄ fuit lux ⁊ ſplẽdor oīs do
ctrine. Ioh. i. Erat lux vera. et Ioh. viij. dice-
bat. Ego ſum lux mũdi. et Ioh. xiiij. Ego ſum
via ꝟitas ⁊ vita. Hic tñ dubitari ſolet. U-
trũ intellectus demonis poſt pctm̃ cognoſcat
aliquã ꝟitatẽ. ⁊ arguit̃ ꝙ nõ. Primo: q2 ſi ali
quã ꝟitatẽ cognoſcerẽt: maxime cognoſcerẽt
ſeipos: qȯ eſt cognoſcere ſubãs ſeparatas. Hoc
aũt eorũ miſerie nõ ꝯuenit: cũ ad magnã felici
tatẽ ptinere videat̃: in tantũ ꝙ q̄dã vltimam
beatitudinẽ poſuerũt in cognitiõe ſubarũ ſepa
ratarũ. ergo demones priuant̃ oī cognitiõe ꝟi-
tatis. Inq̄t eñ Lact. Nullus eſt ſuauior aīe
cibus q̄ͣ cognitio ꝟitatis. ⁊ Ariſ. x. ethi. dicit.
Uidet̃ phia admirabiles delectatões habere
Delectatio aũt nõ ꝯuenit demonibus. q̄ nul-
lã ꝟitatẽ cognoſcũt: ⁊ eorũ intellect⁹ eſt totali
ter excecat⁹. Rñdet his Tho. i. pte. q. lxiiij.
a. r. i. ꝙ duplex eſt cognitio ꝟitatis. Una q̄ hʒ
ꝑ grãm. Alia ꝑ naturã. Prima cognitio du-
plex eſt. Una ẽ ſpeculatiua tm̃: ſicut cũ alicui
aliqua ſecreta diuina reuelant̃. Alia vero que
eſt effectiua: ꝓducẽs amorẽ dei: ⁊ hec ꝓprie
ptinet ad donũ ſapiẽtie. Harũ aũt triũ cogni
tionũ: cognitio naturalis nec eſt ablata nec di
minuta. Cõſequunt̃ eñ ipſam naturã angeli
q̄ ſm ſuã naturã eſt q̄dã intellectus vel mẽs.
Cognitio aũt que eſt ꝑ grãm in ſpeculatione
ꝯſiſtens nõ eſt eis totaliter ablata: ſʒ diminu-
ta: q2 de hmõi ſecretis diuinis tantũ eis reue
lat̃ q̄ͣtũ oportet. vel mediantibus angelis: vl
ꝑ aliquos tꝑales diuine virtutis effectus. vt
Aug. dicit. ix. de ci. dei. c. xxiij. nõ autẽ ſicut ipſis
ſanctis angelis quibus plura ⁊ clarius reue-
lant̃ in ipõ ꝟbo. Cognitõe aũt effectiua tota
liter priuati ſunt ſicut ⁊ charitate. Ad argu-
mentũ ꝟo dicendũ: ꝙ felicitas ꝯſiſtit ī appli-
catione ad id qȯ ſupius eſt. Subſtãtie autẽ
ſepate ſunt ordine nature ſup nos. Unde ali
qua rõ felicitatis eẽ põt hoi ſi cognoſcat ſub-
ſtãtias ſepatas: lʒ ꝑfecta felicitas ſit ī cogno
ſcendo ſubãʒ ꝑmã ſcʒ deũ. Sʒ ſubẽ ſeparate
cognoſcere ſubãm ſeparatã eſt ꝯnaturale: ſicut
⁊ nobis cognoſcere naturas ſenſibiles. Unde
ſicut nõ eſt in hoc felicitas hoīs ꝙ cognoſcat
naturas ſenſibiles: ita nõ eſt felicitas angeli
in hoc ꝙ cognoſcat ſubãs ſeparatas. Ad au-
ctoritates ꝟo allegatas q̄ videnf excludere
cognitionẽ naturalẽ a demonibus dicit Ric. i
in. iiij. diſt. l. ar. iij. q. i. ad. i. ꝙ q̄uis vſus ſcie
ſit ꝑ ſe delectabilis: tñ ꝑ accñs põt eẽ triſtabi
lis. Natura q̄ppe dãnatorũ tam angelorũ q̄ͣ
hoīm ita eſt plene cõphẽſa triſtitia. vt oīno
ſint indiſpoſiti ad aliquã delectationẽ: quare
vſus ſcie in eis nullã poterit generare delecta
tionem aut ſuauitatẽ.

De naturali potẽtia demonũ.

t Ertiũ qȯ eſt in demonib⁹ eſt natura
lis potẽtia. de qua Iob. xli. c. dicit̃.
Non eſt ptãs ſup terrã q̄ cõparet̃ ei
Poſſunt demones facere mira: etſi nõ mira-
cula. ⁊ naturã adiuuãdo ad ſtupẽdos effect⁹
cõcurrere: vt patebit. Poſſunt ſenſus deludere
poſſunt vexare corpa: poſſunt aquas maris
ſup terrã ſpargere: ⁊ alia facere q̄ ipſi vellent
q̄ ſi ꝑmitteret deus: tota pene mundialis ma
china turbaret̃: ſuffocarent̃ homies: ruerent
dom⁹: ſiccarent̃ herbe: arboreſq́ʒ ⁊ mutatões
ſdies viderent̃ in oībus elemẽtis. O pietas
dei bñdicti: que impetũ inimicorũ extinguit:
nec ſinit illos ꝯ nos exercere qȯ ſatis ãbiunt
⁊ ſi q̄ñq́ʒ id fieri ꝑmittat: iuſta ſunt eius iudi
cia ⁊ nobis inſcrutabilia. Ex dictis tñ oībus
demones atrociter cruciant̃.

Qȯ demones vſq́ʒ ad diẽ iudicij ſunt in hoc
aere caliginoſo: ⁊ poſt ad infernũ deſcendẽt.

s Ecũdo cõſideranda eſt pena demo-
nũ rõne loci. Proiecti equidẽ fuerũt
a celo empyreo in hũc aerẽ caligino
ſum. de quo ait Aug. iij. ſup Geñ. ad litteram
Aer caliginoſus eſt quaſi carcer demonibus
vſq́ʒ ad tempus iudicij. Et Tho. i. parte. q.
lxiiij. ar. iiij. Locus iſte dat̃ demonibus rõ-
ne exercitatiõis humane. Nã ꝓcuratio ſalut̃
noſtre ꝓtendit̃ vſq́ʒ ad diẽ iudicij: ⁊ vſq́ʒ tũc
durat miniſteriũ angelorũ ⁊ exercitatio demo
num. Deſcendũt tamẽ aliqui ad infernum: vt
ibi damnatos vexẽt. Poſt diẽ ꝟo iudicij ſimul
cuʒ damnatis hoībus ibi oẽs recludent̃. Sʒ
hic ſpeculari libet: q̄m̄ eſſe extra celũ empyre
um nõ debet demonib⁹ in penaʒ cedere: qm̄
ſpũalis natura nõ afficit̃ loco. ergo null⁹ loc⁹
eſt demonibus penalis. Reſpõdet Tho. i. pte
q. lxiiij. ar. iiij. ad. i. ꝙ locus nõ eſt penalis an
gelo aut anime quaſi afficiẽs alterãdo natu
ram: ſed quaſi afficiẽs voluntatẽ ꝯtriſtando
dum angelus vel anima apphẽdit ſe in loco
non cõuenienti. Si ꝟo obijceret̃ ꝙ angelus
non ſit in loco. quia vt dicit Boetius in libro
de hebdomadibus. Cõmunis animi cõceptio
apud ſapientes eſt incorporalia in loco nõ eẽ
Et Ariſt. iiij. phiſicorũ. Non oẽ qȯ eſt eſt in
loco ſed mobile corpus: ergo angelus nõ eſt
in loco. Reſpondet Tho. i. parte. q. lij. ar. i. ꝙ
equiuoce dicit̃ eſſe angelus in loco ⁊ corpus
Corpus eñ eſt in loco ꝑ hoc q2 applicat̃ loco
ſm tractũ dimẽſiue quãtitatis: que quidẽ in
angelis non eſt. ſed eſt in eis quãtitas virtu
alis. Per applicationẽ ergo virtutis angelice
ad aliquem locuʒ qualitercũq́ʒ dicit̃ angelus
eſſe in loco corporeo. Et ſm hoc patet ꝙ non
oportet dicere ꝙ angelus cõmenſuret̃ loco:
vel ꝙ habeat ſitum in cõtinuo. Hec eñ cõue
niunt corꝑali locato: prout eſt quãtum quã-
titate dimẽſiua. Simil̃r etiã non opʒ propter
hoc ꝙ contineat̃ a loco. Nam ſubſtãtia incor
porea ſua ꝟtute cõtingens rem corporeã cõ
tinet ipãm: ⁊ non continet̃ ab ea. Anima eñ
eſt in corpore vt cõtinens: non vt contenta.
Sic angelus dicit̃ eſſe in loco corporeo: non
vt contentum: ſed vt cõtinens aliquo modo.
Addit Thomas vbi. ſ. ar. ij. in fine. ꝙ diuerſi
mode eſſe in loco cõuenit corꝑi: angelo ⁊ deo
Nam corpus dicit̃ eſſe in loco circũſcriptiue.
quia cõmenſurat̃ loco. angelus nõ circũſcri-
ptiue cum nõ menſuret̃ loco: ſed diffinitiue:
quia ita eſt in vno loco ꝙ nõ in alio. De⁹ aũt
neq́ʒ circũſcriptiue neq́ʒ diffinitiue: q2 ẽ vbi-
q́ʒ. Quomodo aũt hoc ſit non poteſt intelligi
ab humano ſenſu. vt dicit magiſter in primo
diſti. xxviij. vbi inducit Chryſo. ſuper epl̃am
ad Hebreos dicẽtẽ. Sicut multa de deo intel
ligimus que loqui penitus nõ valem⁹: ita mul
ta loq̄mur que intelligere nõ ſumus idonei.
Uerbi gratia. Qȯ vbicũq́ʒ deus eſt ſcimus:
⁊ dicim⁹. Quõ aũt vbiq́ʒ ſit itellectu nõ capi-
m⁹. Itẽ ꝙ eſt incorporea q̄daʒ ꝟtus que om
nium eſt cauſa bonorũ ſcimus: que autẽ ipſa
ſit penitus ignoramus. Ut autẽ redeamus

ad angelos.nota ſm Zandul.di.viij.ſecūdi.
q.ij.ꝯclu.ij.ꝓpo.iiij.ꝙ opinio eſt modernoꝝ
ꝙ angelus nō eſt in loco ꝑ applicationē vtu
tis:ſed ꝑ ſuā ſubam diffinitiue:ſeu pñtialit
nō cōmenſuratiue.Nam in angelo eſt poten
tia paſſiua ad plura vbi nec eſt detminatꝰ re
ſpectꝰ alicuius.ergo in eo eſt potētia paſſiua
ad eſſendū in oībus illis.Qđ aūt angelus ha
beat potentiā paſſiuā ad vbi patet.quia arti
culus eſt excōicatus dicere ꝙ ſubſtātie ſepa-
rate nuſꝙ ſunt.Silr erroꝛ eſt dicere ꝙ ange
lus eſt vbiqꝫ.ergo opoꝛtet dicere ꝙ angelus
poſſit recipe aliqua vbi.

Qđ demones puniunt pena ignis.

Ertio ꝯſideranda eſt pena demonū
t rōne ſupplicij:qꝛ puniunt in igne.
Probat hoc Mat.xxv.Ite maledi-
cti in ignē eternū:q̄ paratꝰ eſt diabolo ⁊ āgel'
eius.Et Apoc.xx.Diabolus q̄ ſeducebat eos
miſſus eſt in ſtagnū ignis ⁊ ſulphuris vbi be
ſtia ⁊ pſeudo ꝓphe cruciabunt die ac nocte i
ſecula ſeculoꝝ.Et de hoc inq̄t Aug.in li.de fi-
de ad Petrū.Firmiſſime tene ⁊ nullatenꝰ du-
bites:diabolū ⁊ angelos eiꝰ in ignē eternū a
xp̄o eſſe mittēdos:vbi nunꝙ carebunt pena
quā eis ꝑparauit diuina iuſticia.Qualit vo
ſpūs ſeparati patiunt ab igne dictū eſt abun
de in q̄dragesimali de penitētia.

Qđ pena demonū nunꝙ terminabit.

Uarto ꝯſiderāda eſt pena demonū
q rōne termini:qꝛ nūꝙ finiet.Et q̄d
ſuꝑ hoc dixit Origenes adhuc in q̄-
dragesimali diffuſius eſt ptractatum.Quare
ex dictis cōſtat ꝙ diſtrictus iudex eſt deus:
q̄ ꝓpter vnū pctm̄ angelis nunꝙ pepercit.Et
vt dicit Tho.i.pte.q.lxiiij.ar.ij.tenēdū eſt fir
miter ꝙ volūtas bonoꝝ angeloꝝ ꝯfirmata ē
in bono:⁊ volūtas demonū obſtinata eſt in
malo.Cauſam aūt huiꝰ obſtinatōis non opꝫ
accipe ex grauitate culpe:ſ ex ꝯditōe nature
ſeu ſtatus:qꝛ vt dicit Aug.li.de fide ad petrū
ſic deꝰ creauit āgelos:vt q̄ vellēt ꝑpetuo boni
eſſent:q̄ aūt nollēt nunꝙ eos diuino munere
repararet.Sicqꝫ in eternū demones obſtinati
luent penas nequitie ſue:a q̄bus nos liberet
xp̄s redemptoꝛ benignus.Amen.

De bello quod continue gerit inter demo-
nes ⁊ homines. Sermo IIII

Umus i quottidia
f na frequētiqꝫ pugna cum angelis
malis:qui nos tētare nō deſinunt
vt peccātes tandem eoꝝ iūgamur ſocietati.
Et hoc petrꝰ.i.epl'a.c.v.dicebat.Sobrij eſto
te ⁊ vigilate:qꝛ aduerſarius veſter diabolus
tanꝙ leo rugiēs circuit querēs quē deuoꝛet
cui reſiſtite foꝛtes in fide.Et eccl'ia ſancta in
officio apl'oꝝ nos admonet ſic.Eſtote foꝛtes
in bello:⁊ pugnate cū āntiquo ſpēte:⁊ accipie
tis regnum eternū.Quia tñ plerīqꝫ quādoqꝫ
diffidunt:nec arbitrant ſe poſſe demonū ef-
fugere mille nocēdi modos:⁊ ſicqꝫ in peſſima
peccata labunt.idcirco in hoc ſmone aliqua
de ipſis demonibus apiemus:quibus intelle
ctis poterit quilibꝫ animi vires aſſumere ad
pugnandū ſtrenue cum illis qui noſtram pdi
tionem procurant.De quibus tria myſteria
erunt declaranda.

Primū dicit preſidentie.
Scđm potentie.
Tertium reſiſtētie.

De ꝑſidentia demonū ⁊ qualr oīa diſponūt
ad interitū hoīm. Capl'm I

Abent demōes int ſe deputata ma-
h ledictionis officia:⁊ cūcta q̄ poſſunt
ordināt ad trahēdū hoīes vt dei pce
pta trāſgrediant.Impant ſupioꝛes:⁊ infeno
res obediūt.Sꝫ ꝓ huiꝰ ptis clarioꝛe noticia
de ꝑſidentia demonū locuturi:cōſideremus
illam ſm triplicē reſpectum.

Primo reſpectu angeloꝝ maloꝝ.
Scđo reſpectu angeloꝝ bonoꝝ.
ertio reſpectu coꝛpoꝝ ſuperioꝝ.

Qualr demones ꝑſunt demonibus.

Rimo ꝯſideremus ꝑſidentiā demo
p num reſpectu ipoꝝ angeloꝝ maloꝝ
vtrū ſcꝫ inter eos ſit ꝑlatio.Et argu
unt quidā ꝙ nō.Primo qꝛ oīs ꝑlatio eſt ſm
aliquē ordinē iuſticie:ſ demones totaliter a
iuſticia ceciderūt.ergo i eis nō eſt ꝑlatio.Se
cundo vbi nō eſt obediētia ⁊ ſubiectio ibi nō
eſt prelatio.Hec autē ſine cōcoꝛdia eſſe non
poſſunt:que in demonibꝰ nulla eſt.ſm illud
Prouerb.xiij.Inter ſupbos ſemp ſūt iurgia:
ergo in demonibus nō eſt ꝑlatio.Tertio ſi in
demonibus eſſet aliqua ꝑlatio:aut hoc ptine
ret ad eoꝛum naturā:aut ad eoꝝ culpam vel
penam.ſed non ad eoꝝ naturaꝫ:quia ſubie-
ctio ⁊ ſuitus nō eſt ex natura:ſed ex peccato
ſubſecuta.Nec ptinet ad culpam vel penam
quia ſic ſupioꝛes demones qui magis pecca
uerūt inferioꝛibus ſubderent.Non ergo eſt
prelatio in demonibus. In contrarium eſt
ipa veritas.Nam glo.i.ad Coꝛinth.xv.dicit
Quādiu mūdus durat:angeli angelis:homi
nes hoībus ⁊ demones demonibus preſunt

nō quare inter demones eſt ꝑlatio.ſm Tho.
q.cx.ar.ij.qꝛ actio ſequit naturā rei.Quoꝝ-
cunqꝫ nature ſunt oꝛdinate:opoꝛtet ꝙ etiam
actiones ſubinuicem oꝛdinent:ſicut ptꝫ in re
bus coꝛpalibus.Quia enī inferioꝛa coꝛpoꝛa
naturali oꝛdine ſunt infra celeſtia coꝛpa:acti
ones ⁊ motus eoꝝ ſubdunt actiōibus ⁊ moti
bus celeſtiū coꝛpoꝝ.Manifeſtū eſt autē ꝙ de
monū quidā naturali oꝛdine ſub alijs cōſtitu
unt.vnde ⁊ actiōes eoꝝ ſunt ſub actiōibus ſu
perioꝝ.Et hoc eſt qđ rōnem ꝑlationis facit
vt.ſ.actio ſubditi ſubdat actiōi ꝑlati.Sic igit
ipſa naturalis demonū diſpoſitio requirit ꝙ in
eis ſit ꝑlatio.Cōuenit etiā hoc diuine ſapien
tie:que nihil in vniuerſo inoꝛdinatū relinq̄t:
que attingit a fine vſqꝫ ad finē foꝛtiter:⁊ diſ-
ponit oīa ſuauiter:vt dicit Sap.viij.c. Ad
primū ergo dicendū ꝙ ꝑlatio demonū nō fun
dat ſuper eoꝝ iuſticia:ſed ſuꝑ iuſticia dei cun-
cta oꝛdinātis. Ad ſcđm dicendū ꝙ cōcoꝛ-
dia demonū qua quidam alijs obediūt:nō eſt
ex amicitia quā inter ſe habeant:ſed ex cōi ne
quitia qua hoīes odiūt:⁊ dei iuſticie repugnāt
Eſt enī ꝓpꝛiū hoīm impioꝝ vt eis ſe adiun-
gant ⁊ ſubijciant ad ꝓpꝛiā nequiciā exequen
dā quos potioꝛes viribus vident. Ad tertiū
dicendū ꝙ demones nō ſunt equales ſm na-
turā.Unī in eis eſt naturalis ꝑlatio:qđ in hoi
bus nō cōtingit:qꝛ natura ſunt pares.Qđ au
tē ſupioꝛibus inferioꝛes ſubdant:non eſt ad
bonū ſupioꝝ:ſed magis ad malū eoꝝ:qꝛ cum
mala facere maxime ad miſeriā pertineat:ꝑ-
eſſe in malis eſt eſſe magis miſerū.

Qualiter angeli boni habent ꝑlationem ſu
per demones.

Ecundo cōſideremus ꝑſidentiā de-
s monū reſpectu angeloꝝ bonoꝛum.
Ubi videndū erit an boni angeli ha
beant ꝑlationem ſuꝑ malos.Et poſſet argui
ꝙ nō. Primo qꝛ ꝑlatio angeloꝝ pcipue at
tendit ſm illuminatiōes.ſed mali angeli cuꝫ
ſint tenebꝛe nō illuminant a bonis.ergo boni
angeli nō habēt ꝑlationē ſuꝑ malos. Se-
cūdo ad negligentiā ꝑſidentis ptinere viden
tur ea q̄ ꝑ ſubditos male fiūt:ſicut ptꝫ.lxxxiij.
diſ.c.erroꝛ.c.q̄d enī ꝓdeſt.⁊.c.ꝯſentire.lxxxiiij
diſ.c.ꝑuenit.lxxxvi.di.c.culpā.⁊.ij.q.vij.c.ne
gligere.xvij.q.ij.c.ſi q̄s.xxiij.q.iij.c.qui pōt.⁊
extra de homicidio.c.ſicut dignū.Sed demo-
nes multa mala faciūt.Si ergo ſubſunt ꝑla-
tioni bonoꝝ angeloꝝ:videt in angelis bonis
eſſe aliqua negligentia:quod eſt incōueniēs.

Tertio ꝑlatio angeloꝝ ſequit nature oꝛdi-
nem.ſed ſi demones de ſingulis oꝛdinibus ce-
ciderunt:vt cōmuniter dicit:qꝛ ipſi etſi nō fu
erunt in oꝛdinibus ſimpliciter:fuere ſm q̄d:
inꝙtum erant aliqui diſpoſiti ſi ſteriſſent eſſe
de vno oꝛdine:alij de alio:ſm variam diſpoſi-
tionem ſuoꝝ naturalium.Sic multi demones
multis bonis angelis ſunt ſuperioꝛes oꝛdine
nature.Non ergo boni angeli ꝑlationem ha-
bent ſuper oēs malos. Cōtra iſtos eſt au-
ctoꝛitas Aug.qui.iij.de trini.ait.Spiritus vi
te deſertoꝛ atqꝫ peccatoꝛ regitur per ſpūm vite
rōnalem piūm ⁊ iuſtum.Et Gregoꝛiꝰ dicit ꝙ
poteſtates dicunt angeli:quoꝝ ditioni virtu
tes aduerſe ſubiecte ſunt. Reſpondet Tho.
vbi.ſ.ar.iiij ꝙ totus oꝛdo ꝑlationis primo ⁊
oꝛiginaliter eſt in deo:⁊ participat a creatu-
ris ſm ꝙ deo magis appꝛopinquant.Ille enī
creature ſuper alias influentiā habent:q̄ ſunt
perfectioꝛes ⁊ deo ꝓpinquioꝛes.Maxima
autē perfectio:⁊ per quam maxime deo appꝛo
pinquatur eſt creaturarū fruentium deo:ſicut
ſunt ſancti angeli:qua perfectione demones
priuant.Et ideo boni angeli ſuper malos ꝑla
tionem habent:⁊ per eos reguntur. Ad pri
mum ergo dicendum ꝙ per ſanctos angelos
multa de diuinis myſterijs demonibus reue-
lant:cum diuina iuſticia exigit:vt per demo-
nes aliqua fiant:vel ad punitionē maloꝝ:vel
ad exercitatiōem bonoꝝ.Sicut in rebus hu-
manis aſſeſſoꝛes iudicis reuelant toꝛtoꝛibus
eius ſententiā. Huiuſmodi autem reuelatio-
nes ſi ad angelos reuelantes cōparentur illu-
minationes ſunt:qui oꝛdinant eas ad deum.
Ex parte vero demonū nō ſunt illuminatiōes
qꝛ eas in deum nō oꝛdinant:ſed ad expletiōeꝫ
ꝓpꝛie iniquitatis. Ad ſecundū dicendū ꝙ
ſancti angeli ſunt miniſtri diuine ſapientie.
Unde ſicut diuina ſapiētia permittit aliq̄ ma
la fieri per malos angelos vel hoīes ꝓpter bo
na que ex eis elicit:ita ⁊ boni angeli nō totali-
ter cohibent malos a nocendo. Ad tertiuꝫ
dicendū ꝙ angelus qui eſt inferioꝛ oꝛdine na
ture:ꝑeſt demonibus ꝙuis ſuperioꝛibus oꝛdi
ne nature:qꝛ vtus diuine iuſticie cui inherēt
boni angeli:potioꝛ eſt ꝙ virtus naturalis an-
geloꝝ.Unde ⁊ apō hoīes ſpūalis iudicat om
nia vt dꝛ.i.ad Coꝛinth.ij.

Qđ demones nō ſubdunt actionibus coꝛ-
poꝝ celeſtium.

Ertio cōſideremus ꝑſidentiam de-
t monum reſpectu coꝛpoꝝ ſuperioꝛum
Ubi diſputandū eſt vtrum demones
ſubdant actionibus coꝛpoꝛum celeſtium.Et

quidā contendunt probare ꝙ ſic. Primo: quia demones ſm certa augmenta lune aliquos hoies vexant: qui propter hoc lunatici vocātur, vt pꝫ Matth. iiij. ⁊ xvij. ſed hoc nō eſſet niſi corpib⁹ celeſtibus ſubiacerent. ergo ſubiacent actionib⁹ celeſtiū corpoꝝ. Scdo nigromātici obſeruant certas cōſtellationes ad inuocandos demones: qđ non facerent ſi demones corporib⁹ celeſtib⁹ nō ſubderentur.

Tertio. celeſtia corpa virtuoſiora ſunt ꝙ̄ inferiora. ſed quibuſdā inferiorib⁹ corporib⁹ demones arcenť. ſcꝫ herbis: lapidib⁹: ⁊ ſonis quibuſdā ac vocib⁹, vt a Porphirio dictū Aug. introducit. x. de ciui. dei. c. xi. ergo multo magis demones ſubduntur actioni celeſtiū corpoꝝ.

Cōtra iſta oia eſt ipa ratio. Nā demones ſunt ſuperiores ordine nature ꝙ̄ corpora celeſtia. Agens aūt eſt ſuperius paciente: vt Auguſtin⁹ dicit. xij. ſuper Geñ. ad lram. Cū ergo demones ſint ſubſtantie intellectuales corporib⁹ nō vnite. pꝫ ꝙ nō ſubdunť actioni corporū celeſtiū nec per ſe nec per accidens. nec directe nec indirecte. Ad primū rñdet Tho. q. cxv. ar. v. ad. i. prime ptis. ꝙ demones ſm certa augmenta lune ꝯtingit vexare propter duo. Primo quidē ad hoc ꝙ infament creaturā dei. ſ. lunā. vt Chryſoſto. ⁊ Hiero. dicunt. Scdo qꝛ cū nō poſſint opari niſi mediantib⁹ naturalib⁹ virtutib⁹ vt dicet: in ſuis operib⁹ ꝯſiderāt corpoꝝ aptitudines ad effect⁹ intentos. Manifeſtū ē aūt ꝙ cerebrū eſt humidiſſimū oium partiū corpis: vt Ariſto. dicit. ⁊ idō maxime ſubijcit opationi lune: que ex ſua ꝓprietate hꝫ mouere humorē. In cerebro autē perficiunť vires aiales. Et ideo demones ſm certa augmenta lune perturbant hoīs fantaſiā qñ conſiderant cerebrū ad hoc eſſe diſpoſitū. Ad ſecundū dicit Tho. ꝙ demones aduocati in certis conſtellationib⁹ veniūt ꝓpter duo. Primo vt hoies in hunc errorē inducāt ꝙ credant aliqđ numen eſſe in ſtellis. Scdo qꝛ cōſiderant ſm aliquas certas conſtellationes materiā corporalē eſſe magis diſpoſitam ad effectus pro quibus aduocātur. Ad tertium vero dicit Auguſtinus. x. de ciuitate dei c. xi. ꝙ demones alliciuntur per varia genera lapidum: herbarum: lignorum: animaliū: carminum: rituum: non vt animalia cibis: ſed vt ſpiritus ſignis. inquantum hec eis exhibētur in ſignum honoris diuini: cuius ipſi ſunt cupidi. Nam vt dicitur. xxvi. q. v. c. Nec mirum. Ad hoc nititur diabol⁹ vt adoretur quaſi de⁹.

De potentia demonū que ſuperat ſm naturā oēm potentiā hoīm. Capl'm II

a D potentiā demonū iam ſermo noſter vertendus eſt. Equidē vix poſſunt credere multi que de illa veriſſime ſunt conſcripta. Verūtamē preter ea que ſancti doctores dicūt: adſunt quotidiana exēpla coꝝ qui magicis artibus inuoluti ſtupenda ⁊ ineffabilia quodāmodo opari videntur. Has artes vt Iſido. inquit. viij. lib. etymol. prim⁹ inuenit Zoroaſtes rex bactrianoꝝ: quē Ninus rex aſſyrioꝝ interfecit. De quo etiam Aug. lib. xxi. de ciui. dei. c. xiiij. aſſerit ꝙ quando natus eſt primo riſit. Immiſcent ſe hmōi artibus demones: ⁊ permittente deo fiunt que homines facere nullo pacto poſſent. Ut tamē iſta magis nobis innoteſcant ⁊ conſideranda nobis occurrit potentia demonum ſm triplicem reſpectum.

Primo reſpectu miraculoꝝ.
Secundo reſpectu deluſionū
Tertio reſpectu vexationū.

Qđ demones ꝙ̄uis non poſſint facere miracula: poſſunt tamē facere vera opera ſm facultatem hominum.

p Rimo ꝯſiderāda eſt demonū potentia reſpectu miraculoꝝ. Ubi a doctorib⁹ diſputať vtrū demones poſſint miracula facere. Et rñdet Alex. in. ij. volumie ſumme. q. xliij. ⁊ Tho. i. pte. q. cx. iiij. ar. iiij. ꝙ ſi miraculū proprie accipiť: demones miracula facere non poſſunt: nec aliqua creatura: ſed ſolus deus. qꝛ miraculuꝫ ꝓprie dr̄ qđ fit preter ordinē tot⁹ nature create: ſub quo ordine ois virt⁹ creature ꝯtineť. Diciť tñ qñqꝫ miraculū large: qđ excedit humanā facultatē ⁊ ꝯſiderationē. Et ſic demones poſſunt facere miracula: que ſcꝫ homies mirantur inquantū eoꝝ facultatē ⁊ cognitionē excedunt. Nam vn⁹ hō inquantū facit aliquid qđ eſt ſupra facultatē ⁊ cognitionē alterius: ducit aliū in admirationem ſui opis: vt quodāmodo videatur miraculū operari. Sciēdū tñ ꝙ ꝙ̄uis huiuſmodi opera demonum que mirabilia videntur ad verā rationē miraculi nō pertingant: ſunt tñ quandoqꝫ vere res. Sicut magi pharaonis ꝑ virtutē demonū veros ſerpentes ⁊ ranas fecerūt. Et ſicut qñ ignis de celo cecidit ⁊ familiā iob cū gregibus pecoꝝ vno impetu abſumpſit ⁊ turbo domū deijciens filios eius occidit: ſic etiam demonibus operantibus factum eſt vt terre athenienſium vaſtarētur aquis. Refert Aug. xviij. lib. de ciui. dei. c. ix. ꝙ poſtꝙ̄ cōdite fuerunt athene vt athene vocarenť: qđ certe

nomē a Minerua eſt: que grece athena dr̄. Hanc cauſam Varro indicat: cū apparuiſſet illic repēte oliue arbor: ⁊ alio loco aq̄ erupiſſꝫ regem pdigia iſta mouerūt. Et miſit ad apollinem delphicū ſciſcitandū qđ intelligendum eſſet quid ve faciendū. Ille reſpondit: ꝙ olea Mineruā ſignificaret: vnda Neptunū: et ꝙ eſſet in ciuiū poteſtate: ex cuius potius noie duoꝝ deoꝝ q̄rū illa ſigna eſſent ciuitas vocaret. Iſto Cecrops oraclo accepto: ciues oēs vtriuſqꝫ ſexus. Mos em̄ eis tunc in eiſdē locis erat vt etiā femine publicis ꝯſultationib⁹ intereſſent: ad ferendū ſuffragiū. conuocauit. Conſulta igiť multitudine mares ꝓ Neptuno: femine ꝓ Minerua tulere ſententias. Et quia plus vna inuēta eſt feminarū minerua vicit. Tunc Neptunus iratus marinis fluctibus eſtuātibus: terras athenieſium populat⁹ ē. qñ ſpargere latius q̄ſlibꝫ aq̄s difficile demonibus nō eſt. hec Aug. Sequiť Tho. vbi ē. ad. ij. ar. ꝙ ꝙ̄uis materia corpalis nō obediat angelis bonis ſeu malis ad nutū: nec demones ſua ꝟtute poſſint trāſmutare materias de forma in formā: poſſunt tñ adhibere q̄dam ſemina q̄ in climatibus mūdi inueniūť ad aliquos effectus complēdos. vt di. Aug. in. iij. de trini. Ideo oēs trāſmutatiōes corporalium rerū q̄ poſſunt fieri ꝑ aliquas ꝟtutes naturales ad quas ꝑtinent p̄dicta ſemina. poſſunt fieri ꝑ opationē demonū hmōi ſeminibus adhibitis: ſicut cū aliq̄ res trāſmutanť in ſpentes vel ranas que ꝑ putrefactionem generari poſſunt. Ille vo trāſmutatōnes corporalium rerū que nō poſſunt fieri ꝟtute nature: nulla opatōe demonis ꝑfici poſſunt ſm rei veritatē: ſicut ꝙ corpus humanū muteť i corp⁹ beſtiale: aut ꝙ corp⁹ hoīs mortuū reuiuiſcat. Dicta ſunt oia iſta ad ꝯfirmationē p̄cedentiū. Nā niſi pietas dei nobis ſubueniret a ptāte demonū nunꝙ̄ effugeremus.

Qualiter demones poſſunt multiplr̄ deludere ſenſus humanos.

s Ecūdo ꝯſiderāda ē demonū potētia reſpectu deluſionum. Ut enim dicit Bonauen. in. ij. diſtin. viij. qōne. iij. poſſunt demones deludere ſenſus humanos et hoc tripliciter.

Primo oñdēdo p̄ns eſſe quod nō eſt.
Scdo oſtendēdo rem aliter ꝙ̄ eſt.
Tertio abſcōdendo qđ preſens eſt.
Primū quidē facit ſpēs offerendo.
Scdꝫ q̄dē facit ſenſuꝫ vl' obiectū variādo
Tertiū vo impedimentū preſtando.

Primum intelligi pōt ſic. Qñ fantaſmata exiſtētia interius offerunť forti oblatiōe ipſi ꝟtuti interiori: vel ꝟtus interior fortiter illis intēdit. ſimilitudo rei videť eſſe veritas. Hoc manifeſtū eſt ꝑ naturā. Naꝫ frenetico ꝓpter aſcenſum fumoſitatū ad cerebruꝫ ex modica occaſione exteriori videť ꝙ videat vel audiat multa que nō ſunt ſibi p̄ntia. Silr̄ ꝑ fortez ꝯuerſionē intētionis fantaſma videť veritas. ſicut Aug. exemplificat: ꝙ quidā tāta cōuerſione recogitabat cuiuſdā mulieris imaginem: ꝙ ei carnalr̄ cōmiſceri videbať etiaꝫ vigilando. Per hunc modū pōt demon diuerſa homini facere apparere. Eſt de hoc exemplū in. ij. dialogoꝝ. li. Ubi narrat Greg. qualiter dum conſtrueret monaſteriū quoddā: i quo aderat ſanct⁹ Bñdictus: inuentū eſt ſub terra idolū qđdā eneū: qđ cū fratres portaſſent in coquinam viſum eſt eis ꝙ exiliſſet inde flāma ignis que totā coquinā potuiſſet incendere. Qđ cū per ſpm̄ cognouiſſet btūs Bñdictus: accurrit ad eos: ⁊ oīone facta fantaſticū illd euanuit. Secūdo poteſt diabolus deludere ſenſus oſtendēdo rem aliter ꝙ̄ eſt. Nā naturaliter pōt ꝯtingere hoc ꝓpter variationē aliquā ex parte organi: ſicut quādo humor ſanguineus vel vapor igneus deſcēdit ad oculos videť homini ꝙ ea q̄ exteri⁹ ſunt ſint rubea. vel ꝓpter variationē aliquā ex parte obiecti. ſicut cōtingit aliqñ ꝙ ex poſitione cādele: vel diſpoſitiōe palearū, videnť palee eſſe ſpētes

Tertio poſſunt diaboli deludere ſenſus abſcondēdo quod p̄ns eſt. Nā res que p̄ſens eſt duplr̄ pōt latere ſenſum noſtrū. Aut qꝛ impediť ꝟtus ſenſus: ne ꝑueniat ad ſenſibile. Aut qꝛ impediť ſpēs ſenſibilis ne ꝑueniat ad ſenſum. Et vtroqꝫ mō fieri pōt ꝟtute demonis. De hac deluſione diffuſe loquiť Aug. xviij. li. de ci. dei. c. xvij. ⁊ xviij. ⁊ xix. vbi inducit ꝙ tradunt gētiles de ſocijs diomedis conuerſis in volucres. dicūtqꝫ tēplū Diomedis eē i inſula diomedia nō longe a mōte gargano: q̄ eſt in apulia: ⁊ hoc tēplū circūuolare atqꝫ incolere aues illas tā mirabili obſeqo: vt roſtrum aq̄ impleāt ⁊ aſpgant: ⁊ eo ſi greci venerint: vel grecoꝝ ſtirpe ꝓgeniti: nō ſolū q̄etas eē: verū ⁊ ſup aduolare. Si aūt alienigenas viderint ſubuolare ⁊ capita tanꝙ̄ grauibus ictib⁹ vulnerare vt etiā ꝑimant. Nā duris ⁊ grandib⁹ roſtris ſad ad hec p̄lia ꝓhibenť armate. Hec Varro vt aſtruat cōmemorat alia nō minus incredibilia de illa magna ⁊ famoſiſſima circe q̄ ſocios qꝫ Ulixis ꝯuertit in beſtias: et de

archadibꝰ q̃ ſorte ducti tranſnatabāt quoddā ſtagnū: atq; ibi cōuertebanť in lupos: ⁊ cum ſiľibus feris ꝑ illius regiōis deſerta viuebāt Si aūt carne non veſcerenť humana rurſus poſt nouē annos eodē renatato ſtagno reformabanť in hoīes. Si eñ dixerimus hec non eſſe credēda: nō deſunt etiā nūc q̃ dicāt talia fuiſſe exꝑtos. Nam ⁊ nos inq̄t Aug. cum eſſemus in italia audiebamus talia de quadam regione illarū partiū: vbi ſtabularias mulieres in caſeo dare ſolere dicebāt imbutas his malis artibus: q̄bus vellēt ſeu poſſent viatoribus: vnde in iumēta ilico ↄ̄uerterenť ⁊ neccīa queq; portarēt poſtq; ꝑfuncta opera iterum ad ſe redirēt: nec tñ fieri in eis mētē beſtialē ſed rōnalem humanāq; ſuari. ſicut Apuleiꝰ in libris quos aſini aurei titulo inſcripſit ſibi ipſi accidiſſe vt accepto veneno: humano aīo ꝑmanēte aſinus fieret: aut indicauit: aut finxit. Hec vel falſa ſunt: vel tā inuſitata vt merito non credanť. Firmiſſime tamē credendū eſt non ſolū animū: ſed nec corpus quidē vlla rōne arte vel poteſtate demonū in membra ⁊ liniamēta beſtialia veraciter poſſe conuerti. Sed poteſt eſſe vt corpora ipa hoīm alicubi iaceant viuentia quidē: ſed multo grauiꝰ atq; vehemētius q̄ſ ſomno ſuis ſenſibus obſerata talisq; etiā ſibi homo eſſe videať: ſicut tal' videri ſibi poſſit i ſomnis: ⁊ portare onera que oñera ſi vera ſunt corꝑa portanť a demonibꝰ vt illudať hoībus. Nam quidam nomie Preſtātius patri ſuo cōtigiſſe indicabat: vt venenum illud ꝑ caſeū in domo ſua ſumeret: ⁊ iaceret in lecto ſuo quaſi dormiens: qui tamen nullo modo poterat excitari. Poſt aūt aliquot dies: eū velut euigilaſſe dicebat. ⁊ quaſi ſomnia narraſſe que paſſus eſt. caballum ſe ſciſ factū annonam inter alia iumēta militibꝰ baiulaſſe. Qḋ ita vt narrauit factū fuiſſe compꝑtum eſt. que tamen ei ſua ſomnia videbātur. Indicauit ⁊ aliud ſe domui ſue per noctē anteq̄ requieſceret vidiſſe venietē ad ſe philoſophum quēdam ſibi notiſſimū: ſibiq; expoſuiſſe nōnulla platonica que antea rogatꝰ exponere noluiſſet. Et cum ab eodem philoſopho queſitū fuiſſet cur in domo eius fecerat: qḋ i domo ſua petenti negauerat. Non feci inq̄t ſ; me feciſſe ſōniaui. Ac ꝑ hoc alteri ꝑ imaginez fantaſticā exhibitum eſt vigilanti: quod alter vidit in ſomnis. Hec ad nos eis referētibus ꝑuenerunt: quos nō eſtimamus fuiſſe mentitos. Hec Aug.

Qualr demones pñt vexare corꝑa.

t Ertio ↄ̄ſiderāda eſt demonū potentia reſpectu vexationū. poſſunt eniz vexare humana corꝑa vt inq̄t Aug. lib. de nā dēonū. Nā ꝓpter ſubtilitatē nature pñt penetrare quecūq; corꝑa ſine obſtaculo. Inſuꝑ poſſunt illa corꝑa ꝑturbare ⁊ moleſtare vt clare pȝ in euāgelijs: de his quos xp̄us liberauit. Diebus etiam meis aliq̄s mulieres demoniacas vidi: ⁊ audiui illas loquētes talia que nō niſi demōes dicere potuerūt: ⁊ virtute ieſu xp̄i liberate fuerūt. Inter ceteras tñ vna fuit Neapoli. āno dñi. M.cccclxx. de qua exꝑtus ſum que referā. Predicāte me ibi tēpore quadrageſimali ſonabat vndiq; rumor q̄ anime quorūdā defunctoꝝ intrauerāt corpus eius. Loquebať illoꝝ idiomata: commemorabat geſta: ⁊ q̄ nunq̄ ipa didicerat enarrabat. Acceſſit ad eā cū ſuis illuſtriſſimus calabrie dux regis ꝓmogenitus. Duxit eum in admiratione nō paruā: dū ſecretiſſima illorū defunctoꝝ aꝑiebat. Quadam ꝟo die ego ipe ad eam videndā acceſſi: ⁊ q̄ primuz intraui camerā: in qua multi aderāt: ipa ꝟo iuuēcla iacebat in lecto. cepit furere: oculos torquere vultūq; minacē ⁊ triſtē exhibere. Tandē damans aiebat. Tu veniſti huc? Ad q̄d? Ad q̄d? Ego rñdi. Ut tecū ꝓlier i noīe ieſu xp̄i glioſi. At illa. Quid vis? Uolo dixi ſcire: quiſnā es. Illa reſpondit. Ego ſum Stephanus ſiculus quondam armiger ⁊ ſtipendiarius. Ego ſubiunxi. Mentiris o fallax ⁊ immūde ſpiritus. Adiuro te per ieſum: in cuius nomine omne genu flectiť celeſtium terreſtrium ⁊ infernorum vt veritatē patefacias. Tunc cū grandi moleſtia illius corporis arrogāter reſpondit Ego ſum diabolus. At ego. Quare dicebas q̄ eras anima Stephani ſiculi? Et illa. Ut decipiam. Ad hoc enim intendimus: vt decipiamus: quia vellemꝰ omnes homines fore dānatos: ſicut ⁊ nos ſumus. Iterum ego interrogaui eam. Et quare me non decepiſti: ſed mihi verum confeſſus es. Ille addidit. Propter officium tuum: quia tu predicas euangelicam veritatez: ⁊ es inimiciſſimus noſter Ego replicaui. Quare. Quia inquit nos ſollicitamus homines vt perdantur: tu vero trahis illos vt ↄ̄uertanť. Dixi ad hec ego. Quis ego ſuz? Reſpondit. Tu es frater Robertus qui per omnez italiam pluribus annis fuiſti contrarius operibus noſtris: ⁊ nouiter veniſti Neapolim: et prima die quadrageſime predicaſti in caſtro coram rege Ferdinādo. Ego petij ab illo. Quare odio habetis deum. Reſpondit. Quia eiecit nos a celo empyreo: ⁊ priuauit nos dignitate noſtra. Et ne ītmorer multis: per longū ſpaciū ad interrogata rñdit. lȝ q̄nq; male libenter ⁊ ita docte ita efficaciť. ita etiā hoſtiliter veritatē exprimebat: q̄ oīno ⁊ infallibiliť dep̄hēdi ipm diabolum eſſe. Cui cū precepiſſem vt in nomie ieſu corpus illud exiret nec illud lederet: poſt multas cauillationes faciente miſericordia dei abceſſit. Remanſit vero puella illa pallida. Et a me interrogata quid faceret: reſpondit ſe a ſomno euigilaſſe cū oīm membroꝝ ſuoꝝ colliſione. Quare aūt deus permittat aliquando hoīes ſic vexari? Rñdeo q̄ hoc faciť aut ad maloꝝ punitionē: aut ad bonoꝝ purgationē ⁊ ꝓbationē: aut ad ſue glīe manifeſtationē. Iudicia tñ eius abyſſus multa.

Qḋ oēs volētes pñt nō ſolū reſiſtere demonibꝰ: ſ; etiā illos vincere ⁊ ſupare. Cap. III

c Um audiūt hoīes que de demonibꝰ dicta ſunt: nimio terrore corripiunť diffiduntq; poſſe ſaluari: ⁊ dū opus ē cū hoſtibus tam terribilibus conſerere manꝰ Ueruntamen vt Gregorius ait: debilis eſt hoſtis ⁊ non vincit niſi volentē. Quare facile ē non ſolū reſiſtere viribus demonū: ſed etiam illos vincere ⁊ ſuperare. Qḋ vt plene innoteſcat in hoc tertio myſterio oſtendemus q̄ q̄libet volens diabolū ⁊ oēs demones ad maluz nos impellentes pōt cōfundere. Probabimꝰ aūt hoc triplici rōne.

Primo rōne ligationis.

Scdo rōne cuſtoditiōis.

Tertio rōne ꝑmiſſiōis.

Qḋ per dñm ieſum xp̄m ligata eſt poteſtas demonum.

p Rimo pōt vnuſquiſq; diabolo reſiſtere: ⁊ illūq; vincere ⁊ ſuperare rōne ligationis: quia per dñm ieſuz ſaluatorē noſtrū eius poteſtas eſt ligata. Un̄ Apocal'. xx. Johannes ait. Uidi angelū. i. xp̄m deſcendentē de celo: habentē clauē abyſſi: ⁊ catenam magnā in manu ſua. Et apꝑhendit draconē ſerpentē antiquū: qui eſt diabolus ⁊ ſathanas ⁊ ligauit eū. Notandū tñ ſm Boñ. diſt. xix. tertij libri. ar. i. q. iij. q̄ ſicut etiā dicit magiſter in textu: per paſſionē xp̄i ſumꝰ a poteſtate diaboli liberati: oēs quidē quantū ad ſufficientiā: ſed illi ſoli qui ſunt de eius corꝑe: qḋ eſt eccľia: quātū ad efficaciā. Diabolꝰ eñ ante paſſionē xp̄i habebat duplicē manū. ſcȝ attrahentē: ⁊ impellentē. Manus attrahens erat poteſtas trahendi ad limbū etiā iuſtos ⁊ ſanctos. Manus impellēs erat poteſtas precipitandi in malū: vl' per fallaciā vel per violētiā: q: tēptabat vt draco: tēptabat vt leo. Et prima manus. ſ. attractiua erat tante potētie vt nullus poſſet ei reſiſtere. Et hec fuit ei oīno amputata per xp̄m. Jam eñ nullū iuſtum pōt ad limbū trahere: q: per paſſionē xp̄i deletū eſt cyrographū peccati ade. Manū aūt impellentē habebat ita fortē vt cū magna difficultate poſſet quis ei reſiſtere. Et ideo fere in oībus regnabat. Oēs eñ vel ſuꝑabat ꝑ fraudulentiā vel per violentiā. Et hec poteſtas debilitata eſt per xp̄m: per quē lumen veritatis aperitur contra fraudulentiā diabolicā: ⁊ adiutoriū virtutis tribuiť contra diabolicā violentiā. Apparuit aūt lumē veritatis ⁊ interiꝰ per diuinā inſpirationē: ⁊ exterius per humanam inſtructionē. Iā eñ oībus eſt veritas ꝓpalata: ⁊ ideo deſtructa eſt idolatria que priꝰ regnabat. Adiutoriū etiā virtutis tribuiť per grē infuſionē q̃ reprimit cōcupiſcentiā.

Qḋ ꝓpter angelū cuſtodientē poſſumꝰ diabolo reſiſtere.

s Ecundo pōt vnuſquiſq; diabolo reſiſtere illūq; vincere ⁊ ſuperare rōne cuſtoditionis. Nā habēt oēs hoīes angelū cuſtodiētē: vt Hiero. docet ſuꝑ Mattheū. ⁊ ponit magiſter in. ij. di. xi. Quare ſi tēptat diabolus ad malū: angelus cuſtodiens inducit ad bonū. De cuſtodia vero bonoꝝ angeloꝝ dictū eſt in quadrageſimali in ſermone de amore dei ad aīam. ideo hic non curo diffuſiꝰ de illa tractare.

Qḋ deꝰ nō ꝑmittit vt diabolꝰ tēptet hoīem ꝓ voluntate ſua.

t Ertio poteſt vnuſquiſq; diabolo reſiſtere: illumq; ſuperare ratione permiſſionis. Ut enim dicit apoſtolus i. ad Corinth. x. Fidelis deus eſt qui non permittit vos temptari ſupra id quod poteſtis: ſed faciet cum temptatione ꝓuentum. Nūq̄ ergo deus ſinit aliquē a demone impugnari cui non preſtet gratiā ne decipiatur aut opprimatur. Noſtra igitur intereſt fortiť dimicare. quia ſi legitime certauerimus coronabimur. quia vt dicitur Jacobi. i. Beatus vir q̄ ſuffert temptationem: quoniam cum probatus fuerit accipiet coronaz vite. quam nobis largiatur chriſtus dei filius qui viuit ⁊ regnat per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

De cognitione ſuperbie que fugienda eſt: ne cum angelis ruentibus deputemur.

Sermo V

Aulum ad modum

p
ꝓdeſſet nobis intelligere q̄ dicta
ſunt de iudicio dei cōtra angelos
trāſgreſſoꝛes niſi omni ſtudio ⁊ diligētia ela
boꝛauerimus tumentē ſuperbiā fugere ⁊ de-
teſtari. Ipſa ſiquidem eſt oīm vitioꝝ regina
quā difficile multi cognoſcunt:q2 vitium eſt
ſpūale:latet in coꝛde:viget in mēte:feruet in
aio:⁊ ſola voluntate deliberata cōplet:Quia
tñ ꝑ extrinſeca cognoſcunt intrinſeca: vt ſic
ſupbiā cognoſcamus: mūdoſcꝫ nos ab eius
labe reddamus:de fructibus ⁊ ſignis ſuperbie
dicem⁹ in pñti. Diſtinguemus aūt ſub tribus
articulis.xij.fructus.

Fructus p̄mi articuli.
Primus fructus eſt extollentia.
Secūdus arrogantia
Tertius vana gloꝛia.
Quartus iactantia.

Fructus ſecūdi articuli.
Primus fructus ambitio.
Secūdus hypocriſis.
Tertius pertinacia.
Quartus ingratitudo

Fructus tertij articuli.
Primus fructus inobediētia.
Secūdus curioſitas.
Tertius contentio.
Quartus p̄ſumptio.

Qō ſuperbi deificant ſeipſos ⁊ ſpernunt
deum celi:quia ſe cognoſcere nolunt.

Articulus I

p
Rimus fructus q̄ ſignū eſt ſupbiē
animi extollētia dr quādo.ſcꝫ aliq̄s
ꝓpter dona aut nature aut foꝛtune
vt ſic loq̄mur:aut ſpūalia:aut coꝛpoꝛalia:aut
tpalia:puta ꝓpter diuitias:generis nobilita
tem:coꝛpis foꝛmoſitatē:robur ⁊ foꝛtitudinē
elegantiā:ſubtilitatē ingenij:fecunditatē me
moꝛie:⁊ ſilia deificat ſeipm̄.⁊ deū cognoſcere
negligit. Contra illud qō dr Biere.ix. Non
gloꝛiet ſapiēs in ſapia ſua:nec foꝛtis in foꝛti
tudine ſua:nec diues in diuitijs ſuis:ſꝫ in hoc
gloꝛiet q̄ gloꝛiat ſcire ⁊ noſſe me. Sequit ex
hoc ignorātia ſui:que obliuionē inducit infir
mitatis ⁊ fragilitatis humane. Et certe dam-
nificat in hoc homo:dū deficit ab ea regl'a q̄
cūctis eſt oīs ſapie fundamentū. Uoce q̄ ꝓpe
oīm tam ſanctoꝝ ꝙ pħoꝝ cognitio ſuijpſius
p̄dicat lex ꝓcipua fructifere vereq̄ ſapiētie.
Unde Bern.li.de ꝯſideratione ad Eugeniū
ait. Noueris lꝫ oīa myſteria lata terre:alta ce
li:ꝓfunda maris:ſi te neſcieris:ſilis eris edi-
ficanti ſine fundamēto:ruinā non ſtructurā
facies. Et Aug.in ꝓemio quarti lib.de trini.
Laudabilioꝛ eſt animus cui nota eſt infirmi
tas ꝓpꝛia:ꝙ qui ea nō reſpecta vias ſiderū:
fundamēta terrarū:⁊ faſtigia celoꝝ ſcrutat.
Et Hugo lib.i.de aia. Melioꝛ eſt ſi teipm̄ co
gnoſcas:ꝙ ſi te neglecto cognoſceres curſus
ſyderū:vires herbarū: complexiones hoim:
naturas animaliū celeſtiū ⁊ terreſtriū ſciam
haberes. Multi eñ multa ſciūt:⁊ ſeipſos ne-
ſciunt:cū tñ ſumma pħia ſit cognitio ſui. Et
Macrobius li.de ſomno Scipiōis. Delphici
vox hec fuit oꝛaculi cōſulēti ad beatitudinē
quo itinere ꝑuenire poſſet. Si te inq̄t noue-
ris. Supbi itaq̄ ꝯtempto deo in ſeipſis con-
fidunt:nō arbitrātes deū ſuperioꝛem: nec ſe
ꝑpetuis paſſionibus ⁊ moꝛti ſubiectos. Talis
erat ſupbia Atrei:qui dū fratris filios in odi
um occidiſſet dicebat. Equalis aſtris gradi-
oꝛ:⁊ cūctos ſupoꝛaltū ſupbo vertice attingens
celū. Talis fuit ſupbia romanoꝛū. de quibus
Aug.li.i.de.ci.dei.c.i.dicit ꝙ ad tantā ſuper
biam extollentiā reputationēq̄ deuenerunt.
ꝙ ſe deos eſtimabāt. Unde inq̄t. Hoc vo qō
dei eſt:ſuperbe q̄ꝫ aie ſpūs inflatus affectat:
amatq̄ ſibi in laudibus dici. Parcere ſubiectis
⁊ debellare ſupbos. Talis fuit ſupbia Domi-
tiani impatoꝛis:q̄ vt ſcribit Suetoni⁹ Eutro
pius.⁊ Beda li.de tpibus fuit Ueſpaſiani fi
lius ⁊ frater iunioꝛ Titi. Cui Tito Domitia-
nus in impio ſucceſſit:immo ita fuit regnan
di cupidus ꝙ ſepe fratrē iterficere ſatagebat
⁊ clam ⁊ palā ſemꝑ fraudes illi parabat quē
Titus ſemꝑ ferebat patiēter. Tandē moꝛtuo
Tito:in imperiū ſublimatus oſtēdit ſe in pn-
cipio moderatū valde:ſimulauit diligere ſtu-
dia lrarum ⁊ bibliothecas reficere: ita vide-
batur hoꝛrere cedes: vt ne boues immolare
mandauerit. Sed firmatus ſeuerus appar-
it. Senatoꝛes etiā nobiliſſimos occidit. Per
ſecutus eſt xp̄ianos ⁊ iudeos ſm̄ Euſebium
lib.iij.hiſtoꝛie eccleſiaſtice. Et ſm̄ Oꝛoſiū li.
vij.ſe deum ⁊ dominū iuſſit appellari:⁊ in cū
ctis p̄moꝛdijs lrarū ſuarū dicebat. Domin⁹
⁊ deus veſter Domitianus ita mādat. Tādē
deo permittēte a cubicularijs ſuis ſeptē vul-
neribus acciſus eſt anno etatis ſue q̄drageſi
moq̄nto. Ad extollentiā inſuper aſcendit coꝛ
Herodis agrippe qui occidit Jacobū ⁊ Pe-
trum incarcerauit. Refert quidē Joſephus
xix.antiquitatū lib.ꝙ cum ceſareā aduenijſſꝫ
⁊ ad eum totius prouincie viri vnanimiter

cōueniſſent:ille veſte fulgenti ex auro: argen
toq̄ mirabiliter cōtexta indutus: incipiente
die ꝓceſſit ad theatrū. vbi cū p̄mos ſolis ra
dios veſtis argentea ſuſcepiſſet:repcuſſo ſplē
doꝛe duplicatā ſpectātibus lucē fulgoꝛ metal
li vibrātis effudit vt intuētibus perſtringeret
aciem terroꝛ aſpectus. Ilico adulantis vulgi
cōcrepant voces dicētis. Hucuſq̄ vt hoiem
te timuimus:ſꝫ ex hoc iam ſupꝛa humanā na
turā te eſſe fatemur. Et dū adulatoꝛijs demul-
ceret honoꝛibus:⁊ oblatos ſibi diuinos hono
res nō reſpueret:repente moꝛtifero viſcerum
doloꝛe coꝛripit:⁊ dū ꝑ manus ſuoꝝ deportare
tur dicebat. En ego veſter deus ducoꝛ ad moꝛ
tē. Uixit igit quinq̄ dies ⁊ vermibus eius vi-
ſcera coꝛrodētibus expirauit. Nec mirū:q2 vt
dicitur Jaco.iiij.c. Deus ſuperbis reſiſtit. Et
Seneca tragedia.i. Sequit ſuperbos victoꝛ
a tergo deus.

Qō ſuperbi cum ſuis ꝓximis cōuerſantur
arroganter.

s
Ecūdus fructus ſuperbie:qui ſignū
eſt ſuperbi coꝛdis arrogantia dicit.
Hic facit ꝓximos paruipēdere: ⁊ in
dictis geſtis moꝛibus cūctiſq̄ extrinſecis re-
bus ſupbe cū ꝓximis ſe habere. Qui ſic eſt ar
rogans ſuperbe incedit:ſupbe loquit:ſuperbe
Octaua plaga. Uenit locuſta ⁊ deuoꝛauit frumentū. Quia in quolibet mēſe kalēdarij duo dies atro coloꝛe tanꝙ̄ abominādi ſignati ſunt. Iō nota ſm magr̄m ꝙ egyptiaci idō dicunt̄: qꝛ in his paſſa eſt egypt'. Ob qꝺ voluit mr̄ eccl'ia illos in kalēdario poni: vt diuina miracula ſemꝑ nobis exēplo ſint. Mathematici ṽo dicūt: ꝙ ꝑitiſſimi egyptioꝝ aſtrologi: quaſdā ꝯſtellationes nociuas humanis actibus in ſingulis mēſibꝰ deꝑhenderūt: q̄rū conſtellationū pūcta vulgus ꝓpter imperitiā vitare nō poterat. Quapꝛopter cautuꝫ eſt vt tota dies obſeruaret̄ ꝓpter hoꝛā illius abominabilis lucis. i. diei. Sꝫ hoc obſeruari ꝓhibitum eſt. xxvi. q. vij. c. nō obſerueſ. Nona plaga habet̄ Exo. x. Facte ſunt tenebꝛe hoꝛribiles in omni terra egypti. Ubi aūt filij iſrael habitabāt lux erat. Nico. de lira. Dicunt̄ hoꝛribiles: qꝛ viſione imaginaria videbāt mlt'a fantaſmata vt terreret̄. Decima plaga fuit ꝑcuſſio ⁊ moꝛs ꝑmogenitoꝝ. qñ Moyſes expletis oībus que deus iuſſerat: ⁊ acceptis vaſis aureis ⁊ argēteis mutuo ab egyptijs: factū eſt noctis medio ꝑcuſſit dñs oīe ꝑmogenitū in terra egypti: nec erat dom' in q̄ nō iaceret moꝛtu'. Dicit magiſter in hiſto. ꝙ executio iſta fc̄tā fuit ꝑ manū boni āgeli: q̄ apparuerat moyſi in rubo in perſona dei. Aug. tñ ſupꝛ illū locū. ps. Immiſſiones per angelos malos. ait. Poſſumus ſine dubitatione malis angelis attribuere moꝛtes peccatoꝛum. Nocte igit̄ illa cōgregato oīni populo iudeoꝛum pꝛecingere ſe ad iter: ⁊ mane omnes ſimul iter arripuere. In egreſſu vero eoꝝ vt di

eit magiſter: facto terre motu multa templa
egypti cū ſuis idolis corruerunt. Adhuc aūt
factū eſt ꝙ nilus preter ſolitū inundans ter-
rā in qua ſepulcrū ioſeph erat cooperuit. Te-
nebantur aūt iudei ex iuramēto aſportare oſ-
ſa eius. Tūc moyſes ſcripſit in lamina aurea
nomen dñi tetragrāmaton: que iniecta aque
ſupernatauit: vſqꝫ dū veniens ſtetit ſupra vbi
erat ſepulcrū. Et effodientes ſuſtulerunt oſſa.
Nico. de lira ſuper. xiij. c. Exo. hoc īpugnat di-
cens. Que dicuntur de nilo ⁊ oſſibꝰ ioſeph: vi-
dent̄ eſſe ficticia. Tum: qꝛ gloſe hebraice ⁊ io-
ſephus talia nō dicūt: lꝫ imponat̄ eis ab illis
qui libros eorꝫ non viderunt. Tum: qꝛ vna
de cauſis quare oſſa ioſeph remāſerūt in egy-
pto fuit: vt per eiꝰ ſepulcrū memoria bñficio-
rū eiꝰ apud egyptios diutius remaneret: ⁊ ſic
ppl̄us iſrael mitius tractaretur. Ideo nō eſt
veriſil̄e ꝙ oſſa eius eſſent poſita in pratis vl̄
in campis vbi aque poſſent inundare: ſed in
loco valde ſolenni ⁊ celebri: vbi aque nō poſ-
ſent inundare. maxime cū tpe mortis eiꝰ eēt
potentiſſimꝰ ⁊ regi ⁊ ppl̄o predilectꝰ. Verūtñ
hec ratio infringi pōt de facili: eo ꝙ nō eſt in-
conueniens qñqꝫ aquas ⁊ maris ⁊ fluminꝫ
preter ſpem ⁊ vltra ſolitū inundare. Ariſto. i.
methauroꝝ tractatu vltimo ſm nouā trāſla-
tionē: ſm vero veterē eſt in ſecūdo. dicit. Nō
ſemper autē eadē loca terre neqꝫ aquoſa ſunt
neqꝫ arida: ſꝫ permutant̄ ſm fluuioꝝ genera-
tiones ⁊ defectꝰ. Propt̄ quod ⁊ aque circa ari-
da permutant̄ ⁊ mare: ⁊ nō ſemper hec quidē
terra: hic aūt mare pſeuerat oī tpe: ſed fit ma-
re quidē vbi arida. Vbi aūt nūc mare: iterꝫ
hic terra. Scđm tñ quendā ordinē putare oꝫ
hoc fieri ⁊ periodū. Itē ſm Ariſto. videtur ꝙ
cauſa iſtarū mutationū ſit motꝰ celi cū ſole ⁊
ſtellis: ⁊ planetarū cōiunctiōes. Inuenimus
nanqꝫ ꝙ tpe Gregorij ſecūdi vt narrat Rico-
baldus in chronica: diluuiū rome fuit ꝓpter
aquas tyberis: qui tantū intumuit vt in via
lata ad homis ſtaturā ⁊ ſemis fuerit. durauit
qꝫ diebꝰ ſeptē. Letanijs actū eſt ad deū ⁊ ceſſa-
uit. Iterū anno xpi milleſimo ducēteſimoter-
tio: terremotꝰ in creta permaximꝰ mare adeo
cōcuſſit: vt aquas maris impulerit in ciuita-
tem candiā tanto impetu ꝙ oīa edificia rui-
nauit: ⁊ oēs hoīes fere occidit. mox adeo retro
ceſſit mare ex portu vrbis: vt vbi aqua ꝓfun-
da erat: nunc nulla videretur: arene fundi ma-
ris oculis hoīm patuerunt. Anno ab vrbe cō-
dita quingenteſimo: flumen tyberis vltra ſo-
litum intumeſcens rome edificia in plano po-
ſita deleuit. Sic potuit illa nili inundatio eſſe
ſingularis: ita vt ſepulcrum ioſeph cooperue-
rit. Sed iſta ad rem non faciunt. Nos tñ ea
que ſcriptura tradidit proſeq̄mur. Egreſſus
ergo fuit moyſes cum illa multitudine ⁊ per-
uenit ad mare rubrum. Pharao autem ſecu-
tus eſt cum certis curribus ⁊ equitibus quin-
quaginta milia ⁊ trecentis milibus peditibus
armatorum. Leuantes oculos iudei timue-
runt valde: quia nec fugere poterant nec pu-
gnare eo ꝙ inermes erant. Quos conforta-
uit moyſes: ⁊ de mandato dei tetigit mare: ⁊
aqua diuiſa eſt: ⁊ populus dei pertranſiuit ſic-
co veſtigio. Nec hoc diſcredendum dicit ioſe-
phus: cum Alexandro macedoni ⁊ exercitui
eius Darium inſequenti: mare pamphilicum
diuiſum fuiſſe legatur: deo volente: qui per eū
perſarum regnum deleri volebat. Egyptij ve-
ro tranſire temptantes omēs perierunt. quo-
niā aque que velut muri fuerant diuiſe ex mi-
raculo deinceps vnite ſunt ⁊ coniuncte. Sic
qꝫ turpiter pharao ⁊ omnes ſui exercitus in
mari rubro perierunt. Dicit autem Paulus
Oroſius libro primo ſic. ꝙ extant nunc cer-
tiſſima horum monumenta geſtorum. Nam
tractus curruum rotarumqꝫ ſigna orbice: nō
ſolum in littore: ſed etiam in profundo quo-
uſqꝫ viſus admittitur peruidentur: et ſi forte
ad tempus vel caſu vel curioſitate turbantur
continuo diuinitus in priſtinam faciem ven-
tis fluctibuſqꝫ reparant̄. Hec ille. Timendus
ergo ab omnibus eſt deus: qui etiā creaturas
ſuas armat ad vltionem inimicorum ſuorꝫ
qui ſit ſemꝑ bñdictꝰ in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

De iudicio dei contra iudaicum populū in-
gratum de deo murmurantem.

Sermo XI

Nisi fuiſſent pecca-

ta grandia populi iudaici: nō tam
frequenter pius ⁊ miſericors deus
in deſerto duris caſtigationibus illum viſitaſ-
ſet. Elegit nanqꝫ iudeorum gentem pre cete-
ris nationibus mundi: ⁊ tamen quanto plu-
ra illis collata ſunt dona ⁊ bñficia: tanto cre-
brius ad iracundiam deum ſuis ſceleribus cō-
citauerunt. Idcirco in hoc ſermone de iudicio
dei contra iudeos criminoſos in deſerto dice-
mus. De quibus tria myſteria proponimꝰ
declaranda.

Primū dr̄ bñficioꝝ largitio
Secundū multoꝝ pctōꝝ cōmiſſio.
Tertiū diuerſarū penarū incuſſio.

De ſeptē ampliſſimis bñficijs q̄ largitꝰ eſt
deꝰ ppl̄o iudeoꝝ. Caplm̄ I.

Ignatus eſt deus clementiſſimꝰ am-
pliſſima beneficia elargiri populo iu-
deoꝝ: poſtq̄ illū liberauerat de ſerui-
tute egyptiaca. Ob quod gentiles cōuerſi ad
fidē dicebāt iudeis baptizatis: vt refertur in
prologo in epl̄am ad Romanos. Quāto ma-
iora erga vos dei bñficia narraueritis: tanto
maioris vos criminis reos eſſe monſtrabitꝭ.
Ut ergo de beneficijs populo iudaico exhibitꝭ
plenam noticiaꝫ habeamus: in hoc myſterio
ſeptem beneficia erunt enumeranda atqꝫ diſ-
ſerenda.

Primū dr̄ aquarū dulcoratio
Secūdū celeſtis cibatio.
Tertiū viarū directio.
Quartū aque de petra eductio.
Quintū inimicoꝝ expugnatio.
Sextū legis illuſtratio.
Septimū miraculoꝝ frequēs coruſcatio.

De dulcoratiōe aque fluminis marath.

Rimū bñficiū quod largitus eſt deꝰ
populo iudeoꝝ fuit aquarū dulcora-
tio. Ut eñ ſcribit̄ Exo. xv. poſt trāſi-
tū maris rubri: egreſſi ſunt in deſertū ſur: am-
bulaueruntqꝫ tribꝰ diebꝰ per ſolitudinē ⁊ non
inueniebant aquā: ⁊ venerunt in marath nec
poterant bibere aquas de marath: eo ꝙ ama-
re eſſent. Et hoc dicit Amb. de conſe. diſt. ij. c.
Reuera. Marath fluuius amariſſimꝰ erat:
ita vt ſitiens ppl̄us bibere non poſſet. Scđm
Nico. de lira ſuper hoc paſſu Exo. qđ dr̄. Vene-
runt in marath. fit per anticipationē, qꝛ locꝰ
ille adhuc non vocabat̄ marath: ſed ſic voca-
tus eſt a filijs iſrael ꝓpter amaritudinē aque
ſm ꝙ ſubditur in textu. Vñ ⁊ cōgruū nomen
loco impoſuit: ſcꝫ populus iſrael. Magiſter in
hiſtoria addit. Non ſolū dicebat̄ marath pro
amaritudine aque: ſed etiā pro amaritudine
animi. Amarior quidē eſt qui ſitit: qui nō in-
uenit potum: q̄ ſi inuentū guſtare non poſſit.
Recitat ſm hoc ꝓpoſitū Plutarchus in vita
marci antonij ꝙ dū marcus antoniꝰ cōtra in-
dos ⁊ parthos bellū gereret: vexatꝰ ab eis ꝑ
iuga montiū cū exercitu fugiebat. Edebāt nā-
qꝫ romani multis diebꝰ radices ⁊ herbas in-
cognitas ⁊ cruciabant̄ a ſiti: qꝛ in montibus
per quos ibant non erant aque: ⁊ parthi tene-
bant planicies. Venerūt tandē ad flumen cu-
ius aqua erat gelida ⁊ clara: ſed quia erat ſal-
ſa faciebat viſcera doloroſa. Ob quod flebāt
oēs velut conſpicerent paratā mortē. Quare
marcus antonius coegit quen iā familiarem
ſuū vt qñcūqꝫ iuberet ſibi caput abſcinderet:
vt neqꝫ viuus poſſet ab hoſte ledi: neqꝫ cogno-
ſci mortuus. Ab his tñ periculis tandē euaſit
Sic ergo ppl̄us iudeoꝝ querelis ⁊ lamenta-
tionibus replebatur. Clamauit ad dñm moy-
ſes: ⁊ oſtēdit ei lignū: qđ cū poſuiſſet in aqua
mox aq̄ dulcorate ſunt ⁊ facte potabiles. Sed
ego puto maius nobis xpianis beneficiū cō-
ceſſum qñ in aquis xp̄s baptizari voluit: inſi-
nuans baptiſmū in aqua fore fiendū. Iudei
nāqꝫ in aquis marath dulcoratis refocillarūt
corpa ſua: nos in aquis baptiſmi recreamus ani-
mas: ⁊ ſpiritualiū donoꝝ vbertate illas reple-
mus. De effectibus aūt baptiſmi dixi in qua-
drageſimali de pnia in ſermone de baptiſmo.

De coturnicibus ⁊ manna.

Ecundū beneficiū qđ largitꝰ eſt deꝰ
populo iudeoꝝ: fuit celeſtis cibatio.
Scribit̄ nāqꝫ Exo. xvi. ꝙ trigeſimo
die ab exitu eoꝝ de egypto defecerūt eis victu-
alia. Cūqꝫ oraſſet moyſes ad dñm veſpe aſcē-
dens coturnix de ſinu arabico: vbi p̄cipue nu-
tritur ſm magiſtrū in hiſtoria. operuit caſtra
⁊ ad libitū populi capiebatur. Nico. de lira in-
quit. Coturnix eſt auis pinguis ⁊ ſapida. Et
ſumitur ſingl̄are ꝓ plurali. i. multitudo cotur-
nicū. Mane vero cū oraret moyſes: deſcēdit
manna. Et vt ſcribit̄ Nume. xi. Erat manna
quaſi ſemen coriandri: coloris bdellij: qui eſt
ſicut cryſtallꝰ ſm Nico. de lira. Circūibatqꝫ po-
pulus: ⁊ colligens illud frangebat mola ſiue
terebat in mortario coquens in olla: ⁊ faciēs
ex eo tortulas. Et vt habet̄ Exo. xvi. erat gu-
ſtus eius quaſi ſimile cū melle. Ubi dicit Ni-
co. de lira. Simila eſt farina tritici delicatiſſi-
ma. Sapor igitur illius manne erat quaſi ſa-
por panis facti de ſimila cū cōmixtiōe mellis.
Scđm aūt Nico. de lira. de iſta manna fuerūt
octo mandata. Primū vt mane colligerēt.
Hora eñ colligendi erat poſt ortum ſolis: ele-
uato rore qui erat ſuper manna per vapores.
Erat quidē deſuper manna ros congelatus:
qui reſoluebatur oriente ſole. Quare manna
colligi poterat vſqꝫ ad horā ſextā: ⁊ tunc inci-
piebat liquefieri ad modū pruine. Ad ignem
vero indurabatur ⁊ formabātur inde panes.

Secundū mandatū fuit vt colligerent ad
ſufficientiā ⁊ non plus. Tertiū vt comede-
rent menſurā gomor. Sed dubiū hic oritur.
quia non eſt idem per ſingula capita mediūꝫ
omnibus. ſicut dicitur. ij. ethicoꝝ: ꝙ non ideꝫ
eſt medium miloni: de quo dicitur ꝙ comede-

bat in die bouem int egrū qui erat ſufficiens pluribus hoībus. Ideo cibus cōueniens vni alteri plus indigēti eſt deficiēs: ⁊ min⁹ indigenti eſt ſupabundans. Reſpondet Nico. de lira ꝙ iſte cibus dabaƭ diuino miraculo. ita eodem modo fiebat vt plurimū indigēti ſufficeret: ⁊ a min⁹ indigēte cōſumi abſq; ſuperfluitate valeret. Dicit aūt ioſephus ꝙ ex diuina ꝓuidentia factū fuit hoc ne ex cupiditate et guloſitate illi qui fortiores erāt plus debito vellent colligere: ⁊ ſic debiliores debito alimento ꝑuarenƭ: ⁊ in ppl'o ſeditio oriret. Quartū mandatū fuit: vt nō relinquerēt vſq; mane. Et dimiſerūt quidā. ſ. dathā ⁊ abiron vt dicūt hebrei: ⁊ ſcatere cepit ꝟmibus ⁊ cōputreſcere. Hoc ꝟo nō cōtigit ex natura māne: quia ſuari poterat. Sed erat ex volūtate dei ne aliqui ex cupiditate ⁊ guloſitate plus debito vellent colligere ad ſuandū quod eſſet occaſio maloꝝ. Quītū preceptū fuit: vt die ſexta colligerent duplū. Sextū vt reſeruarēt vnū gomor ꝑ ſabbato. Septimū vt illud comederent in die ſabbati. Octauū vt impleret vas cōtinens gomor ad reſeruandū in futuras generatiōes. De iſto māna dr Sap. xvi. Panem de celo ꝑſtitiſti illis ſine labore: omē delectamentū in ſe habentē: ⁊ oīs ſaporis ſuauitatē. Nico. de lira ait. Hoc intelligiƭ non ex natura manne: ſ ex merito ſanctoꝝ hominū qui eum comedebāt quib⁹ ſapiebat ſicut deſiderabant. Malis enī hoībus ex eoꝝ demerito deſipiebat. Unde Numeri. xi. c. dicebant. Nihil vident oculi noſtri niſi māna. Anima noſtra nauſeat ſup cibo iſto leuiſſimo. Et dicebatur panis de celo: quia gnābatur in celo aereo. ⁊ panis angeloꝝ: quia in deſcēſu manne coopabanƭ angeli: nō ꝙ angeli ipō veſcerentur. quia ipſi non indigent cibo corporali. Hoc cibo aliti ſunt filij iſrael quadraginta annis donec venirent in terram habitabilem. ſ. in terrā Chanaam: que fuerat eis promiſſa. Et vt dicit Nico. de lira. nō ſtatim defecit māna cum intrauerūt illam: q2 tranſito iordane fecere circūciſionem in galgalis: ⁊ poſtea celebrauerūt paſca: ⁊ in craſtino paſce ceſſauƭ manna. vt habetur Joſue. v. ca. Satis tamē cito poſt ingreſſum terre Chanā defecit. Miranda profecto ſunt omnia que de iſto cibo dicta ſunt. Et vt dicit Ambro. libro de ſacramentis. reuera mirabile eſt fratres: ꝙ māna plueret dominus patribus in deſerto: qui qtidiano celi paſcebanƭ alimento. Uerūtamē his omnibus maius eſt: quod nobis chriſtianis exhibetur. verū ſcilicet corpus chriſti in ſacramento altaris.

De mirabili ducatu populi iudaici.

t Ertium beneficiū quod largitus ē deus populo iudeoꝝ: fuit viaruꝫ directio. Ut enī habeƭ Exo. xiiij. Angelus domini ꝓcedebat caſtra iſrael: ⁊ cum eo pariter columna nubis. Et Numeri. ix. dicƭ. ꝙ die qua erectū eſt tabernaculū: opuit illud nubes. A veſpere aūt ſuper tentorium erat quaſi ſpecies ignis vſq; mane. Sic fiebat iugiter per diem operiebat illum nubes. ⁊ ꝑ noctem quaſi ſpecies ignis. Cumq; ablata fuiſſet nubes que tabernaculū protegebat tunc proficiſcebātur filij iſrael: ⁊ in loco vbi ſtetiſſet nubes: ibi caſtrametabātur. Ad imperiū domini proficiſcebanƭ: ⁊ ad imperium illius figebant tabernaculum. Cunctis diebus quibus ſtabat nubes ſ tabernaculū manebat in eodē loco. Dicit Nicolaus de lira. ꝙ nubes mouebatur angelico ꝑſidio vel miniſterio. Sꝫ maius beneficiū nobis chriſtianis cōceſſum eſt quibus via ſummi boni verbo et exemplo a chriſto eſt manifeſtata. Nam cuꝫ philoſophi plurimū deſudaſſent querētes noſcere i quo ſummū bonū conſiſteret: euanuerūt in cogitationibus ſuis. Et Uarro vt refert Auguſtin⁹ xix. libro de ciui. dei. capl'o ꝑmo. dicit ducentas octogintaocto opiniones falſas de beatitudine philoſophos ipōs habuiſſe. O vere ſecula aurea: chriſti preſentia illuſtrata. O felicia tempora noſtra in quibus omnes qui volunt ſcire poſſunt. ꝙ ꝑfecta beatitudo cōſiſtit in deo. Hinc Lactan. lib. vij. diuinarū inſtitutionum ait. Pater enī noſter ⁊ dominus: qui condidit firmauitq; celum: qui libratam magnitudine ſua terrā vallauit montibus. mariq; diſtinxit: ⁊ quicquid eſt in hoc opere mūdi conflauit ⁊ perfecit e nihilo: perſpectis erroribus hominū ducem miſit: qui nobis viam iuſticie panderet. Hunc ſequamur oēs: hūc audiamus: huic deuotiſſime pareamus: quoniam ſolus vt ait Lucretius. Ueridicis hominum purgauit pectora dictis. Et finem ſtatuit torpedinis atq; timoris. Oſtenditq; bonū ſummū quo tendimus oēs. Quid foret atq; viam monſtrauit limite paruo. Nec tm̄ oſtendit ſed etiā ꝓceſſit: ne quis difficultatis gratia iter ꝟtutis horreret.

De fluxu aq̄ de petra contra naturā.

q Uartū beneficiuꝫ fuit aque de petra eductio. Ut enī habeƭ Exo. xvij. duꝫ veniſſent in raphidi. defeciſſetq; aq̄ dixit Moyſes ad dominum. Adhuc puſillū et lapidabunt me. Inquit Nico. de lira. ꝙ hoc dicebat Moyſes ductus timore naturali: qui cadit in perfectū virū. Et magis dicebat timore populi: ne eo interfecto a dn̄o recederet per idolatriaꝫ. Et ait dn̄s ad Moyſen. Sume de ſenioribus iſrael. Nico. de lira. ſ. vt ſint teſtes ꝙ antea ibi nō fuerūt fontes vel aque: ac etiā vt ꝑ hoc appareat dei miraculū. Subdiditq; deus. Et vade ad petrā oreb. percutieſq; ꝟga. Magiſter in hiſto. Oreb. ſic dicta ꝓpter oreb qui occiſus eſt in ea. factūq; eſt ita. Et egreſſe ſunt aque: ⁊ bibit populus. Sed his omībus amplius eſt qd̄ nos accepim⁹: nō vtiq; aquā de petra: ſed ſanguinē ꝓcioſiſſimū de corpe ieſu xp̄i. Unde Petrus. i. epl'a. c. i. dicebat. Nō corruptibilibus auro vel argento redempti eſtis: ſed ꝓcioſo ſanguine agni incōtaminati et immaculati ieſu xp̄i.

De inimicoꝝ expugnatione.

q Uintū beneficiū fuit inimicoꝝ expugnatio ⁊ debellatio. Dicƭ nāq; Exo. xvij. Uenit autē Amalech: vt pugnaret aduerſus iſrael in raphidim. Notādū hic ſm Nico. de lira. ꝙ quedā gloſa ſup iſtū locuꝫ dicit ꝙ amalech fuit filius hiſmaeliſta quo dicti ſunt amalechite: qui ⁊ hiſmaelite. Ipſi ſūt ſaraceni. Qd̄ autē. i. Paral. i. c. dr ꝙ Eliphaz primogenitus Eſau genuit Amalech: dicunt ſequentes dictam gloſam ꝙ fuit alius: ⁊ ſunt duo eiuſdē noīs. Sed hoc dictū de ſacra ſcriptura nō habet auctoritatē: imo cōtrarietatē q2 Geū. xxxvi. ⁊. i. Paral. i. c. dicƭ expreſſe ꝙ Amalech fuit filius Eliphaz ꝑmogeniti Eſau nec legiƭ alius Amalech. Inſup Joſephus in ſcd̄o antiquitatū libro dicit ꝙ ab Amalech filio Eliphaz dicti ſunt amalechite. Hoc etiam colligiƭ ex. ij. Reg. i. c. vbi dr ꝙ filius Doech idumei venit ad Dauid nunciās mortē Saulis. Licet enī non exprimaƭ ibi ꝙ fuerit filius Doech: tn̄ oēs expoſitores cōcorditer hoc dicunt. Et cū interrogareƭ a Dauid: quis eſſet ait. Filius hoīs aduene amalechite ego ſum. Ex quo videƭ ꝙ amalechite ſunt idumei. Et ſic nō deſcenderunt ab hiſmaele: ſed ab Eſau. Quare aūt iſti amalechite inſurrexere aduerſus iudeos: dicit Nico. de lira ſup. xv. c. Exodi ꝙ ipſi ⁊ populi qui erant eis cōfederati: audientes ꝙ filij iſrael tranſierant mare rubrū: et eſſent in deſerto eis ꝓpinquo irati ſunt: timētes ne inuaderent terram eorū: ⁊ ideo anteꝗ̄ eſſent magis fortificati: voluere eos delere: et aſcendere ad pugnandū cū ipſis. Super. xvij. c. Exo. aliam cauſam aſſignat Nico. de lira. ex parte populi iſrael. Ad hoc enī permiſit deus bellum illud inſurgere: vt ex victoria ſequenti eſſent audaciores de cetero cōtra aduerſarios inſurgentes: ⁊ de ſpolijs Amalech eſſent muniti armis ⁊ alijs neceſſarijs: que fugientes dimiſere. Elegit autem Moyſes Joſue: de tribu Effraim: virum bellicoſum: cui ⁊ paucos tradidit armatos: ſm magiſtrum in hiſtoria: plurimos ad cuſtodiam caſtrorum retinuit. Ipſe autem aſcendit in montē habens virgam dei in manu: vt ex hoc victoria deo aſcriberetur. Aſcenderetq; cum Aaron et Ur: qui Ur ſm Joſephum fuit maritus Marie. Cumq; leuaret Moyſes manus vincebat iſrael. Ubi apparet orationis efficatia. Sin autē et paululum remiſiſſet: vincebat Amalech. Quo cōperto Ur ⁊ Aaron ſuppoſuerunt ei lapidem: ⁊ ex vtraq; parte manus eius ſuſtentabant. Erant enim graues ꝑ labore orandi. In cuius rei figura ſm magiſtrum in hiſtoria. ſacerdos eleuat manus i miſſa: ⁊ etiam in figura xp̄i orantis in cruce. Nec remiſit Moyſes manus vſq; ad ſolis occaſum. Fugauitq; Joſue Amalech in ore gladij. Nobis vero xp̄ianis glorioſior eſt victoria: qui per xp̄m demones ſuperamus. Nam vt diximus in ſermone de bello demonū: priuſꝗ̄ chriſtus moreretur in cruce omnes iuſti trahebātur ad limbū. At ex poſt penitēti latroni patefactus eſt paradiſus.

De lege quā dedit Moyſi deus.

s Extum beneficium quod largitus eſt deus populo iudeorum dicitur legis illuſtratio. Ut enim habetur Exodi. xxxij. in monte ſynai Moyſes legem accepit a deo ſibi datam. Qui reuerſus eſt de monte: portans duas tabulas teſtimonij manu ſcriptas ex vtraq; parte. ⁊ factas opere domini. Dicit Rabbi Salomon ꝙ vnica ſcriptura erat ibi: que tamen erat legibilis indifferenter ex vna parte: ſicut ex altera: quod erat valde mirabile: quia littera ex vna parte figurata ordine recto in parte oppoſita apparet eius figura modo oppoſito. Uel poteſt dici abſq; tali miraculo: ꝙ littere erāt duplices: ita ꝙ ꝓcepta erant ſculpta ex vna parte: ⁊ ſimiliter ex altera. Has tabulas fregit Moyſes: vt diceƭ in tertio myſterio ꝓpter peccatū populi: reputans populū indignū: vt dicit Nico. de lira. accipere legē digito dei ſcriptam. Hec autē fractio tabularū ſignū fuit euacuationis legalium in aduentu xp̄i. Tandem vt

dicif Exo. xxxiiij. Aſcendit Moyſes montē de mandato dei tuliitqꝫ ſecū duas tabulas lapideas: inſtar prioꝝ. i. ſimiles alijs prius factis in materia ⁊ in qͣtitate. Dicit Nico. de lira ꝙ de quo lapide fuerint nō habef ex textu. Rabbi tñ Salomou tenet ꝙ fuerint de lapide ſaphirico. Inquit enī ꝙ deus oſtendit Moyſi vnā maſſam talis lapidis: formatā de nouo diuina virtute: de qua Moyſes dolauit duas tabulas: ⁊ dolature ſuperflue fuerūt ſue: ⁊ inde ditatus fuit multū. Sed hoc tacet Ioſephus: qui prior fuit Rabbi Salomone. Fuit ergo Moyſes in monte cū dño quadraginta diebus ⁊ quadraginta noctibus: nihil comedēs aut bibens. Cūqꝫ deſcendiſſet de monte cū tabulis: apparuit facies eiꝰ cornuta: ⁊ ipſe ignorabat. Dicit magiſter in hiſtoria ꝙ erant quidā radij miri ſplendoris ꝓcedētes in altū ad modū cornuū. quos apl's vocat gloriam vultus Moyſi. ij. ad Corinth. iij. c. Unde in hebreo habef. Et non cognouit ꝙ cornuta eſſet lux faciei ſue. Hic querif quare Moyſes nō habuit ante hanc gloriā: cum locutus fuiſſet cū dño diu in monte. Et rñdet Nico. de lira ꝙ aliqui dicunt ꝙ nō habuit ante ita limpidam cognitionē de deo ſicut poſt: ad qͦ denotandū apparuerunt tales radij. Alij dicunt ꝙ hoc factū eſt vt populus qui ꝑ idolatriā peccauerat magis eū timeret: ⁊ haberet in reuerentia. Rabbi ſalomon dicit ꝙ fuit ex hoc ꝙ dñs poſuit manū ſuā ſuꝑ faciē eius. Quare Moyſes poſuit velamen ſuꝑ faciem ſuam: cū loqueref filijs iſrael. ⁊ locutus eſt eis omnia que ſibi fuerūt imperata. Concludit magiſter in hiſtoria. Quantū hec gloria durauerit: ⁊ vtrū ſemel vel pluries hoc acciderit ignoramus. Sed xp̄ianis lux amplior effuſa eſt qͥbus euāgelium effulſit.

De miraculis ⁊ ſignis multiplicibus.

s Eptimū beneficiū quod deus donauit populo iudeoꝝ: fuit miraculorū frequens coruſcatio. Nam p̄ter ea q̄ diximus multa ſigna ⁊ miracula de ipſis fuerūt oſtenſa. Miraculū certe fuit ꝙ Maria ſoror Aaron murmurans cōtra Moyſen: ſtatim fuit lepra percuſſa: ⁊ tandē Moyſi oratione ſanata: vt habef Numeri. xij. c. Miraculū fuit ꝙ aperta eſt terra: ⁊ deglutiuit Dathan et Abiron. Numeri. xvi. c. Miraculū cū floruit virga Aaron. Numeri. xvij. c. Et ne ſingula cōmemorenf: quadraginta annis fuit ille populus in deſerto: nō comedens panē: nec bibens vinū: nec vetuſtate attrita ſunt veſtimēta eius: aut calciamenta cōſumpta: vt habef Deut. xxix. c. Sed xp̄ianis maiora ſigna poſt xp̄i aduentū monſtrata ſunt: quinimo ꝯtinue in eccleſia ſancta miracula fiunt. Quiſnā non admiref ex aridis oſſibus Nicolai ſanctiſſimi apud Barū. ⁊ Matthei euangeliſte apd̄ Salernū. ⁊ Andree apoſtoli apud malfiam ſcaturire manna? Quid dicam de ſanguine glorioſi martyris Ianuarij? Conſeruaf quippe Neapoli in vaſe vitreo aut cryſtallino: eſtqꝫ ſemꝑ ſtrictus ⁊ cōgelatus. At dum caput p̄fati ſancti de ꝓpe ponif ſanguis ille ebulliens: tandē cunctis videntibus liqueſcit: ⁊ capite amoto rurſus induratur: ⁊ cōgelatus nō mouef amplius. O pietas dei benedicti: qui ſic humano generi ꝑ tot innumera miracula virtutē potētie dignatus eſt demonſtrare.

De multis miraculis quibus populus in deſerto temptauit ⁊ ad iram cōcitauit deum excelſum. Capitulū II

i N tāto cumulo beneficioꝝ nō cuſtodierunt iudei teſtamentū dñi: ⁊ in lege eius noluerūt ambulare: ⁊ obliti ſunt beneficioꝝ eius: ⁊ mirabilium eius que oſtendit eis. Temptauerūt quidē deum excelſum: varijſqꝫ peccatis maieſtatē eius offendere. Idcirco in hoc ſecundo capitulo de offenſionibus iudeoꝝ in deſerto dicemus: quas reducemus ad ſeptē.

Prima dr̄ murmurationis.
Secunda inobedientie.
Tertia ingratitudinis.
Quarta idolatrie.
Quinta gule.
Sexta deſperationis.
Septima fornicationis.

De ſeptē peccatis populi: ⁊ primo qualiter murmurauerūt iudei cōtra deū ⁊ Moyſen.

p Rima offenſio ⁊ peccatū iudeorū in deſerto dr̄ murmurationis. Nam cōtra Moyſen murmurauerūt qñ venerunt ad flumen marath. vt dr̄ Exo. xv. Itē qñ dicebant. Utinā mortui eſſemus per manus dñi in terra egypti. i. per plagā ab eo immiſſam: cū primogenitis egyptiorū: qñ ſedebamus ſuꝑ ollas carniū: ⁊ comedebamus panē in ſaturitate. Cur eduxiſti nos in deſertū iſtud: vt occideres omnē hanc multitudinē fame. Exo. xvi. c. Et qñ venerūt in raphidim: vbi nō erat aqua: iurgati ſunt cōtra Moyſen Quibus ipſe dixit. Quid iurgamini cōtra me et temptatis dñm? Exo. xvij. c. Sed hic poſſ aliquis querere. Quare deus eduxit eos per talem viā: vt paterētur defectū cibi ⁊ potus. Et rñdet Nico. de lira ꝙ hoc fuit vt ex frequenti neceſſitate oporteret eos recurrere ad dñm: ⁊ ſic ſub timore dñi retinerenf: ⁊ ꝑ hoc etiā bonorū patiētia ⁊ maloꝝ impatiētia declararetur.

De inobedientia populi.

s Ecunda offenſio fuit inobedientia. Quia multi collegerūt plus de manna q̄ fuerat ordinatū ⁊ reſeruauerūt in diē alterū: vt dicitur Exodi. xvi.

De ingratitudine populi.

t Ertia offenſio ingratitudo appellatur. In tot nanqꝫ beneficijs male locuti ſunt de deo. Dicif nanqꝫ Numeri. xiiij. ꝙ voluerunt ſibi preficere ducē vt reduceret eos in egyptū. Quare dixit deus moyſi. Uſqꝫ quo detrahet mihi populus iſte? Quouſqꝫ non credent mihi in omnibus ſignis que feci corā eis? Et infra cōminatus eſt dicens. Nullus eoꝝ qui viderūt ſigna que feci in egypto: numeratis. ſ. a viginti annis ⁊ ſupra: videbit terram pro qua iuraui patribus eorum preter caleph ⁊ ioſue.

De idolatria populi

q Uarta offenſio idolatria fuit. Ut enī ſcribitur Exo. xxxij. videns populus ꝙ moyſes morā faceret dū eſſet in monte corā dño: dixit ad aaron. Fac nobis deos. Rabbi ſalomon dicit ꝙ iſti fuerūt egyptij ꝯuerſi ad iudaiſmū q̄ aſcēderūt cū iudeis de egypto. Et iſti qui erāt nutriti in idolatria incitauerūt magnā partē de filijs iſrael. vnde ſubiungebant. Moyſi enī ignoramus q̄d acciderit. Scd̄m ioſephū ⁊ magiſtrū ī hiſtoria alij dicebant eum a beſtijs comeſtū: alij a dño tranſlatū: alij ſane mentis cū dño philoſophantem. Ut vero ſequif in hiſtoria. Aaron ⁊ Ur reſtiterunt. Sed indignatus ppl's ſpuens in faciē Ur ſputis vt traditur eū ſuffocauit. Unde timens aaron ait. Tollite inaures vxorū ⁊ liberoꝝ ⁊ afferte ad me. Dicit magiſter ī hiſtoria ꝙ hoc erat quod precioſius ⁊ carius habebant: putans ꝙ conſulentes auaricie ſue nollent afferre. Fecit tñ ppl's quod dixerat: auidus ad idolatrandū. Formauit itaqꝫ ope fuſorio vitulū cōflatilē: quia in egypto bouem adorauerunt. Nāqꝫ vt dicit magiſter in hiſtoria in principio Exo. i. c. de ſubmerſione paruuloꝝ: erat apis deus egyptioꝝ: vt Plinius dicit qui ⁊ teſtaf ſe eū vidiſſe. Quidā taurus q̄ ex improuiſo egrediebaf de flumine: habens in humero dextero ſignū candidū inſtar lune corniculate: atqꝫ cū ſtatim cōfluerent egyptij omni genere muſicorū pſallentes leuabaf in aera: ⁊ ſuper eos tanq̄ pſallens ferebaf ⁊ ad motū vel ſtationē ipſiꝰ in terra mouebantur ⁊ ſtabant: ⁊ eodē die euaneſcebat. Que oīa demonū artificio cōplebanf: vt docet Aug. lib. xviij. de ciui. dei. c. v. Formato itaqꝫ vitulo dixit ppl's. Hi ſunt dij tui iſrael qui te eduxerūt de terra egypti. Fecitqꝫ aaron altare corā eo: ⁊ in craſtinū indixit ſolēnitatē. Maneqꝫ ſurgentes obtulerūt hoſtias: ſeditqꝫ pplus manducare ⁊ bibere: ⁊ ſurrexerūt ludere. i. adorare. Hic querif quare aaron edificauit altare? Et dicit Nico. de lira ſm Rabbi ſalomonē ꝙ ad retardandā imolationē: q2 aut ſtatim pplus imolaſſet ſine altari: aut in momēto altare cōſtruxiſſet. Ideo ſubdit aaron. Cras ſolennitas dñi eſt. Non dixit hodie: ſi forte interim veniret moyſes ⁊ impediret. Tunc dixit dñs ad moyſen. Deſcende: peccauit pplus tuus. Quaſi dicat. nō meꝰ ꝓpter idolatriam. Uel ex eo quia erat moyſes illi pplo manſuetus. vt pꝫ. xlv. di. c. diſciplina. ⁊. xxiij. q. iiij. c. quid crudele. Subiūxit deus. Cerno ꝙ ppl's iſte dure ceruicis ſit. Dimitte me vt iraſcaf furor meus. Dixit aūt moyſes. Queſo dñe quieſcat ira tua: ⁊ eſto placabilis ſuper nequicia ppl'i tui: ne dicant egyptij. Callide eduxit eos vt interficeret in montibꝰ: quaſi impotēs dare terrā quā ꝓmiſerat. Recordare abraam. quaſi dicat. Si pplus iſte meruit mori ꝑ incendiū: ecce abraā pater eoꝝ ꝓpter amorem tuū ꝑiectus fuit in ignē chaldeoꝝ. Sequif textus. ⁊ yſaac. ac ſi dicat. Si pplus meref mori per gladiū: ecce yſaac paratus fuit pro te imolari. Et additur. ⁊ iacob. i. ſi meruerit puniri pplus exilio: ecce iſrael tanq̄ exul fuit in meſopotamia obediens patri ſuo: ⁊ tibi: quibꝰ iuraſti per temetip̄m qui es imutabilis de dāda terra chananeoꝝ ſemini eorū. Placatuſqꝫ eſt dñs: ⁊ moyſes deſcendit.

De gula populi.

q Uinta offenſio fuit gula: quando ardenter dicebant vt ponitur Numeri xi. Recordamur piſciū quos comedebamus in egypto gratis. i. pro paruo precio. In mentem nobis veniūt cucumeres: pepones: porri: cepe: ⁊ allia.

De deſperatione populi.

s Exta offenſio fuit deſperatio: quando vt ponitur Numeri. xiiij. oīs turba fleuit dicens. Utinā mortui eſſemus in egypto: ⁊ non in hac vaſta ſolitudie.

De fornicatione populi.

s Eptima offēſio fuit fornicatio. Scribitur nanqꝫ Numeri.xxv. ꝙ fornicatus eſt ppl'us cū filiabus Moab: que vocauere eos ad ſacrificia ſua. Dic̄ hic Nicolaus de lira. ꝙ Balaam ſciēs filios iſrael eſſe ꝓnos ad luxuriā: dedit cōſilium Balach regi moabitarū: vt mitteret puellas pulchras ⁊ ornatas per exercitū eoꝝ: ⁊ ꝙ iuuenes veniētes ad ſe verbis allicerēt: ⁊ cū viderent eos inflāmatos ad actum carnis: nō permitterēt ſe ab eis cognoſci niſi prius comederent de idolotitis: ⁊ idola adorarēt que ſecum portauerant: vt ſic deus offenderef: ⁊ populus iſrael ab eo percuteref: ⁊ daref in manus hoſtiū. Dicit etiam Joſephus ꝙ aliqui nobiles de iſrael acceperunt ſibi vxores de illis. Et licꝫ nō ſit ſcriptū in iſto caplo. xxv. ꝙ Balaā dedit tale cōſiliū: tamē habef Exo. xxxi. c. vbi d̄r. Nōne iſte ſūt que deceperūt filios iſrael ad ſuggeſtionem. Balaaꝫ. Et Apoc̄. ij. c. dicif. Habeo aduerſus te pauca: qm̄ habes hic tenentes doctrinam Balaam: qui docuit Balach mittere ſcandala coram filijs iſrael edere de ſacrificijs idolorū: et fornicari.

De ſeptē plagis quibus populus punitus fuit. Caplm III

t Ot ſceleribus iudeoꝝ ad iracundiā cōcitatus dn̄s: flagella multiplicia cōtra eos miſit. Et ꝗuis dictum ſit paulo ante in fine quarte offenſionis: ꝙ dn̄s fuit placatus: illud tamen intelligif ſm Nico. de lira. ꝙ deus nō ſimul nec ſubito populū idolatram ⁊ durū puniuit. Jdcirco aduertendū eſt in hoc myſterio ꝙ ſeptē famoſis plagis populus ille percuſſus eſt.

Prima plaga fuit poſt adorationem vituli de qua dicif Exo. xxxij. c. in fine. Percuſſit dn̄s ppl'm ꝓ reatu vituli. Nam poſtq̄ Moyſes deſcendit de monte, ⁊ vidit vitulū ⁊ choros: redegit in puluerem vitulū: quē ſparſit in aqꝫ et dedit ex eo potū filijs iſrael. Rabbi Salomō dicit ꝙ iſte aque potate erant nociue culpabilibus: cauſando in eis inflationeꝫ ⁊ languorē per quē poterant ab alijs diſcerni: alijs autem erant dulces ⁊ vtiles: ſicut aque in ſacrificio zelotipie oſtēdebant per effectū culpā mulieris vel eius innocentiā. vt habef Numeri. v. c. Alij aūt doctores dicunt ꝙ color auri remāſit circa ora eoꝝ qui erāt culpabiles ita ꝙ barbe eoꝝ videbanf auree, ⁊ ſic ab alijs diſtiguebanf. Quare filij Leui obediētes Moyſi zelo dei interfecerūt ex tranſgreſſoribus viginti tria millia. Facto ꝟo die altero Moyſes orauit ꝓ populo dicēs. Peccauit dn̄e populus tuus iſte. Aut dimitte eis noxam hanc: aut dele me de libro vite. Dicit Rabbi Salomon. ꝙ iſte liber intelligif lex: que denoiaf a Moyſe eo ꝙ fuit eius miniſter. Eſt ergo ſenſus ſm eū. Dele me de libro. vt. ſ. lex nō denominef nomine meo. niſi populus iſte tibi recōcilietur. Aug. vero exponit dicēs. ꝙ Moyſes ſic dixit ex cōfidentia ⁊ familiaritate diuina: vt ſit ſenſus. Sicut certus ſum ꝙ nō delebis me de libro tuo: ita peto vt certifices me vt remittas noxam iſti populo.

De igne qui deſcendit in caſtra.

s Ecunda plaga punitus eſt ille populus ꝓpter peccata ſua: qn̄ accenſus ignis dn̄i deuorauit extremā parteꝫ caſtrorū: vt dicif Numeri. xi. c. Forte ibi erāt magis culpabiles. Tandeꝫ oratione Moyſi ignis abſorptus, id eſt extinctus fuit.

Tertia plaga fuit poſtq̄ habuerūt coturnices. Ut em̄ habef Numeri. xi. c. adhuc carnes erant in dentibus eoꝝ, nec defecerat hmōi cibus: ⁊ ecce furor dn̄i cōcitatus in populū percuſſit eū plaga magna nimis. Uocatuſqꝫ eſt ille locus ſepulcrū cōcupiſcentie. Jbi em̄ ſepelierē populū qui deſiderauerat carnes. Dic̄ magiſter in hiſtoria ꝙ modus plage h̄ nō determinaf. Credif tn̄ ꝙ fuerit ignis.

Quarta plaga ponitur Numeri. xvi. c. quādo multitudo murmurabat cōtra Moyſen et Aaron dicens. Uos interfeciſtis populū. Cūqꝫ vellent eos obruere lapidibus: fugerūt ad tabernaculū: ⁊ operuit eos nubes: ⁊ apparuit gloria dn̄i. Dicunt aliqui ꝙ non fuit illa que pbebat ducatum populo: ſed quedā parua nubes in qua dominus ſolitus erat loqui cum Moyſe. Alij dicunt ꝙ fuit illa que p̄bebat ducatum: ſed ſtabat in alto ſuper tabernaculū: ⁊ tūc deſcendit operiēs ⁊ ambiens circūqꝫ: vt nullus poſſet adire. Et egreſſus ignis deuorauit populū. Fuerūt aūt percuſſi tredecim millia ⁊ octoginta.

Quinta plaga exprimif. Numeri. xxi. quādo ꝓfecti de monte hoc venerūt in Salmona. Et q̄ male loquebāf de deo: miſit dn̄s in populū ſerpentes ignitos. Qui ſic dicebantur ſm Nico. de lira. ⁊ magiſtrū in hiſtoria. q̄ nimi ⁊ veloces erāt ad modū ſcintillarū: vl' q̄ voātes ꝑ aera emittebāt ſcintillas ardētes: vl' ex eo ꝙ ꝑ morſus eoꝝ calefiebat caro: ac ſi ignireſ. Tunc venerūt iudei ad Moyſen: videntes mortes plurimoꝝ dicētes. Peccauimus q̄ locuti ſumus cōtra deū ⁊ tu ora vt tollas a nobis ſpentes. Orauitqꝫ moyſes ad dn̄m. Cui dn̄s ait. Fac ſpentē eneū: ⁊ pone in perticam eminentē in medio ppl'i: ⁊ quicūqꝫ percuſſus fuerit a ſpente reſpiciat eum ⁊ viuet. Et factū eſt ita. Dicit Rabbi Salomon: ꝙ in ſpente nō erat ꝟtus ſanādi: ſed aſpicientes ſpentē cognoſcebant afflictionē illā a deo ſibi iuſte illatā: petendo miaꝫ: ⁊ ip̄e deus ſanabat eos. Rō aūt myſtica eſt: q̄ ſpens ille figurabat xp̄m paſſum in cruce: ꝑ cuius intuitum fidē ⁊ deuotōnē ſanamur a morſu ſathane. Ex quo xp̄s dixit Joh̄. iij. Sicut exaltauit moyſes ſpentē in deſto: ita exaltari opꝫ filiū hois. Dicit magr̄ in hiſto. ꝙ illū ſpentē eneū habuerunt ſecū filij iſrl' ſemꝑ ⁊ magnifice repoſitus eſt in hieruſalē. Tandē ob cultū ſuꝑſtitiōis quē ſibi exhibebat ppl's cōminuit eū in puluerē rex Ezechias: ⁊ poſuit in torrente cedron: ſicut etiā patet. iiij. Reg. xviij.

Sexta plaga enarraf Numeri. xxv. qn̄ ſcꝫ iſrl' initiatus eſt. i. ꝯſecratus beelphegor idolo madianitarū. Jrat' aūt dn̄s dixit ad moyſen. Tolle cūctos p̄ncipes ppl'i: ⁊ ſuſpende in patibulis ꝯ ſolē vt auertaf furor me' ab iſrl'. Dicit magr̄ in hiſtoria. Forte q̄ ſubditos nō corripiebāt duces tribuū voluit ſuſpendi. vel potius p̄ncipes. i. auctores huius idolatrie. Occiſiqꝫ ſunt. xxiiij. millia hoim.

Septima plaga fuit qn̄ iuuenes plurimi zelo phinees acceſi: multa millia hoim ꝑcuſſerūt. Ut em̄ refert ioſephus, ⁊ ponif Nume. xxv. p̄ncipes tribus Simeō zambri filiaꝫ cuiuſdam potētis madianitarū duxerat: q̄ dicebatur corbi. Qui vxore iubēte in q̄dā ſolēnitate cū alijs ducibus deo nō immolauit. Quā obrem cū a moyſe rep̄henderenf in generali qui colebant idola nō deūt: ille corā oibus ꝓfeſſus eſt ſe alienigenā duxiſſe: ⁊ ſe idola colere: nec tyrānicis legibus q̄s ip̄e ſibi moyſes impoſuerat obnoxiū eſſe: q̄bus ſub figmento legū ⁊ dei grauiori ſeruitute ppl'm premebat q̄ egyptij: cū ꝓpriū auferebat viuēdi arbitrium. Et diſcedēs corā omni turba que flebat ante fores tabernaculi intrauit tabernaculuꝫ vxoris. Surgēſqꝫ phinees filius eleazari de medio multitudinis: ⁊ accepto pugione igreſſus eſt poſt illum in lupanar. Et cū inueniſſꝫ coeūtes ꝑfodit ambos in locis genitalibus. Quo exemplo multi moti idolatras plurios occiderūt. Quid plura? Ut cōcludif in ꝓlogo in eplam ad romanos: ita crebra ꝓuocatone dn̄m irritauerūt: vt oēs in heremo morerenf nec plures ex ſenioribus eoꝝ q̄ duo homies

terrā ꝓmiſſionis intrarūt. Nos igitur caueamus nobis: ne deum contra nos ꝓpter peccata noſtra prouocemus: quia quanto plura digniora qꝫ ſuſcepimus dona: tanto grauiora noſtra facinora delictaqꝫ reputātur. Et ſi illa deponere neglexeremus: non negliget aut retardabit vltionē deus qui eſt benedict' in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

De iudicio dei contra iudeos in hieruſaleꝫ habitantes. Sermo XII

d Edit deus populo iudeoꝝ ciuitatē hieroſolymitanā ad inhabitandū: in qua tempore Nabuchodonoſor regis babylonis tm̄ excreuerunt iniq̄tates ⁊ execrāda mala ꝙ de' oēꝫ populū tradidit in manus inimicoꝝ ſuorum ⁊ ciuitate debellata: omnes vtriuſqꝫ ſexus iuſto iudicio dei captiui ducti ſunt in babylonē. Neqꝫ ob aliā cauſam tam graue damnū ſcurrerunt: niſi quia diuina mādata cōtemnebāt erantqꝫ deo celi abominabiles ⁊ exoſi. Ad qđ clare intelligendū ſtatui in hoc ſermone de iudicio dei contra iudeos in hieruſalē commorantes loqui. De quo ſi plenam noticiam habere voluerimus: neceſſe eſt vt tria myſteria diſſeramus.

Primū d̄r glorie.
Secundū nequitie
Tertium pene.

De gloria ⁊ magnificentia ciuitatis hieruſalem. Caplm II

e Xaltauit deus gloriam ciuitatis hieroſolymitane: ⁊ fecit illam ſpecioſam ⁊ decoram valde: in qua morabanf iudei cū ingēti leticia ⁊ quiete. Uerūtamen vt ſic fuiſſe demonſtremus tria de ipſa ciuitate cōſideremus.

Primo ſitum.
Secundo cultum.
Tertio ſtatum.

De optimo ſitu ciuitatis hieruſalem.

p Rimo cōſideremus illius ciuitatis ſitum. Et de hoc notandū ſm Rabanū libro. xij. de origine rerum. ꝙ hieruſalem eſt ciuitas in paleſtina in medio iudee poſita: vmbilicus toti' habitabilis noſtre zone. Unde Ezechielis. v. dicit dominus Jſta eſt hieruſalem: quam in medio gentiuꝫ ſituaui. Nicolaus de lira dicit: quia ſituata ē in quarto climate terre habitabilis ſepteꝫ climatibus diſtincte. Eſt ibi terra fertilis: nō modo frugum: ſed etiam balſamo: melle ⁊ lacte.

Que in diſtributione terre pmiſſionis data
fuit tribui beiamin:dicta iebus q̄ eſt hierl'm:
vt notaē Joſue.xviij. Et idem fateē Yſid.lib.
xiiij.etymol'. In.xv. v̄o li. aſſerit ꝙ ſm iude=
os Sem filius Noe:quē dicūt melchiſedech
pmus poſt diluuiū in ſyria cōdidit ſalē vrbē
hanc:poſtea ipam tenuerūt Jebuſei:ex qbus
dicta eſt iebus. Sicqꝫ duobus noibus copu=
latis iebus ⁊ ſalem vocata eſt. Que poſtea a
Salomone hieroſolyma:quaſi hieruſalomo=
nia dicta eſt.

De templo mirabili hieruſalem.

S Ecūdo cōſiderem⁹ illius ciuitat cul
tum. Jbi equidē a ſalomone conſtru
ctum eſt templū miro artificio:de q̄
dr.ij. Paral'.iij. Cepit ſalomon edificare do=
mū domini in hierl'm in mōte moria:qui de=
mōſtrat⁹ fuerat dd prī eius:anno q̄rto regni
ſui. Glo. Hiero. ſup illo v̄bo. Uade in terram
viſionis. Jn hoc mōte inquit: obtulit Abraā
holocauſtuꝫ p Jſaac. Et glo. ſuper illo verbo
iacob. Non eſt hic aliud niſi domus dei dicit
Jn hoc loco credit iacob dormiuiſſe ⁊ vidiſſe
angeloꝝ viſionē in ſcala: pūidiſſeqꝫ templuꝫ
⁊ dei cultū ibidē futurū. Quātū v̄o fuerit do
mus illa mirāda:patet ex his que dicūtur.iij.
Reg.vi. Erat ibi cōcurſus ⁊ frequētia gētiū.
Precipue v̄o ſm Nico. de lira. ex omī iudea
ppl's ibi cōfluebat in feſto paſce ſiue azymoꝝ
in memoriā liberationis de egypto. Jn feſto
pēthecoſtes:in memoriā date legis: Jn feſto
ſcenophegie ſiue tabernaculoꝝ:in memoriaꝫ
manſionū in deſerto. Hanc domū xp̄s voluit
ſua pñtia decorare. Jbi oblat⁹ eſt q̄dragēſima
die poſtq̄ natus fuerat. Jbi inuētus poſt tri
duū in medio doctoꝝ. vt dr Lu. ij. Jbi doce=
bat. Unde Mar.xiiij. dixit. Quotidie apud
vos erā docēs in templo.

De ſtatu hieruſalem.

T Ertio cōſideremus illius ciuitat ſta
tum. Facta equidē fuit ciuitas inſi=
gnis ⁊ regia. Primuſqꝫ ibi regnauit
rex ſaul. quē ſamuel vnxit in regē.ij. Dd.iij.
Salomon.iiij. Roboā.v. Abias.vi. Aſa.vij.
Joſophat.viij. Joram.ix. Ochozias.x. Joas
xi. Amaſias.xij. Ozias.xiij. Joathan.xiiij.
Achaz.xv. Ezechias.xvi. Manaſſes.xvij.
Amon.xviij. Joſias.xix. Joachim.xx. Sede=
chias. Erat ergo ciuitas illa famoſa plena po
puloꝝ diuitijs. Erant ibi ornata edificia:alta
palatia:⁊ iuuenes robuſti ⁊ bellicoſi. Sed vt
dicit Lactan.li.ij. Tum maxime deus ex me=
moria hoīꝫ elabiē:cū beneficijs eius fruētes
honorē diuine indulgētie dare debent. Jdeo
populus hieroſolymoꝝ:vt patebit incraſſat⁹
nimis recalcitrauit.

De nequitia populi iudaici ⁊ impietate
multa. Capl'm II

Q Uāta fuit iniq̄tas iudaici populi in
hierl'm habitātis inueſtigandū eſt:
vt ſic percipiamus q̄ iuſte de⁹ populꝫ
illum nequā tradidit in captiuitatem. Sunt
aūt tria que accuſant hieroſolymoꝝ culpam
et impietatem.

Primū eſt multiplex offenſio.
Scdm temeraria pſumptio.
Tertiū dura obſtinatio

De octo peccatis quibus in hieruſalem of=
fendebatur deus.

P Rimū quod accuſat ⁊ arguit hiero=
ſolymorum culpam:eſt multiplex of
fenſio. Jn multis nanqꝫ non in vno
ſolo peccato offendebant deū. Octo tm̄ erant
inter cetera peccata principalia que abunda
bant in illa ciuitate.

Primū pctm̄ dicit negligentie.
Scdm iniuſticie.
Tertium auaritie.
Quartū fraudulentie.
Quintū violentie.
Sextum luxurie.
Septimum idolatrie.
Octauū irreuerentie.

Primū pctm̄ qd abūdabat in illa ciuitate
dr negligentie. Supiores nāqꝫ nō curabant
de ſalute ſubditoꝝ. Quiūmo ſuo malo exem
plo corrūpebant eos:⁊ inducebāt ad male fa
ciendū. Hinc Hieremias cōquerebaē.x.c.d.
Stulte egere paſtores:⁊ deū nō exquiſierūt:
pptereа nō intellexerūt.⁊ omīs grex eorum
diſperſus eſt. Et.xxiij.c. Hiere. aiebat. Ue pa
ſtoribus q̄ diſpdunt ⁊ dilacerāt gregē paſcue
mee dicit dn̄s. Sis cautus o pdicator ne pro
pter iſta platis detrahas. Si boni ſunt:bene
erit ipis. ſi v̄o mali:iudicet illos deus. Noſtra
v̄o nō intereſt illoꝝ icrepare delicta. Scdm
pctm̄ qd abūdabat in ciuitate hierl'm erat in
iuſticia. Et de hac Hiere.v.c. ait. Circūite vi
as hierl'm:⁊ aſpicite ⁊ cōſiderate: ⁊ querite i
plateis eius:an inueniatis virū facientē iudi
cium ⁊ querentē fidem. Et infra. Cauſaꝫ vi=
due non iudicauerūt:⁊ cauſam pupilli nō di=
rexerunt. O quid de nobis dicā: Heu heu pe
rijt pfecto de terra iuſticia. Timore: amore:
odio:ac pcio ē eiecta. vt dr.xi.q.iij.c. q̄tuor.
Sꝫ pfecto impletū eſt dictū Jſidori:q ait.

nes ſolobrieſis in policratōe lib.ij. ait. Quo=
tiens ſol in celo videbiē geminari inūdatio=
nem aquarū ſubtus orbis expectet. Et licet a
raritate ſui miraculis videaē accedere:opus
tm̄ nature eſt:que quidē ſoles nō geminat: ſ
nubē ſimillimā facit:vocaē qꝫ pareliō. Eſt em̄
parelion nubes ſimillima ſoli. Scdm ſignuꝫ
ppter quod timēda ſunt mala futura dicitur
comete apparitio. De qua nota qd dic̄ Tulli⁹
lib.ij. de natura deoꝝ:ꝙ cometa grecū voca=
bulū eſt: quā latini crinitā ſtellā vocant:eo ꝙ
comas luminis de ſe fundat. Pythagorici di
xerunt cometā eſſe vnā de ſeptē ſtellis errati
cis. Quoꝝ falſitas apparet:cū ſepe omnes lu
ceant apparēte cometa. Ariſt.i. methau. ſcri=
bit anaxagorā Democritū ⁊ alios dixiſſe co=
metam fore de natura celi. Sed cum omnis
ſtella celi ſit ppetua:⁊ cometa videaē defice=
re abſqꝫ eo ꝙ ſolis radijs abſcondaē. ideo di
cendū cū Johāne damaſceno. ꝙ cometa non
eſt ſtella de natura celi:ſ vapor ad volūtateꝫ
creatoris accenſus in viſcoſa materia ⁊ adu
ſtibili. De apparitione ſ comete dicit Ptolo=
lomeus in cētiloquio ppoſitione.xcix. ⁊ in.ij.
quadripartiti.c.vlti. ⁊ Ariſt. in.i. methau. ꝙ
ſignificat malos effectus. Scribit Seneca i
q̄ſtionibus naturalib⁹ ꝙ due inſule ſubmerſe
ſunt pnunciāte cometa. Narrat Juſtinus ꝙ
anno:quo natus eſt Mithridates:⁊ anno q̄
pmū regnare cepit:cometa p vtrūqꝫ tempus
multis diebus ſplēduit cū luce tāta:vt celum
omne videreē ardere. Jn quātitate videbaē
occupare magnū celi ſpaciū: ⁊ in luce vince=
bat nitorē ſolis. Apparebatqꝫ horis q̄tuor.
Hic Mithridates.xlvi. annis cum romanis
atrocia bella geſſit. De quo ſcribit Uale. lib.
viij. in rubrica de ſtudio ⁊ induſtria. Et idem
cōfirmat Solinus in lib. de mirabilib⁹ mūdi
Uigintiduarū gentiū quibus impabat idio
ma didicerat. Et vt refert Juſtin⁹ ⁊ Eutropi
us cum Nicomedē regem bythinie regno pa
raret pellere amicū romanoꝝ: cum diceretur
ſibi ꝙ ſi id faceret romanis diſpliceret: cum
epheſum peruenīſſet:crudeli edicto. vt ſcribit
Uale. lib.ix. in rubrica de crudelitate. multaꝫ
familiā romanoꝝ ciuiū in Aſia:per vrbes ne
gociandi cauſa diſpſam vna epiſtola et vno
die truncari fecit. Quā miſerabilis illa reruꝫ
facies fuit:vt vbicūqꝫ romanus fuiſſet inuē=
tus. puta in agro:in domo:in foro. in via: in
templo:in lecto:in cōuiuio:velut hoſtis ma=
ctareē. Seneca. li.xvi. de q̄onibus naturalib⁹
dicit ꝙ impante Nerone ſenis menſibus ap
paruit cometa. Neqꝫ v̄o peius quid illis tem
poribus potuit eſſe q̄ viuere ſub domio tam
crimīnoſo. De quo dicit iohānes ſolobrienſis
in policratone lib.i. Jn tāta mole imperij oēꝫ
poſus eſt grauitatē:pbiam pſequēs q̄ſi ma=
ieſtatis imperij inimicā:⁊ nobiliora ingenia
veritus:ſe cōſilijs ſubdidit hiſtrionū. Cuꝫ v̄o
eſſet oīm auariſſimus:adeo vt nulli quodcū=
qꝫ officiū delegaret qn pſequereē:noſti quid
mihi opus eſt: aut illud ſubijceret. qui oībus
preeſt:oībus indiget:tm̄ hiſtrionibus et mi=
mis pecunias infinitas erogare non graua=
batur. Singulos put quibuſqꝫ placuerat:am
pliſſime dignitat nomine ſublimabat: alios
patricios:alios ſenatores dicēſ. hos illuſtriū
ſpectabiliū ve noībus illuſtrabat. Tertium
ſignum ppter quod timēda ſunt mala futura
dicit portentoruꝫ frequētatio. Quando mul
tiplicanē pdigia ⁊ oſtenta ſolent ſequi prodi
tiones ⁊ mala. Unde Plinius lib.ij. de natu=
rali hiſtoria ſcribit. ꝙ āno anteq̄ craſſus oc=
cidereē a parthis:ferrum pluit in lucanis: et
omnes lucani milites:quoꝝ numer⁹ multus
erat:in illo exercitu fuerūt ceſi. Recitat Oro=
ſius ꝙ anno ab vrbe cōdita q̄dringēteſimo
octogeſimo:ſanguis de terra e multis fonti=
bus ſcaturijt: pro malo quod ſecutum eſt qm̄
ſequēti anno terribilis peſtis romanos inua
ſit. Jdem Oroſius refert:ꝙ anno ab vrbe cō
dita quadringēteſimooctogeſimoſexto dira
pdigia viſa ſunt rome. Edes ſalutis ictu ful
minis diſſoluta eſt. Apud phormias multis
ictibus fulminū menia vndiqꝫ cōbuſta ⁊ diſ=
ſoluta ſunt. Sequēti anno Sempromi⁹ cōſul
aduerſus picētes exercitū duxit. Triſte adeo
id bellum fuit:vt cum media pugna contre=
muiſſet terra ⁊ fuiſſet terremotus. ⁊ dicereē:
ꝙ cum ſono tam horribili ſanguinem huma
num accipe voluiſſet. Romani quippe pauci
admodū qui remāſerunt vicerunt:q̄ vtraqꝫ
pars gladio corruit:paucis romanis rema=
nentibus. Oroſius inſup dicit. ꝙ bellū picen
tum:marſorum:pelignoꝝ:ſannitū:⁊ lucano=
rum multa pdigia pceſſerunt. Nam Rome
ſub ortu ſolis globus igneus e regione ſeptē
trionis cū maximo celi fragore emicuit. Apd
tarentinos cum panes per cōuiuia frangerē
tur:cruor e medijs panibus quaſi e vulneri=
bus corpoꝝ fluxit. Tunc per ſeptem continu
os dies grando lapidum:immixtis etiam te
ſtarum fragmentis:terram latiſſime verbe=
rauit. Bellū punicū ſcdm multa pdigia pre=
monſtrarunt. Nam bos quidam locutus eſt

rome dicēs. Caue tibi roma. Et Aug. li. iij. de
ciui. dei. c. vlti. de hoc ait. Omitto boues lo-
cutos: infantes nōdum natos quedā verba
clamaſſe de vteris matrū: volaſſe ſerpentes:
feminas τ gallinas τ hoīes in maſculinū ſe-
xū fuiſſe cōuerſas. Inter cetera mala que ex
poſt ſecuta ſunt ſm Oroſiū in ea pugna que
apud cānas celebrata eſt. x liiij. milia roma-
noꝝ ceſa ſūt. Hannibal in teſtimoniū victorie
tres modios anuloꝝ aureoꝝ qui ex manib' as
interfectoꝝ detracti fuerāt carthaginē miſit.
Narrat Sigibertus ꝙ in gallia añ ſo'. ſticiū
eſtiuale orta tempeſtate cū grandi- e ingens
fragmentū glaciei de celo cecidit: cuius lati-
tudo ſex pedum: altitudo duoꝝ: lōgitudo vo
q̄ndecim fuit. Et vt ſcribit .n ſpeculo geſtoꝝ
mūdi: ſtatim normāni ſe- tētrionales populi
venerūt in galliā pote- ti manu: domuerūtq̧
gallos ſtrage bellica p. xl. annos. Poſtremo ī
ſignū pacis norm- ānis data eſt quedam por
tio gallice regionis que vſq̧ ad iſta tempora
dr normānia. Tertiū dubiū aperiendū fuit
Quibus ſignis hieroſolymoꝝ excidium fuit
p̄monſtratū. Et lꝫ fuerint multa q̄ Joſephus
ponit in libris quos ſcripſit de bello iudaico.
nos tñ aliqua pncipalia colligemus. Et pmū
fuit ꝙ ſtella quedā pannꝫ ſub forma gladij
ſtare viſa eſt quaſi imminens deſup ciuitati.
Scdm. cū die feſti populi cōueniſſent: octa-
ua die menſis aplis: noctis tēpe hora nona:
tantus fulgor luminis aram tēplūq̧ circūde
dit: vt dies clariſſimus videref: manſitq̧ ſpa
cio hora dimidie. Hoc quidē ignaris pſperū
viſum eſt: ſed pitos pitoſq̧ portentū exitiale
non latuit. Tertiū ſignū ꝙ luna eclipſim per
duodeciꝫ noctes cōtinuas paſſa eſt. Quartū
ſignū ꝙ ianua templi q̄ erat ad orientē: cum
eſſꝫ ere ſolido induta tanti pōderis ꝙ vix vi
ginti viri ſummo conatu impellentibus clau
deref: repente hora noctis ſexta per ſeipſam
aperta eſt: ꝗꝗ ferreis vectibus teneref. Qui
tum ſignū ꝙ die. xxi. Maij ppe ſolis occaſuꝫ
viſi ſunt currus τ quadrige in omni regione
per aerē ferri: τ armatoꝝ cohortes nubib' cō
miſceri. Sextū ſignū in nocte pēthecoſtes ſa
cerdotes ingreſſi templū ad diuina officia ce
lebranda, pmo ſenſerūt quoſdam ſtrepitus:
τ paulopoſt audierūt voces clamātes. Diſce-
damus ab his ſedibus. Septimū ſignū q̄d ā
ieſus nomine poſt quattuor annos clamauit
cōtinue alta voce. Uox ab oriēte. Uox ab oc-
cidente. Uox a quattuor vētis. Uox ſup hie-
ruſalē. Uox ſup ſponſos τ ſpōſas. Uoxq̧ ſup
vniuerſuꝫ ppl'm. Sicq̧ indeſinēter die ac no
cte clamabat per vicos τ plateas diſcurrēdo
Et flagellatus ac pcuſſus etiā añ iudicē fla-
gris vſq̧ ad oſſa lacerat' vt taceret: cū q̄daꝫ
eiulatu ſemp illud replicabat addēs. Ue hie-
roſolymis. Ue maſculis τ femellis.

Qualr xp̄us pnunciauit excidiū hieroſoly
moꝝ pcipue tribus vicibus. Caplm II

H Ic ad mentē reducendū eſt: ꝙ dñs
τ ſaluator noſter ieſus xp̄s illi pplo
prenūciare dignatus eſt que ventura
erant mala: vt ſi vellēt poſſent penitendo fle-
ctere furorē dñi. Tribus aūt vicibus id fecit.
Qd commemoraf a Luca pmo. xix. c. Scdo
xxi. c. Tertio. xxiij. c. Primo Lu. xix. habef q̄li
ter cum dñica oliuarū veniret in hieruſalē: et
turbe pceſſerunt ei obuiā. videns ieſus ciui-
tatem fleuit ſup illam dicēs inter alia. O hie
ruſalem plena populo. O ciuitas ſacerdota-
lis τ regia: veniēt dies in te: τ circūdabunt te
inimici tui vallo: τ circūdabūt te τ coangu-
ſtabunt te vndiq̧: τ ad terrā pſternēt te τ filios
tuos qui in te ſunt: τ non relinquent in te la-
pidem ſup lapidē: eo ꝙ nō cognoueris tp̄us
viſitationis tue. Inquit ppterea Hiero. in q̄-
ſtionibus ad Helbidiā. Intantū hieruſalem
amauit dñs vt fleret eam τ plangeret τ pen-
dens in cruce loqueref. Pater ignoſce illis:
quia neſciūt q̄d faciunt. Itaq̧ impetrauit qd
petierat: datūq̧ eſt eis tempus pnie: videlicꝫ
vſq̧ ad. xlij. annū. Poſt quod pſeuerantibus
illis in blaſphemia: egreſſi ſunt duo viri de fi
nis gentium romanoꝝ Ueſpaſianus τ Tit':
τ eos interfecerūt atq̧ lacerauerunt. hec ille.
Secundo xp̄s prenūciauit deſolationē hieru
ſalē. Luce. xxi. cum dixit. Erit enim preſſura
magna ſup terram: τ ira populo huic. Et ca-
dent in ore gladij τ captiui ducenf in om̄es
gentes. Et hierl'm calcabif a gētibus: donec
impleanf tempa nationū. Tertio xp̄s pnun-
ciauit ruinam hierl'm. Luce. xxiij. ca. quando
die paſſionis ſue ſequebatur illum cruce one
ratum multa turba populi τ mulierū que plā
gebant τ lamentabanf illuꝫ. Conuerſus aūt
ad illas ieſus dixit. Filie hieruſalem nolite
flere ſuper me: ſed ſuper voſipſas flete et ſup
filios veſtros. Quoniā ecce venient dies in
quibus dicent. Beate ſteriles que non genue
runt: τ vbera que non lactauerunt. Quid plu
ra? Crucifixus eſt chriſtus: τ tota mundia-
lis machia eſt commota. Tremuit terra ob-
ſcuratus eſt ſol: petre cōtrite ſunt: aperta mo
numenta: τ velum templi ſciſſum eſt in duas

partes a ſummo vſq̧ deorſum: vt dr Matth.
xxvij. tñ iudei duriores effecti in xp̄m τ eccle
ſiā ſeuiūt. Poſt xp̄i reſurrectionē q̄nquageſi-
ma videlꝫ die apl'i receperunt ſpm̄ſctm̄: τ ea
die Petrus publice predicauit reſurrectioneꝫ
xp̄i: τ pniam in remiſſioneꝫ pctoꝝ. vt dicitur
Act. ij. Et poſtꝗ̄ ſanauit claudū τ paralyticū
ex vtero mr̄is: qui ſedebat ad portā templi: q̄
vocabatur ſpecioſa: dicens. In noīe ieſu xp̄i
ſurge et ambula. Cū eſſet factus concurſus po
puloꝝ ad rem tam grandē videndā: iterū p-
dicauit Petrus innocentiā xp̄i τ impietateꝫ
eoꝝ contra illū. Et ſubdit. Penitemini τ con-
uertimini: vt deleātur peccata veſtra. Act. iij.
Sed ecce ſacerdotes τ magiſtratus templi i
iecere manus in Petrū τ Johem: τ icarcera
uerunt eos. Act. v. c. Sequenti vero die edu
ctos de carcere liberauerunt precipientes ne
docerent in noīe ieſu. Cū aūt illi pſeuerarēt
in doctrina: iterū poſuerūt eos in cuſtodia pu
blica: a qua fuerunt per angelū liberati. Et ne
ſingulis imoremur: obſtinati iudei lapidaue-
runt Stephanū. Actuuꝫ. vij. Surrexit tandē
Saulus contra diſcipulos: qui conuerſus eſt
ex miraculo xp̄i ſibi apparentis. Act. ix. τ a iu
deis pſecutiōes grauiſſimas paſſus eſt. Oc-
ciſus eſt Jacobus frater Johānis gladio. In
carceratus ē. Petrus τ per angelū liberatus.
Act. xij. Sicq̧ continue addebant mala ma-
lis miſerabiles iudei.

De terribili ſententia diuini iudicij contra
hieruſalem. Caplm III

N Eſcio quis tā ferus eſſe poteſt: vt ſi-
ne gemitu audiat que paſſa eſt hie-
roſolymitana ciuitas recto iudicio
dei. Idcirco in hoc myſterio de executione di-
uine ſnie cōtra hierl'm dicemus. De qua tria
ſunt cōſideranda.

Primū eſt multitudis ꝯcluſio.

Secundū famis afflictio.

Tertiū ciuitatis deletio.

Primū ꝯſiderandū eſt multitudis ꝯcluſio.
Cū eñ ab exercitu romanoꝝ circundata fuit
hierl'm τ ꝯcluſa: inuenta eſt ibi innumerabi-
lis multitudo ppl'i. Refert Euſebi' lib. iij. ec-
cleſiaſtice hiſtorie. qd etiā Joſephus ponit. ꝙ
ex oī iudea ppl'i in die ſolenni paſce hieroſoly
mā velut exitiali quadā manu cogente cōue-
nerunt: quos tricies centena milia hoīm di
cit fuiſſe iuſto. ſcꝫ iudicio dei tpe hoc vltionis
electo: vt q̄ in dieb' paſce ſaluatorē ſuū xp̄m
dñi cruentis manib' τ ſacrilegis vocib' vio-
lauerant: in ipis dieb' velut in vnū carcerem
oīs multitudo cōcluſa: feralis pene exitiū qd
merebaf exciperet. Secundū cōſiderandū
eſt famis afflictio. Obſeſſa nanq̧ ciuitate fe-
cerunt romani vallū muniti ſſimū in circuitu:
ita vt nullus ciuitatē exiēs illud ptranſire poſ
ſet. Ob quā cām in breui ciuitas vrgeri fame
cepit: tantūq̧ excreuit penuria rerū: ꝙ ppter
famē ea q̄ referā dicit Joſeph' mala eſſe ſecu
ta. Primū ꝙ pdones p ciuitatē diſcurrentes
vi intrabāt domos: τ rapiebāt ſi q̄d ibi inue-
niſſent comeſtibile. Secūdū. ꝙ filij ex ore pa
rentū τ ecōuerſo violenf ſtricto manib' gut-
ture maſticatū cibū extrahebāt: τ velut rabi-
di comedebant. Tertiū ꝙ etiā fimū boū alia-
q̧ imūda ſumpſerūt in cibū. Quartū ꝙ multi
cōtendebāt exire vt herbas colligerēt: τ capie
bantur a romanis. Et tant' fuit numer' capti
uoꝝ: vt tute cuſtodiri nō poſſent. Quapropf
ſtatutū fuit vt eruīs eorū oculis manibuſq̧
amputatis cōpellerenf ſic ad ciuitatē redire.
Quintū ꝙ pleriq̧ diuites timentes ne ſua io
calia ad manus romanoꝝ venirent: quos ve
riſimiliter preſumebāt ciuitatē debellaturos
illa deglutiuere. Cuius rei fama cū deueniſſet
ad aures romanoꝝ: cōmonuit eos vt exēteraꝛ
rēt iudeos captiuos quos eſtimabāt gēmas
in ventre adhuc retinere. Quare vna nocte
duoꝝ miliū patefacta ſunt viſcera. Sextū ꝙ
multi formoſi τ delicati iuuenes in vis in pla
teis: in pprijs domib' fame vexati: impro-
uiſa morte τ repentina cadebant: τ ſepi' illi qui
cadauera ſepeliebāt: ſupra ſepultos mortui τ
ipi deficiebant. Septimū ꝙ inuente ſunt mu
lieres filios pprios comedentes. Unde τ de
quadā dicit Joſephus: ꝙ cū fame torqueref
nihil habēs ad comedēdū: lactētē filiū in ma
nib' tenēs dixit. Infelicis mr̄is: infelicior fili:
in bello: in fame: in direptōe cui te reſeruabo?
Ueni ḡ nūc o mi nate: τ eſto cib' mr̄i: pdoni-
bus furor: ſeculis fabula. Et his dictis filium
iugulauit τ coxit: dimidiū comedit: parte al-
terā occultauit. Ecce cōfeſtim pdones odorē
carnis cocte ſentiētes i domū irruūt: τ vt car
nem prodat mortē minanf. Tūc illa detegēs
infantis mēbra: ecce inq̄t voƀ partē optimā
reſeruaui. At illos tant' horror inuaſit: ꝙ nec
loqui potuere. Et illa. meus eſt inquit filius.
meum eſt peccatum. ſecuri edite: quia prior
ego comedi quem genui. Illi vero tremētes
τ territi diſceſſerunt. O quot erant in ciuita-
te illa amara ſpectacula vbi videbantur quo
tidie tot morientes. O quot infantes τ pue-
ri extendentes manum ad vbera matrum:

et panem petentes: ad pedes illarum extincti ruebant. O quot erāt ibi flebiles voces: quot lamenta: quot ſingultus: quot ſuſpiria: ⁊ tamen a deo nō exaudiebant. Tertium cōſiderandum eſt ciuitatis deletio. Anno enim ſecundo imperij Veſpaſiani, Titus eius filius: qui in obſidione remanſerat ciuitatem cepit: quā a fundamentis ſubuertit. Ubi periere viroꝝ vndecies centena millia fame ⁊ gladio: ꝑter mulieres ⁊ paruulos: reliqui venundati. Ubi es ẏ magna ciuitas hieruſalē. Ubi decora ſyon. Ubi es ciuitas quondā referta gentibus: dn̄a populoꝝ: regibus veneranda: acceptabilis deo: ſedes gratie? Ubi es templum illud mirabile: pauimenta marmoꝛea: poꝛte nitentes auro? Omnia vtiqꝫ euerſa ⁊ a fundamentis dirupta fuere. O inuictiſſima dei viuentis dextera: que ceruices deprimit peccatorū. Ipſa faciēte tot calamitatibus ⁊ cladibus hierl'm perijt. Et poſt tēpoꝛe. ſ. Helij Adriani cō fluentibus diuerſarū nationū incolis reedificata eſt: ⁊ Helia ex pnomine īperatoꝛis dicta. Qui Adrianus vt dicit Oroſius lib. vij. pcepit: ne cui iudeo hieroſolymā intrare liceret. Digne itaqꝫ oībus timoꝛē dn̄i pdicamus qui timentibus ſe largit grām in pſenti: ⁊ in futuro gloꝛiā ſempiternā. Amen.

De iudicio dei cōtra David populū numerantem. Sermo XIIII

Compelloꝛ equidez nō parū admirari de hoīm huius tēpoꝛis temeritate: qui videntes quotidie patrias peſtilentijs grauiſſimis agitari: nō timēt tremenda iudicia dei. Profecto acerbiſſimum eſt flagellū peſtilentiarū. Nam pater filiū: filius fugit patrē: frater fratrez deſerit: vxoꝛ virū derelinquit: ⁊ vir vxoꝛem aboꝛminat. Quid plura? Suffocatur penitus pietas. Fiunt ciuitates vacue populis domuſqꝫ etiaz clauduntur ampliſſime. Viduant vxoꝛes maritis: ⁊ delicati iuuenes foꝛmoſeqꝫ puelle miſerabiliter extinguunt. Tali etenī flagello deus David in ſuis iuſte puniuit. Quod vt euidētius innoteſcat ad ipſum David ꝓ inſtructione noſtra ſermonez vertemus. De quo tria myſteria declarabimus.

Primū dicitur excellentie.
Secundū deficientie.
Tertium peſtilentie.

De admirandis ꝓrogatiuis ⁊ excellentijs David.

Capitulū I

Eniunt in vſum eccleſie ſancte dei: ꝓ maioꝛi pte pſalmi quos David cōpoſuit: quare nomē eius cū laude ſonat in auribus audientiū. Jdō i hac pte vidēdū erit quātis ꝑuilegijs ⁊ excellētijs dd̄ a deo fuerit donatus. Et ex multis quīqꝫ dūtaxat colligem'.

Prima dr̄ ꝓphetica illuſtratio.
Secunda filialis noīatio.
Tertia victoꝛioſa ſuperatio.
Quarta manſueta cōditio.
Quinta regalis exaltatio.

Qd̄ David claruit ſpū ꝓphetie.

Rima excellētia David dr̄ ꝓphetica illuſtratio. Claruit enī ſpū ꝓphetico ꝓnunciās myſteria xpi. Sz hic pulchꝛe diſputādū eſt. Utrū David fuerit reliquis ꝓphetis pſtantioꝛ. Et ad hoc rn̄det Nico. de lira ſup ꝓlogū in pſalterio. ꝙ david pōt cōparari ad ꝓphetas noui teſtamēti cuiuſmodi fuerūt apl'i. Et ſic David nō exceſſit alios. qꝛ apl'i fuerūt de ſecretis diuinis magis illuminati: ⁊ in maioꝛi plenitudine receperūt grām ſpūſſancti. Et ꝙ apl'i ſpūm acceperint ꝓphetādi ptz Act. ij. v. vi. xi. xiij. ⁊ xxvij. c. Si aūt cōparet David ad ꝓphetas veteris teſtamēti, ſic dic̄ Tho. ij. ij. q. clxxiij. ar. iiij. ꝙ nō fuit David excellētioꝛ alijs ꝓphetis: ſed Moyſes. Et hoc ꝓpter tria.

Primo ꝓpter clarioꝛē cognitionē.
Scd̄o ꝓpt̄ cōioꝛē denunciationē.
Tertio ꝓpter miraculoꝝ rutilationē.

Primo ꝓpt̄ clarioꝛē cognitionē. Nā excellētioꝛ gradus ꝓphetie eſt vbi eſt cognitio clarioꝛ. Sed Moyſi ꝯceſſuz fuit videre eſſentiā dei ſm̄ Aug. ad Paulā de vidēdo deū: qd̄ nō fuit ꝯceſſum David ⁊ alijs ꝓphetis. Ergo habuit clarioꝛē cognitōz: ⁊ ſic fuit ceteris excellētioꝛ. Scd̄o Moyſes fuit excellētioꝛ ſm̄ Tho. ꝓpt̄ cōioꝛem denunciationē: qꝛ Moyſes ꝓphetiā ſuā denunciauit toti populo iudeoꝝ: nō ſic David ⁊ alij ꝓphete. Tertio Moyſes fuit excellētioꝛ ꝓpter miraculoꝝ rutilationē: qꝛ maioꝛa ſigna fecit Moyſes in egypto: in mari rubꝛo: ⁊ in deſerto ꝙ̄ David ⁊ alij ꝓphete. Sz Nicolaus de lira dicit ꝙ ſm̄ glo. in principio pſalterij David dicit ꝓpheta per excellentiā. Et pꝛima ratio de Moyſe nō cōcludit: qꝛ claritas cognitionis actū ꝓphetandi excludēs nō pōt cōſtituere excellētioꝛem gradū ꝓphetie: qꝛ idem cōſtitueret ⁊ excluderet. vt patet. Viſio autē diuine eſſentie excludit actum ꝓphetandi ſicut ⁊ actū fidei: qꝛ vtriqꝫ eſt neceſſario actus enigmaticus. Et ideo viſio diui

q. iij. c. pauper. Paup dū nō habet quid offerat in iudicio nō ſolū audiri ꝯtemnit: ſꝫ etiam ꝯ veritatē opprimit. Cito violat auro iuſticia: nullāqꝫ reus pertimeſcit culpā: quā nummis redimere exiſtimat. Et tn̄ vt dicit Aug'. li. iiij. de ciui. dei. c. iiij. amota iuſticia: qd̄ ſunt regna niſi magna latrocinia. Ideo dicit. xij. q. ij. c. ſi ſecul'i leges. Summū in rebus bonuz eſt iuſticiā colere. ac ſua cuiqꝫ iura ſeruare. Et Ariſto. v. ethi. ait. Preclariſſima virtutū eſſe videt iuſticia: ⁊ neqꝫ heſperus neqꝫ lucifer ita admirabilis. Tertiū peccatū qd̄ erat in hieruſalē fuit auaricia, de qua Hiere. vi. c. ſic ſcribit. A maioꝛe vſqꝫ ad minoꝛē omnes ſtudent auaricie, ⁊ a ꝓpheta vſqꝫ ad ſacerdotē cuncti faciunt dolū. Hoc tn̄ tpe neſcio quid referam. cū mūdus totus auaricie vinculis detinetur. Ob illā etenī multiplicata ſunt oīa mala: periuria. ſ. fraudes: deceptiōes: mendacia: odia: liuoꝛes: rācoꝛes: rapine: vſure: ſimonie: ⁊ ſil'ia.

Quartū peccatū qd̄ erat in hieruſalem fuit fraudulentia. Oēs ꝓ maioꝛi parte erāt ſimulati: ficti: aſtuti: callidi: ⁊ deceptoꝛes in oī arte: in oī exercitio: in oī deniqꝫ ꝯuerſatiōe ſua. Un̄ Hiere. ix. c. dicebat. Unuſquiſqꝫ a ꝓximo ſuo ſe cuſtodiat: ⁊ in oī fratre ſuo nō habeat fiduciā: qꝛ oīs frater ſupplantās ſupplantabit: et omnis amicus fraudulēter incedet. O q̄s habet nunc vnū amicū verū? Inquit Amb. li. iij. de officijs. Facilis vox ⁊ cōmunis: tuus ſuz totus: ſed paucoꝝ effectus. Quintū peccatū in hieruſalē fuit violētia. De hoc dicit Hiere. xxxiiij. c. Retraxerūt ſeruos ſuos ⁊ ancillas ſuas quos dimiſerant liberos: ⁊ ſubiugauerunt in famulos ⁊ famulas. Hoc dicit Nico. de lira ꝙ Exo. xxi. c. dictū fuit. Si emeris ſeruum hebreū ſex annis ſeruiet tibi: in anno ſeptimo exeat liber gratis: ita ꝙ nō poterat vltra teneri niſi vellet remanere. Tēpoꝛe vero Sedechie regis: ⁊ ante tenuerāt ſeruos ⁊ ancillas diutius ꝓpter auariciā ſuā: tn̄ ad monitionē Hieremie ⁊ alioꝝ viroꝝ bonoꝝ rex Sedechias ⁊ ſui ſubditi ſtatuerūt firmiter dimittere ſuos ſuos hebꝛeos ⁊ ancillas ſm̄ pceptū legis. Et vt hec oꝛdinatio eſſet firma ſciderunt vituluz in duas ptes: ⁊ inter illas ptes tranſierūt rex et principes eius ad ſignificandū: ꝙ ſic eſſꝫ dignus occidi ⁊ diuidi infringēs illā oꝛdinationē. Uerūtn̄ poſt cupiditate ducti retraxerunt ad ſe redigēdo in ſeruitutē. Et ſic nō ſolū peccauerūt ꝯ legē diuinā: ſed etiā ꝯ ſtatutū ꝓpꝛium. Similes his hodie ſunt qui retinēt famulos ⁊ ancillas: ⁊ permittūt eos perire fame et frigoꝛe: ſuntqꝫ illis infeſti: nō ſolū cōpellendo plus debito laboꝛare: ſed etiā iniuriando ⁊ cōtumelijs ac verberibus afficiendo. Nō didicere iſti diſciplinā ſapientis: qui Eccl. iiij. c. ait. Noli eſſe ſicut leo in domo tua: euertēs domeſticos tuos: ⁊ opprimēs ſubiectos tibi. Et ꝓ his facit id Senece ad Luciliū. Colant inquit te potius ſerui tui: ꝙ̄ timeant. Sextū peccatū hieruſalē fuit luxuria. Et de hoc dicit Hiere. v. c. in pſona dei. Saturaui eos: ⁊ mechati ſūt. Et. xxiij. c. Adulterijs repleta eſt terra. Sileant de hoc verba: loquant exempla. Septimum peccatū fuit idolatria: de qua Hiere. i. c. deus cōquerebat ſic. Dereliquerūt me: ⁊ libauerunt dijs alienis: ⁊ adoꝛauerūt opus manuum ſuarū. Octauū peccatū fuit irreuerentia ad cultum diuinū. nam in templo abſqꝫ deuotione ingrediebant ⁊ egrediebant. Et de hoc ſic habet Hiere. vij. c. Fecere filij iuda malū in oculis meis: dicit dn̄s. Poſuerunt offendicula ſua in domo in qua inuocatū eſt nomen meū: ⁊ polluerūt eaz. O ꝙ̄ rephenſibiles xpiani ſunt: qui templa dei ⁊ eccleſias tanꝙ̄ lupanaria calcant. Pro quibus facit illud quod ſcribit de immunitate eccleſie. li. vi. in. c. decet. Decet domū dn̄i ſanctitudo. Decet vt cuius in pace factus eſt locus: eius cultus ſit cū debita veneratiōe pacificus. Sit itaqꝫ ad eccleſias humilis ⁊ deuotus ingreſſus. Sit in eis q̄eta cōuerſatio: deo grata. inſpicientibus placida. In hieruſalē ergo erāt huiuſcemodi vitia. et alia plurima q̄ ſolet abhoꝛrere deus.

De pſumptione populi.

Ecundū qd̄ accuſat ⁊ arguit hieroſolymoꝝ culpam eſt temeraria pſumptio. In tot enī peccatis deū ſpernebant. Un̄ Hiere. v. c. dicit. Negauerūt dn̄m: et dixerūt. Non eſt ipſe: neqꝫ veniet ſup nos malū: gladiū ⁊ famem nō videbimus. Et infra. Non dixerūt in coꝛde ſuo: metuamus dominum deū noſtrū. Confidebant ergo in ſeipſis: ⁊ perſeuerātes in malis: ſuis penitentiā recuſabāt. De hoc dicit Hiere. viij. c. Nemo qd̄ bonū eſt loquitur: nullus eſt qui agat penitentiā ſuper peccato ſuo dicēs. quid feci. Oēs cōuerſi ſunt ad curſum ſuū: quaſi equus impetu vadens ad pliūm.

De obſtinatione iudeoꝝ.

Ertiū qd̄ oſtendit hieroſolymoꝝ culpā: eſt dura obſtinatio. naz cū ꝑ plures annos ppl's ille cōmonitus fuiſſet: nūꝙ̄ ſe coꝛrigere voluit. Inq̄t Hiero. in cōmēto ſup hieremiā. ꝙ hieremias cū eſſet ad-

huc puer ꝓphetare cepit anno tredecimo Joſie filij Amon regis Juda: ꝓphetauitqꝫ in ipſo eius annis decē τ nouē: τ poſtea ſub Joachiꝫ filio eius annis vndecim: τ ſub Sedechia ꝗ vltimus fuit regni Juda: annis vndecim vſqꝫ ad quītū mēſem: quo a babylonijs capta eſt hieruſalē. Ac ꝑ hoc ab exordio ꝓphetie ſue vſqꝫ ad captiuitatē hieruſalē: qua τ ipſe captus eſt ꝓphetauit annis quadragīta τ vno: τ pdixit clare ciuitatis excidiuꝫ: niſi penitentiā agerent. At illi nō ſolum nō timebant: τ humiliabant ſe deo: verū etiam Hieremiā perſequebantur. Scribit naqꝫ Hiere. xxvi. c. ꝙ cū ſemel ꝓphetaſſet: apphenderūt eum dicētes. Morte moriat. Et cōgregatus eſt oīs populus aduerſus Hieremiā in domū dñi. Tandē vtens bonis verbis Hieremias: dixit oīs populus. Nō eſt viro huic iudiciū mortis: q2 in noīe dñi dei noſtri locutus eſt ad nos. Et Hiere. xxxij. habet qualiter ceſum eū miſerunt in carcerē: vbi ſedit diebus multis. Et Hiere. xxxviij. c. narrat qualiter ſubmiſerunt eū in lacū in quo nō erat aqua: ſed lutū: multaſqꝫ alias perſecutiōes intulerunt ſibi. O malicia incorrigibilis, o malignitas hominū iniquorꝫ. o duricies prauorū cordium. Ueritas adamat: deus pdicatur tīmēdus: vitia increpant: efferunt virtutes et boni mores: tū odio habent qui deo iubēte talia nunciant. Idcirco nemo pōt de deo cōqueri ſi in nos ſeuerus appareat.

De ꝗui punitiōe τ plaga hierl'ꝫ. Capi. III

[q] Ui dudū longanimis per Hieremiā populum ad penitentiā vocauerat: ſceleribus τ malicis iniquorꝫ ꝓuocatus: ad vindictam tandē excitatus eſt. Qd' vt cuncti valeant ſcire in hoc myſterio: tertio de pena hieruſalē pertractabimus: de quo tria ſūt cōſideranda.

Primū dr' ciuitatis obſeſſio.

Secundū ciuitatis afflictio.

Tertiū ciuitatis captio τ delectio.

De valida obſidione ciuitatis.

[p] Rimū ꝯſiderandum eſt ciuitatis obſeſſio. Ut em̄ habet. iiij. Reg. vlti. c. et. ij. Paral'. vlt. c. Anno nono Sedechie circūdata eſt hieruſalē a Nabuchodonoſor cū validiſſimo exercitu: τ extructe fuerunt in circūitu eius munitiōes: τ clauſa eſt ciuitas decē τ octo menſibus. Secundū cōſiderandū eſt ciuitatis afflictio. Preualuit quippe interim fames: nec erat panis populo terre. Tertiū cōſiderandū eſt ciuitatis captio. Nā ciuitas capta fuit: τ fugit Sedechias. Rabbi Salomon dicit ꝙ ipſe fugit per quādā viam ſubterraneā: cuius exitus erat bene lōge a ciuitate. Sed deus fecit apparere vnā capreā ſiluestrē et dū chaldei vellēt eā capere fugiēdo currne ſuper terrā ſcḋm viā illius linee ſubterranee pdictā vſqꝫ ad exitū. Et ſic chaldei inuenerunt Sedechiā: qui exierat viam illā. Sꝫ Nico. de lira dicit ꝙ hoc nō eſt veriſile ꝙ chaldei tunc intenderēt venationi. Jō dicendū ꝙ inſecuti ſunt Sedechiā ꝑ indiciū aliquorꝫ quos ceperūt in ciuitate: qui nō poterant fugere. Scḋm magiſtrū in hiſtoria, capta fuit ciuitas circa mediā noctē. Captus itaqꝫ fuit Sedechias: τ adductus corā Nabuchodonoſor. Qui dixit ei. Magnus deus hūs nequiciā tuā odio tradidit te mihi. Occidit τ filios eius coram eo. Oculos vero Sedechie effodit: τ catenis vinxit eū: τ duxit eū in babylonē. Muri autē hieruſalē deſtructi ſunt: τ ciuitas expoliata. τ adē ſuccēſa: τ ppl's ductus in captiuitatē. Refert mgr̄ i hiſtoria ꝙ cū Nabuchodonoſor intraſſet babylonē cū triumpho: victimas ſolennes īmolauit dijs ſuis: τ ſolēniſauit cū oī ppl'o nouē diebus. Cūqꝫ recūberent exhilarati: pcepit rex vt adduceret Sedechias in mediū: τ aliq de cantoribus templi cū eo: qui pſallerēt coram cōuiuantibus in muſicis inſtrumētis τ canerent hymnos de canticis ſyon. Bibebant aūt cōuiue in vaſis domus dñi: quorꝫ qdā Nabuchodonoſor ꝯſecrauit idolis: quedā vo ſibi reſeruauit. Cūqꝫ darent pſallētibus potū: clāculo pcepit rex: vt daret Sedechie potus laxatiuus. Et corā oībus ignominioſe laxatus eſt: ſicqꝫ irriſum reduxere ad carcerē: quinimo afflictus dolore poſt paucos dies mortuus eſt. At Nabuchodonoſor fecit eū honore regio ſepeliri. Tali iudicio deus illū puniuit: q2 vt ſcribit. ij. Paral'. vlt'. c. viginti τ vnius anni erat cū regnare cepiſſet: τ vndecꝫ annis regnauit in hierl'm: τ fec̄ malū corā oculis dñi dei ſui: nec erubuit faciē Hieremie ꝓphe loq̄ntis ad ſe τ ex ore dñi. A rege quoqꝫ Nabuchodonoſor receſſit: q adiurauerat eū ꝑ deū: τ idurauit ceruicē ſuā τ cor: vt nō reuerteret ad dñm deū iſrl'. Si ḡ ipſe timuiſſꝫ deū: abſtinuiſſꝫ vtiqꝫ a tot tantiſqꝫ pctis: τ ds miaꝫ ſuā oñdiſſꝫ illi: quā nobis exhibeat q eſt bñdictus in ſcl'a ſcl'orꝫ. Amē.

De iudicio dei cōtra iudeos xp̄m τ eccleſiā perſequētes. Sermo XIII

[c] Ompletis ānis. lxx iudaice captiuitatis operante Eſdra ſacerdote et Zorobabel: ſuſcitauit

dñs ſpm̄ Cyri regis perſarꝫ: qui anno p̄mo ſui imperij laxata hebreorꝫ captiuitate: quattuor ferme hoīm milia fecit regredi in iudeam reſtituēs eis vaſa templi aurea τ argētea quīqꝫ milia quadringēta: que nabuchodonoſor portauerat in babylonē. Sicqꝫ reedificata ē hierl'm τ templuꝫ eo tempe quo Tarquinus ſupbus regnabat in vrbe. Colligunt iſta ex p̄mo libro Eſdre. c. i. ex dict Joſephi in libris antiquitatū: τ Bede in libro de temporibus. Sicqꝫ ppl's ille ibi multiplicatus eſt vſqꝫ ad tempa xp̄i. Uerūtamē quia xp̄m τ eccleſiam iudei acriter perſecuti ſunt. de qua impietate noluerūt penitere: volente deo ciuitas hierl'ꝫ a romanis euerſa eſt: τ ppl's fame et gladio perijt. τ qui remāſerunt viliter fuerūt venundati. Propterea vt indies ad timendū deum ſtudioſius inuigilemus: in hoc ſmone de iudicio dei contra iudeos xp̄m τ eccl'iam perſequētes vba faciemus: videbimuſqꝫ qual'r ciuitas hierl'm deſtructa fuit: τ populus eius diſperſus. De qua deſolatione tria myſteria erunt declaranda.

Primū dicit ſignificationis.

Scḋm prenūciationis.

Tertiū executionis

De ſignis τ portētis, quibus dei iudicia ſe pe premonſtrant. Capl'm I

[s] Ignificata fuit portētis τ ſignis deſolatio hieruſalem: Et in hoc apparet duritia populi: quia nunꝙ ad penitentiam redijt. Ueruntamen vt plenius intelligantur ſingula: in hoc myſterio tria ſunt dubia abſoluenda.

Primū: an timendū ſit cum alique nouitates apparēt in corporibus celeſtibus: etiam ſi naturaliter fiant.

Secundū: que ſunt illa ſigna propter que timendū eſt: ne immineāt de propinquo hominibus mala.

Tertiū quibus ſignis hieroſolymorū excidium fuit pmonſtratum.

Pro p̄mo dubio arguūt aliq dicētes illud Hiere. x. A ſignis celi nolite timere: q ſolent metuere gētes. Et tū ꝯtra iſtos ē auctas xp̄i qui Lu. xxi. c. ait. Erūt ſigna in ſole τ luna et ſtellis. Que vba dicta ſunt vt ꝑ illa ſigna homines terreant. Rñdet his Nico. de lira ſup pfato. x. c. Hiere. ꝙ timere ppt' ſigna celi pōt eē dupl'r. Aut rōabil'r: aut ſupſtitioſe. Primo mō licitū eſt: τ ad prudentiā ſpectat ſic timere. Nam lꝫ corpa celeſtia non ſint agentia de neceſſitate: tñ habēt vtutē immutādi elemēta τ compoſita ex eis ad diuerſas qualitates ex quibus diſponunt humana corpa ad varias infirmitates: ſicut ex dñio martis cholera accendit: ex qua accēſione nō ſolū corpora diſponunt ad infirmitatē aliquā: ſi etiam appetitus ſenſitiuus ad iram: ex quo ſequūt vlterius lites τ diſſenſiones: eo ꝙ homines vt in pluribus ſequunt ſuas paſſiones: ſoli ſapientes eis dñant ꝑ rōnem. Timor autem facit pcauere a malis futuris. Et ideo timere a celi cōſtellationibus ad hoc ꝙ homo ꝯſulat de habendo remedio ꝯ diſpoſitionē ad infirmitates corporꝫ τ paſſiones malas: τ alia huiuſmodi q poſſunt ex influētia celi cauſari: nō eſt malū ſed bonū τ ſatis ꝯueniēs. Secūdo mō time re ꝓpter ſigna celi ſcꝫ ſupſtitioſe illicitum eſt τ pctm̄. Et ſic loquit Hiere. Unī ſubdit. Quia voces ppl'orꝫ vane ſunt. Qd' inſup ponit. C. de penis. l. decurionū filij. Uane inquit voces populorꝫ non ſunt audiēde. Apd' populos autem triplex ſuperſtitio inuenta eſt circa corpora celeſtia.

Prima eorꝫ q dixerūt illa eſſe aiata.

Scḋa eorꝫ qui dixerūt illa eſſe deos.

Tertia eorꝫ qui dixerūt corpa celeſtia imprimere in intellectū noſtrum.

Prima ſupſtitio eſt eorꝫ qui tenuerūt corpora celeſtia eſſe animata. Contra quos eſt auctas Damaſceni: qui l. ij. lib. ait. Nullꝰ animatos celos: vel luminaria exiſtimet. Inanimati em̄ ſunt τ inſenſibiles. Et Aug. li. xiij. de ciui. dei. ait. Non eſt credendū ꝙ Plato dicit globos iſtos luminū ſiue orbiculos luce corporea ſup terrā: ſeu die: ſeu nocte fulgētes ſuis quidē pprijs aiabus viuere. Et. xviij. li. de ciui. dei dicit ꝙ anagoras factus eſt reꝰ apud athenienſes: quia dixit ſolē eſſe lampadeꝫ ardentem negans vtiqꝫ ip̄m eſſe deum. vel aliquid animatū. Si vero obijceret: ꝙ nō ſoluꝫ platonici: ſed etiā doctores fidei tenueſt corpora celeſtia eē animata. vt Origenes τ Hieronymus. Auguſtinus inſup hoc ſub dubio derelinquit. vt in li. lxxxiij. qonū in enchiridion. τ in. ij. ſup Gen̄. ad l'ram. vbi dicit ꝙ ſi ſūt animata corpora celeſtia pertinēt ad ſocietatem angelorum eorꝫ anime. Reſpōdet Thomas p̄ma parte. queſtione. lxx. ar. iij. ꝙ inter ponentes corpora celeſtia eſſe animata vel inanimata: parua vel nulla eſt differentia in re: ſed in voce tantuꝫ. Quoniam dici poſſunt animata: non ſicut plante et animalia; ſed equiuoce: inquantum ſubſtantie ſpirituales vniuntur corporibus celeſtibus: vt motores

mobilibus: quo fit vt motus celeſtiū coꝛpoꝝ fit ab aliqua ſubſtantia appꝛehendente: ⁊ nō ſolū a natura ſicut grauia ⁊ leuia. Unde Auguſtinus dicit.iij.de trinitate. coꝛpoꝛa oīa adminiſtrari a deo per ſpiritū vite. Secūda ſuperſtitio fuit alioꝝ dicentiū coꝛpa celeſtia eſſe deos: vt fuerunt egyptij. De quib⁹ Euſebius pamphili, libꝛo.i. de euangelica pꝛeparatione ait. Egyptios ferunt pꝛimos oīum cū in celū oculos ſuſtuliſſent motū oꝛdinē ⁊ quātitates celeſtiū coꝛpoꝝ admiratos: ſolē ac lunā deos putaſſe. Tertia ſuperſtitio fuit alioꝝ qui tenuerunt ꝙ coꝛpoꝛa celeſtia impꝛimant in intellectū noſtrū. Qꝺ vtiq̧ falſum foꝛe oſtēdit Tho.in.iij.ſumme contra gentiles.c.lxxxiiij. dicens ꝙ directe ⁊ per ſe nō impꝛimūt, qꝛ vt dicit Dionyſi⁹ libꝛo de diui.no. ⁊ Aug.iij.de trinitate: diuine ꝓuidentie oꝛdo eſt vt per ſupeꝛioꝛa regant̄ inferioꝛa ⁊ moueant̄. Intellect⁹ aūt oꝛdine nature oīa coꝛpoꝛa excedit. Impoſſibile eſt ergo ꝙ coꝛpoꝛa celeſtia agant in intellectū directe: nec poſſunt eſſe cauſa per ſe eorū que ſunt circa intellectū. Inſuper nullū coꝛpus agit niſi ꝑ motū: vt habet̄.viij.phiſicoꝝ. ergo que ſunt oīno extra motū: nō poſſunt eē cauſata a coꝛꝑibus celeſtibus. Sed ea q̄ ſunt circa intellectū ſunt oīno extra motū per ſe loquendo: ſicut pꝫ.vij.phiſicoꝝ. Quinimo ꝑ q̄etem a motibus fit aīa pꝛudens ⁊ ſciens: vt dicit̄ ibidē. Indirecte tñ coꝛpa celeſtia poſſunt impꝛimere in noſtrū intellectū: quia lꝫ intellectus noſter non ſit virtus coꝛpoꝛea: tñ in nobis operatio intellectus cōpleri non pōt eſt ſine operatione virtutū coꝛpoꝛeaꝝ: q̄ ſunt imaginatio ⁊ vis rememoꝛatiua ⁊ cogitatiua. Et inde eſt ꝙ impeditis harū virtutū operationibus propter aliquā indiſpoſitionē coꝛpoꝛis īpeditur operatio intellectus. ſicut pꝫ in freneticis ⁊ lethargicis ⁊ ſi͂lib⁹. Et ꝓpter hoc etiā bonitas diſpoſitionis coꝛpoꝛis humani facit aptū ad intelligendū: inquantū ex hoc pꝛedicte vires foꝛtioꝛes exiſtunt. Diſpoſitio aūt coꝛpoꝛis humani ſubiacet celeſtib⁹ motibus. Et ſic ad ꝓpoſitū redeundo: ſuperſtitioſe opiniones de coꝛꝑib⁹ celeſtib⁹ nō ſunt acceptande.

Secundū dubiū quod erat abſoluēdū eſt. que ſunt illa ſigna ꝓpter que timendū eſt ne īmineant de pꝛopinquo hominibus mala. Et dico ꝙ ſunt tria.

Pꝛimū ſolis ⁊ lune defectio.
Secundū cometarū apparitio.
Tertiū poꝛtentoꝝ frequentatio.

Pꝛimū ſignū. Quotienſcūq̧ eñ eclipſatur ſol vel luna: timendū eſt de aliquo malo venturo. Pꝛobat̄ hoc pꝛīmo ꝑ Ptolomeū: q̄ in centiloquio ait. Sol ⁊ luna ſunt dñi alioꝝ planetarū: eo ꝙ ſunt cauſe toti⁹ operis ⁊ gubernationis ſtellarū. Ideo eclipſes accidentia grandia ſignificant. Et Meſſahalla.c.vij.de tēporū varietate ait. Scito ꝙ in eclipſi ſolis aut lune non poterit fieri quin ſignificetur aliquod magnū accidens ſꝫm quantitatē eclipſis ipi⁹. Nā in ſignis igneis ſignificabit interitū regū ⁊ diuitū: ⁊ ſiccitatē ⁊ terre ſterilitatē atq̧ famem. Et Uirgilius in pꝛimo geoꝛgicoꝝ inq̄t. Sol tibi ſigna dabit: ſolē quis dicere falſum Audeat: ille etiā cecos inſtare tumultus, Sepe monet fraudemq̧ ⁊ opta tumeſcere bella. Ille etiā extincto miſeratus ceſare romā. Cū caput obſcura nitidū ferrugine texit. Impiaq̧ eternā timuerunt ſecula noctē. Recitat Ricobaldus in chꝛonicis ꝙ āno Neronis quarto ſolis defectio fuit ⁊ terremotus magnus. Tunc magna pſecutio inſurrexit contra chꝛiſtianos. Petrus ⁊ Paulus martyꝛio fuerunt coꝛonati. Poſt paſſionē vero illoꝝ tanta rome peſtilentia fuit: vt triginta milia funerum in fatione venerunt. Laodicia ⁊ Coloſſa ⁊ Jeropolis vꝛbes in Aſia terremotu conciderūt. Tempoꝛe Conſtantini tertij facta eſt ſolis defectio. Hic Conſtantinus italiam de Longobardis liberare conatus: ab Athenis per mare Tarentū tranſiuit: omneſq̧ vꝛbes in campania ⁊ terris circumuicinis a Longobardis occupatas per quas venit vi cepit. Romam tandem pergit: ⁊ papam Martinum occidit. In Sicilia apud Syꝛacuſas a ſuis occiditur Paulopoſt ſaraceni cum nauibus in ſiciliam veniunt: ſyꝛacuſas captas diripiunt oꝛnamēta alexandriā deferūt. Templū conſtruitur in hieruſalē vbi templū ſalomonis fuerat. Tp̄e Lotharij ſecundi factus eſt ſol ſanguineus: ⁊ poſt paucos dies hoīm lues eſt ſecuta. Refert adhuc Eutropi⁹ ꝙ feruente tumultu belloꝝ ciuiliū: tres ſoles ſimul exoꝛti ſunt: q̄ paulatim coierūt in vnū. Scias tñ ꝙ nō ſunt idē eclipſis ſolis ⁊ multiplicatio in aſpectu. Nam vt dicit Iſidoꝛ⁹ li.iij.etymol. Eclipſis ſolis eſt quotiens luna.xxx.ad eandē lineā qua ſol vehitur peruenit: eiq̧ ſe obijciens ſolē obſcurat Nam deficere nobis ſol videtur dū illi oꝛbis lune opponitur. De multiplicatione vero ſolis quia videtur.iij. dicit Seneca libꝛo pꝛimo de queſtionibus naturalibus: hos nō eſſe ſoles: ſed imagines ſolis in nube ſpiſſa ſoli pꝛopinqua: in qua radij ſolares incluſi ſūt. Et Johā

ne eſſentie nō poteſt cōſtituere excellentioꝛē gradum ꝓphetie: licet faciat clarioꝛem cognitionem: ſeu aliquid clarius cognoſcere. Uerū ergo eſt ꝙ claritas cognitionis maioꝛ cōſtituit maioꝛem gradum ꝓphetie: dum tamē talis claritas limites cognitionis ꝓphetice nō tranſcendat. Inſuper ſi ratio p̄tacta ſtaret: ſequeret̄ ꝙ Moyſes fuit excellentioꝛ apoſtolis p̄ter Paulum: quibus nō fuit cōceſſum videre eſſentiam dei in p̄ſenti vita. Secūda inſuper rō deficit: eo ꝙ denunciatio ꝓphetie eſt aliquid ſequens ꝓpheticam cognitionem: et ideo nō videtur variare gradum ꝓphetie: ex hoc ꝙ pluribus vel paucioꝛibus nūciat̄. Tertia adhuc ratio debilis eſt: qꝛ cōfirmatio per ſigna ⁊ miracula ſequitur ꝓphetiam: ⁊ nō eſt de eſſentia eius. Unde Johannes baptiſta ſignum nullū fecit: vt habetur Joh.x.c. ⁊ tamē cōceditur maioꝛ Moyſe. Ex quo dicit Nico. de lira. ꝙ licet Moyſes habuerit eundē gradum ꝓphetie quē habuit Dauid. ſ. abſq̧ quibuſcunq̧ ſignis ſenſibilibus aut figuris: tamen nō habuit totiens: nec ita cōmuniter tales illuſtrationes ſicut Dauid. Inſuper dicit Tho. vbi.ſ̄. in coꝛpoꝛe. q. in fine. ꝙ Dauid clarius ⁊ plenius expꝛeſſit myſteria xp̄i q̄ Moyſes. Lex autē vetus ⁊ ꝓphete oꝛdinabant̄ ad xp̄m ſicut ad finē. Unde Rabbi Moyſes in libꝛo directionū perplexoꝛū inquit. Oēs ꝓphete nō ſunt locuti: niſi ad dies meſſie. Cū ergo finis nobilioꝛ ſit his q̄ ſunt ad finē: ꝓphetia Dauid videt̄ ſoꝛtiri q̄dam excellentiā ex hoc ꝙ xp̄i myſteria ſic expꝛeſſit. Pꝛobabiliter itaq̧ pōt dici ꝙ Dauid fuit excellētioꝛ ꝓpheta Moyſe: q̄uis Moyſes excellētioꝛ fuerit in alijs: q̄ ꝓphetiam tranſcendunt: vel eam cōſequunt̄. Que autē ipſe p̄dixit ꝓphetico ſpiritu irradiatus legunt̄ in pſalmis ſuis: in quibus ſuaui melodia de xp̄o multa cantauit. Ob qꝺ Hiero. ad Paulinū inq̄t. Dauid Simonides noſter Pindarus ⁊ Alceus Flaccus quoq̧ Catullus ⁊ Serenus: xp̄m lira perſonat: ⁊ in decachoꝛdo pſalterio ab inferis excitat reſurgētē. hec ille. Ex chꝛonica Ricobaldi ſumpta ſūt que ſequunt̄ ꝓ declaratiōe verboꝝ Hiero. Simonides poeta fuit tēpoꝛe Tulli Hoſtilij.iij. regis romanoꝛum anno ab vꝛbe cōdita.lxxij. Pindarus poeta anno ab vꝛbe cōdita.cclij. poſt expulſum Tarquinū vltimū regē. Alceus poeta tēpoꝛe Tarquini p̄ſci quinti regis romanoꝝ. Hoꝛatius Flaccus venuſij oꝛit̄: anno ab vꝛbe cōdita ſexcenteſimo nonageſimoſexto. Catullus poeta veronenſis: anno ab vꝛbe cōdita ſexcenteſimo triceſimoquinto. Serenus quidā alius poeta cuius tempoꝛa nō inueni. Sunt p̄noſati poete apud Quintilianū lib.xij. de iudicijs: multa laude cōpꝛobati. Quibus ꝓ melodia ⁊ ſuauitate cōcentus: Hiero. Dauid voluit cōparare. Notandū tñ ꝙ ipſe Hiero. glorioſus: vt dicit Nico. de lira. vbi.ſ̄. ter tranſtulit pſalteriū. Pꝛimo ſꝫm ſeptuaginta interp̄tes qꝺ dꝛ pſalteriū romanoꝝ: eo ꝙ eccleſia beati Petri illo vtit̄. Secundo fecit aliā trāſlationem nō multū diſtantē a pꝛima: ⁊ tñ appꝛopinquantē hebꝛaico: ⁊ vocatur pſalteriū gallicanum: eo ꝙ Damaſus papa ad rogatū Hiero. illō fecit cantari in eccleſijs gallicanis Et hoc vtunt̄ fratres minoꝛes. Tertio ad pꝛeces Serphennij qui frequenter diſputabat cū iudeis: qui ſolū recipiūt illud qꝺ eſt in hebꝛeo fecit tranſlationē immediate acceptā ab Hebꝛeo. Pꝛopter quod vocat̄ pſalteriū Hieronymi iuxta hebꝛaicā veritatē.

Qꝺ xp̄s dicitur filius Dauid.

s Ecūda excellētia dauid dꝛ filialis nominatio. Nā dñs noſter ieſus xp̄us deus verus dei filius ꝓ nobis oībus incarnatus: natus de ꝟgine verus homo: nominat̄ per excellentiā filius Dauid. Uñ euangeliſta Matheus.i.c. dicit. Liber generationis ieſu xp̄i filij Dauid. Scꝺm Nico. de lira. modus hebꝛeoꝝ eſt denominare libꝛos ab eo de quo tractat̄ in pꝛincipio: ſicut dicit̄ liber Geneſis: qꝛ in pꝛincipio tractat̄ de creatiōe mundi. Similiter Mattheus: qꝛ incipit euāgeliū a genealogia xp̄i: ideo ab ipſa denoīat ⁊ intitulat ipſum. Ratio autē quare incepit a genealogia xp̄i fuit: qꝛ iudei negabant ieſum nazarenum eſſe verū xp̄m: ⁊ deſcēdiſſe a Dauid: qꝛ galileus erat ſꝫm ꝙ dꝛ Joh.vij. Nunquid a galilea venit xp̄s? quaſi dicerent: nō. Sed iudei ſic loquentes nō intelligebant ſcripturas. Dicit̄ ergo a Mattheo filius Dauid: ⁊ p̄ponit̄ Dauid ipſi Abꝛaam: licet ſit poſterioꝛ ſꝫm tempus ꝓpter eminentiā regie dignitatis: et vt cōuenientius generationis oꝛdo tradat̄ Angelus etiā q̄ ꝟgini cōceptū filij dei annūciauit. vt habet̄ Luce.i.c. dixit. Dabit illi dñs deus ſedē Dauid patris eius. Et Chananea clamauit: vt pꝫ Matthei.xv. Miſerere mei domine fili Dauid. Et pſallētes turbe. vt notat̄ Matth.xxi. cantabāt. Oſanna filio Dauid: bñdictus q̄ venit in noīe dñi. Et Matth.xxij. interrogauit ieſus phariſeos. Quid vobis videt̄ de xp̄o cuius filius eſt? Et dixerūt. Dauid Et Luc.xviij. Cecus clamabat. Fili dauid mi

ſerere mei. Et apl's ad Ro. i. Factus eſt ex ſemine dd̄ ſm carnē. Licet ḡ vt Hiero. dicit in cōmento ſup Danielē, ſm ſcripture ſcē cōſuetudinem proaui oēs ⁊ maiores patres vocētur: tamen ſingulari modo chriſtus dauid filius nuncupatur.

Qd̄ dauid ſupauit philiſteū Goliam.

t Ertia excellētia dauid dr̄ victorioſa ſupatio. Supauit nāqꝫ Goliā philiſteum gigantē cum eſſet adoleſcens ⁊ frībus ſuis minor etate: armatꝰ fiducia dn̄i vt pz. i. Reg. xvij. neqꝫ p̄ſumptuoſus fuit aut temerarius vel culpabilis: qꝛ certamen illud iniīt ex reuelatōe dei. vt dicit Nico. de lira. et Hiero. ad Augu. Unde Sauli diffidenti ⁊ timenti ne ſuccumberet: Dauid reſpōdit. Dn̄s qui eruit me de ore leonis ⁊ de manu vrſi: ipſe liberabit me de manu philiſtei huius. Quare deo ſibi fauente: gigantē illū interfecit: ⁊ populū ab opprobrio liberauit. Quo exēplo deterreri debēt hi qui ſepenumero in viribꝰ ſuis confidunt: qui recordari debent illius carminis quod Ouidius libro de remedio amoris cecinit. Parua necat morſu ſpacioſum vipera taurum, A cane non magno ſepe tenetur aper.

Qd̄ ꝓpter manſuetudinem dd̄ placuit deo

q Uarta excellētia dauid dr̄ māſueta cōditio. de qua in p̄s. Memēto dn̄e dauid: ⁊ ois māſuetudinis eius. Uocatur eñ dauid iuſtus pius ⁊ ſanctus. vij. q. i. c. Omis. ⁊. xxij. q. iiij. c. ꝙ dauid. Iſta nāqꝫ māſuetudo benigniſſimo deo ſatis accepta ē. Hinc Judith. ix. dr̄. Humiliū ⁊ māſuetorum tibi ſemꝑ placuit depcatio. Et Prouerb. iij. c. Māſuetis dabit dn̄s grām. Et Eccli. i. Beneplacitū eſt illi fides ⁊ māſuetudo. Et p̄s. cxlix. Exaltabit manſuetos in ſalutē. Et Mat. v. Beati mites. Gerardus odonis ſup quarto Ethi. ſm mentē Ariſt. dicit ꝙ ſex ſunt conditiones manſueti. Prima ꝙ eſt imperturbatꝰ ⁊ hoc exigit natura manſuetudinis. Secūda ꝙ paſſione nō ducit. Tertia ꝙ ratōni ⁊ eius ordinationi ſubijcit q̄tum ad oēs circūſtantias ſm quas opportunū eſt iraſci ⁊ nō iraſci. Quarta ꝙ ad defectū ire magis q̄ ad exceſſum declinare videt. Quīta ꝙ nō eſt punitiuus nec vindicatiuus. Sexta ꝙ eſt iniurie ⁊ offenſe remiſſiuus. Sic fuit māſuetꝰ dauid quē ꝑſecutus eſt ſaul. Ipſe tamē cum potuit noluit eū offendere. Nam vt dr̄. i. Reg. xviij. Ex eo ꝙ mulieres i tympanis cātabāt, Saul ꝑcuſſit mille ⁊ Dauid decē milia, Iratꝰ Saul dixit. Quid ei ſupeſt niſi ſolū regnū. Ex tunc nō rectis oculis aſpiciebat eū: ⁊ lancea tentauit eum configere cum pariete. Deinde fecit eum tribunū ſup mille viros: vt ſic pugnādo veniret in manus philiſtinorū. Et vt notat p̄mi Reg. xix. Req̄ſiuit Jonathan ⁊ ſuos ſuos vt occiderēt dauid. Jonathas aūt q̄a diligebat eū valde: monuit eū vt ſe abſcōderet: ⁊ ſequēti die Jonathas placauit Saul p̄rem di. Ne pecces rex in ſeruū tuū dd̄, qꝛ nō peccauit tibi: ⁊ opa eius bona tibi ſunt valde: ⁊ poſuit aīam ſuā in manu tua: ⁊ occidit philiſteū: et fecit deus ſalutē magnā in iſrael. Uidiſti ⁊ letatus es. Quare ḡ peccas in ſanguine innoxio vt interficias Dauid: qui eſt abſqꝫ culpa. Rn̄dit Saul. Uiuit dn̄s nō occidet. Et ſic Jonathas vocauit dauid: ⁊ venit ſecurus corā Saul. Motū eſt rurſū bellū. ⁊ dauid ꝑcuſſit philiſteos plaga magna: reuerſuſqꝫ coram Saule iterū tētauit eū lancea infigere in parietem. Dauid vero fugit ⁊ euaſit. Saul miſit ſatellites nocte ad domū ſuā: vt cuſtodirent eum ⁊ mane īterficeret. Quē vxor eius Michol filia Saul depoſuit ꝑ feneſtrā. Et tamē poſt tot validiſſimas ꝑſecutiones dd̄ potuit interficere Saulē in ſpelūca, vt habet primi Reg. xxiiij. Et iterū. xxvi. c. potuit eū īterficere: cū inuenit eū dormientē in tētorio: ⁊ oēs ſuos. Dixitqꝫ Abiſai ad dauid. Cōcluſit deus hodie inimicū tuū ad manꝰ tuas. nūc ḡ ꝑfodiam eum lancea. Reſpōdit dauid ne interficias eum. Quis eñ extēdet manū ſuā in xp̄m dn̄i: ⁊ innocēs erit. Abſtulitqꝫ dauid haſtam q̄ erat ad caput eiꝰ ⁊ cyphū aq̄. Tandē cū nunciata eſſet ei mors ſaulis ⁊ ionathe. vt ſcribit ij. Regū. i. amare fleuit di. Saul ⁊ Jonathas amabiles ⁊ decori in vita ſua: in morte q̄ꝫ nō ſunt diuiſi. Aquilis velociores: leonibus fortiores. Filij iſrael ſuper Saul flete: q̄ veſtiebat vos coccino in delitijs: qui p̄parabat ornamenta aurea cultui veſtro. ſ. de p̄da hoſtiū ſm Nico. de lira.

De regia dignitate dauid.

q Uinta dauid excellentia dr̄ regalis exaltatio. Exaltatus nāqꝫ fuit ad regiam dignitatē ſm beneplacitū dei poſt mortē Saul, vt pz. ij. Regū. v. Ideo p̄s. lxxxviij. Dicit deus. Inueni dauid ſuū meū: oleo ſctō meo vnxi eum. Et ꝓpterea in genealogia chriſti. Mattheus ſolum dauid nominat regem cum dicit. Jeſſe aūt genuit Dauid regem: lz ante eū ⁊ poſt fuerint alij reges quia vt tactum eſt fuit p̄mus electꝰ in regem

ſm beneplacitū dei ꝓpter ſanctitatē ſuā. i. q. vij. c. ſi quis omnem.

De peccatis in quibꝰ dauid defecit ⁊ offendit deum. Caplm̄ II

i Mminet mortalibus cunctis de cōmuni lege ꝑiculū ſatis graue: quia nullus quantumcunqꝫ ſanctus ⁊ iuſtus poteſt eſſe de lapſu ſecurus. Ecce in promptu eſt dauid ſanctus: q̄ poſt multiplicē grām a deo ſibi datā: in peccata plurima ruit. De q̄bus nos dicturi illa reducemꝰ ad quinqꝫ.

Primū fuit peccatū adulterij.
Secundū homicidij.
Tertiū negligentie.
Quartū iniuſticie
Quintū vane glīe.

De adulterio qd̄ cōmiſit dauid.

p Rimū peccatū in quo dauid defecit fuit adulterium. de quo fit mentio. ij. Reg. xi. ⁊. xij. c. In quod lapſus ē ꝓpter duo ſm Nico. de lira. Primo qꝛ remāſit ocioſus in hierl'm. Ut eñ ait ſapiens Prouerb. xxviij. Qui ſectat ociū replebit egeſtate. Et Hiero. ad Demetriadē virginē inquit. Nihil in ſctō ꝓpoſito ocio deteriꝰ eſt. Et Bernardus ad fratres de monte dei. Omniū temptationū ⁊ cogitationū malarū ⁊ inutiliū ſentina eſt ociū. Et Quintilianꝰ. Ad om̄e votum fluente fortuna laſciuit ociū. Et Seneca ad Luciliū. Ociū mors eſt: ⁊ viui hois ſepultura. Et Ouidiꝰ de remedio amoris. Ocia ſi tollas periere cupidinis artes. Et Eccli. xxxiij. Multam inquit ſapiens maliciā docuit ocioſitas. Propterea Hiero. ad ruſticū monachū dicit id qd̄ notat de cōſe. diſ. v. c. nūq̄. Semꝑ aliquid operis facito: vt diabolꝰ te inueniat occupatū. Hinc ꝑ Ezech. xvi. c. deꝰ dicit. Hec fuit iniquitas ſororis tue Sodome: ſaturitas panis: ⁊ abundātia: ⁊ ociū ipſius: ⁊ filiarū eius.

Secūdo lapſus eſt in adulteriū dauid: qꝛ vidit berſabee ſe lauantē. Periculoſum certe eſt oculis libertatē aſpiciēdi concedere. Uñ ꝓpheta p̄s. cxviij. dicit. Auerte oculos meos ne videant vanitatē. Et Seneca in lib. de remedijs fortuitorū ait. Oculi eñ ſunt irritamenta viciorū: ducesqꝫ ſcelerū. Et. v. li. cauſarū cauſa prima. Oculi inquit noſtri: ſunt tota luxuria noſtra. Hi nos in om̄ia quottidie vicia precipitant. Ideo Hiero. ad Nepotianū ſic ſcribit. Matrē ita vide: ne per illā alias videre cogaris: quarū vultꝰ cordi tuo hereat: ⁊ tacitū viuat ſub pectore vulnus. Cū ergo dauid captꝰ eſſet pulchritudine nudate berſabee: miſit ſuos: ⁊ fecit illā ad ſe venire: ⁊ compleuit adulterium. Statimqꝫ ſanctificata eſt ab immūdicia ſua. ſ. a fluxu menſtruorū. qꝛ ſcꝫ purgata fuit a mēſtruis futuris vſqꝫ ad partū: ſm Nico. de lira: qꝛ in illo coitu cōcepit vt pz in textu.

De homicidio qd̄ fieri fecit dauid.

ſ Ecundū pctm̄ in quo dauid defecit fuit homicidiū. Poſt vtiqꝫ expletā ſuā libidinē: ꝓcurauit ꝓditorie interfici vriam virū berſabee. Pro quo miſit et temptauit eū mittere in domū vxoris: hortās vt lauaret: mittenſqꝫ regiū cibū. vt ſic per balneū ⁊ cibū delicatū ꝓuocaret ad coitū. Dicit Nico. de lira ꝙ ſic faciebat dauid: vt vrias cognoſceret vxorē ſuā: ⁊ crederet puer naſciturus eſſe ſuus: ⁊ pctm̄ eius occultaret. Quod cū renuiſſet facere vrias: dixit dauid ad ioab Ponite vriā ex aduerſo belli: vbi fortiſſimū ē ꝓliū ⁊ relinquite eū: vt ſcꝫ ſic occidat. Qd̄ ⁊ factū fuit. vt pz. ij. Reg. xi. Qd̄ cū audiſſet vxor fleuit eū. Nicolaꝰ de lira fictiue inq̄t: qꝛ ⁊ ipſa mortē eiꝰ deſiderabat: vt ſic vxor regis fieret. Statimqꝫ Nathan ꝓpheta vt hr̄. ij. Reg. xij. venit ad dauid. Qui rephendit eū dure de peccato cōmiſſo addēs. nō recedet gladiꝰ de domo tua vſqꝫ in ſempiternū. Qd̄ verificatū ē ſm Nico. de lira. qꝛ frater occidit fratrē. ſcilꝫ Abſalō Amnon. ij. Reg. xiij. ⁊ Salomō Adoniā. iij. Reg. ij. ⁊ filiꝰ inſurrexit ↄtra patrē. ſ. Abſalon. ij. Reg. xv. Tūc dauid hūiliatꝰ ⁊ penitentia ductꝰ dixit. Peccaui. ⁊ nathan rn̄dit. Et dn̄s abſtulit a te pctm̄. Ubi apparet q̄ta ſit vis pnie: q̄n poſt homicidiū ⁊ adulterium ſpiritū prophetie recepit: ⁊ in primo gradu ꝑmanſit. vt habetur. xlix. diſt. c. hinc etenī. ⁊. l. di. c. cū exaudiero. c. ſacerdos. c. vt cōſtitueretur. ⁊. i. q. vij. c. ſi quis oēm. ⁊. ij. q. vij. c. nos. ⁊ iij. q. vij. c. ſacerdos. ⁊ de pe. di. i. c. ⁊ venit. ⁊ de pe. di. iij. c. totā. c. dauid. ⁊. ca. ille rex.

De negligentia Dauid qua non correxit Amnon.

t Ertium peccatū in quod lapſus fuit dauid fuit negligentia. non eñ correxit amnon: qui ſtuprauerat ſororē ſuā Thamar. Nam vt ſcribitur. ij. Reg. xiij. noluit cōtriſtare ſpiritū amnon filij ſui: quoniā diligebat eū, quia primogenitus erat ei. O quot ſunt patres qui imoderato amore filios diligentes negligunt illorū vitijs ⁊ paſſionibus obuiare. Ob quod ⁊ filios q̄qꝫ immo multotiēs vidēt male finire. Ecce q̄d amnon euenit. Certe in cōuiuio occiſus eſt a pueris abſalonis fratris ſui ipſo iubente.

De iniuſticia dauid.

q Uartū peccatū dauid fuit iniuſticia circa miphiboſeth. De quo fit mentio.ij. Reg.xvi.ꝛ.xix.c. Dicit Nico. de lira ꝙ adulatores ꝛ detractores ſunt periculoſi principibus: quia dauid tam iuſtus ꝛ ſanctus v̄bis Sibe adulatoris ꝛ detractoris fuit ita captus ꝛ inuolutus ꝙ hereditatē miphiboſeth dn̄i ſui ei conceſſit in abſentia miphiboſeth: ꝛ eo non audito. Et qd̄ eſt peius poſt ꝙ̄ audiuit miphiboſeth ſe excuſantē ꝛ vera dicentē: non retractauit dictū ſuū iniuſtū totaliter: ſed ſeruū eius peſſimū, ſcꝫ Sibam fecit equalē dn̄o dicens. Tu ꝛ Siba diuidite poſſeſſiones. Quē tn̄ debuit ſuſpendiſſe ꝓpter falſaꝫ accuſationē dn̄i ſui de crimine leſe maieſtatis. Erat miphiboſeth filius ſaul. Et recedēte dauid de hierl'm cū exercitu: miphiboſeth remāſit: quia erat claudꝰ. ꝛ ſiba ſeruus eius venit ad dauid ꝛ dixit. falſo tamen. Miphiboſeth remanſit in hierl'm dicēs. Hodie reſtituet mihi domus iſrael regnū patris mei ſaul. vt notatur.ij. Reg.xvi.

De vana gloria dauid.

q Uintū peccatū dauid fuit vana gloria. Fecit nanqꝫ ſuperbe numerari populū: ꝛ inde gloriabatur. ſicut ponitur.i. Paral.xxi.ꝛ.ij. Reg. vlti. Ad quā numerationē fiendā cooperatus eſt ſathan.

De plaga peſtilentie qua deus puniuit populum. Capl'm III

q Uamuis inſcrutabilia ſint nobis iudicia dei: verūtamen ab eo iuſte fieri oia merito confiteri debemus. neqꝫ curioſe eſt inquirendū cur quandoqꝫ peccata que nobis parua videntur ꝛ minima puniat ꝛ que maxima reputantur ad tp̄s linquat impunita. Cuncta recte moderatur ꝛ ordinat ſapientia ſua. Idcirco in hoc myſterio de peſtilētia qua deus populū percuſſit eo ꝙ illū ſuperbe dauid numerauerat dicemus. De qua quinqꝫ dubia ſunt declaranda.

Primum vtrum peſtilentia ſit flagellū dei pro peccatis?

Secundū quare dauid potiꝰ elegit peſtilentiā ꝙ̄ famē ꝛ gladiū?

Tertiū vtrū ꝓ pctō dauid debuit populus eius puniri?

Quartum, quid intelligitur per tempus cōſtitutum?

Quintū quō adimpletū fuit dictū ꝓphete de peſtilentia triū dierū?

Qō ꝓpter peccata veniunt peſtilentie.

a D primū dubiū reſpondemꝰ ſm̄ veritatem infallibilē ſcripture ſancte ꝙ deus excelſus propter peccata peſtilentias mittit. Nam Leuit.xxvi. cōminatur deus tranſgreſſoribus ſuoꝝ preceptoꝝ dicēs. Mittā peſtilentiā in medio veſtri. Et Numeri.xiiij. ꝯquerebatur de populo iudaico dicēs. Quouſqꝫ non credent mihi? Et infra. Feriaꝫ ergo eos peſtilentia. Et Ezech. vij. Ira mea ſuper populuꝫ. Gladius foris: peſtis ꝛ fames intrinſecus. Et Ezech. xxviij. Hec dicit dn̄s deus. Ecce ego ad te ſydon: ꝛ gloriabor in medio tui. Et ſcient quia ego dn̄s cū fecero mea iudicia: ꝛ ſanctificatus fuero in ea. Et imittā ei peſtilentiā: ꝛ ſanguinē in plateis eiꝰ. Quare iudicio dei attribuendū eſſe arbitror quicquid in chronicis de peſtilentijs aſſeritur. De ipis em̄ meminit Hieronymꝰ Oroſius ꝛ Eutropius: ac reliqui rerū geſtarum ſcriptores. Nā anno ab vrbe condita.ccclxxxiij. ingens peſtilentia romā affecit biennio. Suaſerunt pontifices templi: vt ludi ſcenici dijs expetentibus ederentur. Eo tp̄e terra in medio vrbis diſſiluit. Dixerunt aruſpices eā voraginem poſſe tolli: viui hois nece ſpontanea inſiliētis in eā. In quā marcus curtius eques inſiluit ꝓ liberatione patrie. ſicqꝫ vorago concluſa eſt: vt refert Oroſius libro.iij. ꝛ Aug. lib.v. de ciuitate dei.c.xviij. Anno ab vrbe condita.cccclxxxi. ingēs peſtilentia vrbē afflictauit ꝛ libri ſibyllini cōſulti: reſponderunt eā peſtē ira dei illatā. Recitat oroſius libro.v. ꝙ anno ab vrbe condita ſexcenteſimoſexto: tanta rome exorta eſt peſtilentia: vt miniſtri quoqꝫ faciendorū funerū primū nō ſufficerent: deinde nō eſſent. Iāqꝫ etiā magne domus vacue viuis plene mortuis remanſere: largiſſime introrſum hereditates: ꝛ nulli penitꝰ heredes. Aliō ſtupendū Oroſius narrat: ꝙ poſt locuſtas innumerabiles: que in mari a vento rapte ſuffocate ſunt: tanta corruptio aeris eſt ſubſecuta ꝛ tā grauis peſtilētia vt in Numidia octingenta milia hominū morerentur. Et circa orā maritimā que carthaginenſi atqꝫ vticēſi littori adiacet: pluſqꝫ̄ ducēta milia. Que clades tam repentina fuit apud vticā: vt ſub vna die per vnā portā plus ꝙ̄ mille quingentos mortuos delatos fuiſſe narretur. Tp̄e Antonij imperatoris qui xp̄ianos perſecutꝰ eſt: tāta lues eſt ſecuta vt agricultoribus carerent. Tēpore Pelagij pape: romā peſtis concuſſit in qua ꝛ pelagius mortuus eſt. Cui ſucceſſit Gregoriꝰ magnꝰ: qui vir mire ſanctitatis letanias ad

deū ordinauit agi. Et cū ppl'us dei clementiaꝫ imploraſſet: vna dierū vidit pontifex ille ſanctus angelū ſupra caſtrū qui cruētatū enſem in vaginā reponebat: ſignificās peſtem dei iudicio imiſſam iā ceſſare. Nota hic tamen ſm̄ Oroſiū libro.v. ꝛ Eutropiū ꝙ Adrianus imperator qui duodecimus ab Auguſto imperauit caſtrū illud obſtruxerat cū ponte mirabili ꝛ caſtrū Adriani dictū fuit vſqꝫ ad tp̄s beati Gregorij: exinde ſancti angeli propter viſionem predibatam.

Quare dauid elegit peſtilentiā.

s Ecundū dubiū ꝓpoſitū fuit quare dauid elegit potius peſtilentiā ꝙ̄ famē ꝛ gladiū. Nam Gad ꝓpheta dixit ei ex parte dei. Aut ſeptē ānis veniet tibi fames in terra tua: aut tribꝰ menſibꝰ fugies aduerſarios tuos ꝛ illi te perſequentur. aut certe tribus diebꝰ erit peſtilentia in terra tua. Et rn̄dit dauid. Coartor nimis vndiqꝫ. Et elegit peſtilentiā. Dicit Nico. de lira ꝙ ſperabat de miſericordia dei. Unde in textu ſubdidit. Meliꝰ eſt vt incidā in manus dn̄i. Multe em̄ miſericordie eius ſunt: ꝙ̄ in manus hois. Secundo ſi elegiſſet famē ſeptē annoꝝ: ipe ꝛ alij diuites ꝓuidiſſent ſibi de victu ꝛ pauperes fuiſſent nimis afflicti. Itē ſi elegiſſet fugā coram aduerſarijs: ipe ꝛ alij potentes fuiſſent ꝓtecti auxilio pugnatoꝝ: ꝛ refugio fortalicioꝝ: ꝛ ceteri fuiſſent occiſi. Ideo elegit penā oibꝰ equalem. quia peſtilentia a deo imiſſa equaliter poterat cadere ſuper oēs.

Quare ꝓ pctō dauid punitꝰ eſt ppl'us.

t Ertiū dubiū vtrū ꝓ pctō dauid debuit ppl'us eiꝰ puniri. Et quidā dicunt ꝙ ppl'us fuit innocens. Nam cū vidiſſet dauid angelū cedentē ppl'm: dixit ad dn̄m. Ego ſum qui peccaui: ego inique egi. Iſti q̄ oues ſunt quid fecerūt? Uertaꝰ obſecro manus tua cōtra me ꝛ ꝯtra domū pr̄is mei. Ergo nō videꝰ ꝙ ppl'us debuit puniri. qꝛ vt dicit glo. ex̄ de his que fiūt a maiori parte capituli.c. queſiuit. Peccata ſuos tenere debent actores. Idē. C. de penis.l. ſancimꝰ. C. ne vxor ꝓ marito.l. ob maritoꝝ.ꝛ.xi.q.iij.c. illud.ꝛ ex̄ de ſen. exco.c. romana.§. vl.li.vi.ꝛ.lvi.di.c. ſatis.ꝛ.i.q.iiij.ca. placuit.ca. nullius.ꝛ.c. iudei.

Sed ad hoc poſſet rn̄deri ſm̄ Bon. in.ij.di.xxxiij.ar.i.q.i. ꝙ lꝫ pena eterna vnꝰ nō puniatur ꝓ peccato alterius: tn̄ pena tp̄ali ſic. Quare nō eſt incōueniens ſm̄ rigorē diuine iuſticie vt ppl'us a dauid ſupbe numeratꝰ peſtilentia minuereꝰ. Nico. vero de lira dicit ꝙ in lib. de hebraicis q̄ſtionibꝰ hr̄ ꝙ ppl'us peccauit eo ꝙ dauid nō reſtitit vt debuit i facto vrie. Sꝫ hoc nō videꝰ verū: qꝛ pctm̄ dauid vſqꝫ ad cōplementū fuit ſecretū. Un̄ Nathan dixit ſibi.ij. Reg.xij. Tu feciſti abſcondite. Dicit ergo Nico. de lira ꝙ pctm̄ ppl'i fuit rebellio eiꝰ ꝯtra dauid: ſequēdo Sibā filiū Bochri: q̄ erat hō ſeditioſus ꝛ peſſimꝰ. vt poniꝰ.ij. Reg.xx. Ego vero teneo ꝙ lꝫ principal'r deꝰ punierit ppl'm ꝓpter pctm̄ dauid: tn̄ credibile eſt ꝙ in ppl'o ſic punito eſſent aliqua ſcelera deo exoſa. Nā ſicut ꝛ nūc plures tūc erant mali ꝙ̄ boni.

Quid intelligitur per tp̄us cōſtitutū.

q Uartū dubiū. quid intelligiꝰ ꝑ tp̄s cōſtitutū. Nam in textu dr̄. Immiſit deꝰ peſtilentiā de mane vſqꝫ ad tp̄us cōſtitutū. Et dicūt aliqui vſqꝫ ad tertiū diem incluſiue: qꝛ ſic erat pena determiata. Sꝫ hoc nō videꝰ verū: qꝛ textꝰ dicit infra. Uenit aūt Gad ad dauid in die illa. Et videꝰ loqui ſcriptura de prima die peſtilentie. Ad hoc em̄ venit Gad vt dauid offerret holocauſtū: ꝛ ceſſaret plaga inchoata. Idō meliꝰ dr̄ ꝙ tp̄s conſtitutū intelligiꝰ hora ſacrificij veſpertini. Illud em̄ ſtatutū fuit in lege Exo.xxix. ita ꝙ a mane primi diei vſqꝫ ad horā veſꝑtinā mortui ſunt de ppl'o.lxx. milia viroꝝ.

Quō verificaꝰ dictū ꝓphete de peſtilentia triū dierū.

Ecundum ſpeculū (in quo cognoſcere poſſumus ꝙ deus eſt) dicitur ſcripture teſtificatio. His quippe ſcriptura vtriuſqꝫ teſtamenti deuꝫ eſſe predicat. De quo ſic incipit principiū Geneſis. In principio creauit deus celū ⁊ terrā. ⁊ vſqꝫ ad finem magnalia dei clare proclamat. Neqꝫ opus eſt ſingula recenſere: que de deo continentur in illa: cū (vt diximus) tota circa dei viuentis myſteria ſtupenda verſetur. Doctores inſup ſancti illius ſcripture interpretes eruditiſſimi de deo glorioſo loquuntur: quorum aliqua dicta hic interponenda puti. Inquit Caſſiodorus ſuper pſalmū illū: Magnus dominus ⁊ laudabilis nimis. Deus eſt virtus inexplicabilis pietas incomprehenſibilis: ſapientia ineffabilis: cuius vera diffinitio eſt: finem in ſuis laudibus non habere. Et Boecius libro de trinitate. Deus eſt eſſe pulcherrimū fortiſſimūqꝫ: vere vnum in quo nullus numerus: nullū in eo aliud preter ꝙ id quod eſt. Et Anſelm⁹ in proſologion. Deus eſt pulchritudo que nō videtur: odor qui olfactu nō percipitur: ſapor qui non cognoſcitur: bonitas que non ſentitur. Et Gregorius in moralibus. Deus eſt viuificatrix virtus: cauſa cauſarum: vita viuentium: ⁊ ratio rationabilium creaturarum. Et Auguſtin⁹ libro primo de libero arbitrio. De⁹ eſt (quo nihil ſuperius eſſe conſtat) eternus incommutabilis. Et Aug. xv. de trinitate. Deus eſt qui eſt omnium potentiſſimus: ſpecioſiſſimus: beatiſſimus: quem mori: mutari: corrūpi eſt impoſſibile. Et Aug. libro de vera religione. De⁹ eſt incommutabilis natura: prima vita: prima eſſentia: prima ſubſtantia. Et Auguſtin⁹. v. de trinitate. c. ij. Deus eſt ſubſtātia.

vel (vt melius dicat̄) eſſentia: cui ip̄m eſſe maxime ac veriſſime competit. Nota h̄ ꝙ nomē ſubſtantie ſm̄ cōem hoīm acceptionē a ſubſiſtendo videt̄ dici ſm̄ Ariſt. in ꝑdicamētis. Et ſm̄ hoc ſubſtātia grece vſia dr̄: quia ſubſiſtit. Corpus aūt (quia ſubſiſtit) ꝗ ſubſtantia dr̄. Unde cū forma pura (que deus eſt) nulli ſubſtat: ꝓprie ſubſtantia dici nō poteſt. Uerum abſolute nomen ſubſtantie ſumit̄: ſm̄ qḋ dr̄. ꝙ ſubſtantia eſt quod nō ab alio: ſed ſemper ex hoc eſt quod ꝓpria intra ſe ꝟtute conſiſtit. Et ſic poteſt dici cauſa p̄ma ſubſtātia. Unde Auicenna. lib. viij. ca. iiij. Quāuis refugiam⁹ de deo dicere nomen ſubſtantie: non tamen intentionē: cuius intentio eſt res habens qdditatem ſtabilē: cuius eſſe eſt eſſe: qḋ non eſt in ſubiecto corpore vel anima. Et ꝓpter hoc dici poteſt ſubſtātia. melius tamē dr̄ eēntia. Sicut eñi ab eo qḋ eſt ſcire dicit̄ ſcientia: ita ab eo quod eſt eſſe dicta eſt eēntia. Et q2 ille maxime eſt qui dicit: ego ſum qui ſuꝫ. ideo ꝓprie dr̄ eſſentia. ſm̄ Hiero. ad Damaſum papam: q2 ip̄e eſt origo ⁊ p̄ncipium eſſendi: ⁊ quod eſt a quo eſt: quicqd eſt ſm̄ Algazelem ij. Meta. ⁊ quia noſtrū eſſe cōparatione illi⁹ eſt nō eſſe: ſicut dicit Plato in thimeo. Philoſophi etiā (qui rectam in hac parte mentē tenuerūt) de deo magnifice multa dixerūt. Auicenna. viij. metha. ſic ait. De⁹ eſt bonitas pura in deſiderio oīm. Et Cicero in p̄mo de natura deoꝝ. Deus eſt quo nihil beatius: nihil qꝫ bonis omnibus affluētius excogitari pōt. Et in. ij. de natura deoꝝ. Deus eſt natura p̄ſtans quo nihil eſt melius. Et Albumaſar in maiorib⁹ introductionibus. Deus eſt mouēs omnia: immobilis incorruptibilis altiſſim⁹: cuius noīe eſt bn̄dictū ⁊ exaltatū exaltatōe maxima. Et Ariſt. in p̄mo de celo ⁊ mundo. Deus eſt apud quē eſt vita fixa: ſempiterna in ſecula ſecl'oꝝ: q̄ nec finit̄ nec deficit. Et. xij Metha. Deus eſt nobiliſſimus oīm entium ⁊ nihil eo nobilius.

De mundi ꝓductione ad cognitionem dei.

Ertiū ſpeculū (quo cognoſcere potenimus deum eſſe) dr̄ mūdi ꝓductio. Nam ꝓductum hunc mundū credimus ab aliquo potēte ſapiēte optimoqꝫ artifice. Hic autē eſſe non potuit niſi deus. Nam ſi cūcti reges ⁊ philoſophi quotquot fuere: qtquot ſunt ⁊ erunt cōuenirent in vnuꝫ nec minimū florem ꝓducere poſſent de nouo. Ideo ait ſapiēs. xiij. c. Sap. A magnitudine ſpeciei et creature poterit creator eorum cognoſci. Et Aug. lib. xi. de ciui. dei. c. iiij. inquit. Exceptis ꝓpheticis vocib⁹: mūdus ip̄e ordinatiſſima ſui mutabilitate ⁊ mobilitate: ⁊ viſibiliuꝫ omnium pulcherrima ſpecie: quodāmodo tacite ⁊ factum ſe eſſe: ⁊ nō niſi a deo ineffabilit̄ atqꝫ inuiſibil'r fieri ſe potuiſſe ꝓclamat. Et Aug. lib. x. confeſſionū. Interrogaui de deo meo celum ſolē ⁊ lunaꝫ ⁊ ſtellas: et rñdere mihi. Neqꝫ nos ſumus quod queris. Et dixi omnibus (qui circūſtāt fores carnis mee) Dicite de deo meo aliqd. Et exclamauerūt voce magnā. Ipſe fecit nos. Interrogatio mea intentio mea: et reſponſio eorum ſpēs eoꝝ. Et de hoc Iob xij. Interroga iumenta ⁊ docebunt te. volatilia celi. ⁊ indicabunt tibi. Loquere terre ⁊ reſpondebit tibi: ⁊ narrabunt piſces maris. Quis ignorat ꝙ hec omnia manus domini fecerit? Lactā. vero libro p̄mo diui. inſti. Orpheus inquit vetuſtiſſimus poetarū dominū deum verum ⁊ magnū p̄mogenitū appellat: eo ꝙ ante ipſum nihil ſit genitum. et ab ipſo cuncta ſint generata.

De creaturarum ordinatione ad cognoſcendum deum.

Uartum ſpeculū (in quo omnes poſſunt inueſtigare deum eſſe) dr̄ creaturaruꝫ ordinatio. Omnia eñi (que ſunt in vniuerſo) in tanta rerū varietate ordinata ſunt. ita ꝙ Ariſt. dicit in. xij. metha. Nihil naturaliū aut in celeſtibus aut in terreſtribus eſt ſine ordine. Uidemus nāqꝫ ꝯtrarias naturas ignis ⁊ aque: aeris ⁊ terre: in vnius mundi cōſeruatione adinuicem conuenire: et indiſſolubil'r permanere. Uidemus corporū omniū ordinatiſſimos motus. Uidemus rerum inſenſibiliū regulatiſſimos ad ſuos effectus innumerabiles modos. Uidem⁹ corpa ſuperiora in hec inferiora influere. Et vnde tanta in oībus rebus menſura? Certe ab ipō deo: de quo ap'lus ad Roma. xiij. ca. ait. Que a deo ſunt ordinata ſunt. Ideo ⁊ Ariſt. p̄mo methauroꝝ. c. v. ait. Ordinatio eorū que ſunt in mundo eſt ex diſpoſitione primi p̄ncipij. q̄ eſt deus glorioſus.

De deſideratiōe oīm in cognitionē dei.

Uintū ſpeculū (in quo deum eſſe deprehendimus) dr̄ omniū deſideratō. Impoſſibile nāqꝫ eſt eſſe aliquid in appetitu: ſiue nature: ſiue rōnis: qn illud ſit. Impoſſibile eſſet ꝙ grauia tenderēt deorſuꝫ: niſi eſſet centrum. Impoſſibile eſſet ꝙ flumina mouerentur ad mare: niſi eſſet mare. Impoſſibile eſſet ꝙ animalia peterent cibum:

ſi nō eſſet cibus. Quia in ſecūdo de celo ⁊ mundo dicit. ꝙ natura nō facit aliqd factū vanū. Et in tertio de aia. Natura nihil facit fruſtra. Sed hoies appetūt cognoſcere veritatē ⁊ habere bonitatē. Ergo opoꝛtet ꝙ ſit aliqd verū cognoſcibile: quo cognito mens humana quieſcat: ⁊ aliqd bonū diligibile: quo adepto nil vlterius deſiderare queat. Sed hoc in nulla creatura inueniri pōt. Ergo opoꝛtet ponere deum eſſe. Sed inſultāt quidā nobis aſſerētes nō eſſe opus tā ꝓlixa diſceptatione cōtendere: vt deū eſſe monſtref. Credimus aiunt hoc: et firmiter id tenemus. Sed vtinā nō ſint de numero illoꝝ: de qbus dicit apl's ad Titū. i.c. Confitenf ſe noſſe deū: factis aūt negant: cū ſint aboiati: ⁊ incredibiles: ⁊ ad oē opus bonū reꝓbi. Si deū eſſe cognoſcūt dn̄m oim: vbi eius obediētia: ⁊ ſuoꝝ obſeruantia mādatoꝝ. Si deū credūt oīpotentē ⁊ iuſtū: vbi timoꝛ ei⁹. Si deū ſuū benefactoꝛē exiſtimant: vbi laus et gloꝛia: Ubi gratiarū actio. O damnabilis et fatua multoꝝ cecitas: qui dicendo dn̄e dn̄e ſaluos fieri ſe putāt. His dicif Matth. vij.c. Nō omnis qui dicit mihi dn̄e dn̄e intrabit in regnū celoꝝ. ſed qui fecerit voluntatē patris mei qui in celis eſt.

De his qui plures dicunt eſſe deos: ad cōuincendū eos vnum tantū eſſe deum.

Capitulū II

c

Ontra eos qui plures eſſe deos dicunt: in hoc ſecūdo myſterio viriliter inſiſtendū eſt: vt plenā veramq̄ de deo noticiā habeamus. Nam parū eſſet credere ꝙ ſit deus: niſi ꝙ ⁊ vnus tm̄ ſit cōfiteamur. Et licet ſimpliciter pureq̄ hoc ſit acceptādū: tn̄ ad ꝯuincendos incredulos ꝓbare nitemur ꝙ deus eſt vnus quinq̄ modis.

- Primus dr̄ cōtrarioꝝ ſolutio.
- Scōs ſcripturarū teſtificatio.
- Tertius theologoꝝ ratio.
- Quartus gentiliū ⁊ ꝑhoꝝ cōfeſſio.
- Quintus idolatrarū ſuperſtitio.

De cognitione vnius dei ex cōtrarioꝛum ſolutione.

p

Rimus modus (quo ꝓbamus ꝙ deus eſt vnus) dr̄ cōtrarioꝛū ſolutio. Nam qui deos plures eſſe volūt: arguūt tripliciter. Primo ſic. ex. iij. topicoꝝ habef ꝙ plura bona ſunt melioꝛa paucioꝛibus: ſed plures dij ſūt plura bona. ergo melius eſt eſſe plures ꝙ vnū. Sed ſm̄ Anſel. Omne qd eſt melius circa deū eſt ponendū. Ergo eſt ponere plures deos. Secūdo arguūt: q2 apl's dicit. i. ad Coꝛinth. viij.c. Siquidē ſunt dij multi ⁊ dn̄i multi. Tertio arguūt: q2 vnūqdq̄ ꝑfectum eſt cū pōt ꝓducere ſibi ſimile. ſed diuina eſſentia eſt ꝑfectiſſima. ergo pōt eſſentiā ſibi ſimilē ꝓducere. Sz eſſe ⁊ poſſe in diuinis idē ſunt ſm̄ Dionyſiū. Ergo eſſentia diuina ꝓducit aliam eſſentiā: ⁊ alia aliā in infinitū. Sz ad primū argumentū rn̄det Boñ. in. i. diſ. ij. q. i. ad. ij. ꝙ dictū ꝑhi habet veritatē in bono creato ⁊ finito: quod rōne ſue finitatis recipit bonitatis augmentū per additionē alterius boni. Non autē intelligi pōt de bono infinito, quod augeri nō pōt. Ad ſcōm dicit Boñ. li. i. diſ. iiij. q. iij. ꝙ hoc nomē deus ſumif tripliciter. Primo nuncupatiue. Secūdo adoptiue. Tertio naturaliter. Apl's ergo dicit: ꝙ ſunt dij multi nūcupatiue. Un̄ ad Phil'. iij.c. dixit apoſtolus de guloſis. Quoꝝ deus venter eſt. Et de amicis dei dicit ps. Ego dixi dij eſtis ⁊ filij excelſi oēs. Ad tertiū obiectū dicit Ric. in. i. diſ. ij. ꝙ illud qd adducif de ꝓductione ſimilis: intelligendū eſt in generabilibus ⁊ coꝛruptibilibus. Neq̄ ꝓpterea iudicam⁹ ſolē imperfectū: q2 nō pōt aliū ſolē generare: nec angelū: q2 nō pōt generare aliū angelū.

De cognitione vnius dei ex ſcripturarum teſtificatione.

s

Ecūdus modus quo ꝓbamus ꝙ deus eſt vnus dicif ſcripturarū teſtificatio. Inſpiciant oēs ſcripture tam veteris ꝙ noui teſtamenti: ⁊ inueniemus ꝙ deus vnus vndiq̄ ꝓclamaf. Un̄ Exo. xx. Non habebis deos alienos. Et Deut'. iiij.c. Non eſt alius deus neq̄ in celo neq̄ in terra. Et Deu. iiij. Scito ⁊ cogita in coꝛde tuo ꝙ dn̄s ipſe ſit deus in celo ſurſū: ⁊ in terra deoꝛſum: ⁊ nō ſit ali⁹. Et Deut'. vi. Audi iſrael dn̄s de⁹ tuus de⁹ vnus eſt. Et Deut'. xxxij. Uidete ꝙ ego ſim ſolus: ⁊ nō ſit alius deus ꝑter me. Et. ij. Reg. vij c. Magnificatus es domine deus: q2 non eſt ſimilis tui: neq̄ eſt deus extra te. Et. iiij. Reg. xix.c. Tu es deus ſolus omniū regū terre. Et ij. Paral'. ij.c. Magnus eſt dn̄s deus noſter ſup oēs deos alibi celos. Et Judit. ix.c. Tu es deus: ⁊ nō eſt alius ꝑter te. Et Dauid ps. xvij Quis deus ꝑter dn̄m: aut quis deus ꝑter deum noſtrū. Et ps. lxxi. Benedictus dn̄s deus iſrael qui facit mirabilia magna ſolus. Et ps lxxxij. Tu ſolus altiſſimus i omni terra. Et ps lxxxv. Magnus es tu: ⁊ faciēs mirabilia: tu es deus ſolus. Et ſapiēs Ecci. i. Unus eſt altiſſim⁹ creatoꝛ oim oꝑs ⁊ rex potēs ⁊ metuēdus nimis. Et ecci. xxxvi. Nō ē ali⁹ ds niſi tu

Et Eſaie. xli. Ego dn̄s ꝑmus ⁊ nouiſſimus. Et Eſa. xlv. Ego dn̄s ⁊ nō eſt dn̄s alius: ⁊ extra me nō eſt deus. Et idē habef extra de ſūma tri. ⁊ fide ca. c. i. ⁊. xxiij. di. c. qui epſ. ⁊. xlv. di. c. de iudeis. ⁊. i. q. i. c. hi qui. ⁊. c. paulianiſte. ⁊ xi. q. iij. c. ad mēſam. ⁊. xxij. q. iiij. ca. ſi quis. ⁊ xxiiij. q. i. ca. loquif. ⁊. xxvi. q. vij. ca. nō licz. ⁊ xxij. q. v. c. puto.

De cognitione vni⁹ dei ex theologoꝝ rōne

t

Ertius modus (quo pꝛobamus ꝙ deus eſt vnus) dicitur theologoꝛum ratio. Sunt apud theologos quinq̄ rationes precipue: quibus concluditur ꝙ deus eſt vnus.

- Prima dicif poteſtatis.
- Secunda charitatis.
- Tertia intellectus infinitatis.
- Quarta bonitatis.
- Quinta cauſalitatis.

De ꝑma rōne theologoꝝ ſcz poteſtatis dei ad oſtendendā dei vnitatem.

p

Rima rō dr̄ ꝑtātis quā ponit Boñ. diſ. ij. ꝑmi. q. i. arguēdo ꝓ ꝑte quam tenet dicēs. Stat em̄ iſta ꝙ deus ſit oīpotentiſſimus: ḡ poterit facere ꝙ ois alia potētia a ſua nihil poſſit. Ergo ſi ſunt duo dij diuerſi in natura: hoc pōt vn⁹ facere de altero ꝙ alter nihil poſſit: ⁊ ecōuerſo: Sed cui potētia pōt auferri nō eſt de⁹: ḡ nō ſunt duo nec plures dij. Hāc rōnē tāgit Lact. in. i. li. diui. inſti. dic. Sit igif nr̄i opis q̄ſtio illa ꝯſequēs atq̄ ſcōa. Utrū ꝑtāte vni⁹ dei mūdus regaf an ne multoꝝ. Nemo eſt qui deū ſapiat rōnē q̄ ſecū putet: qui nō vnū eſſe intelligat: qui ⁊ cōdiderit oia: ⁊ eadē qua cōdidit ꝟtute moderef. Quid em̄ multis opus ē ad mūdi regimen ſuſtinendū: niſi foꝛte arbitremur: ſi plures ſint min⁹ hr̄e ſingulos neruoꝝ atq̄ viriū. Qd q̄nidē faciūt hi q̄ eſſe multos volūt: quia nccē eſt imbecilles eſſe. Siqdē ſinguli ſine auxilio reliquoꝝ tāte molis gubernaculū ſuſtinere nō poſſent. De⁹ aūt q̄ eſt et'na mēs: ex oī vtiq̄ parte ꝑfecte ꝯſummateq̄ ꝟtut̄ ē. Qd ſi verū ſit: vn⁹ ſit nccē eſt. Ptās em̄ vel ꝟt⁹ abſoluta retinet ſuā ꝓpꝛiā firmitatē. Id aūt ſolidū eſt exiſtimandū: cui nihil decidere. Id ꝑfectum: cui nihil poſſit accedere. hec ille.

De ſecūda rōne theologoꝝ. ſ. charitatis ad oſtendendā dei vnitatē.

s

Ecūda rō ad vnitatē dei oſtēdendā dr̄ charitatis: q̄ pōif ab eodē Boñ. vbi. ſ. Nam ſi ſunt duo dij diuerſi q̄rū vterq̄ eſt ſummū bonū: aut vnus diligit alterū vt diligēdus eſt: aut nō. Si ſic: cū vterq̄ ſit ſummū bonū: vterq̄ diligēdus eſt amoꝛe fruitionis. Ergo vterq̄ fruif altero. Sz qui fruif alio bono a ſe indiget illo: ḡ vterq̄ eſt indigens. ḡ neuter deus. Si vnus non diligit alium. ḡ nullus deus.

De tertia rōne theologoꝝ. ſ. infinitatis intellectus ad oſtendendā dei vnitatem.

t

Ertia rō dr̄ intellectus infinitatis. Hāc ponit Scotus di. ij. i. q. iij. di. Quia intellectus diuin⁹ eſt infinit⁹ intellectus diuin⁹ cognoſcit quodcūq̄ intelligibile ꝑfectiſſime: ꝙtū eſt intelligibile in ſe Si ſūt duo dij ſint A et B. A ergo cognoſcit B ꝑfectiſſime ꝙtum B eſt cognoſcibile. Sz hoc eſt impoſſibile: q2 aut cognoſcit B ꝑ eēntiam B. aut non. Si non. ⁊ B eſt cognoſcibile per eſſentiam. ergo nō cognoſcit B perfectiſſime ꝙtū B. ſ. eſt cognoſcibile. Nihil em̄ cognoſcibile per eſſentiā ꝑfectiſſime cognoſcitur niſi cognoſcaf ꝑ eſſentiā ſuā: vel ꝑ aliquid ꝑfectius includens ipam eſſentiam. ꝙ ſit ipa in ſe. Eſſentia aūt B in nullo ꝑfectius includitur ꝙ in B. quia tunc B non eſſet deus. Si autem cognoſceref B per eſſentiam B. ergo actus ipſius A eſt poſterioꝛ naturali eſſentia ipſius B. Et ita A. non erit deus. Qd actus ipius A ſit poſterioꝛ ipo B pꝛobo Quia omnis actus cognoſcendi qui non eſt idem obiecto eſt poſterioꝛ obiecto. Neq̄ em̄ ꝑoꝛ neq̄ ſimul natura erit actus cū obiecto alio ab actu: q2 tūc actus poſſet intelligi ſine obiecto ſicut econuerſo.

De quarta ratione theologoꝛū ſcilicet bonitatis ad oſtendēdam dei vnitatem.

q

Uarta rō dr̄ bonitatis. Hec eſt Tho. li. i. ꝯ gētiles. c. xlij. vbi ait. Impoſſibile eſt eē duo ſūme bona. q2 qd per ſupabundātiā dr̄: vni ſoli cōuenit: ſz deus eſt ſummū bonū: ḡ eſt vnus ſolus.

De q̄nta rōne theologoꝝ. ſcz cauſalitatis ad oſtendendā dei vnitatem.

q

Uinta rō dr̄ cauſalitatis: q̄ ponif a Petro de aq̄la di. ij. ꝑmi. Dicit enim ſic. Ponaf ꝙ ſint duo dij: ⁊ vn⁹ velit petrū ꝓducere: ⁊ alius nō. Aut petrus pꝛoducef: aut nō. Si ſic. ḡ ille qui non vult non erit deus. Si non: ergo ille qui vult non erit deus. Si dicas ꝙ pepigere pacta: ⁊ ita ſunt ꝯcoꝛdes nō valet: quia eiuſdē effect⁹ nō pn̄t eſſe due cauſe totales in eodē ordine cāe. Sz infinita potētia eſt cā totalis effect⁹ in rōne cauſe pꝛime. ergo ⁊c.

De cognitione vnius dei ex gentiliũ ⁊ philoſophoꝝ confeſſione.

Quartus modus quo ꝓbatur ꝙ deus eſt vnus dicitur gentiliũ ⁊ phõꝝ cõfeſſio. Dicit enĩ Lact. lib. i. diuinarũ inſtitutionũ. Poete ꝗuis deos carminibꝰ ornauerint: ⁊ eorũ res geſtas amplificauerint ſummis laudibus: ſepiſſime tñ confitentur ſpiritu vel mente vna contineri regiqꝫ omia. Et Aug. lib. viij. de ciui. dei inducit Platonẽ qui ait. Deus eſt vnus verus ⁊ optimus qui cuncta precellit. Et Ariſto. viij. phiſi. Unũ inquit mouens magis ꝙ̃ multa oportet exiſtere. Et in. xij metaph. Unus inquit dñatus ⁊ vnus princeps. Et Lact. lib. i. diuinarũ inſtitutionũ poſtꝙ̃ enumerauit opiniões Thaletis mileſij. Pythagore: Anaxagore: Antiſthenis: Cleantis: Chryſippi: ⁊ Zenonis: qui de deo varia ſunt locuti: concludit dicens. Horuꝫ tñ ſnĩa ꝗuis ſit incerta: eodẽ tñ ſpectat vt ꝓuidentiã eſſe vnã conſentiant.

De cognitione vnius dei ⁊ idolatrarũ ſuperſtitione.

Quintus modus (quo ꝓbamus ꝙ deꝰ eſt vnus) dicitur idolatrarũ ſuperſtitio. Nã idolatre qui deos multos ſibi prefecere: ſuperſticioſe quidẽ ad talẽ deuenerunt inſaniã. Nã vt inqͥt Tho. ij. ij. q. xciiij. ar. iiij. Aliqui non conſiderantes deũ: ſed admirantes pulchritudinẽ ⁊ virtutẽ creaturaꝝ ipſas pro deo ſunt venerati. De qbꝰ Sap. xiij. ſic ſcribitur. Uani ſunt oẽs hoĩes in quibꝰ nõ ſubeſt ſcientia dei. Et de his que videntur bona non potuerunt intelligere eũ qui eſt. neqꝫ operibus attendentes agnouerunt quis eſſet artifex. ſed aut ignẽ aut ſpiritũ: aut citatũ aerem: aut gyrũ ſtellarũ: aut nimiã aquã: aut ſolem ⁊ lunã rectores orbis terrarũ deos putauerunt. Et Euſebiꝰ pamphili li. i. de euangelica preparatione inquit. Diodoꝝ de prima hominũ theologia ſcribẽtẽ audiamꝰ. Egyptios ferunt primos oĩum: cũ in celũ oculos ſuſtuliſſent: motũ ordinẽ ⁊ quantitates celeſtium corpoꝝ admiratos: ſolẽ ac lunã deos putaſſe. Et ibi Plato in cratillo ſic ſcribit ad verbum. Uidentur mihi primi grecoꝝ eos ſolũmodo deos putaſſe: quos etiã nunc multi ex barbaris colunt: ſolẽ videlꝫ atqꝫ lunã tellurẽ ſtellas atqꝫ celũ. Nã cũ ipſa cernerent thein ſemper. hoc ẽ currere atqꝫ reuolui ab hac ipius thein natura. theos. i. deos appellarũt. Nonnulli vero moti ſunt propter inordinatã affectionem ad ſuos. Et cũ defuncti eſſent: ſtatuas in eoꝝ memoriã dedicauerũt. Quas cũ famuli ad cõplacentiã dñoꝝ ſalutare venerariqꝫ cepiſſent mox demones illas ingreſſi: reſponſa dare ceperunt. Quare ⁊ ſtatuis diuinis honor eſt cõſecratus. Unde Yſidorꝰ li. x. etymol. refert ꝙ a Nino orta ſunt idola: modo qui ſequitur. Mortuo ſiquidẽ Belo patre eius: Ninus in ſolatiũ doloris fieri fecit imaginẽ pr̃is ſui cui multã exhibebat reuerentiã. Proinde hoĩes regionis ſibi blandiri volentes: diuinos honores imagini exhibere ceperunt. Hoc exemplo plures charis ſuis mortuis imagines ceperunt dedicare. Et ſicut ab idolo Beli cetera traxerunt originẽ: ſic ab eius noĩe noĩa generaliter acceperunt. Sicut enĩ Belus dicꝰ eſt ab aſſyrijs: ſic ⁊ alie nationes ſcḋm idiomata ⁊ linguaꝝ varietates alie beel: alie bel: alie baal: alie beelphegor: alie beelzebub: deorũ idola vocauerũt. Quos itaqꝫ pagani deos dicebãt, hoĩes fuiſſe mõſtrãtur: ⁊ pro vniuſcuiuſqꝫ vita vel meritis: apud ſuos coli ceperũt. Ut apud egyptios iſis, apud cretã iuppiter, apud mauros iuba, apud latinos faunus, apud romanos quirinus, apud athenĩeſes minerua. In quoꝝ laudibus acceſſerunt poete: qui eos in celũ compoſitis carminibus extulerunt. Sũt ⁊ alia multa: que nos breuitatis cauſa dimittimus. Igitur vt ſcribitur ex. de ſum. trini. ⁊ fi. ca. c. i. Firmiter credimus ⁊ ſimplr̃ cõfitemur ꝙ vnus ſolus eſt verus deus eternus immẽſus ⁊ incõmutabilis ⁊c̃.

De trinitate perſonali. Capl̃m III

De altiſſima trinitate amodo dicendũ erit. Quoniã lꝫ vnã veraciter dei confiteamur naturã: vnãqꝫ ſubſtantiam: tamen tres in diuinis perſonas fideliẽ proclamamus. Ad cuius rei pleniorẽ habendam noticiam: quinqꝫ de ipa ineffabili trinitate occurrũt ꝯſideranda.

- Primũ dr̃ naturalis cognitio.
- Secundũ ſcripture ꝓnuciatio.
- Tertiũ ſupna reuelatio.
- Quartũ pſonarũ terminatio.
- Quintũ fideliũ obligatio.

De cognitiõe trinitatis diuinarũ pſonarũ.

Primũ (quod conſiderandũ occurrit de trinitate) dicitur naturalis cognitio. Ubi videndũ eſt. vtrũ per rones naturalẽ poſſit cognoſci trinitas perſonarum diuinarũ. Et r̃ndet Alex in. i. ſumme. ⁊ Tho. i. parte. q. xxxij. ar. i. ꝙ impoſſibile eſt per rationẽ naturalẽ ad cognitionẽ trinitatis venire, quia homo per rõnem naturalẽ in cognitionem dei venire nõ poteſt niſi ex creaturis. Creature autẽ ducunt in dei cognitionẽ: ſicut effectus in cãm. Hoc ergo ſolũ rõne naturali põt de deo cognoſci: qḋ cõpetere ei neceſſe ſit: ſcḋm qḋ eſt omniũ entiũ principiũ. Uirtus autẽ creatiua dei eſt cõmunis toti trinitati. Unũ pertinet ad vnitatẽ eſſentie: nõ ad diſtinctionẽ perſonarũ. Per rõnem ergo naturalem cognoſci poſſunt de deo ea que pertinẽt ad vnitatem eſſentie. nõ autẽ ea que pertinẽt ad diſtinctionẽ perſonarũ. Qui autẽ ꝓbare nititur trinitatẽ perſonarũ naturali rõne: fidei dicit derogare. Primo quidẽ ꝗ̃tum ad dignitatẽ ipſius fidei que eſt: vt ſit de rebus inuiſibilibus: q̃ rõnem humanã excedũt. Secundo ꝗ̃tum ad vtilitatẽ trahendi aliquos ad fidem. Cũ enĩ aliquis ad ꝓbandũ fidem inducit rões que nõ ſunt cogentes: cedit in deriſionẽ infideliũ: qui credũt ꝙ hmõi rõnibus innitamur: ⁊ propter eas credamus. Ideo dicit Hilarius li. de trini. Nõ putet homo ſua intelligentia ſacrm̃ generationis ⁊ ꝓceſſionis ſe poſſe cõſequi. Et Dio. li. de diui. no. Non eſt (inquit) audendũ dicere aliquid: nec cogitare de ſupſubſtãtiali occulta diuinitate: pter ea q diuinitus nobis ex ſacris eloquijs ſunt expſſa. Notandũ tñ ſcḋm Rãdul. in. i. diſ. iij. q. vlt. ar. iiij. cõclu. iij. ꝙ poſſumus ꝑ imaginẽ venire in cognitionẽ trinitatis in diuinis: nõ tñ ſuppoſitoꝝ ſed ꝑfectionũ. vt arguat ſic. Omnis perfectio (que eſt in nobis) eminẽtius eſt in deo. Iſta ꝯcedit a phõ q2 cõcederet ꝙ ſpẽs ſuperior cõtineret virtualiter oẽm perfectionẽ inferioris remota imꝑfectiõe. Sed perfectõis eſt in nobis mens: noticia ⁊ amor. ergo arguit eſſe in deo. Iſtud accepit a phõ qui in. xij. metaph. ait. ꝙ in deo eſt ſũmus intellectus: ⁊ ſummũ intelligere: et ſumma voluntas ſumme voluptuoſa. i. gaudioſa. Ubi comentator cõmento. xxxvij. ꝓbat ꝙ in deo eſt intellectus. ⁊ volũtas. ⁊ actus eorũ quis nõ per additã rem vel intenſionẽ. Hoc idẽ dicit in fine cõmẽti. xxxvi. ꝙ in deo eſt trinitas perfecta. Sed dicit ꝙ hanc trinitatẽ putauerũt xpiani eſſe trinitatẽ ſuppoſitoꝝ: ⁊ illud ipſe negat: ſed male negat. Hoc dic̃ Aug. vij. cõfeſſionũ fuiſſe de mẽte Platonis. ⁊. x. de ci. dei. c. iij. fuiſſe de mente Porphirij. Cõcludendũ ergo ſcḋm Tho. vbi. ſ. ad. i. ꝙ phi nõ cognouerũt myſteriũ diuinarũ pſonaꝝ ꝑ ꝓpria que ſunt paternitas. filiatio. ⁊ ꝓceſſio. iuxta illud apl̃i. i. ad Corinth. ij. c. Loquimur dei ſapientiã: quam nemo principum huius ſeculi cognouit. i. philoſophoꝝ ſcḋm gloſaꝫ. Cognouerunt tamen quedã attributa que appropriantur perſonis: ſicut potentia appropriat patri: ſapiẽtia filio. ⁊ ſpũiſancto bonitas. Si vero aliqs quereret. Ad quid eſt ergo neceſſaria cognitio trinitatis: ſi humana rõne cognoſci non põt. R̃ndet Tho. vbi. ſ. ad. ij. ꝙ talis cognitio neceſſaria eſt nobis dupliciẽ. Uno mõ ad recte ſentiendũ de creatione rerũ. Per hoc enĩ ꝙ dicimus deũ omnia feciſſe verbo ſuo: excluditur error ponentiũ deum ꝓduxiſſe res ex neceſſitate nature. Per hoc autẽ ꝙ ponimꝰ in eo ꝓceſſionem amoris oſtendit ꝙ deus nõ ꝓpter aliquã indigentiã ꝓduxit creaturas: neqꝫ ꝓpter aliquã cãm extrinſecã: ſed ꝓpter amorẽ ſue bonitatis. Secũdo fuit neceſſaria cognitio trinitatis ad recte ſentiendũ de ſalute generis humani: que perficit per filiũ incarnatum.

Secundũ (qḋ cõſiderandum occurrit de trinitate) dicit ſcripture ꝓnunciatio. In veteri namqꝫ lege ſepius pluralitas perſonarũ eſt ꝑſignata. Nam ſcribit Geñ. i. c. In principio creauit deus celũ ⁊ terrã. Scḋm Nico. de lira hebraica veritas habet. In principio heloim creauit celũ ⁊ terrã. Heloim autẽ eſt plurale huius noĩs Hel. ſicut pꝫ ſcientibus ꝓprietates idiomatis hebrei. Per hoc autẽ ꝙ nomẽ plurale diuinũ cõiungitur cum verbo ſingularis numeri, cũ dicitur creauit heloim: ac ſi diceretur creauit dij: oſtẽdit ſcriptura ꝙ in deo eſt aliqua pluralitas in vnitate eſſentie. Et talis modus frequentiſſime in veteri teſtamento inuenit. Sed cõtra hoc reſpondent iudei dicentes: ꝙ hoc nomen heloim quando ponitur ꝓ deo improprie dicit. ⁊ indifferenter accipitur ꝓ ſuo plurali ⁊ ſingulari. Quando autem de deo vero dicit ſemper accipitur in ſingulari. Et ſic ſumitur in ꝓpoſito: quando dicitur. In principio creauit heloim. i. deus. Ad quam ſolutionẽ infringendam arguit Nico. de lira ex textu ſacre ſcripturẽ. Quia hoc nomen heloim quando ponit ꝓ deo: ⁊ alia nomina diuina dicunt frequenter de deo vero in plurali. Quod pꝫ manifeſte. quia cõiungit cũ adiectiuis pluralis numeri. Unde Ioſue vltimo dicit. Non poteſtis ſeruire domino: q2 dominus ipſe ſanctus eſt. Hebraica veritas habet ſic. Non poteſtis ſeruire domino: q2 heloim ſancti ipſe eſt. Item Hiere. xxiij. c. Peruertiſtis verba dei viuentis: dñi exercituum dei veſtri. Hebraica veritas ſic habꝫ. Peruertiſtis verba heloim viuentiũ domini. Et notandum ꝙ ibi ponit nomen dei thetragrãma

ton: cū dicitur in auctoritate premiſſa. Dñi exercituū. Ubi em̄ habemus dñi: in hebreo ponitur nomen dñi thetragrāmaton, quod ſignificat diuinā naturā ſm ſuas proprietates intrinſecas: abſqȝ reſpectu ad extra. Et ſic patet ꝙ in intrinſecis diuinitatis eſt aliq̄ pluralitas per pluralitatē immediate precedentē: cū dico in auctoritate. Peruertiſtis ꝟba eloim, id eſt deoꝝ viuentiū. Et coniūgitur iſta pluralitas nomini dei thetragrāmaton: cū immediate ſubditur. Dñi exercituū ꝛc. Et ſic patet per hec ꝙ in vnitate diuine eſſentie ē aliqua pluralitas cū ſumma ſimplicitate. Qđ non ē in alijs: q2 ſemper vbi ſcriptura ponit aliqđ denotans pluralitatē perſonarū: ibidē oſtendit eſſentie vnitatē. Itē Eſa. liiij. ſcribitur ſic. Dominabitur tui qui fecit te. Dñs de⁹ exercituum nomen eius. Ueritas hebraica ſic habet. Dominatores tui: factores tui: dñs exercituū nomen eius. In hac auctoritate vbi ponitur de⁹ exercituū nomen eius: ponitur nomen dei thetragrāmaton. Et ideo poteſt argui ſicut ex precedēti. Similiter hoc nomen eloim frequenter coiungitur cū verbo pluralis numeri. Uerbi gratia. ij. Reg. vij. c. dicit. Que eſt gens vt populus iſrael in terra: ꝓpter quā iuit dñs vt redimeret eā ſibi i pplm. Hebraica veritas habet. Fuerunt eloim. Fuit adhuc a ꝓphetis alio modo prenunciata trinitas perſonarum. Unde pš. xliiij. dicit. Sedes tua deus in ſeculum ſeculi: virga directionis virga regni tui. Propterea vnxit te deus de⁹ tu⁹. Scđm Nicolaū de lira ſuper. i. c. ad Heb. in hac auctoritate exprimitur xps tanꝗ̄ deus vnctus: quia in humanitate vnctus eſt plenitudie gratie. Exprimitur per hoc deus vngens tanꝗ̄ perſona diſtincta ab ipſo vncto: quia ſcriptura de ipſo vngendo loquitur tanꝗ̄ de alia perſona. Inſuper ex parte dei vngētis duplicatur hoc nomē deus: cū dicitur. Unxit te deus deus tu⁹: ad denotandū perſonā patris ꝛ ſpiritusſancti. Sed moderni iudei exponunt hunc pš. de Aſſuero: ꝛ dicūt ꝙ iſte pſalm⁹ fact⁹ eſt a Mardocheo. Sed hoc patet falſum. Primo quia non intitulatur a Mardocheo ſicut aliqui pſalmi intitulantur ab Aſaph qui eos fecit, vt patet in titulo pſalmi. xlix. ꝛ in plurib⁹ alijs locis. Iſte aūt pſalmus intitulatur a dauid: vt patet in hebraico. Hoc etiā patet per litterā pſalmi ſequentis: quia iſte rex de quo eſt pſalmus habetur tanꝗ̄ deus adorandus. ſm ꝙ ibidē dicitur. Concupiſcet rex decorē tuū: quia ipſe ē dominus deus tuus: ꝛ adorabunt eū. Si aūt iſta verba dicantur de Aſſuero rege: ſequitur ꝙ Mardocheus induceret totum populum: ꝛ ipſam Heſter: ad quam diriguntur verba premiſſa ſm expoſitionem eorum: ad adorandum Aſſuerum ſicut deum. Quod manifeſte patet falſum, quia in eodem libro dicitur ꝙ noluit flectere genu coram Aman, ne honorē dei transferret in hominem. Hoc etiam patet per tranſlationem chaldaicam ſuper pſalmuȝ iſtum: que auctentica eſt apud hebreos. Ubi enim in hoc pſalmo habemus ſic. Specioſus forma pre filijs hominum: diffuſa ē gratia in labijs tuis: chaldaicum ſic habet. Pulchritudo tua meſſia maior ꝙ̄ filiorū hominum: datus eſt ſpiritus prophetie in labijs tuis. Sic ergo patet ex predictis ꝙ auctoritas (que hic inducitur de illo pſalmo) ad litterā intelligitur de xp̄o. Itē oſtenditur pluralitas perſonarum in pš. cix. Dixit dñs dño meo ꝛc. qui ad litterā de xp̄o eſt intelligendus. Sed iudei aliqui dicunt ipſum debere intelligi de Abraam: ꝛ ꝙ Eliezer eius diſpenſator fecit illum ad reddendū gratias deo de victoria quā habuit Abraā contra illos reges qui captiuauerāt Loth nepotem ſuum: ſm ꝙ habetur Geñ. xiiij. c. Sed hoc patet falſum ex titulo pſalmi: quia non intitulatur ab ip̄o Eliezer: ſed a dauid. Ideo dicunt alij ꝙ eſt factus a dauid, non tamen loquitur de chriſto: ſed de angelo ſuo. Ut ſit ſenſus. Dixit dominus domino meo, id eſt angelo me cuſtodienti. Sed hoc patet falſuȝ: quia infra dicitur. Tu es ſacerdos in eternum. Sacerdotium vero non competit angelis. Ideo ſm Nicolaū de lira ſuper epl̄am ad Hebreos dicendū ꝙ ad lr̄am eſt pſalmus factus a dauid: loquens de xp̄o. Et hoc per tranſlationeȝ chaldaicā: quia vbi nos habemus. Dixit dñs dño meo: chaldaicū ſic habꝫ. Dixit dñs verbo ſuo. Itē ex illo quod ſequit. Ex vtero ante luciferū genui te, quod non poteſt alicui competere niſi filio dei. Et per has cōditiones ꝙ dicitur hic verbum dei: ꝛ ex vtero .i. dei ſubſtantia: oſtenditur vnitas eſſentie, quia diuinitas plurificari non poteſt. Per hoc enim ꝙ dicitur genitus de ſubſtātia dei: oſtenditur diſtinctio perſone, quia nulla res gignit ſeipſam. Similiter per hoc ꝙ dicitur ſede ad dexteram dei. Una em̄ perſona non poteſt ſedere ad dexteram ſuijpſius. Inſuper oſtenditur pluralitas perſonarum Eſa. xlviij. vbi dicitur. Non a principio in abſcondito locutus ſum: ex tempore anteꝗ̄ fierent ibi eram. Et nūc dñs me⁹ miſit me ꝛ ſpiritus eius. Iſta ſunt verba dei

loquētis. Qđ pꝫ ex textu p̄cedēti. ꝛ ſil̄r ex hoc quod immediate ſubdit. Hec dicit dñs de⁹ redemptor tuus ſanctus iſrl̄. In hac auctoritate loquit de datione legis: que data fuit i manifeſtatō, ꝛ de die. ꝛ audiēte omni populo vocem dei loquētis. vt habet Exodi. xix. ꝛ. xx. c. Et hoc eſt quod dicit. Nō a p̄ncipio locutus ſum in abſcōdito. i. ip̄a lex fuit data. Et immediate ſubdit. Et nūc dñs meus miſit me: ꝛ ſpiritus eius. Hic deus dicit ſe miſſum a deo et a ſpū eius. Nunc autē eſt ita ꝙ inter mittētē ꝛ miſſum debet eſſe ſemidiſtinctio pſonalis: quia trinitas pſonarū eſt in diuinis ſcȝ miſſi dei mittenti ꝛ ſpūs eius. Deum aūt miſſuȝ dicimus filium incarnatū: deum mittentem patrem ꝛ ſpm̄ eius ſpm̄ſanctū. ¶ Adhuc p̄nunciata fuit trinitas pſonarū diuinarū. Eſa. vi. vbi dr̄. In anno quo mortuus eſt rex Ozias vidi dñm ſedentē ſup ſolium excelſum ꝛ eleuatum: ꝛ ea que ſub ip̄o erant replebāt tēplū. Seraphin ſtabāt ſuper illō: ſex ale vni: ꝛ ſex ale alteri. Et infra. Clamabant alter ad alterum. Sanctus: ſanctus: ſanctus dñs deus exercituum. Plena eſt omnis terra gloria eius. Et in pš dicitur. Benedicat nos deus deus noſter: benedicat nos deus. Ubi ter h̄ nomē deus replicatur.

Tertium (quod occurrit conſiderandū circa trinitatem) dr̄ ſup̄na reuelatio. Nam in noua lege (vt dixit Alexander in p̄mo ſumme) manifeſtata eſt trinitas pſonarū: non ſoluȝ ſm nūerū ꝛ diſtinctionē: ſꝫ etiā ſm originē ꝛ proprietatem: que pſona p̄ma a nullo eſt pater: ꝛ ſecūda genita filius. ꝛ tertia ſpūſſanct⁹. Uñ Ioh. i. cano. c. v. Tres ſunt qui teſtimonium dant in celo: pater ꝟbum ꝛ ſpūſſanctus. et hi tres vnū ſunt. Itē xp̄s dixit Mat. vl. Eūtes docete oēs gētes baptiſantes eos in nomine patris ꝛ filij ꝛ ſpūſſancti. Iterū in baptiſmo xp̄s apparuit in aſſumpta carne: pr̄ in voce: ſpūſſanctus in columbe ſpecie. vt pꝫ Luc. iij. Et Mat. xvij. pater apparuit in voce: filius in aſſumpta humanitate: ꝛ ſpūſſanct⁹ i nube.

Sciēdū aūt hic ſm Alex. in. i. ſum. q. lxxiiij mē. iiij. ꝙ apparitio aliqn̄ dr̄ manifeſtatio in aliquo effectu intelligibili oblato intellectui. Et ſic ſumit Sap̄. i. vbi dr̄. Apparet aūt his qui fidē habent in illū. Aliqn̄ vero dr̄ manifeſtatio in aliqua ſimilitudine corp̄ali oblata imaginatōni. Et hoc modo dr̄ angelus apparere in ſomnis. Mat. ij. ꝛ etiā ip̄e domin⁹ danieli. Dañ. vij. Aſpiciebam in viſione noctis. Et Salomoni. iij. Regū. iij. Tertio modo dr̄ apparitio manifeſtatio in aliquo ſigno ſenſibili rep̄ntato ſenſui: ſiue illud ſignū ſit viſibile ſiue ſit audibile. Et hoc modo apparuit pr̄ in nouo teſtamēto: vt pꝫ Mat. xvij. ꝛ Iohā. xij. Quarto modo dr̄ apparitio manifeſtatio facta in aliqua ſimilitudine corporali ſenſibili oblata viſui. Et ſic vſitatiori modo dr̄ apparitio. ꝛ ſic dr̄ ꝙ apparitio non ſolum dicit manifeſtatio in ſigno viſibili: ſed etiam audibili. Si autem queraf: quare non apparuit ſpūſſanctus in aliqua voce ſiue ſigno audibili vel etiam filius: dicit Alexan. vbi. s. ꝙ congruitas fuit: vt ſicut erat diſtinctio in pſonis ita eſſet diſtinctio in ſignis exp̄mentibus perſonas. Unde filius apparuit in rōnali creatura ſibi vnita vnitate pſone. Spūſſanctus in irratōnali creatura non vnita ſibi vnitate pſone. Pater ꝟbo in voce tanꝗ̄ in ſigno diſtīcto ab vtroqȝ. Sed quādo ſpūſſanctus ſolus apparuit: tūc apparuit vtroqȝ modo. ſ. in ſono tanꝗ̄ in ſigno audibili: ꝛ in linguis igneis tanꝗ̄ in ſigno viſibili.

Quartū conſiderandū dicitur perſonaruȝ terminatio. Sunt em̄ in diuinis tres tantuȝ perſone. Sed quidā arguūt contra ſic. Quicquid eſt in deo eſt infinitum: ſed numerus pſonarum eſt in deo: ergo infinitus. ergo infinite perſone. Ad hoc reſpōdet Bonauentura in p̄mo diſtinctione ſecūda. queſtione tertia. ꝙ cum duplex eſt infinitas ſcilꝫ numeralis ꝛ immēſitatis: deus eſt infinitus infinitate virtutis ꝛ immēſitatis: que eſt infinitas perfectionis: ꝛ ideo ponenda in deo. Infinitas autem numeralis: quia repugnat perfectōni a deo eſt amouēda. Nam cum deo ſit attribuendum quod nobilius eſt: neceſſe eſt ponere perſonarum finitatē. Primo ratione diſtinctionis: quia in perſonis eſt diſtinctio: ergo non cōfuſio: ſed vbi eſt infinitas ſcȝ numeralis ibi cōfuſio. Secūdo ratione ordinis: quia vbi eſt ordo ibi eſt terminatio. Nam vbi deficit terminatio: ibi deficit ꝛ mediatio: et per conſequēs ordo. Sed vbi eſt terminatio non eſt infinitas: ergo ſi in perſonis diuinis ē ordo non erit ibi infinitas. Dicimus ergo ꝛ cōfitemur tres tantū perſonas in diuinis: neqȝ confundentes perſonas neqȝ ſubſtantiam ſeparantes, quia (vt dicit Athanaſius) Alia eſt enim perſona patris: alia filij: alia ſpiritusſancti. Sed patris et filij ꝛ ſpiritusſancti vna eſt diuinitas: equalis gloria: coeterna maieſtas. Qualis pater: talis filius: talis ſpiritusſanctus.

Quintū(quod erat conſiderandū circa tri-
nitatē diuinarū perſonaꝝ)dicitur fideliū obli-
gatio. Ubi videre debem⁹ vtrū credere expli-
cite myſteriū trinitatis ſit de neceſſitate ſalutꝭ.
Et rñdet Tho.ij.ij.q.ij.ar.viij.ꝙ myſterium
xpi explicite credi non pōt ſine fide trinitatis.
qꝛ in myſterio xpi hoc cōtinetꝰ ꝙ fili⁹ dei car-
nē aſſumpſerit ꝙ per grām ſpūſſancti mūduꝫ
renouauerit:⁊ iterū ꝙ de ſpūſctō concept⁹ fue-
rit. Et ideo eo modo quo myſteriuꝫ xpi ante
xpm fuit quidē explicite creditū a maioꝛib⁹:
implicite aūt ⁊ quaſi obumbꝛate a minoꝛib⁹:
ita etiā ⁊ myſteriū trinitatis. Poſt tp̄us aūt
gratie reuelate tā maioꝛes ꝙ minoꝛes tenen-
tur habere fidē explicitā de myſterijs xpi:pꝛe-
cipue quantū ad ea que cōmuniter in eccleſia
ſolenniʒantur ⁊ publice. Ita etiam poſt tp̄us
gratie diuulgate tenētur oēs ad explicite cre-
dendū myſteriū trinitatis. Quare erigamus
oculos mentis noſtre:⁊ deum benedictū cola-
m⁹ honoꝛe debito:vt ſic digni efficiamur gra-
tia eius:per quam tandem adipiſcamur eter-
nam gloꝛiam eius. Amen.

De honoꝛe ⁊ reuerentia deo exhibendis ⁊
debitis. Sermo XIX

Errāt grauiter circa

cultū dei xpiani:qui tanto ſunt re-
pꝛehenſibilioꝛes:quanto veritas
eis eſt magis nota. Omnis vtiqꝫ natio magꝭ
reuerenter deos falſos colit:ꝙ xpianus ppl's
deū regē celi. Idcirco vt deus nobis pꝛopicius
⁊ miſericoꝛs fiat:de honoꝛe ſibi debito in hoc
ſermone dicem⁹. In quo triplex honoꝛ diſtin-
guendus eſt.

Prim⁹ cōſiſtit in ſacroꝝ locoꝝ veneratiōe
Scōus in ſacrarū pſonarū exiſtimatione
Terti⁹ in ſacrarū cerimoniarū perſolutiōe.

De pmo honoꝛe deo debito:q̄ cōſiſtit in ſa-
croꝝ locoꝝ veneratione. Caplm I

Rimus honoꝛ(qui deo debetur)con-
ſiſtit in ſacroꝛū locoꝛū veneratione.
Debent vtiqꝫ oēs venerari loca ſa-
cra deo dicata ita vt in eccleſijs vnuſquiſqꝫ in-
grediatur:cōmoretur:⁊ exeat cū deuotione hu-
militate timoꝛe ⁊ reuerētia. Et hoc ppt tria.
Primo ppt dei maieſtatē.
Scōo ppt vtilitatē
Tertio ppt exēplaritatē.
Primo dʒ vnuſquiſqꝫ venerari tēpla dei p-
pter ei⁹ maieſtatē. Nā vt dr in ps. Dñs in tē-
plo ſctō ſuo. Et Apoc.xxi. Ecce tabernaculum
dei cū hoībus. Sed poſſet aliquis obijcere
ꝙ non ſit aliquis locus deputat⁹ ad cultū dei
qꝛ(vt dr Act.xvij.)Deus(qui fecit mundum ⁊
oīa que in eo ſunt)hic celi ⁊ terre cū ſit dñs nō
in manufactis tēplis habitat:nec manib⁹ hu-
manis colitꝰ indigēs aliquo. Et.iij.Reg.viij.
Salomon dixit. Si celū ⁊ celi celoꝝ te capere
non poſſunt: quanto magis dom⁹ hec quam
edificaui tibi. Ad hoc rñdet Tho.i.ij.q.ciij.
ar.i.ad.ij.⁊.ij.ij.q.lxxxiiij.art.iij.ad.ij.arg.ꝙ
in adoꝛatiōe dei ⁊ oꝛationib⁹ ſiendis duo cō-
ſiderari poſſunt. Aut de⁹ qui colitꝰ adoꝛatur ⁊
oꝛatur. Et ſic non eſſet aliquis locus ad ado-
randū neceſſarius. Aut cōſiderantꝰ ipi hoīes
colentes deū. Et ſic determinat⁹ locus eligitꝰ
ad adoꝛandū. nō ppter deū qui adoꝛatur q̄ſi
loco cōcludatꝰ:ſʒ ppter ipos adoꝛantes. Et hꝰ
triplici rōne. Primo quidē ppter loci ꝯſecra-
tionē:ex qua ſpiritualē deuotionē concipiunt
oꝛantes vt magis exaudiantꝰ. Scōo ppter ſa-
cra myſteria ⁊ alia ſanctitatꝭ ſigna que ibi cō-
tinentur. Tertio ppter ꝯcurſum multoꝝ ado-
rantiū: ex quo fit oꝛatio magis exaudibilis.
ſm illud Matth.xviij. Ubi ſunt duo vel tres
cōgregati in noīe meo:ibi ſum in medio eoꝝ.
Ideo eccl'ia ad diuinū cultū deputatꝰ. Et quo
multiplicitꝰ noīatur.ſcʒ baſilica:templū:taber-
naculū:eccl'ia:⁊ dom⁹ dei. Primo dicitur
baſilica:vt habetꝰ diſt.xlij.c.non oʒ. Ubi dicit
archidiacon⁹ ꝙ baſilica dicitꝰ palaciū regis.
Baſileos enī grece: latine rex interpꝛetatur.
Unde baſilica dicitꝰ quelibʒ eccl'ia:qꝛ palaciū
eſt ſummi regis:⁊ regi regū in ea miniſtratꝰ.
Quidā tñ dixerunt eccl'ias epales tm̄ dici ba-
ſilicas: qꝛ hmōi reges cōſueuerūt fundare ⁊
dotare ſm Huguitionē. Uel baſilica dr a baſi-
leo rege grecoꝝ:q̄ pꝛimo ſe fecit ſepeliri apud
eccl'iam ſm Iſidoꝝ. Scōo eccl'ia dicitꝰ tē-
plū. Et ſm archidiaconū templū dicitꝰ quaſi
tectū amplū:qꝛ ppl's ibi ſub vni⁹ tecti ampli-
tudine cōtinetꝰ. Et ppꝛie tēpla ſunt maioꝛes
eccl'ie. Uel templū dicitꝰ a cōtēplando:qꝛ hoc
ibi fieri dʒ. Tertio dicitꝰ eccl'ia. vt de conſe.
di.i.c.eccl'ia. Que interpꝛetatur collectio ſeu
conuocatio. Ubi dicit archidiaconus ꝙ ideo
dicitur conuocatio: quia continet pplm con-
uocatū a deo. Ubi aūt conueniebat ppl's iu-
deoꝝ dicebatur ⁊ adhuc dicitur ſynagoga. q̄
interpꝛetatur congregatio:quia ad verba le-
gis(que aſpera erant ⁊ dura)populus ille(ve-
lut grex pecoꝝ)congregabatur. Sed in catho-
licis adunatio dicitur eccleſia.i. conuocatio:
vbi conuenitꝰ qꝛ amoꝛe ſpiritusſancti ad vnā
fidē ⁊ pꝛemiū futuri ſeculi vocatur. Quar-

to eccleſia dicitur tabernaculū. quod eſt mili-
tare habitaculū. Unde dauid in ps. Tranſibo
in locū tabernaculi admirabilis vſqꝫ ad do-
mū dei.i. ab eccleſia militante vſqꝫ ad trium-
phantē. Quia enī militia eſt vita hoīs ſuper
terrā:ideo eccl'ia vbi adunatur populus mili-
tans non habens hic ciuitatē manentē:dicitꝰ
etiā apte tabernaculū. Quinto eccl'ia dici-
tur domus dei. vt pʒ Iob.ij. ⁊ Matth.xxi.c.
⁊ de imu.eccle.c.decet domū dñi.lib.vi. Unde
ij.Paral.vij. poſt conſtructionē templi appa-
ruit dñs Salomoni nocte in tēplo:⁊ ait. Au-
diui oꝛationē tuā:⁊ elegi locū iſtū mihi in lo-
cū ſacrificij. Si clauſero celū ⁊ pluuia non flu-
xerit:⁊ mandauero ⁊ pꝛecepero locuſte.vt de-
uoꝛet terrā:⁊ miſero peſtilētiā in populū meū
conuerſus autem populus meus(ſuper quo in-
uocatū eſt nomen meū)depꝛecatus me fuerit
⁊ exquiſierit faciē meā ⁊ egerit pniam a vijs
ſuis peſſimis:⁊ ego exaudiā de celo ⁊ pꝛopici-
us ero peccatis eoꝝ:⁊ ſanabo terrā eoꝝ. Ocu-
li quoqꝫ mei erunt aperti: ⁊ aures mee erecte
ad oꝛationē eius q̄ in loco iſto oꝛauerit. Ele-
gi enī ⁊ ſanctificaui locū iſtū:vt ſit nomē meū
ibi in ſempiternū: ⁊ permaneant oculi mei ⁊
coꝛ meū ibi cunctis diebus. Igitur cū ſumma
reuerentia q̄libet in eccleſijs adeſſe debet. Un-
de in pꝛefato.c.decet domū dñi.dicitur. Decet
domū dñi ſanctitudo. Decet: vt cuius in pace
factus eſt locus: eius cultus etiā ſit cū debita
veneratione pacificus. Sit itaqꝫ ad eccleſias
humilis ⁊ deuotus ingreſſus. Sit in eis q̄e-
ta conuerſatio: deo grata: inſpicientibus pla-
cida. Et Aug.xlij.di.c.in oꝛatoꝛio. inquit. In
oꝛatoꝛio preter oꝛandi ⁊ pſallendi cultū peni-
tus nihil agatur:vt nomini huic ⁊ opera iugi-
ter impenſa concoꝛdent. Sed ve mūdo a ſcan-
dalis: quia hodie i dei templis nulla ſeruatur
modeſtia:nulla hōeſtas:nulla religio. Quini-
mo ibi abundāt riſus: ioci:ſpectacula vana:⁊
alia q̄plura nephanda. O pernicioſa conſue-
tudo.o deteſtabiles moꝛes xpianoꝝ maloꝛū.
qui templa dei ita inhabitant:quaſi eſſent vi-
liſſima lupanaria. Secūda ratio quare dei
templa ſunt merito venerāda eſt pꝛopter vti-
litatē. In illis nāqꝫ ſuſcipimus ſpiritualia be-
neficia. Ibi recipimus ſacramenta. Ibi ſepe-
limur poſt moꝛtē reſeruātes coꝛpoꝛa vſqꝫ ad
generalē reſurrectionē. Propterea inquit ps.
Suſcepim⁹ deus miſericoꝛdiā tuā in medio
templi tui. Hinc eſt ꝙ eccleſia fundatur cum
pꝛeeminentia:quia nullus eā edificare poteſt
niſi auctoꝛitate diœceſani:qui debʒ ponere pri-
mariū lapidē:figere crucē:deſignare cymite-
riū:⁊ etiā petere dotē ſufficientē aſſignari: ſi-
ne qua conſecrari non debet. vt patʒ de conſe.
diſt.i.c.nemo.⁊.c.placuit. Inſuper eccl'ia con-
ſecrata non debet reuerti ad ſecularē habita-
tionē ⁊ pphanos vſus.xix.q.iij.c.que ſemel.
⁊.c.quoniā.⁊.xvij.q.vltia.c.queſti.⁊ ex de re-
ligioſis domibus.c.ad hec. Tertia ratio q̄-
re veneranda ſunt dominica templa: dicitur
exemplaritatis. Non ſolū enī a ſanctis doce-
mur exēplo vt veneremur dominica templa:
ſed offerunt ſe gentiliū exempla.qui ſuoꝝ ido-
loꝝ tēpla diligentiſſime honoꝛare ſtuduerūt.
Unde Ualerius libꝛo pꝛimo rubꝛica de religi-
one recitat qualiter Fabius(quia queſtiones
audiuit in templo)dictaturā amiſit. Nā nulla
melodia ⁊ nullus ſonus in tēplo eſſe debebat
niſi pꝛo laude deoꝝ. Iterū in rubꝛica de negle-
cta religione eodē libꝛo pꝛimo narrat ꝙ qui-
dam nomine Flaccus cenſoꝛ exiſtens:a quo-
dam templo quod erat in ciuitate calabꝛie:te-
gulas marmoꝛeas fecit remoueri: ⁊ romā in
pꝛopꝛia domo fecit poꝛtari. Propter quā cau-
ſam demens fuit effectus. Inſup duos filios
perdidit. Quod factū poſtmodū ſenatus rete-
xuit ⁊ emendauit:tegulas ad templū repoꝛta-
ri iubendo. Inſuper ibidē ponit ꝙ quidā poſt-
humus nomine a Scipione dū eſſet in aſia:
romani pꝛo militum erario ſiue ſtipendio fuit
miſſus. Qui dū in aſiā reuerteretur:pꝛoſerpi-
ne templū expoliauit theſauro. Quod vt ſena-
tui fuit intimatū: ſtatim per ſenatū reuocat⁹
⁊ in carcere clauſus fuit. In quo detētus an-
teq̄ examinaretur ſua cauſa: crudeli moꝛbo
valde:vtpote demens ⁊ furioſus obijt. Itaqꝫ p-
ſerpina ſenatus edicto poſthumi ſibi confiſca-
tum theſaurū ſuū rehabuit. Iſti itaqꝫ ſuo mo-
do mirā exhibere contendebant reuerentiam
templis falſoꝝ deoꝝ. Quanto magis ⁊ nos re-
uerenter tractare debemus templa dei. Nam
⁊ dñs ieſus xps in nullo ita ſeuerus apparuit:
ſicut dū in templo inuenit vendentes ⁊ emē-
tes:quoꝝ mēſas euertit. pꝛoiecitqꝫ pecunias
⁊ flagello facto de funiculis eos eiecit a tēplo
dicens. Domus mea domus oꝛationis voca-
bitur: vos aūt fecitis eā ſpeluncam latronū.

De ſecundo honoꝛe deo debito in ſacrarum
perſonarū exiſtimatione. Caplm II

Ecundus honoꝛ(qui deo debetur)cō-
ſiſtit in ſacrarum perſonarum ſcʒ ſa-
cerdotum exiſtimatione. Eſt enim
ſacerdotalis dignitas excellentioꝛ quacunqꝫ
dignitate tempoꝛali. Quod pꝛobare poſſum⁹

tripliciter,
- Primo ratione.
- Secundo auctoritate.
- Tertio exemplo.

Primo oſtēdimus ꝙ dignitas ſacerdotalis excellit omnē dignitatem temporalē ratione, que triplex eſſe poteſt. ſ.
- Prima rō dr̄ ſignificatiōis.
- Scḋa inſtitutiōis.
- Tertia ↄditionis.

triſticia in alienis malis. Sed in deo nulla eſt
triſticia. ergo nec miſericordia. Ad qd̄ re-
ſpondet ſm Ric. in.iiij. di.xlvi. ar.ij.q.i. ꝙ mi
ſericordia īportat duo. Vnū tanq̄ eſſentiale.
aliud tanq̄ accidentale. Primū eſt ꝓmptitu-
do volūtatis ad ſubueniendū miſeris in qua
eſt totū virtutis miſericordie eſſentiale. Se-
cundū vero eſt paſſio triſticie: que orit in ap-
petitu ſenſitiuo ex cognitiōe miſerie alterius.
Quantū ad ſcd̄m nō eſt in deo miſericordia:
ſed q̄tum ad primū eſt ſumme miſericors: ita
ꝙ miſericordia eſt in eo ſm effectū: ⁊ nō ſm
paſſionis affectū. Cōcordat his Bon. ⁊ Sco.
xlvi. diſ.iiij. Et Alex. in.iiij. ſūme. ⁊ Tho. pma
pte.q.xxi. ar.iij. Hinc eſt ꝙ Anſelmus in mo-
nologion loquēs ad deū ait. Miſericors es:
q: miſeros ſaluas: peccatoribus parcis. Mi-
ſericors nō es: q: nulla miſerie cōpaſſiōe affi
ceris. Quanta autē ſit latitudo huius diuine
miſericordie: pꝫ in ſacra ſcriptura decretorū
q; ſentētijs. Et primo ſapiens eccī.xvij.c ait.
Magna miſericordia dn̄i: ⁊ ꝓpiciatio illius
cōuertentibus ad ſe. Quis adijciet enarrare
miſericordias dei. Eccī.xviij. Letetur anima
veſtra in miſericordia eius. Ibidē.li.c. Tu aūt
deus noſter ſuauis ⁊ verus es: ⁊ in miſericor

dia diſponens oia. Sap.xv. Exo.xxxiiij. Dn̄a
tor dn̄e deus miſericors ⁊ clemens patiens ⁊
multe mie ⁊ verax. Et Eſa.liiij. dicit dn̄s. In
mia ſempiterna miſertus ſum tui: dicit redē-
ptor tuus dn̄s. Derelinquat impi⁹ viā ſuā: ⁊
vir iniquus cogitationes ſuas: ⁊ reuertatur
ad dn̄m ⁊ miſerebit ei⁹. Eſa.lv. Inuocabis ⁊
dn̄s exaudiet: clamabis ⁊ dicet adſum: q: mi
ſericors ſum dn̄s deus tuus. Eſa.lviij. Cōuer
timini ad dn̄m deū veſtrū: q: beni gnus ⁊ mi
ſericors eſt: patiens ⁊ multe mie: ⁊ preſtabi-
lis ſuper malicia. Johel.ij. Magnificata eſt
vſq; ad celos mia tua. ps̄.lvi. Tu aūt dn̄e ſua
uis ⁊ mitis ⁊ multe mie oibus inuocantibus
te. ps̄.lxxxv. Laudate nomen ei⁹ qm̄ ſuauis ē
dn̄s: in eternū mia ei⁹. ps̄.xcix. Magna ē ſu-
per celos mia tua. ps̄.cvij. De pe.di.i.c. vide.
Pius eſt dn̄s ⁊ miſericors qui vindictā tem-
perat ab eo qui illā penitēdo preuenit. ⁊ de pe.
di.i.c. q: diuinitatis natura. Hiero. ait. Quia
diuinitatis natura clemēs eſt ⁊ pia: magiſq;
ad indulgentiā ꝓna ꝙ ad vindictā: que non
vult mortē peccatoris ſ; vt cōuertat ⁊ viuat.
Si quis poſt lapſum peccatorū ad verā pniaꝫ
ſe ꝯuerterit: cito a vero mie iudice veniā im-
petrabit. Et de pe.di.i.c. nouit dn̄s. ⁊.c. ſi aga-
mus. ⁊.c. ꝙ obrē. Et.xxij.q.iiij.c. vnuſquiſq;.
⁊.c. incōmutabilis. Nouit deus mutare ſniaꝫ
ſi tu noueris mutare ꝓpoſitū .i. emēdare deli-
ctū. Quid faciunt ergo peccatores: cur nō ad
deū reuertant qn̄ tantā miam peccatores ip-
ſos ſuſcipientem inueniūt? Inqt em̄ Greg. in
omel. Qui ſtare contempſit ſaltē poſt lapſum
ſurgat. Reuerentes nos dn̄s clemēter ample
ctitur: q: pctōrū vita eē indigna iam nō pōt
que fletib⁹ ſaluat. hec ille. Et de pe. diſt.i.c. in
actione. Cor cōtritū ⁊ humiliatū de⁹ non de-
ſpicit. Et per Ezechielē.xviij.c. dn̄s dicit. No
lo mortē peccatoris: ſ; vt conuertat ⁊ viuat.
Reuertimini ⁊ viuite. Pauluſq; ad Eph.ij.c.
dicit. De⁹ diues eſt in mia. Et iterū.ij. Corī.i.
Bn̄dictus de⁹ ⁊ pater dn̄i noſtri ieſu xp̄i pater
miſericordiarū. Que oia cōſiderans deuotus
Bern. ſuper cantica ſermone.xxij. ait. O ino ꝓ
pter manſuetudinē que de te predicatur cur-
remus poſt te dn̄e ieſu: audientes ꝙ non ſper
nas pauperē: peccatorē non horreas. Nō hor
ruiſti confitentē latronē: non lachrymantem
peccatricē: non chananeā ſupplicantē: nō de-
prehenſam in adulterio: non ſedentē in thelo
neo: non ſupplicantē publicanū: non negan-
tem diſcipulū: non perſecutorē diſcipulorū: nō
ipſos crucifixores tuos. hec ille. Nihil ergo in
deo auſterū: nihil terribile eſt ad ſeuenientib⁹
peccatorib⁹. Ideo clamat. Venite ad me ope
rantes iniquitatē. Venite ad me flumē inde
ficiens omis charitatis. Ad me qui vos crea
ui. Ad me qui vobis contuli tanta beneficia.
Ad me qui multis annis vos expecto. Ad me
qui dulciſſime vos inuito. Ad me qui vos be
nigne ſuſcipio. Ad me q̄ vobis indulgeo. Ad
me veſtrum creatorē: qui paratus ſum dare
vobis felicitatem regni celorū. quam nobis
concedere dignetur qui eſt benedictus in ſe-
cula ſeculorum. Amen.

De diuina charitate: in quo declaratur qua
re deus benedictus ⁊ glorioſus multa peccata
⁊ oia cuiuſcūq; grauitatis remittit vere peni
tentib⁹ ad ſe redeūtib⁹. Sermo III

V Enite ad me omēs
qui laboratis ⁊ onerati eſtis. Itē-
rum vbi.ſ. Etſi quodcunq; pecca-
tum mortale quia contra deū cū ſit infinitum
bonū: malū infinitū merito dici poſſit: ⁊ verū-
tamen vnū altero grauius eſſe reſpectu alicu
ius circūſtantie: nullus ſane mentis ambigit
imo ⁊ plerīq; peccatores: lꝫ alios penitētes vi
deant: tamen ſe illis grauius errare rōne co-
gnoſcunt rōneq; iudicant. Ob quod in dubiū
venit. Si diuina charitas ad oēm peccati ge
nus ⁊ ad quoſcūq; peccatores ſe extēdat. Qd̄
quidē ſaluator noſter ſoluit in verbis premiſ
ſis: cū dicit. Venite ad me oēs .ſ. peccatores.
In quibus verbis tertia flāma diuine chari-
tatis exprimitur: de qua in preſenti dicendū
eſt ſub triplici ꝯcluſiōe. videlꝫ

Prima vocat volitiōis.
Scd̄a vocat remiſſiōis.
Tertia vocat dānatiōis.

Qd̄ deus ſuauis eſt oibus: ⁊ qualiter intel-
ligitur illud dictū apl'i: ꝙ vult oēs ſaluos fie-
ri: cū tn̄ non oēs ſaluent. Caplm I

P Rima cōcluſio dicit volitionis. In
qua ſcire debemus ꝙ deus gratioſus
quātū in ipo eſt vult oēs ſaluos fie-
ri. Iuxta illō ps̄. Suauis dn̄s vniuerſis: ⁊ mi
ſerationes eius ſuper omia opera eius. Apl's
autem .i. ad Timoth.ij. loquens de liberaliſſi-
ma voluntate dei dicit. Omnes homies vult
ſaluos fieri: ⁊ ad agnitionē veritatis venire.
Sed non imerito dubiū oritur: quia cū nō
omnes ſaluentur: videtur ꝙ voluntas dei nō
ſit efficax: vel dictū apoſtoli eſt minus verū.
Ad quod declarandū dicit doctor ſeraphicus
Bonauentura in primo. diſt.xlvi.q.i. ⁊ Nico.

de lira ſuper hoc paſſu ꝙ dictū apoſtoli tribus modis exponitur. Uno modo vt ſit ibi diſtributio accommoda ſicut ⁊ hic. Omnis homo timet in mari. Scd̄m em̄ cōem modū loquendi intelligitur qui eſt in mari. Similiter Auguſtinus exēplificat, vt ſi dicatur. Magiſter iſte docet omnes pueros de iſta ciuitate. quia ſcȝ docet illos qui addiſcunt. Nullus em̄ docetur niſi per ipſum Sic in propoſito poteſt eſſe ſenſus. Deus vult ſaluos fieri omnes homines qui ſaluātur; quia nullus ſaluatur niſi velit deus. Secundo modo poteſt exponi vt ſit ibi diſtributio pro generibus ſinguloꝝ: ⁊ nō pro ſingulis generū. Sicut cū dicitur. Omne animal fuit in arca Noe; quia de omnib⁹ generib⁹ animaliū fuerunt ibi aliqua indiuidua Et deus de omni genere vult aliquos ſaluos fieri. ſcȝ de grecis: de latinis: de p̄latis: ⁊ de ſubditis: ⁊ de omni genere. Et ſic exponit magiſter ſniāꝝ in textu diſt. xlvi. primi libri. Tertio modo pōt exponi de volūtate dei antecedēte ⁊ nō cōſequēte. Volūtas āncedens eſt qua quis vult aliq̄d abſolute. Volūtas aūt que eſt ꝯſequēs eſt qua q̄s vult aliq̄d ꝯſideratis circunſtantijs. Volūtas āncedēs eſt volūtas reſpectu eiuſdē ꝓpter qd̄ de⁹ hoiem facit: ⁊ eſt irrefragabilr̄ bonoꝝ. Volūtas ꝯñs ē qua vult aliqua ſm̄ ꝑſcientiā meritoꝝ. Differētia aūt inter hāc ⁊ illā volūtatē nō eſt ſm̄ diuerſitatē affectiōis ſiue modi volēdi q̄ ſit i deo: ſ; ſm̄ rōnem cōnotandi ⁊ intelligēdi. Prout enim dr̄ deū velle ſalutē oium āncedent: cōnotatur in oib⁹ hoib⁹ ordinabilitas ad ſalutē. Tum ex parte nature date. Tum ex parte grē oblate. Dedit em̄ de⁹ naturā ſm̄ quā ipm̄ poſſent cognoſcere: ⁊ cognitū querere: ⁊ queſitū inuenire: ⁊ inuento inhererent: ac p hoc ſalutē obtinere. Grām ſimili mō obtulit dū filiū miſit: cui⁹ preciū oim ſaluti ſufficit. Leges etiā ⁊ mādata ſalutis tribuit ⁊ oſtēdit. Ipe inſup ꝓpe eſt oib⁹ inquirentib⁹ ⁊ oib⁹ inuocantib⁹ eū. Velle ḡ hoiem āncedent ſaluare nō cōnotat ſalutem. Velle aūt ꝯñter ſaluare: eſt velle dare ſalutē ei quē ſcit ad ſalutē ꝑuenturū p ſuū auxiliū ⁊ grām: ⁊ cōnotat ſalutis euentū. Et ſic nō eſt dicere ꝙ de⁹ vult oēs hoies ſaluos fieri.

Qualiter de⁹ penitentib⁹ peccatorib⁹ remittit oē gen⁹ pcti: ⁊ quō intelligit̄ de pctō in ſpiritumſctm̄ ꝙ ſit irremiſſibile. Caplm̄ II

[S]Ecunda cōcluſio dicitur remiſſiōis. Si em̄ deus vult oēs hoies ſaluos fieri qui ſaluari volunt; adhuc remanet dubiū de peccato in ſpūſctm̄. Poſito eniȝ ꝙ aliq̄s peccaſſet in ſpūſctm̄ ⁊ reuerti velit: vtrū de⁹ talē ad veniā ſuſciperet? Et videt̄ ꝙ nō, qꝛ pctm̄ in ſpūſctm̄ eſt irremiſſibile. Pȝ p Aug. lib. de fide ad petrū. vbi ait. Hīs q̄ peccant in ſpūſctm̄: neqȝ hic neqȝ i futuro remitti dicim⁹. His r̄ndēdū eſt ſm̄ magrm̄ ſen. diſt. xliij. ſcd̄i libri. ꝙ pctm̄ in ſpūſctm̄ vix aut raro aut difficulter remittit̄. Scd̄m em̄ Alexā. de halis in. iij ſumme. q. i. mē. ij. art. ij. vbi tractat de remiſſione peccati Ade: peccatū tripliciter dr̄ irremiſſibile. ſ.

Negatiue.
Priuatiue.
Contrarie.

Negatiue ē irremiſſibile illud qd̄ nullo mō pōt remitti. Et iſto modo eſt irremiſſibile peccatū luciferi ⁊ alioꝝ damnatoꝝ. Priuatiue dicitur irremiſſibile quod non habet aliq̄d dignū vt remittat̄. Et ſic oē pctm̄ mortale eſt irremiſſibile: qꝛ nullū pctm̄ mortale habet aliquid per quod ſit dignū remiſſiōe. Contrarie vero dr̄ irremiſſibile qꝛ hȝ ꝯtrariā diſpoſitionē ad grām: ſine qua nullo mō pōt peccatū remitti. Et iſto mō eſt irremiſſibile peccatū in ſpūſctm̄: qꝛ directe ē ꝯ effectū ſpūſſctī q̄ q̄dē dr̄ grā pnialis. Hui⁹ autē pcti ſex ſunt ſpecies vt pȝ per Aug. in Enchiridion: ⁊ de fide ad petrū. ⁊ in lib. de ſmone dñi in monte. ⁊ in lib. de baptiſmo paruuloꝝ. videlȝ

Deſperatio.
Preſumptio.
Inuidia fraterne grē
Obſtinatio.
Finalis impnia.
Impugnatio ꝟitat̄ agnite.

Quarum ſpecierū numerus aſſignatur ſm̄ Boñ. in. ij. diſt. xliij. arti. iij. q. i. vbi dicit. ꝙ cū peccatū in ſpiritūſanctū ſit contra penitentialem grām: tūc aut eſt ꝯtra ipam rōne ſui: aut rōne antecedentiū: aut rōne ſubſequentium. Si rōne antecedentiū: cū ad penitentiā antecedant timor ⁊ ſpes tanq̄ due mole: cōtra timorem eſt preſumptio: ꝯtra ſpem eſt deſperatio. Si rōne cōſequentiū: cū ad pniam conſequatur emēda que ꝯſiſtit in duob⁹. ſ. in vera ꝯfeſſiōe ⁊ ꝟa ſatiſfactōe: ſic ſumūt̄ due ſpēs: quarū vna eſt impugnatio veri agniti. alia ē deteſtatio boni. Si rōne ſui: ſic eſt obſtinatio que cōprehendit etiā finalē impniam. Dicit̄ ergo pctm̄ in ſpūſcm̄ irremiſſibile magis q̄ alioꝝ pctōꝝ genera: p eo ꝙ nō tm̄ repugnat gratie: ſed etiā diſpoſitioni ad veniā ⁊ grām ſuſcipiendam. Remiſſibile aūt eſt tum ratione diuine potentie remittētis: tum qꝛ homo poteſt de illo penitere: excepto pctō finalis impenitētie. Hec aūt finalis inpenitētia dr̄ dupliciter ſicut et ꝑſeuerātia. Naȝ ꝑſeuerātia vno modo dr̄ ꝓpoſitum ꝑſeuerandi. Alio mō dr̄ ꝯtinua ꝑmanētia in bono vſqȝ in finē. Sicut impenitētia vno modo dr̄ ꝓpoſitū nō penitēdi. Alio modo dr̄ ꝯtinua ꝑmanētia in malo. Impenitētia p̄mo modo put dr̄ ꝓpoſitū non penitendi eſt pctm̄ irremiſſibile: qꝛ vix remittitur eo ꝙ tale ꝓpoſitū claudit viam ad gratiam ⁊ impedit ingreſſum ſpūſſancti. Tamē poſſibile eſt ꝙ illud peccatū interduȝ: licȝ nō ſemper remittat̄. Sed impenitentia ſecundo modo dicta nullo modo poteſt remitti. Hec autem nemini eſt attribuenda vſqȝ ad illud inſtans in quo poſſet dici de aliquo ꝙ finaliter ſit impenitens.

De pctō damnatoꝝ ꝙ talib⁹ etiā remitteret ſi ipſi veram pniaȝ facerēt: ⁊ ꝙ pnia eoꝝ nihil valet. Caplm III

[T]Ertia cōcluſio dr̄ damnatiōis. Naȝ licȝ ea q̄ dicta ſunt locū habeāt in his qui peccāt in via: ⁊ emendant̄ duȝ viuūt in hoc ſeculo: tm̄ nullo pacto extēdi pñt ad eos qui in inferno damnati ſunt p ſniam diffinitiuā. His em̄ nunq̄ deus veniā dabit ⁊ tm̄ pniam agunt. ſicut pȝ Sap. v. Dicentes intra ſe pniam agentes. Ergo videt̄ ꝙ dei benignitas nō ſit oibus cōis: neqȝ omnes penitentiam agētes dei ſuauitatē inueniūt. Ad quod dicendū eſt ſm̄ Boñ. in. iiij. di. xiiij. parte ij. ar. i. q. iij. ꝙ agere pniam ſine dolore de culpa ſua cōmiſſa pōt eſſe dupl'r. Aut ꝓpter leſionem nature: aut ꝓpter offenſionē maieſtatis diuine Primā pniam habere quis pōt ex ſola natura ſine aliquo munere grē. Sicut em̄ hō naturalr̄ ſe diligit. ſic etiā odit oē ꝓpter qd̄ malū incurrit. Et talis pnia eſt in damnatis ⁊ in malis. Fuit hec in antiocho ſceleſtiſſimo de quo dr̄. ij. li. Macha. ix. Orabat ſceleſtus dñm a quo non erat miam ꝯſecuturus. Fuit etiā in Eſau. de quo dr̄ ad Heb. xij. nō inuenit locū pnie: q̄q̄ cū lachrymis poſtulaſſet eam Hanc dñs nō acceptat: nec quis ſic penitēs inuenit grām vel veniā. Alia eſt pnia q̄ quis penitet ꝓpter dei offenſam. Et hec nō eſt ſine diuina grā gratū faciēte vel gratis data: que deo placet. Et qm̄ diabolus hanc habere non poteſt. ideo nec veniā habere pōt. Sed ſi per impoſſibile poneret̄ ꝙ diabolus ⁊ dānati poſſent habere hanc pniam. tunc dñs daret eis grām. Unde de diabolis loquēs Bern. in lib. de gradibus humilitatis: ait. Sic enim deus temꝑauit in vindicta ſniam: vt ſi vellet recipere veniam nō neget. Nullū ergo pctm̄ ē tā graue: tam pōderoſuȝ qd̄ deus clemētiſſim⁹ pctōrib⁹ nō remittat: ſiue ſit mortale ſimplex ſiue ſit in ſpūſanctū ſiue in deū. Unde Chryſo. de pe. di. iij. c. talis ait. Tal' ē mihi crede. talis erga hoies dei pietas ꝙ nunq̄ ſpnit penitentiam ſi ei ſincere ⁊ ſimpl'r offerat̄. Etiā ſi ad ſummū quis ꝑueniat maloꝝ: ⁊ inde tamē velit reuerti ad veritatis ac ꝟtutis viaȝ: ſuſcipit libēter ⁊ amplectit̄. hec ille. Et Hiero. ad Oceanū de hac ſic dicit. Que pctā fletus iſte nō purget. Quas inueteratas maculas h' lamenta nō abluant. Petrus trinā negatōeȝ trina ꝯfeſſione deleuit. Aaron ſacrilegium ⁊ cōflatum ex auro vituli caput fratrne correxere p̄ces. Dauid ſancti ⁊ māſuetiſſimi viri homicidiū pariter ⁊ adulteriū ſeptē dierū emendauit fames. Iacebat in terra: volutabat̄ in cinere: ⁊ oblitus regie maieſtatis lumen querebat in tenebris al'unqȝ tm̄ reſpiciens queȝ offenderat lachrymabili voce dicebat. Tibi ſoli peccaui ⁊ malū corā te feci: ⁊ redde mihi letitiā ſalutaris tui: ⁊ ſpū p̄ncipali confirma me. Atqȝ ita factū eſt vt q̄ me docuerat ꝟtutibus ſuis quō ſtans nō caderē: doceret p penitentiā quomodo cadens reſurgerē. hec ille De ipo quoqȝ dauid pctōre grauiſſimo idem Hiero. ad Sabinianū diaconū lapſuȝ ita ſcribit. Totā pniam pctōris oſtēdit pſ. l. quādo ingreſſus eſt dauid ad Berſabee vxorē Urie Ethei. ⁊ a nathan ꝓpha corrept⁹ r̄ndit dicēs Peccaui. Statiqȝ meruit audire. Et domin⁹ abſtulit a te pctm̄ tuū. Adulterio em̄ iunxerat homicidiū. ⁊ tamē inde cōuerſus ad lachrymas ait. Miſerere mei deus ſm̄ magnā miaȝ tuam. Magnuȝ em̄ pctm̄ magna indigebat mia. Unde adiūgit ⁊ dicit. Amplius laua me ⁊c. Tibi ſoli peccaui. Rex em̄ aliū nō timebat Et malū corā te feci ⁊c. Cōcluſit em̄ deus oia ſub pctō: vt oibus miſereret̄. Tantūqȝ ꝓfecit vt dudum pctōr ⁊ penitēs trāſierit in magrȝ Ait eniȝ. Docebo iniquos vias tuas ⁊c. Hec Hiero. Hoc ꝟo qd̄ dictuȝ eſt de dd̄ notat̄. ij. Reg. xij. Ubi narrat̄ ꝙ poſt adulteriū pariter ⁊ homicidiū p dauid cōmiſſum: cū ei cōminaret nathan ꝓpha iudiciū dñi. dixit ad nathā. Peccaui domino. Statimqȝ audiuit nathan reſpondentē. Et dñs tranſtulit pctm̄ tuū a te. Hec pro omniū dixim⁹ conſolatione: vt ſentiant peccatores omnes q̄ ampla ſit charitas ⁊ benignitas ſummi dei. Et ad h' occurrit

quoddam exemplū vere ſtupendū ⁊ admirabile ſicut habet in legenda ſancti Baſilij. Vir quidā venerabilis Heradius nomine filiam ſuam habebat vnicā quā diſponebat dn̄o cōſecrare. Diabolus vero callidus ⁊ aſtutus inflāmauit ſupra modū vnū de ſeruis ſuis in amorem puelle. Hic cū impoſſibile iudicaret poſſe in amplexus tam nobilis puelle ⁊ domini ſui filie ꝑuenire: accerſiuit maleficū quēdam ſubſidium ab eo ⁊ auxiliū poſtulans ꝓmiſſo ꝑcio. Cui ille reſpondit. Si vis mittam te ad dn̄m meū diabolū: cui ſi volueris obtemparare fauebit tibi ⁊ completū erit deſideriū tuum: ⁊ ꝓſpera q̄q; ſuccedent. Ad quem iuuenis ibo inquit: ſed modum terminūq; eundi inſinua. Ille igit maleficus ad diabolū ꝑ predictū iuuenem miſit hec verba. Quī quidē mi dn̄e ſtudium meū eſt omnes quos poſſum tue adducere volūtati: mitto tibi hunc iuuenē: ꝑcor te vt ſuū deſideriū aſſequat. Et dās hāc ep̄lam iuueni dixit. Vade tali hora noctis ad monumentū cuiuſdā gentilis: ibiq; acclama demonem: ⁊ hanc chartam in aere exalta: ⁊ ſtatim aderit tibi. Qui iuuenis hoc faciēs: ſubito apparuit tenebrarū ꝑnceps cum ſua comitiua. Et epiſtola ꝑlecta dixit ad eū. Credis in me. Qui ait. Credo dn̄e. Et diabolus. Abnegas deum tuū. Cui reſpōdit. Abnego. Dixitq; diabolus. Ne a te decipiar: fac mihi manu tua ſcriptū in quo cōfitearis te xp̄o ⁊ baptiſmo ⁊ xp̄iane renūciare ꝓfeſſioni. Qui fecit ſcriptū qualr̄ xp̄o abrenūciaſſet: ⁊ diaboli ſeruituti ſe mācipaſſet. At diabolus miſſis ſpiritib⁹ fornicationis ad cor puelle inflāmandū in amorē iuuenis diſparuit. Poſtea aliquib⁹ elapſis diebus adeo puella in iuuenis amore ꝯuerſa eſt: vt patri diceret. vel mihi iuuenē talem in virum tradas: vel mortuā me cito videbis. Et cū nulla ꝑſuaſione poſſet eā pater lugens ⁊ dolens ab hoc ꝓpoſito āmouere: eā ꝑdicto iuueni deſpōſauit. Qui cū diebus aliquibus moraret cū vxore ſua nouiter ducta: notat⁹ ē a multis ꝙ nihil xp̄ianitatis erat i eo. Videbant eum eccl'ias fugere: crucis ſignū horrere: ⁊ dei verba ſpernere atq; alia facere q̄ bono viro non cōueniunt. Retulerunt hi qui obſeruabant vxori ſue quid viderāt q̄due de iuuene ſentirēt. Illa vero diligēter inq̄rendo a viro didicit veritatē: ⁊ primeſcens valde iuuenez flexit: vt ambo ad ſanctū Baſiliū ꝑgerēt. Ad quē cū veniſſent: ⁊ ſibi oia narraſſent. ait ad iuuenē. Vis reuerti fili. Vellem inq̄t ſed non poſſuz. Obligatus eīm ſum ſcriptura propria ad diabolo ſeruiendū. Cui Baſilius. Non ſit tibi cure. Benignus eīm eſt dn̄s ⁊ te penitētē ſuſcipiet. Et cōtinue apprehendens eū ſignum crucis impreſſit in frontē ei⁹: incluſumq; in cellula quadā poſt tres dies eū viſitauit. Quem iuuenis libēter vidit. dixitq;. O p̄r terribiles ſunt clamores demonū qui tenētes ſcriptuꝫ meum in manu dicunt. Tu veniſti ad nos: ⁊ nō nos ad te. dixitq; ei ſanctus Baſili⁹. Noli timere fili. Et iteruꝫ eo recluſo ꝓ ipſo orauit. Poſt aliquot dies iterū viſitauit eum. Cui iuuenis ait. O pater a longe nūc audio clamores demonū ⁊ minas: ⁊ nō video ipſos. Quo cōfortato ſanctus baſilius diſceſſit. Alia vero die ad eum rediit. Cui iuuenis. Bene inquit habeo pater. Vidi nanq; hodie in viſu te pugnantē ⁊ vincentē diabolū. Poſt hec educēs eū: clerū ⁊ ppl'z fecit cōgregari: ⁊ oēs monuit orare ꝓ iuuene: quē tenēs manu ducebat ad eccl'iam. Et ecce diabolus cum ſua comitiua ad eum venit: ⁊ conabat rapere iuuenem de manu eius. Iuuenis aūt clamabat. Scte dei adiuua me. Diabolus vero dicebat. O Baſili ꝑiudicas mihi. Ipſe venit ad me. Ecce ego teneo eius ſcriptū. Tunc oēs qui aderāt clamauerunt Kyrie eleyſon. Et orāte baſilio. Ecce charta per aerem delata. ⁊ ab oībus viſa venit ad manus Baſilij: quā ipſe ſuſcipiēs dixit iuueni. Cognoſcis has lr̄as frat: ⁊ ille. Mee ſunt dn̄e. Et fregit baſilius ſcriptū in ſignum remiſſionis culpe tam grādis. ⁊ regulaꝫ ſibi bene viuēdi docuit. Recepit ergo iuuenis tāti ſceleris remiſſionē qui deuꝫ reliquerat: qui diabolo ſe dederat: qui ſalutē ſuā i obliuionē tradiderat. O amplitudo miſericordie dei. O abundantia diuine pacis. Quis deſperabit. O omniū peccatoꝝ portus refugium ſalutis vita. reuertimini ergo peccātores ad deū nō terreamini pctōꝝ magnitudine: quocūq; pctō longe maior eſt dei mia: quam nobis ſua gracia hic impartiri dignet vltimo nos ꝑducēs ad eternā gl'iam. Amen.

De diuina charitate in quo declarat q̄ntuꝫ ipſe deus benign⁹ ꝯdeſcēdit hūane fragilitati remittendo pctā ſepius iterata: a q̄b⁹ pauci ſe abſtinent: ⁊ qualiter remittit etiā multitudinem pctōrum. Sermo. IIII

Venite ad me om̄es

qui laboratis ⁊ onerati eſtis. Itē vbi. ſ. Nihil ſi recte cōſpicimus debili⁹ eſt hūana mēte: q̄ velut arūdo a vēto agitata: facile mouet: facile flectit: faciliq; a bono incepto deficit ⁊ ad malū ꝯuertitur. Eſt vtiq; hec in multis infirmitas laborioſa: vt poſt pn̄iam poſt ſuſceptā indulgentiā pctōꝝ relabantur in ſcelera multo plura illis a quibus ꝑantea fuerant abſoluti. Quibus volēs deus oſtendere ſuā charitatē eos ad ſe vocat etiā ſuccurrere huic neceſſitati: ſua benignitate ſpondēs. ait eīm. Venite ad me oēs q̄ laboratis. ſ. ſepius peccādo: peccataq; multa in ſimul aggregando. q: ⁊ vobis ſum indulgere paratus. Ad qd̄ plenius intelligendū eſt in ꝑſenti ſermone de quarta flāma diuine charitatis que multiplicitas vocat dicendū. Pro cuius declaratiōe notabimus tres ꝯcluſiōes.

Prima d̄r ruinationis.
Secūda d̄r replicationis.
Tertia d̄r multiplicatiōis.

In quo aperit error eoꝝ qui dicūt ꝙ ſi homo poſt pn̄iam cadat vel recidiuet ꝙ illa penitentia nō fuit vera. Caplm I

P Rima cōcluſio d̄r ruinationis: vbi veritatē hanc aſſerimus. ſ. ꝙ homo poſt pn̄iam pōt iterū ruere in pctm̄: et indigere miſericordia dei. Sed ꝯtra hoc arguūt nōnulli dicētes. ꝙ ſi homo cadat a penitētia: vel vt clarius dicam. ſi homo poſt penitentiā peccat: ꝙ illa nō fuit vera pn̄ia. Curant aūt illud ꝓbare auctoritatibus ſanctoꝝ. Nā vt habet de pe. diſ. iij. c. i. Amb. in ſermōe quadrageſime ait. Penitētia eſt mala ꝑterita plangere: ⁊ plangenda iterū nō cōmittere. ergo qui iterū peccat verā pn̄iam nō facit. Itēꝫ ibidē. c. pn̄iam. Greg. ait. Pn̄iam quippe agere eſt ⁊ ꝑpetrata mala plangere ⁊ plangenda iterū nō perpetrare. Naꝫ qui ſic alia deplorat: vt tn̄ alia cōmittat: adhuc pn̄iam agere: aut diſſimulat aut ignorat. Et itē Iſid. de ſūmo bono. ⁊ no. de pn̄ia. di. iij. c. irriſor inq̄t. Irriſor eſt nō penitēs qui adhuc agit qd̄ penitet. Nec videt deū poſcere ſubditus: ſed ſubſannare ſuꝑbus. Et Aug. in li. ſoliloquioꝝ. Inanis eſt penitētia inq̄t quā ſequēs culpa coinq̄nat. Ergo ex his auctoritatibus videt ꝙ pn̄ia quā ſequit culpa nulla eſt: nec vera eſt. Ergo ſi hoies experiētia certa cōſpexerint: ſe poſt pn̄iam ad peccata ꝓlapſos: eaq; pn̄ia nulla fuerit: quid aliud remanet: niſi vt timētes ruinam bonuꝫ facere nunq̄ velint. Auertat deus ꝙ ita eſſe credamus: imo ſi q̄s hāc poſitionē teneret: ꝙ ſi homo cadat a pn̄ia ꝙ pn̄ia illa nō fuit vera: vel poſt quēcunq; ꝯceptū bonū ſi ab illo deſiſtat: ꝙ illud bonū veꝝ bonū nō fuit: tanq̄ hereticus ab oībus eſt vitandus. Fuit hic antiquus error impij manichei. Pro quo ꝯfutando notandū eſt ſm doctrinā Alex. de halis. in iiij. volumie ſūme ſue. ꝙ veritas pn̄ie accipit dupliciter ſicut ⁊ veritas cuiuſlibet virtutis. Vno modo eīm virtus vera d̄r que habet veꝝ virtutis opus: vel nata eſt habere q̄ntū eſt de ſe Et hoc eſt de eſſentia virtutis. Alio mō d̄r virtus vera: que perducit in finē. Et hec veritas non eſt eſſentialis virtuti. ſed tm̄ dicit virtutis ꝯtinuationē. Si ergo primo mō dicat penitētia vera: que verū virtutis habet actū: ſic de pn̄ie veritate eſt deteſtari malū cōmiſſum: et ꝓ illo tpe nullū cōmittere: ⁊ de futuro ꝓponere nō cōmittere. In hoc ſtatu ſi q̄s decederet ſaluus eſſet. Et tn̄ ab his oībus pōt homo cadere: ⁊ ita a pn̄ia vera veritate primo mō dicta. Si aūt dicat pn̄ia vera q̄ perducit in finē: vt finalis ⁊ cōtinuata. ab hac nō eſt cadere. Nam ſi quis lōgo tēpore in pn̄ia permanſiſſet: in qua ſi fuiſſet mortuus fuiſſet aggregatus numero electoꝝ: poſtea in pctō mortali moreret: ꝑterita pn̄ia ipſum non ſaluaret. Nō remanet tn̄ quin pn̄ia illa nō fuerit vera. imo etiā veriſſima. Et ab illa pōt homo cadere. Ptꝫ hoc in niniuitis hoībus qui pn̄iam agentes in ꝑdicatione Jone: ſubterfugere ſubuerſionis interitū meruerunt. Non eīm cōſecuti fuiſſent grām: niſi illa fuiſſet vera penitētia. Et tamen vt notat in. c. ſicut ait erodot⁹ niniuite. de peni. diſ. iij. q: poſtea ad vomitum ſunt reuerſi. ex ira dei eoꝝ ciuitas a rege medoꝝ ſubuerſa eſt regnāte apud Hebreos Joſia. Et etiā ad hoc cōueniens eſt exemplū Dauid. de quo. ij. Reg. xij. c. dicit. ꝙ de pctō mortis Vrie penituit: ⁊ dn̄s pn̄iam eius acceptauit. Poſtea vero peccauit iterū numerādo populū. ꝓut plenius legit. ij. Reg. penul. c. ⁊ nihilominus ꝑma eius pn̄ia a qua cecidit fuit vera. Intelligēde itaq; ſunt auctoritates in ꝯrium adducte. Nā ſm Gratianū de pe. di. iij. c. in caſſum. §. ſi verba. Illa verba auctoritatū nō ad diuerſa tpa ſed ad idē tp̄s referunt. vt ſ. eo tpe quo q̄s deflet mala q̄ cōmiſit ⁊ pn̄iaꝫ facit. nō peccet: ⁊ ſcelera nō cōmittat. Penitētia equidē habet eſſe in libero arbitrio ſm ſtatū vie qd̄ vertibile eſt: ⁊ pōt a bono in malū. et a malo in bonū ſepius exire.

Qualiter deus nō tm̄ ſemel ſed pluries peccatoribus penitētibus remittit oia pctā: ⁊ q̄re pn̄ia pōt iterari: baptiſmus vero nō.

Caplm II

S Ecunda ꝯcluſio d̄r replicatiōis. Nā licꝫ homo poſſit a vera pn̄ia cadere

ri peccatū:pōt tamen ſepius per pniam ſurge
ſe ⁊ dei miſericoꝛdiā inuenire. Cōtra quaꝫ
niam pleriqꝫ ꝯueniūt aſſerētes nō niſi ſemel
ꝯceſſum pctōꝛibus poſſe ꝑ pniam a pctō reſi-
lire. Et lꝫ homo vt dictū eſt a vera pnia vale-
at ruere:nō tñ pōt pniam iterū agere fructuo
ſam. Arguūt aūt ꝙ Ambꝛoſius dicit in.c.repe
riunť.ď pe.di.iij. Sicut vnū baptiſma:ita vni
ca eſt pnia. Quibus rñdendū eſt ſm Bonī
ſin.iiij.diſ.xiiij.qui dictū Ambꝛoſij intelligit ď
pnia ſolēni ſm moꝛē aliquarū eccleſiarū: non
aūt de pnia coꝛdis qua peccatoꝛ mente ad deū
ꝯuertiť. Qđ aūt pnia poſſit iterari baptiſ-
mus vero nō ꝓbatur tripliciter. Pꝛimo qꝛ in
baptiſmo ipꝛimiť character q̄ eſt indelebilis:
in pnia vero nō. Scđo qꝛ baptiſmus eſt cō-
tra moꝛbū nō iterabilem qualis eſt oꝛiginalis
culpa:ſed pnia cōtra moꝛbū iterabilē qualis
eſt moꝛbus peccati actualis. Et medicina de-
bet aptari moꝛbo. Tertio qꝛ baptiſmus hꝫ to
tam efficatiā a paſſione xp̄i:ſed penitentia nō
tm̄ a paſſione xp̄i:ſed etiā ab actu noſtro. Jō
baptiſmus nō iteratur ſicut ⁊ pnia. Peniten-
tia vero iterať ſm ꝙ voluntas noſtra conuer-
titur ⁊ reuertiť. Dicere ergo ꝙ pnia nō poſ
ſit iterari eſt erroꝛ crudeliſſimus claudens vi
ſcera diuine miſericoꝛdie:cogēs oēs peccato-
res ad deſperandū:ideo ſciant oēs peccatoꝛes
ꝙ deus miſericoꝛs ⁊ clemētiſſimus paratus
eſt indulgere:nō tm̄ ſemel:ſed bis:ter:millies
⁊c. Unde ⁊ ipſe dñs ieſus Matth.xviij.c.dic
interrogāti Petro ⁊ dicēti. ſi peccauerit in me
frater meus dimittā vſqꝫ ſepties ei. Nō dico
tibi ſepties:ſed vſqꝫ ſeptuagies ſepties.i.toti
ens quotiens ſm Hiero. Et poniť numerus
finitus ꝓ nūero infinito. Hinc Aug. de pe.di.
iij.c.adhuc inſtant.circa finē ait. Qm̄ quoti-
diana eſt offenſio:opoꝛtet vt quotidiana ſit re
miſſio. Cur docuiſſet dñs oꝛantes dicere: di-
mitte nobis debita noſtra, niſi ipſe nobis mi-
ſericoꝛs perſeueraret aľs ꝑſuaderet q̄ nos ab
hac petitione nō vult deficere? Hec Aug. Hie-
ronymus autē ad Ruſticum ſcribit. Septies
in die cadit iuſtus ⁊ reſurgit. Si cadit quō iu-
ſtus. ſi iuſtus quō cadit. Sed iuſti vocabulū
nō amittiť qui ꝑ pniam ſemꝑ reſurgit. Et nō
ſolū ſepties:ſed ſeptuagies ſepties delinquēti
ſi cōuertatur ad pniam peccata donanť. Hec
ille. Ad hoc etiā Lactantius.vi.li.diuinaruꝫ
inſtitutionū aduerſus gentes ait. Nemo em̄
pōt eſſe tam circūſpectus:tam pꝛudēs q̄n ali-
q̄n labatur. Et idcirco deus imbecillitateꝫ no-
ſtram ſciēs:ꝓ ſua pietate aperuit homini poꝛ
tum ſalutis:vt huic neceſſitati cui fragilita
noſtra ſubiecta eſt medicina penitētie ſubue-
niret. Et Leo papa. de peni.diſ.i.c.multiplex
miſericoꝛdia dei. Inq̄t. Multiplex miſericoꝛ-
dia dei ita lapſibus humanis ſubuenit: vt nō
ſolum per baptiſmi grām: ſed etiā per peniten
tie medicinā ſpes vite repareť eterne: vt qui
regenerationis dona violaſſent: ꝓpꝛio ſe iu-
dicio cōdemnantes ad remiſſionem criminū
peruenirēt. Quid igitur peccatoꝛes ſe excu
ſando rñdebunt. Quid gratioſius poſſunt au
dire de deo:q̄ꝙ tot multiplicatq̄ vicibus veniā
polliceť his qui ab eius amoꝛe non ſemel tm̄:
ſed totiens ꝓpꝛia malicia cadūt. Aperi coꝛ tu
um o peccatoꝛ negligēs: ⁊ vide ſi erga te blan
dus ſit deus. Eſto quippe vt nūc ad ipſum re-
uertaris ⁊ dicas ei. peccaui: ⁊ ſtatim indulget
tibi: ⁊ modico interuallo tēpoꝛis occurrēte ite
rū peccata pꝛiſtina vel peioꝛa cōmittis: ſi re-
uertaris ad deū: ⁊ dicas ei: heu me infelicē pec
caui:doleo.ignoſce mihi.adhuc iterū īpetras
qđ optas: ⁊ adhuc poſt paululū: ꝓpoſito bone
voluntatis relicto recidiuas grauioꝛa facino
ra pꝛoſequendo: poſtq̄ ſi cōpuncto coꝛde ad
deum clamaueris pro remiſſione impetranda
exaudiet te.

Qualiter deus remittit peccatoꝛi penitenti
multa peccata:nec ꝓpter multitudinē negat
ei veniam. Capłm III

Ertia cōcluſio diciť multiplicatiōis.
t Oſtendit em̄ deus peccatoꝛibus cha
ritatē ſuam:cum ſi in vno ſolo ſi fie
ri poſſet omniū maloꝛū:ſiue demonuꝫ:ſiue ho
minum eſſent peccata:omniū hereticoꝝ idola
triū:omniū homicidarū. ⁊ huiuſmodi. hic
tamen ad deū cōuerti deſiderās benigne ſuſci
piť:nec deſpiciť ob tantā cōgeriem peccatoꝝ
iniquitatūqꝫ. Quod vtiqꝫ verū cōſtat eſſe au
ctoꝛitate. Eſaias nanqꝫ in ꝑſona dei.xliiij.c.
ait. Delebo vt nubē iniquitates tuas: ⁊ quaſi
nebulā peccata tua. Dicit iniq̄tates in plurali
ad notādū ꝙ plura ⁊ multa peccata remittit:
etiā ſi in vno inueniānť. Jdipſuꝫ voluit dñs oſ
dere ꝑ Ezech.xviij.c.vbi ait. Si impius ege
rit pniam ab omnibus peccatis ſuis que oꝑa
tus eſt. ⁊ cuſtodierit vniuerſa ꝑcepta mea: ⁊
fecerit iudiciū ⁊ iuſticiaꝫ: vita viuet: ⁊ nō mo
rietur. Omniū iniquitatū eius quas oꝑatus
eſt nō recoꝛdaboꝛ. Dicit ergo deus remiſſurū
ſe nō aliqua ſed oia atqꝫ ſe nō recoꝛdaturū.
Aduertendū tm̄ eſt in eo ꝙ dicit:non recoꝛda
boꝛ:qꝛ non recoꝛdari pōt dupliciter intelligi.
Pꝛimo q̄tum ad ſimplicem obliuionem. Et

hoc modo nō cōuenit deo:qꝛ oia ſcit:ꝑterita
pñtia ⁊ futura. Alio modo non recoꝛdari pōt
intelligi q̄tum ad vindictā ⁊ punitionē: vt ſi
quis nō recoꝛdať de alicuius pctō ad ipſum
puniendū ⁊ iudicandū. Et hoc modo non re-
coꝛdari dꝛ de deo. Cum ergo dꝛ. nō recoꝛda-
boꝛ. ſenſus eſt iſte. Cum pctōꝛem penitenteꝫ
ꝑſpexero. ita eum videbo ac ſi nunq̄ peccaſſꝫ
Jgiť audi tu aīa vocē clamātis dei qui ad te
loquiť: tibiqꝫ dicit. Tu foꝛnicata es cū ama-
toꝛibus multis, tamen reuertere ad me: ⁊ ego
ſuſcipiam te. Cur tam dura es o ingrata crea
tura. Cur non molliť coꝛ tuū ad vocem tam
dulcem celeſtis ſpōſi. Foꝛte dices. Timeo ipꝫ
⁊ deſpero ꝓpter multitudinē pctōꝝ meoꝛuꝫ.
An non audiſti q̄ dixit pauloāte. Sed adhuc
vt ſpes tua ſubleueť: ſpeculare ⁊ ꝯſidera illaꝫ
peccatricem Magdalenā cui dñs pctā dimi
ſit. O q̄ꝫ multa ⁊ varia cōmiſerat contra deū
cum ꝑditōne animarū ſuoꝝ pꝛimoꝝ. ⁊ tamē
ſcribiť Lu.vij. Dixit ieſus phariſeo qui de ip-
ſa murmurabat. Remittunť ei pctā multa.
Marcus in euāgelio ſuo aſſerit ieſum xp̄um
ab illa eieciſſe ſeptē demonia. ꝑ que ſm Gre
go. in omel. ſuꝑ Lu. vitioꝝ vniuerſitas deſi-
gnať. O magna olim peccatrix:nunc ⁊ ſctā
quid remiſit tibi lachꝛymāti xp̄s. Nūq̄d vnū
pctm̄. Certe inquiet ad oēs euangelicā vocē
ꝑſcrutātes. Non vnū ſed plura mihi dimiſſa
ſunt. Utinā oēs pctōꝛes mūdi ad pedes ieſu
currerēt ſicut ⁊ ego. q̄ꝛ vnicuiqꝫ diceret. Re-
mittunť tibi pctā tua. Que omnibus nobis
remittat dñs noſter ieſus xp̄s ſaluatoꝛ ſeculi
concedens hic nobis gratiam: ⁊ demū perdu-
cens nos ad eternam gloꝛiam: qui ſit benedi
ctus: exaltatus: magnificatuſqꝫ in ſecula ſe-
culoꝛum. Amen.

De diuina charitate. in quo oſtendiť q̄ꝫ ar
dens ſit amoꝛ diuinus vt ſaluenť peccatoꝛes
quos etiā in extremo vite ſi vere pniam ege-
rint libēter ſuſcipit. Sermo. V

Enite ad me oṁes

v qui laboꝛatis ⁊ onerati eſtis. Jte-
rum vbi.ſ. Rem grandē de chari
tate diuina aggrediar in pñti ſmone: in q̄ cō
templabimur latitudineꝫ diuini amoꝛis: qui
tam vehemēs ⁊ ardētiſſimus eſt erga quoſli
bet peccatoꝛes vt ſaluenť: vt poſt inueteratā
in malis conſuetudinē diuturnāqꝫ ꝑſeueran
tiam ſi ſe coꝛrigere voluerint: benigne adhuc
eis veniam pꝛebet. Hoc vtiqꝫ in q̄nta flāma
amoꝛis ſaluatoꝛ expꝛeſſit: cū dixit. Uenite ad
me oēs qui laboꝛatis ⁊ onerati eſtis ⁊c. Onꝰ
ſiquidē peccatoꝝ: vetuſtatē conſuetudinēqꝫ
deſignat: que aggrauat illos qui pniam diffe
runt: nō ſolum vſqꝫ ad decrepitā ſenectutem
verū etiaꝫ vſqꝫ ad extremū vite. His tamen
ita tarde ac ſero penitētibꝰ ſpondet redēptoꝛ
mūdi pctōꝝ indulgentiam. Ob quod in pñti
ſmone aperiam hanc flammam moꝛe ſolito
ſub triplici cōcluſione.

Pꝛima concluſio vocať difficultas.
Scđa concluſio vocať poſſibilitas.
Tertia cōcluſio vocať remiſſibilitas.

Qualr hi qui pniam differūt vſqꝫ ad extre
mū vite vix pñt vere penitere ꝓpť īpedimēta
q̄ poſſunt ocurrere. Capłm I

Rima cōcluſio dꝛ difficultas. Dif-
p ferre ſiquidē pniaꝫ vſqꝫ ad extremū
vite in malo ꝑſeuerādo periculoſiſſi
mū eſt: quia difficile eſt vt poſſit quis tunc di
gne pniam agere ꝓpter q̄nqꝫ impedimenta q̄
poſſunt occurrere.

Pꝛimū dꝛ paſſionū alteratio
Scđm dꝛ charitatis ꝑuatio.
Tertiū dꝛ in peccatis habituatio.
Quartū dꝛ diaboli impugnatio.
Quintū dꝛ ꝓpinquoꝝ inimicatio.

Pꝛimū impedimētū dꝛ paſſionū alteratio.
Solet em̄ euenire ꝙ in extremitate vite quā
do peccatoꝛes īfirmanť in ſenſitiua pte adeſt
maximus doloꝛ ⁊ timoꝛ maximus: ⁊ quando
qꝫ vterqꝫ ſimul: ⁊ vtraqꝫ paſſio vehemēs na-
ta eſt impedire liberū arbitriū ⁊ vſum libere
rōnis ⁊ voluntatis. Et lꝫ oēs noſtre paſſiōes
rōnem ⁊ mentē hominis triſtari habeant. tñ
ſm Aug. li. lxxxiij. queſtionū. q. xxxvi. Paſſio
nes cauſate a triſtabilibus plus mouent q̄
paſſiones cauſate a delectabilibꝰ. Actus aūt
diſplicētie de pctō ad hoc ꝙ ſit ſufficiens ad
pniam veram neceſſario requiriť habere vſū
liberum rationis: qui multotiēs ꝓpter paſſio
nes impediť. Efficiunť quippe multi freneti
ci: ⁊ nec dei nec ſui valent recoꝛdari. Multi
ꝑdūt loq̄lā cū ſenſu: ⁊ loqui quippiam nō poſ
ſunt. Hinc Auguſtinus in ſermone de inno-
centibus ait. Hac aīaduerſione ꝑcutiť pecca
toꝛ vt moꝛiens obliuiſcať ſui: qui dū viueret
oblitus eſt dei. Ex hoc Augu. de pe. di. vij. ca.
nullus. ait. Nullus expectet q̄n peccare nō po
teſt. Arbitrij querit libertatē vt delere poſſit
commiſſa non neceſſitatem. Qui ꝑus itaqꝫ a
peccatis relinquiť q̄ꝫ illa relinquat: non ea li-
bere ſed quaſi neceſſitate condemnat. Se-
cundum impedimētum diciť charitatis pꝛi-

uatio. Ad hoc em̄ vt diſplicētia peccatoꝝ ſit
deo grata eſt neceſſe ꝙ ſit debite circūſtantia
ta circūſtātia ꝑncipij ⁊ finis. hoc eſt ꝙ ſit vo-
luntaria ꝓpter deum. Unde Aug. in predicto
c. nullus. Scriptum eſt inquit. Neminem ſine
charitate poſſe ſaluari. Nō itaqꝫ in ſolo timo
re viuit homo. Quem ergo petinet: opꝫ nō ſo
lum deum timere iudicē: ſed etiā iuſtū dilige
re: vt nō tm̄ penā timeat: ſed anxief ꝑ glīa. hͤ
ille. Cū ergo in tali extremitate vite magꝭ q̄s
timore q̄ꝫ amore ducaf ad pn̄iam: ꝑiculoſuꝫ
eſt tale tempus expectare. Tertiū impedi-
mentū eſt peccatoꝝ habituatio. Nam vt phs
dicit, habitus eſt qualitas de difficili mobilis
a ſuo ſubiecto. Ex frequētatis enim actibꝰ ge
neratur habitus. Cum itaqꝫ aliq̄s diuturno
tempore in mūdi amore ꝑſeuerauit: difficili-
mum eſſet ipm̄ trahere vt mundū nō diligat
⁊ de ꝑdito mūdo nō doleat. Dicit nāqꝫ Greg.
in moral. Nunq̄ ſine dolore ꝑditur: quod cuꝫ
amore poſſidef. Uidi ⁊ ego multa exēpla de
hoc. Nam cum diues quidā laboraret i extre
mo: ego eum monebā vt aīam ſuā deo com-
mitteret. Ipſe ꝟo ſentiēs a ſuis domeſticis ⁊
familiaribus ꝑ domū diſcurrētibus cōtracta
ri bona ſua cū ſuſpirijs dicebat. Heu me. heu
me tm̄ laboraui pro his bonis adipiſcēdis ⁊
modo diripiunf mihi. O diuitie mee, o pecu
nie mee: o localia mea quis vos poſſidebit
Inter hec ⁊ hmōi parū de ſua ſalute ſollicitus
miſerrimus expirauit. Fuit aliud exemplum
etiā huic ſimile in ciuitate Spoleti. Ibi enim
erat puella quedā formoſa q̄ vanitatibꝰ ſemꝑ
intenta erat: ⁊ nihil de futura vita cogitabat.
Hec infirmitate ꝑcuſſa monitiones ⁊ horta-
mēta ſalutis abhorrebat. Tandē cū cerneret
ſe ſuꝑuiuere nō poſſe, petiuit cūcta ad orna-
mentū corꝑis expectātia. Et cū ſe ornaſſet q̄
ſi nuptias itraturā cū ſingultibus ⁊ ſuſpirijs
e n morīar dicēs: en dilectā mihi vitā ablatā
cōſpicio. o diabole ſuſcipe aīam meā. Int̄ hec
ꝟba expirauit damnata ⁊ deſperata. Quar
tum impedimentuꝫ ē diaboli impugnatio.
Ingerit nāqꝫ diabolus graues tentationes
cum aliquē appropinq̄re fini ꝯſpicit. De quo
ps. ait. Inſidiaf in abſcōdito quaſi leo in ſpe
lunca ſua. Quia etſi a circūſtātibus nō videa
tur: apparet tn̄ durꝰ ⁊ grauis his qui ad mor
tem corporalē laborāt. Unde Beda refert in
geſtis angloꝝ. ꝙ rex quidā anglie Odoardꝰ
noīe habuit militē i armis ꝓbum: ſꝫ corruptū
in moribus: qui frequēter admonitꝰ in ſani-
tate cōtemnebat ſe corrigere. Cum aūt ipro-
uiſa infirmitate ferireſ a rege viſitaf ⁊ mo-
netur ad pn̄iam. Qui renuit dicēs: ꝙ videreſ
hoc facere ex timiditate cordis. Cum ꝟo ad
mortis deduceref terminos: iterum rex viſi-
tauit eum monēs vt peniteret. Qui dixit: O
domine mi rex: tarde eſt cum iam ſim iudica
tus ⁊ damnatus: ideo nō poſſum penitere: qꝛ
parū anteq̄ ingreſſus fuiſti domū iſtā intra
uerunt duo clariſſimi iuuenes: quoꝝ vnus
ſedebat ad pedes lecti mei: alius ad capud: q̄
⁊ dixerunt. Iſte adiudicatus eſt morti. Uide
amus ſi aliquod ius habemus in eo. Et vnꝰ
extraxit librū ſpecioſiſſimū de ſinu ſuo: ſꝫ val-
de paruulū lr̄is aureis ⁊ fulgētibus ſcriptuꝫ.
In quo legens vidi aliqua parua bona que
feceram in iuuētute mea anteq̄ mortalr̄ pec
caſſem. Et cum miro modo exultarē in viſio
ne eorum: ecce duo teterrimi demones intra
uerunt ⁊ portauerūt vnum magnum librum
teterrimis litteris ſcriptum. In quo vidi ſcri
pta omnia peccata mea atqꝫ flagiria. Et dixe
runt dictis angelis qui hic erant. Quid hic ſe
ditis: cum in eo nullum ius habeatis: et liber
veſter nihil valeat: ſed bene noſter. Angeli
autem reſpōderunt ꝙ verum eſt: ⁊ receſſeft.
Et hi duo demones cruciant me. Quibus di
ctis expirauit. Nec tm̄ malis diabolus mole
ſtus eſt in extrema vita, verū etiā ⁊ bonis et
ſanctis. Scribit em̄ Cyrillꝰ ad Aug. de trāſi
tu Hieronymi. ꝙ Euſebius vir ſanctiſſimus
olim diſcipulus Hieronymi: cum eſſet e vita
migraturus aduenīente die qua ſe ex Hiero-
nymi reuelatione migrari ſciebat: die tertio
preeunte labore febriū cōcuſſus valide ſe ſuꝑ
terraꝫ magiſtri ſui Hieronymi nō immemor
nudū reclinari fecit a fratribus. Et a ſingulis
oſculum accipiens: benigna eos conſolatōne
confortauit: vt in ſancto manerent ꝓpoſito.
Deinde ſaccū quo operiebaf glorioſus Hie-
ronymus deferri: ⁊ ſupra ſe deponi fecit. Or
dinauitqꝫ ſe nudū ad inſtar glorioſi Hiero-
nymi magiſtri ſui extra eccl̄iam in q̄ iacebat
ſancti Hieronymi cadauer ſepeliri. Poſt hoc
corpore dn̄i noſtri ieſu xp̄i ſe muniens deo et
btō Hierouymo deuote ſe cōmendauit, et ſic
ꝑ triduū locutione corꝑali ac ꝑuatus viſione
circūſtātibus alternotim fratribus pſalteriū
paſſionē dn̄i: ⁊ alia ſacra cōtinue legentibus
iacuit. Durū quippe eſt hoc qđ narrorait Cy
rillus ⁊ cūctis rōne vtētibꝰ formidabile. Die
em̄ quo moriturus erat ante beate aīe exituꝫ
ꝑ duas horas: venerabilis Euſebiꝰ cepit ita
terribiles actus ꝑagere ꝙ circūſtātes mona

chi pauore ꝑterriti timentes in terra iacebāt
Nā quandoqꝫ tranſuerſis oculis manibus ſi
mul ictis: voceqꝫ dura: facie terribili clama-
bat. Non faciā. Non faciā. Mentiris. Men
tiris. Poſt hoc ad terrā vertēs faciē ſuā ⁊ in
terra eā firmabat quantuꝫ poterat clamans.
Adiuuate me fratres ne pereā. Quod mona-
chi videntes: oculis lachrymantibus eum in
terrogauerūt quid hoc eſſet. Ad quos ille. Nō
ne vidiſtis demonū agmina qui me debellare
cupiebant? Et illi. Quid te facere volebant cū
dicebas. non faciā. mentiris? Ait illis. Cona
bantur vt dei nomen blaſphemarē. Tunc em̄
hoc facere negabā ac clamabā. At illi. Quare
pater abſcondebas faciē tuā in terrā? Reſpō
dit. Ne eoꝝ conſpectū viderē: qui tam turpis
⁊ terribilis eſt: ꝙ omnes terrores qui ſunt in
mundo reſpectu eius nihil ſunt. Tandē appa
rente Hieronymo glorioſo feliciter expirauit
Si ergo amicus dei tam durū preliū cū diabo
lis eſt congreſſus: quid facient demones his
qui dei ſunt inimici? Ideo ſeruanduꝫ eſt illud
Eccl̄i. v. Ne tardes conuerti ad dn̄m: nec dif-
feras de die in diē. Subito em̄ veniet ira illiꝰ
⁊ in tp̄e vindicte diſperdet te. Quintū im-
pedimentum eſt amicoꝝ ſeu propinquoꝝ ini
micatio. Ut em̄ dn̄s Matth. x. dixit. Inimici
hoīs domeſtici eius. Conuenit em̄ iſtud diui
tibus ⁊ magnatibus: ꝙ in fine nullus eis au
det nominare confeſſionē vel ſatiſfactionem
Sed qui ſunt amici ſollicitant: ſi quid de ſuis
bonis rapere poſſint. O quot moriuntur ſine
pn̄ia propter culpā propinquoꝝ. Hinc eſt ꝙ
eccleſia medicis preceptū dedit. ex̄ de pe. ⁊ re.
c. cū infirmitas. dicens. Cū infirmitas corpo
ralis nonnunq̄ ex peccato proueniat: dicen-
te domino languido quem ſanauerat, vade ⁊
amplius noli peccare ne deterius tibi contin-
gat. Preſenti decreto ſtatuimus ⁊ diſtricte ꝑ̄
cipimus medicis corpoꝝ: vt cū eos ad infir-
mos vocare contigerit: ipſos ante omnia mo
neant ⁊ inducant: vt medicos aduocent ani-
marū. Ut poſtq̄ infirmo fuerit de ſpirituali ſa
lute prouiſum: ad corporalis remediū medici
ne ſalubrius procedatur, cum ceſſante cauſa:
ceſſet ⁊ effectus, hec ille. Cum itaqꝫ ex predi-
ctis alijſqꝫ impedimentis manifeſtuꝫ ſit ſepe
penitentiam differentibus periculum graue i
minere: non eſt ſecurū tardare vſqꝫ in finem.

Qualiter non negatur peccatoribus peni-
tentia: etiā in extremo vite: ⁊ ꝙ de nullo pec-
cato eſt deſperandum in hac vita.

Caplm̄ II

S Ecunda concluſio dicitur poſſibilita
tis. Nā etſi ſit difficile vt homo qui
diu in malo ꝑſeuerauerit ad bonā
viā redeat: non tn̄ eſt impoſſibile. Immo pōt
eſſe vt quiſpiā oī tp̄e vite ſue fuerit malus: ⁊
tn̄ in vltimo ad deū reuertaf. Probaf equidē
hoc quintuplici via.

Prima via dr̄ auctoritatis.
Scđa via dr̄ libertatis.
Tertia via dr̄ ꝑ̄cepti maieſtatis.
Quarta via dr̄ charitatis.
Quinta via dr̄ exēplaritatis.

Prima via dicif auctoritatis. Probaf em̄
eſſe poſſibile vt homies ad ſalutē veniāt poſt
diuturnā in peccatis conſuetudinē auctorita
te Leonis pape. ⁊ ponif de pe. di. vij. c. nemo.
Nemo eſt deſperandus dū in hoc corpe cōſti-
tutus eſt. Et idem in libro de vita xp̄iana ait.
Nonnullos ſcimus ⁊ legimus qui antea aut
ignorantie cecitate: aut cauſa ꝑfidie: aut ado
leſcentie vanitate decepti: multiplici ⁊ vario
peccatoꝝ genere tenebantur obnoxij: ⁊ per ſu
ſtinentē dei clementiſſimā patientiaꝫ poſtea
ab errore ꝯuerſi: maiora adhuc opera feciſſe
iuſticie q̄ꝫ ante pctā cōmiſerāt. Scđa via
dr̄ libertatis. Anteq̄ em̄ de corpore exeat aīa:
vnuſquiſqꝫ viator liber ē: ⁊ de cōi lege ad bo-
nū ⁊ ad malū ꝓnus. Un̄ ſic ſe hꝫ vnuſquiſqꝫ
pctōr ad bonū: ſicut q̄libet iuſtꝰ ad malū. Sꝫ
ſicut q̄ꝫdiu in libero arbitrio ſumꝰ: vnuſquiſ-
qꝫ q̄ꝫtumlibet ſctūs ſecurꝰ eſſe nō pōt: ita ⁊ ois
pctōr q̄ꝫtūcūqꝫ nequā deſpare nō dꝫ. Propt-
ea Hiero. ad Iulianū ait. Etem̄ ſcti corruunt
ſi fuerint negligētes: ⁊ pctōres priſtinū reci-
piunt gradū: ſi ſordes fletibꝰ lauerint. Hoc q̄-
dē dico vt te nō terreāt deſcendentes: ſꝫ ꝓuo
cent aſcendētes. Nunq̄ a malis exēplū ſumi
tur: ⁊ in rebꝰ ſeculi ſemꝑ a parte meliori inci-
tamēta ſalutis ſumunf, hec ille. Tertia via
dr̄ ꝑ̄cepti maieſtatis. Nā ſatiſfacere deo vſqꝫ
ad extremū ē oībꝰ ꝑ̄ceptū. Precepit nāqꝫ deꝰ
pn̄iam indifferent̄ pctōribꝰ. Sꝫ vt ait Aug.
in ſmone cōfeſſoꝝ: ſeruū pigrū nō dānaret ſi
ea que fieri nullo modo poterant imperaret.
ergo indifferenter omēs peccatores poſſunt
facere penitentiā. Quarta via dicif chari-
tatis. Omnes ex charitate tenentur diligere
proximos ſuos ſiue ſint boni ſiue ſint mali.
Sed fundamentū huius charitatis eſt: quia
proximi poſſunt participare beatitudinem.
Sed qui ſunt mali: ſunt taꝫ̄ proximi ex cha-
ritate diligendi. ergo poſſunt participare bea
titudinē. Sꝫ hoc nō poſſunt q̄ꝫdiu in peccato

ſunt.ergo poſſunt a pctō reſurgere. Quinta
via dr exemplaritatis:que ꝓbatur exemplo.
Legiẜ in legenda ſancti andree ꝙ ſenex qdā
nomine nicolaus adijt ſanctū Andreā dicēs.
Dn̄e ecce.lxx.anni vite mee in quibꝰ luxurie
deſeruiui.Accepi aliquādo euangelium orans
deum vt mihi amodo continentiā largiretur
ſed in pctō inueteratus ⁊ mala ɔcupiſcentia
inflammatus:ſtatim ad opus ſolitū reuerte-
bar.Quadā aūt vice oblitus euāgelij qd̄ ſuꝑ
me poſueram ad lupanar iui:ſtatimqꝫ mere-
trix dixit mihi.Egredere ſenex egredere:qa
angelus dei es tu.Ne me cōtingas:neqꝫ huc
accedere p̄ſumas.Uideo em̄ ſuꝑ te mirabilia
Stupefactus recolui ꝙ mecū euangeliū detu
liſſem.Nunc ergo ſancte dei pro ſalute anime
mee pia tua oratio intercedat.Audiēs h̄ bea
tus andreas flere cepit:⁊ a tertia vſqꝫ ad ho-
ram nonam orauit.Et ſurgēs comedere no-
luit:ſ dixit.Non comedā niſi ſciam ſi deꝰ mi
ſerebiẜ iſtius ſenis.Cūqꝫ diebꝰ qnqꝫ ieiunaſ
ſet venit vox ad andreā di.Obtines andrea
ꝓ ſene.Sꝫ ſicut ieiunijs maceraſti te:ſic ⁊ ip
ſe ſe affligat ieiunijs vt ſaluet.Qd̄ ⁊ ip̄e fecit
mēſibus ſex in pane ⁊ aqua ieiunās.Et poſt
modū plenus bonis opibus in pace quieuit.
Uenit ergo vox ad andreā dicēs.Per orōnē
tuam nicolaū quem ꝑdideram acquiſiui.Ex
his ergo colligimus ꝙ nemo ſit tā prauus
qui poſt retēta facinora longo tempe penite
re nō poſſit.Aliud em̄ eſt dicere ꝙ ſit diffici-
le:⁊ aliud ꝙ ſit impoſſibile.Primū verū eſt:
ſcd̄m nō ſolū falſum:ſ etiā hereticū ⁊ ɔ oēm
veritatem ſcripture.

Qualr̄ ſi nunꝙ̄ hō bene feciſſet:ſed ſemꝑ
fuiſſet malus:⁊ tn̄ in vltimo vite pniā age
ret deus ſibi indulgeret. Caplm III

Tertia cōcluſio diciẜ remiſſibilitatis
Poſito em̄ ꝙ aliqs toto tpe vite ſue
inimicus dei fuit nihilqꝫ boni ope-
ratus eſt in infantia:vel in pueritia:vl̄ i ado
leſcentia:vel iuuētute:vel deniqꝫ in ſenectute
adhuc de illius ſalute non eſt deſperandum.
Talis egrotat grauiter:nihil cogitās de emē
datione:non ſic eſt deſperandū.Incipit labo
rare in extremis:nec agit pniam:adhuc non
eſt deſperandū.Duciẜ ad talem terminū ꝙ
nō poteſt amplius dicere niſi hec verba.Pec
caui deus miſere mei.Si ex corde talia loqẜ
tam ampliſſima eſt dei miſericordia:ꝙ indul-
get ſibi omnem vitam male actam ⁊ aſcribit
eum numero electoꝝ.Et hoc probatur quin-
tuplici teſtimonio.

Primū eſt Hieronymi.
Scd̄m eſt Leonis pape.
Tertiū eſt Julij pape
Quartum eſt Cypriani.
Quintum eſt celeſtini.

Primum teſtimonium eſt Hieronymi ad
Paulam de dormitione bleſille.que.xx.ſue
etatis anno diem clauſit extremū dicens ſic.
Cum ſanctū corpuſculū febrium ardor excoq̄
ret:⁊ ſemianimē in lectulo vallaret circulꝰ ꝓ-
pinquorum.hec in extremis v̄ba mandabat
Orate dn̄m ieſum vt mihi ignoſcat:quia im
plere non potui quod volebam.Secura eſto
o mi bleſilla.Confidimus probare vera eſſe
que dicimus:nunꝙ̄ eſt ſera conuerſio.Uox h̄
p̄mum in latrone dedicata eſt.Amē dico tibi
hodie mecū eris in paradiſo.Et idem ad da-
maſum papam.⁊ poniẜ de pe.diſt.i.c.impor
tuna.Chriſtus inquit de cruce in paradiſum
latronem tulit.Et ne quis aliquādo ſerā con
uerſionem putaret fecit homicidij penā mar
tyrium. Secundū teſtimoniū eſt Leonis pa
pe.⁊ notaẜ in decretis.xxvi.q.vi.ca.his qui.
Ubi ait.Miſericordie dei nec mēſuras poſ-
ſumus ponere nec tēpa diffinire.apud quem
nullas patiẜ venie moras conuerſio.dicente
dei ſpū per ꝓphetā.Cum cōuerſus ingemue-
ris ſaluus eris. Tertiū teſtimoniū eſt Julij
pape.xxvi.q.vi.ca.Si p̄ſbyter.vbi ait.Uera
cōfeſſio in vltimo tempe poteſt eſſe.qa dn̄s
non ſolum tempis:ſed etiā cordis inſpector
eſt.Sicut latro vnius momēti penitētia me-
ruit eſſe in paradiſo in hora vltime cōfeſſiōis

Quartum teſtimoniū eſt Cyp̄ani in epiſto
la ſecunda ad Demetrianū.qui dicit.In iſto
adhuc mundo ꝑmanenti nulla penitentia ſe-
ra eſt.Patet ad indulgentiā dei aditus ⁊ que
rētibus atqꝫ intelligētibus veritatē facilis
eſt acceſſus. Quintū teſtimoniū eſt celeſtini
pape.xxvi.q.vi.c.agnouimꝰ.Perdidiſſet vti
qꝫ latro in cruce p̄miū.ad xp̄i dexterā pēdēs
ſi illum hore vnius pnia nō iuuiſſꝫ.Cum eſſꝫ
in pena penituit:⁊ ꝑ vnius confeſſione ſmo
nis habitaculū paradiſi eo ꝓmittēte ꝓmeru-
it.Uera ergo ad deū ɔuerſio in vltimis poſi-
toꝝ mēte potiꝰ eſt eſtimāda ꝙ̄ tēpe.ꝓpha h̄
taliter aſſerente.Cū ɔuerſus ingemueris tūc
ſaluꝰ fueris.hec ille.Patet ergo ꝙ largiſſima
eſt dei charitas:⁊ effuſa pietas illiꝰ q non tm̄
peccata relaxat:ſed etiā ex modica pnia feti-
diſſimos peccatores ad ſuam grām ſuſcipit:
quā nobis ip̄e largiaẜ qui eſt benedictus in
ſecula ſeculorum.Amen.

De diuina charitate:in quo apiẜ ꝙ̄ ineſti-
mabile ſit preciū noſtre redēptiōis:vbi offer
tur copioſiſſime ſanguis xp̄i vt pctā abluāẜ:
quem ipſe chriſtus paſſus offert omnibus
gratioſe. Sermo VI.

Uenite ad me omēs

q laboratis ⁊ onerati eſtis.Iterū
vbi.ſ.Cupiēti ſcire ꝓfundū diui-
ne charitatꝭ:neceſſariū eſt inſpicere dei filium
in cruce pendentē.q vt paterne iuſticie ſatiſ-
faceret:recuparetqꝫ ꝑditū hūanū genꝰ:volu-
it p̄cioſum ſanguinē ſuū effundere:cuiꝰ v̄tu-
te nobis pctā ɔdonanẜ:grā ɔcediẜ:⁊ apiẜ ia
nua regni celoꝝ.Erāt em̄ tria q̄ hoīes in celū
ɔſcendere ipediebāt.diabolica ptās:dei iuſta
ſeueritas:⁊ ꝓpria hoīm malicia.ꝓpter q̄ di-
gnatꝰ eſt mundi redēptor in ſuo corꝑe ſacra-
tiſſimo ſuſcipe omne debitū ſatiſfactiōis.Uñ
oēs pctōres ad deū volētes redire ſecurū hñt
ad illū acceſſum cui nō ꝓpria merita:ſ inno-
centis ieſu meritū offerre valēt.Idcirco in p̄
ſenti ſmone de ſexta flāma diuine charitatis
dicēdū eſt:q p̄cioſitas nūcupaẜ.de q̄ ſaluator
dicit Ego ſcilꝫ.Ego ſum ip̄e q ꝓ pctōꝝ vroꝝ
abſolutione p̄ciū ſufficiētiſſimū ſoluo.Ad qd̄
plenꝰ itelligēdū notabimꝰ tres ɔditiōes xp̄i
patientis oppoſitas ipedimentis nr̄e ſalutis.

Prima ɔditio dr̄ abiectiōis hūilitas.
Scd̄a dr̄ doloris acerbitas.
Tertia dr̄ extrema pauꝑtas.

De hūilitate xp̄i i cruce q̄ vicit diaboli ſuꝑ
biā:q ipediebat hoīes ne ſaluarenẜ. Cap̄.I.

Prima ɔditio vocaẜ abiectiōis hu-
militas.Uoluit ſiqdē ieſus bn̄dictꝰ
a ptāte diaboli liberare nos ꝑ ſuā ab
iectionē ⁊ humilitatē.Mors qdē eiꝰ abiectiſ
ſima ⁊ ignominioſiſſima ⁊ viliſſima fuit eo
volente:vt diabolū humilitate vinceret.Po-
teſt aūt hūilitas xp̄i crucifixi oſtendi ſi conſi-
derentur tria.videlꝫ

Locus
Tempus
Modus.

Primo quidē fuit mors xp̄i abiectiſſima
rōne loci.Nā q elegit bethleē natiuitati:hie-
ruſalē ſue paſſioni elegit:vt maior mortis eſ
ſet abiectio ꝙ̄ ortꝰ ſui extitiſſet glīa.Erat em̄
hierl̄m metropolitana:p̄ncipalis ſedes regꝫ
magiſterij ⁊ ſacerdotij.Et ideo ibi voluit pa-
ti ille q erat rex magiſter ⁊ ſacerdos:⁊ in cul-
tu vnius dei ⁊ in magno pplo.Nā dr̄ Act.ij.
Et erant habitantes in hierl̄m iudei viri re-
ligioſi ex om̄i natiōe q̄ ſub celo eſt.Et ſubdiẜ
Parthi ⁊ medi ⁊ elamite:⁊ qui hitabant me-
ſopotamiā:iudeā ⁊ cappadociā:pontū ⁊ aſiā
phrigiā ⁊ pamphiliā:egyptum ⁊ partes libye
que eſt circa cyrenē:⁊ aduene romani:iudei
quoqꝫ ⁊ ꝓſeliti:cretes ⁊ arabes.Ex quo pꝫ ꝙ
eius mors fuit maxime ignominie ꝓpter dif-
fuſionē infamie ad oēs mūdi ptes.Fuit etiā
crucifixus in monte caluarie:vt Joh.xix.ſcri
bitur.vbi impij crucifigebanẜ ⁊ decapitaban
tur.Hic quidē eſt mons in quo abraā voluit
imolare filiū ſuū yſaac.Gen̄.xxij. Secūdo
fuit chriſti paſſio ignominioſiſſima ratiōe tē
poris:quia paſſus eſt in feſto azymoꝝ:quan
do de tota iudea populus iſrael in hierl̄m con
uenire debebat.Nam ſm̄ Nicolaū de lira viri
ter in anno tenebantur hieroſolymā accede-
re:⁊ intereſſe feſto ⁊ apparere corā dn̄o.Pri-
mo in paſcate quod in āno illo fuit feria ſexta
⁊ tali die crucifixus eſt ieſus.Scd̄o in penthe
coſte in memoriā date legis in monte ſynai.
Tertio in ſcenophegia quod idē eſt qd̄ fixio
tabernaculoꝝ:⁊ fiebat in memoriā quadragi
ta annoꝝ quibus filij iſrael fuerūt in deſerto.

Tertio fuit xp̄i paſſio vituperoſiſſima rōne
modi:qꝛ crucifixꝰ eſt in alto loco vt ab oībꝰ vi
deretur.⁊ poſitꝰ eſt in medio latronū tāꝙ̄ ip̄e
duobꝰ illis latrōibꝰ deterior extitiſſet.Hec aūt
oīa ieſus patienẜ tulit vt diaboli ſuparet po-
teſtatē.Uñ ⁊ Jobes Apoc.xx.c.ait.Uidi an-
gelū deſcendentē de celo.i.xp̄m habentē clauē
abyſſi.⁊ catenā magnā in manu ſua:⁊ appre
hendit draconē magnū ſerpentē antiquū:q ē
diabolus:⁊ miſit eū in abyſſum:⁊ poſuit ſi-
gnaculū ſuper ip̄m.Per iſtū angelū ſm̄ oēs
expoſitores intelligitur xp̄us:qui virtute ſua
diaboli poteſtatē ligauit. Sed non imeri-
to aliqs poſſet obijcere:ꝙ ſcꝫ diaboli poteſtas
non eſt ligata.Nā.i.Petri.v.dicitur.Sobrij
eſtote ⁊ vigilate:quia aduerſarius veſter dia
bolus tanꝙ̄ leo rugiens circuit querens quē
deuoret.Et Ephe.vi.Non eſt nobis collucta-
tio aduerſus carnē ⁊ ſanguinē:ſed aduerſus
principes ⁊ poteſtates:aduerſus mūdi recto-
res tenebrarū harū. Ad qd̄ rn̄dēt Alexā.de
halis in.iij.volumie ſumme.q.xviij.mē.iij.⁊
Boñ.in.iij.diſt.xix.ar.i.q.iij.ꝙ vt etiā magr̄
ſen.i lr̄a dicit.Per paſſionē xp̄i liberati ſumꝰ
a ptāte diaboli:oēs qdē ꝙ̄tū ad ſufficiētiā:ſ
illi ſoli qui ſunt de eius corpore qd̄ eſt eccleſia
quantū ad efficaciā.Quod patet ſic.Nā dia-
bolus ante xp̄i paſſionē habebat duplicē ma-
nū.ſcꝫ attrahentē:⁊ impellentē.Manꝰ attra-

hẽis erat poteſtas trahendi hoĩes ad limbũ
etiã iuſtos ⁊ ſanctos. Manus impellẽs erat
poteſtas ꝓcipitandi in malũ: vel fallacia: vel
ꝑ violentiã, q: tẽptabat vt draco: ⁊ tẽptabat
vt leo. Prima manus attractiua erat tãte po⸗
tentie: vt nullus poſſet ei reſiſtere. Et hec fuit
ei oĩno amputata xp̄i paſſione. Jam eñ nul⸗
lum iuſtũ põt ad limbũ trahere: q: per paſſio
nem xp̄i deletũ eſt cyrographuz peccati Ade.
Manũ autem impellentẽ habebat ita fortez
vt cũ magna difficultate poſſet q̄s ei reſiſtere
Et ideo ĩ multis regnabat: imo fere in oĩbus
et oẽs ſuperabat: vel ꝑ fraudulentiã vel ꝑ vio
lentiã. Et hmõi poteſtas debilitata eſt ꝑ paſſi
onẽ xp̄i: ꝑ quã lumẽ veritatis aperiẽ ꝯ diabo
licã fraudulentiã: ⁊ adiutoriũ tribuiẽ ꝟtutis
ꝯ diabolicã violentiã. Apparuit aũt lumẽ ve⸗
ritatis interius ꝑ diuinã inſpirationẽ: ⁊ exte⸗
rius ꝑ humanã inſtructionẽ. Jam eñ fere oĩ
bus eſt veritas ꝓpalata: ⁊ ideo deſtructa eſt
idolatria q̄ prius regnabat. Adiutoriũ autez
virtute tribuiẽ ꝑ grẽ infuſionẽ q̄ reprimit cõ⸗
cupiſcentiã: ⁊ ꝑ angelicã ꝓtectionẽ q̄ cõpri⸗
mit ⁊ reprimit poteſtates aduerſas, ⁊ hoc idẽ
ꝟtute paſſiõis merito cuius mittiẽ nob̄ ſpũs
ſcs. mittunẽ et iã ⁊ ipſi angelici ſpũs vt ſupeẽ
aduerſarius. Uñ diabolus ſuꝑ oĩa abhorret
memoriã paſſiõis ⁊ figurã crucis per quã ſu⸗
mus ab eius ꝓtãte liberati. Et ſic põt ad obie
cta rñderi. Quicũq3 ergo xp̄m interrogет: cur
caput nõ erigit in cruce: audiet illũ ꝓtinus rñ
dentẽ. Heu q̄ta eſt ꝯfuſio. Ego ille ſum q̄ hie⸗
ruſalẽ intrauerã clamãtib⁹ pueris: bñdict⁹
q̄ venit in noĩe dñi: ⁊ omni ppl'o iubilante: et
mõ nudus patior ĩ medio latronũ: vt hoĩez li⸗
berẽ a diabolica ſuꝑbia ⁊ ꝓtãte.

De immẽſo dolore xp̄i in cruce quẽ ſuſtinu
it vt ipſe ꝓ oĩbus peccatoribus penitentiam
faceret. Capitulũ II

s Ecũda cõditio xp̄i patiẽtis fuit do⸗
loris acerbitas vt penas noſtras ip⸗
ſe portaret, de q̄bus eſa. liij. c. ait. Ue
re lãguores noſtros ipſe tulit, ⁊ dolores nr̄os
ipſe portauit. Et nos reputauimus eũ quaſi le
proſum ⁊ ꝑcuſſum a deo ⁊ humiliatũ. Jpſe au
tẽ vulneratus eſt ꝓpter iniq̄tates noſtras, et
attritus eſt ꝓpter ſcelera noſtra. Diſciplina
pacis noſtre ſuꝑ eũ: ⁊ liuore eius ſanati ſum⁹
Oẽs nos q̄ſi oues errauimus, vnuſquiſq3 in
viã ſuã declinauit: ⁊ dñs poſuit in eo iniq̄tatẽ
oĩm noſtrũ. Et. i. Pet. c. ij. Pctã nr̄a ꝑtulit in
corꝑe ſuo ſuꝑ lignum: vt ꝑeccatis mortui iu⸗
ſticie viuamus: cuius liuore ſanati ſumus.

Que verba declarãs magiſter in. iij. di. xix. ait
Pctã portare eſt ꝓ peccatis nr̄is penam pati.
Doluit itaq3 ieſus ꝓ nobis. Ad cui⁹ pleniorẽ
intelligentiã tria de ipſo ꝯſideremus.

Primo veritatem.
Secundo grauitatẽ.
Tertio vtilitatẽ.

Primo ꝯſideremus doloris xp̄i veritatez.
Non eñ videẽ quibuſdã xp̄m vere doluiſſe:
q: arguũt primo ex quodã dicto Hilarij. x. li.
de trinitate. vbi ait. Uirtus corporis ſine ſen⸗
ſu pene vim pene in ſe deſeuiẽtis excipit. Sed
verus dolor nõ eſt ſine ſenſu pene. ergo ĩ xp̄o
nõ fuit verus dolor. Secundo arguunt ex di⸗
cto Dionyſij: qui ad Johannẽ euangeliſtã ita
ſcribit. Abſit vt ego inſaniã. vt credã ſanctos
aliquid pati ſ̄m corporis paſſionẽ: ſed ſ̄m ſo
lũ iudicare ipſos ſentire credo. Si ergo hoc ẽ
verũ ſancti nõ ſenſerũt paſſiões vllas niſi ſo⸗
lũ ſ̄m iudiciũ: nõ ergo ſ̄m experientiam: ergo
patiendo nõ habuerunt dolorẽ verum. Ergo
multo minus ſanctus ſanctoꝝ xp̄s. Tertio ar
guunt. q: Moyſes ieiunauit q̄draginta die⸗
bus ⁊ q̄draginta noctibus ſine aliqua corꝑis
leſione ꝓpter cõtinuã ꝯtemplationẽ. Si ergo
perfectio ꝯtẽplationis aufert paſſionẽ ⁊ ſen⸗
ſum famis: pari rõne videẽ q̄ auferat ſenſuz
doloris in carne paſſibili. Sz in xp̄o fuit ꝯti⸗
nua ꝯtẽplatio ⁊ ꝑfectiſſima, ergo videẽ q̄ nul
la fuerit in eo doloris experiẽtia. Quarto argu⸗
unt: q: natura agẽs ꝑſtãtior eſt patiẽte, ſ3 na
tura aſſumpta ꝑſtãtior eſt oĩ alia. ergo nõ vi⸗
deẽ q̄ ab aliqua natura poſſit affligi vel ledi.
Quinto arguũt: q: ſi anima petri poneret in
inferno: ab ignibus nõ cruciareẽ: q: nõ habet
in ſe cãm ꝑ quã debeat dolere. Jgiẽ ſi aĩa xp̄i
nullã cãm paſſiõis in ſe habebat: videẽ q̄ nul
lũ dolorẽ ſentiebat in carne q̄tũcunq3 paſſibi
li. Si ergo dolor eſt paſſio ipſius aĩe potius q̄
carnis: ſicut diẽ Aug. videẽ q̄ in xp̄o nõ fue⸗
rit dolor verus. Tali errori innituntẽ qdã he
retici. ⁊ eſt etiã antiquus error ſaracenoꝝ: q̄
error nõ ſolũ euacuat fidem xp̄i: ⁊ xp̄i euãge
liũ: ſed etiã euacuat redemptionẽ nr̄am: ⁊ di⸗
cit xp̄m nõ eſſe xp̄m. Dũ eñ dicit xp̄m nõ fu⸗
iſſe ꝟaciter paſſum: diẽ ipſum nõ ſatiſfeciſſe:
ac ꝑ hoc nec genus humanũ eſſe redẽptũ. Dũ
ꝟo dicit ipſum ſimulaſſe ſe pati: dicit ipſuz fu
iſſe mendacẽ. ⁊ ita nec vere fuiſſe dei filiũ nec
dei nunciũ. ⁊ ita nec mediatorẽ: ſed potius de⸗
ceptorẽ. Jdeo catholice dicẽdũ eſt ſ3 Alex.
in. iij. ſũme, q. xvij. mẽ. i. ar. ij. ⁊ Boñ. di. xvi. iij
libri ſententiarũ. ar. i. q. i. q̄ abſq3 dubio vera

doloris paſſio fuit in xp̄o ſicut ſcriptura teſta
tur. Uñ eſa. liij. c. dicit. Uidimus eũ nouiſſi⸗
mũ virorũ virũ doloꝝ ⁊ ſcientẽ infirmitatez.
Qd̄ nõ intelligit ꝓpheta de ſcientia ſimplicis
noticie: ſed de ſciẽtia experiẽtie, ⁊ in ꝑſona ei⁹
diciẽ in pſal. Ego ſum pauꝑ ⁊ dolẽs. Fuit eñ
in xp̄o caro paſſibilis ⁊ ꝑforabilis. fuit etiam
virtus ſentiendi ſ̄m quã etiã anima cõpatiẽ
corꝑi leſo. Qm̄ igiẽ hec duo verũ dolorẽ faci⸗
unt. ſ. vera leſio ⁊ verus ſenſus leſiõis, ⁊ hec
duo vere fuerũt in xp̄o: indubitãter tenendũ
eſt q̄ in xp̄o fuit vera doloris paſſio. Ad ꝑ
mũ ergo quod obijciẽ de auctoritate Hilarij
tripliciter eſt rñdendũ. Quidã eñ dicũt ipſuz
verba illa retractaſſe: alij vero aſſerũt q̄ in ꝟ
bo ꝑdicto: ⁊ in alijs ibidez poſitis nõ excludit
ſenſum doloris in xp̄o ſ̄m humanã naturaz:
ſed ſ̄m diuinã. Uñ verba illa nõ ſunt referen
da ad xp̄i perſonaz. Et hoc cõfirmatur: q: vt
dicit idẽ Hilarius. intelligẽtia verboꝝ ex cau
ſis dicendi eſt aſſumẽda. Uoluit itaq3 in ver⸗
bis ꝑmiſſis excludere errorẽ Arrij heretici: q̄
dicebat xp̄m ſ̄m ſe totũ paſſum fuiſſe. Quidã
vero vt magiſter ſententiarũ in lr̄a rñdẽt q̄
Hilarius nõ voluit oſtendere xp̄m nõ habu⸗
iſſe verũ dolorẽ: ſed nõ habuiſſe cãm doloris.

Ad ſecundũ de auctoritate Dionyſij dicen⸗
dũ eſt q̄ Dionyſius nõ ſenſit q̄ btũs Jo hes.
et alij ſancti nõ experirentẽ dolorem in tormẽ
tis: ſed voluit cõmendare cõſtantiã mentis:
que nõ magis cõmouebaẽ experientia ſenſus
q̄ cõmoueretẽ ex ſola cõſideratione ⁊ iudicio
rõnis. Ad tertiũ de Moyſe dicendũ eſt: q̄
etſi dulcedo cõtemplationis quodãmodo ip⸗
ſum reficeret: ⁊ a ſenſibus exteriorib⁹ abſtra⸗
heret adeo q̄ naturales virtutes quodãmo⸗
do cõſopiret: vt nõ ita cõſumerentẽ: ⁊ cibũ re
quirerent: tñ q̄ tanto tẽpore ieiunauit ſine ali
qua ſui leſione: hoc fuit ꝑ ſpãle priuilegium ſi
ue beneficiũ: ⁊ diuinũ miraculũ. Et ideo non
habet locũ in ꝓpoſito: q: xp̄s in paſſione ſua
nõ exercuit miracula potẽtie: ſed potius vſus
eſt armis patientie. Ad quartum dicendũ
eſt q̄ illud nõ oportet intelligi q̄ ſit verũ ſim⸗
pliciter: ſed ſ̄m aliquã cõditionem ſiue ꝓprie
tatẽ. Quia eñ lapis ledit pedẽ: nõ oportet q̄
lapis ſit nobilior pede: ſed ſufficit q̄ excedat
in aliqua cõditione: vtputa in duritie ⁊ ſolidi
tate. Et ſic eſt in ꝓpoſito. Quãuis eñ clauus
non eſſet nobilior carne xp̄i: erat tñ durior et
ſolidior. Et ſi tu obijcias mihi de aĩa q̄ nõ poſ
ſet pati: dicendũ q̄ aĩa nõ patiebaẽ ꝑ ſe: ſed ꝑ
accidens. ſ. cõpatiendo carni. Uel ſ̄m Aug.

in. vi. muſice. anima ſumit occaſionẽ patien⸗
di ex carne: veruntamen patiẽ ex ſe occa ſione
accepta aliunde. Poteſt etiã dici q̄ illud ver⸗
bum habet intelligi ſ̄m inſtitutionem nature
nõ ſ̄m diſpenſationem miſericordie ⁊ puni⸗
tionem iuſticie: quorũ primũ reſpicit animaz
xp̄i. reliquum animã peccatricem: ſicut. xliij.
diſ. iiij. expꝛ̄ſſe habetur. Ad quintũ qd̄ obij⸗
ciẽ q̄ anima Petri nõ patereẽ in inferno: di⸗
cenduz q̄ nõ eſt ſimile. quia anima Petri poſt
glorificationẽ perfectam non eſt paſſibilis ex
cauſa ꝓpria: nec ex diſpenſatione diuina pro
pter ſalutem alienam. Nõ autem eſt ſic de ani
ma xp̄i que diſpenſatiue ⁊ voluntarie paſſibi
litatem habuit cũ carne paſſibili cui adiuncta
fuit. Secundo cõſideremus doloris grauita
tem. Fuit eñ dolor eius grauiſſimus: ita vt
excederet oẽs penas martyrũ: ⁊ quecunq3 ge
nera tormentoꝝ triplici rõne. videlz.

Primo ꝓpter aĩe ſue limpiditatem.
Secũdo ꝓpter carnis teneritudinẽ.
Tertio ꝓpter vtriuſq3 neceſſitudinẽ.

Prima ratio ptz. q: aĩa eius habuit notici
am omniũ veritatum. Unde nouit diſtincte
que ſibi fuerant penalia: nec ꝓpter vnum ali
ud minus appꝛ̄hendit. Jdeo ſ̄m numerum eo
rum que patiebatur ⁊ partium ſ̄m quas pa⸗
tiebatur fuit apud animam ieſu doloris mul⸗
tiplicitas. Unde Eccleſiaſtes. i. Dicitur. Qui
addit ſcientiam addit ⁊ laborem. Secũda
ratio patet. quia ſ̄m Boñ. in. iij diſ. xvi. ar. i.
q. ij. in eo erat maxima cõplexionis equalitas
et ſenſus viuacitas. Quanto eñ cõplexio eſt
nobilior. ⁊ quanto ſenſus tactus eſt viuacior:
tanto dolor eſt acutior. Secundũ autem do⸗
loris ipſius magnitudinem eſt totius corpo⸗
ris afflictio. Audi eñ omnium membrorum
afflictionem. Pedes eius fuerunt afflicti: cuz
diſcalciati ⁊ nudi per totam noctem ⁊ per par
tem magnam diei huc ⁊ illuc currerent. Pie⸗
q3 credendũ eſt q̄ ſepius in lapides impinge
bant: effundebantq3 per viam ſanguinem ſa⸗
crum. Uitalia mẽbra ac reſpirantia ſicut cor
et pectoris cõcauum: ⁊ ſimilia dure fuerũt af⸗
flicta in timore ⁊ multorum ſuſpiriorũ ⁊ ge⸗
mituum aſſumptione circa coſtas dorſum la
tera atq3 corpus. Et vniuerſaliter omnia mẽ
bra in dura flagellatione afflicta fuerunt: in
qua ſuperficies carnis ſue tenere: ⁊ delicate fu
it crudeliter lacerata: ⁊ ſanguine cruentata.
Brachia fuerunt afflicta ob duram ligationẽ
et cõſtrictionem. Humeri fuerunt afflicti du
ro onere crucis. Os quoq3 afflictum fuit tam

fetido oſculo ꝓditoris: ꝙ etiā fellis ⁊ aceti a
maro potu. Nares afflicte fuerūt horribili fe
tore ſputoꝝ abominabiliū iudeoꝝ ⁊ fetore ca
dauerum mortuoꝝ. Gene quoqȝ afflicte fue
runt ⁊ tumefacte ac ſanguine ⁊ liuore cōſpſe
Tum ex ꝑcuſſionibus faciei: tum etiā ex ſpi
nea corona ꝓpter quā ſanguis ꝑ eius faciē
defluebat. Oculi fuerūt afflicti cōfuſi ⁊ velati
ac fletu reliquati: in furoris ⁊ iracūdie ignē
ſpirantiū inimicoꝝ ſuoꝝ aſpectu: nec nō: q̄a
videbat matrē ⁊ diſcipulū quē diligebat flen
tes ⁊ cruciatos. Aures replete fuerūt oppro
brijs. Uertex capitis afflictus fuit duriſſimiſ
ſpinis ⁊ ꝑcuſſione arūdinis. Ob hmōi mēſitatē
itaqȝ doloris clamat xp̄s. Trenoꝝ. i. dicens.
O vos omnes qui trāſitis ꝑ viam attēdite ⁊
videte ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor meus.
Tertia rō ꝓpter anime ⁊ corꝑis neceſſitudi
nē. Quāto equidē maior eſt amicitia aīe ad
ip̄m corpꝰ: tāto ſeparatio eſt doloroſior. Cū
ergo inter aīam xp̄i ⁊ ip̄m corpus maior eēt
amicitia ꝙ fuit in alijs hoibus mūdi: tū ꝓpt
anime bene ordinate charitatē: tū etiā ꝓpter
corꝑis ſeu carnis puritatē ⁊ dignitatē: ſequi
tur ꝙ quādo anima xp̄i ꝑ mortē fuit a corpo
re ſeparata ꝙ dolor ipſius intenſior fuerit ꝙ
dolor cuiuſcūqȝ morietis. Tertio ↄſiderare
opꝫ doloris xp̄i vtilitatē. Nam per dolorem
ſuū nos liberamur a pena cui merito ſubijce
remur. Scđꝫ enī Boā. i. iij. di. xix. ar. i. q. iiij.
paſſio xp̄i nos liberauit a pena tēpali ⁊ ab
eterna: ⁊ ab ea q̄ eſt inter vtrāqȝ media. A pe
na tēpali liberat: dum vtute illius cōdonā
tur nobis pctā nō ſolum q̄tum ad culpam ⁊
reatum pene eterne: ſed etiā q̄tum ad dimiſ
ſionē pene ſatiſfactorie ſicut habet fieri in ſa
cramēto baptiſmi. A pena eterna liberat libe
rando a culpa. Dum enim per paſſionem xp̄i
nobis gr̄a impetrat: ꝑ quā culpa dimittitur
nobis debitū pene eterne mortis relaxat. Li
berat a pena que eſt etiā inter vtrāqȝ media
que quidē fuit carētia viſionis diuine ex me
rito peccati ade. Et illa quidē etſi fuerit ad tē
pus ꝓpter gr̄am reparata in eis q̄ detinebāt
in limbo: debebat tamē habere eternitatē ha
bito reſpectu ad culpā Ade. Sꝫ aliq̄s obijci
et: quia nūc illis penis tpalibus ſubiacemus
q̄bus ſubiacebāt illi q̄ erant ante paſſionem
xp̄i. Et nullus qui eſt in inferno damnatus li
berat a pēa tempali nec ab eterna. Rn̄det
dn̄s Boā. vbi. ſ. ad vlti. art. ꝙ rō illa peccat
ſm̄ cōſequens. Non enī ſequit ꝙ ſi hoc modo
non liberat a pena tempali ⁊ eterna: ꝙ ꝓpter
hoc nullo modo. Quāuis enī nō liberet a pe
na eterna eos q̄ ſunt in malo obſtinati: libe
rat tamen eos qui volūt ⁊ poſſunt ad chriſtū
cōuerti. Rurſus q̄uis nō liberet a pena tem
porali in preſenti: vt ab iſta fame ⁊ ſiti: libera
bit tamen in futuro. Liberat etiā ab aliq̄bus
penis tempalibus ad quas eſſemus obligati
merito peccatoꝝ noſtroꝝ: niſi paſſio xp̄i inter
ueniret. Si quis ergo pie xp̄m cōtemplando
in cruce pendentem interroget: cur caput te
net inclinatum: audiet illum dicentem proti
nus. Heu me doloribus angor: paſſionibus
crucior: ⁊ in amaritudine morat anima mea.
Alloquere ipſum alloquere anima dura. ⁊ lo
quetur ip̄e tecum libenter. Dic ei. O amātiſſi
me iuuenis: quod ſcelus cōmiſiſti vt crucem
cum tanto dolore aſcenderes. Et ip̄e dicet ti
bi: tu anima es mihi cauſa doloris. tu pecca
ſti ⁊ peccare non ceſſas: ⁊ cum penas non va
leas ſoluere delictorum: ego pro te peniten
tiam ago ⁊ pro omnibus qui ſaluari volunt.
Abſqȝ enim mei ſanguinis effuſione nullus
ſaluari poſſet. Sanguis vero meus effuſus
tante virtutis eſt ⁊ efficacie: vt vna gutta ſo
la ſufficiat ad redimēdū omne genus huma
num. Sed ego largus redemptor vt ſecuri ſi
ant qui ſaluari ⁊ conuerti volunt non vnam
guttulam: ſed de toto corpore meo ſanguinē
meum effundo: De capite: de facie: de ore: de
collo: de manibus: de pedibus: de oībus mē
bris meis: ⁊ deniqȝ de corde meo. Propter
hoc Bern̄. ſuper Cant. ſermone. xxij. ait. Ad
cumulū pietatis tradidit in morte animā ſuā
⁊ de proprio latere protulit preciū ſatiſfactio
nis: quo placaret patrem. Propter qđ illum
ad ſe verſiculum traxit. Apud dominū miſeri
cordia: ⁊ copioſa apud eū redemptio. Pro
ſus copioſa: quia nō gutta: ſed vnda ſangui
nis largiter ꝑ quinqȝ partes corporiſ emana
uit. hec ille. Sed hominis peccatoris ipſum
fugientis maliciam xp̄s conſiderans: de ipſo
ſic conquerit per Aug. contra q̄nqȝ hereſes.
Cum eſſes inquit inimicus patris mei recō
ciliaui te. Cum inter mōtes ⁊ ſiluas errares
queſiui te. Humeris meis portaui te. Patri
meo reddidi te: laboraui: ſudaui: caput meū
ſpinis oppoſui: manus meas clauis obieci:
lancea latus meū aperui: ſanguinē meū fudi:
animā meā poſui vt te mihi copularem. Et
tu diuideris a me.

De paupertate chriſti quam in cruce ſuſti
nuit: vt nobis diuitias gratie inueniret.
Capitulum III

T Ertia cōditio chriſti patientis eſt ex
trema paupertas: quā ſuſtinuit ꝓ no
ſtris culpis delendis. De qua ipſe
Math. viij. c. ait. Uulpes foueas habent: et
volucres celi nidos: filius autē hoīs nō habet
vbi caput ſuū reclinet. Fuit nanqȝ xp̄s tripli
ci paupertate fatigatus.
Prima paupertas fuit bonoꝝ tēporaliū.
Secunda amicoꝝ familiariū.
Tertia donoꝝ ſupernaturaliū.
Prima paupertas fuit bonoꝝ tēporalium.
Nullū quippe bonū tēporale aderat xp̄o i cru
ce anguſtiato, nō domus: nō tectū: nō pānus
nō aurū: nō argētū: ſed nudus ipſe pendebat.
Secūda paupertas fuit amicoꝝ familiariū
q: oēs eo relicto fugerūt. Hinc ꝑ ꝓphetā cō
querit dicens. Conſiderabā ad dexterā ⁊ vi
debam: ⁊ nō erat qui cognoſceret me. Scđm
Alex. de halis. nō dicit ad ſiniſtrā ꝓpter virgi
nem beatā que ſola ad ſiniſtrū ꝑſecutionā fili
um verū deū ⁊ hoīem cognoſcebat. Ceteri ve
ro etſi ex generali cōpaſſione xp̄o cōpaterent
tn̄ ipſi iꝫ credebant purū hoīem in tormentis
deficientē. Tertia paupertas fuit donorū
ſupernaturaliū. Habebat xp̄s dona plurima:
virtuta: ſcientiā: ſapientiā: ſanctitatē: pulchri
tudinē corporis ⁊ anime: ⁊ alia hmōi: q̄bus
oībus in cruce: etſi nō fuerit priuatus: priua
ri tamen viſus eſt dū reputatus eſt peccator:
ſtultus: ſeductor: ⁊ oim maloꝝ perpetrator.
Quare nō immerito: ad ſe aduocans animā pec
catricē dicere pōt. Reuertere ad me aīa mea.
Ecce ꝑ te p̄cium ſoluo. Expendo ꝓ te omnes
theſauros meos. Suſcipe ſanguinē meū. Su
ſcipe penas meas: ⁊ offer illas patri celeſti.
Dic ei parce mihi miſere peccatrici ꝑ vulnera
per dolorē ⁊ ſanguinē: ꝑ mortē ieſu xp̄i. Par
ce dn̄e q: filius tuus ꝓ nobis peccatoribus
pati dignatus eſt. Et ſtatim deus remittet ti
bi peccata tua. Ergo nō immerito p̄cioſitas vo
cari pōt hec flāma amoris: vbi xp̄s p̄cioſum
ſanguinem ſuū offert peccatoribus: vt eo vſe
quantur ſalutem quā nobis donet ille qui vi
uit in ſecula. Amen.

De diuina charitate in quo declarat ꝙ gra
tioſus ſit deus peccatoribus penitētibus: ⁊ ad
ſe redeuntibus: quibus admirāda dona cōce
dit Sermo VII

U Enite ad me oēs
qui laboratis ⁊ onerati eſtis: ⁊ e
go reficiā vos. vbi. ſ. Ut ſe tandē
beniuolū reddat deus peccatoribus penitēti
bus: offert illis munera gr̄e ſue: cum dicit. refi
ciam vos. Ad quod plenius intelligendū in p̄
ſenti ſermone: de charitate diuina ↄcludemus
tractatū: exponētes ſeptimā flammā: que vo
cabat gratioſitas. Pro cuius declaratiōe no
tabimus tria gratioſa dona q̄ deus ꝓ ſui amo
re pctōribus ad ſe redeūtibus elargit.
Primū donum d: reſtitutionis.
Secundū letificationis.
Tertiū glorificationis.
Qualiter deus reſtituit peccatoribus per pe
nitentiā bona prius perdita: ⁊ pe[illegible]ccatum
mortificata. Caplm I

P Rimū donū qđ deus bn̄dictus elar
git pctōribus penitēbus d: reſtitu
tiōis. Scđm Ric. in. iiij. diſ. xiiij. ar.
vij. q. ij. ⁊ cōem opi. theologoꝝ: ꝑ pniam reſti
tuunt hoī opa pus pdita: ⁊ ꝑ culpā mortifica
ta: q̄ ante viua fuerūt. Si q̄s nanqȝ in chari
tate exiſtēs decē annis ſeruierit deo: ieiunan
do: ⁊ orando: ⁊ cetera hmōi faciēdo adueniē
te culpa mortali: bona hec oīa ꝑdidit. Sed eo
a culpa reſurgēte reuiuiſcunt ſimul oīa ſupra
dicta. Sed ↄ obijci pōt ꝑ dictū Hugonis.
qui ait. Nemo in ſpe correctiōis peccare debet
q: qđ ſemel amittit ipſum nō recupat ampli
us. Ergo ſi bona opa pus facta ſunt amiſſa ꝑ
culpā: īpoſſibile eſt ea reſtitui: ergo nec viuifi
cari. Itē. Oē qđ viuificat eſt aliquo mō. ſed
qđ oīno perijt nullo mō eſt. ⁊ talia ſunt opera
bona prius facta: ergo nec viuificari nec recu
perari pn̄t. Rn̄det Boā. in. iiij. di. xiiij. pte
ij. ar. ij. q. iij. ꝙ opa q̄ prius fuerūt viua. q: ex
charitate facta ⁊ digna vita eterna: poſtea ad
ueniēte culpa mortificant in iſto: q: amplius
in hoc q̄diu eſt culpa in eo nō eſt diſpoſitio di
gna remuneratiōe ꝓpter indignitatē ipſius:
ſed rurſus gr̄a redeunte que iſtū facit dignū
vita eterna: iam opa in hoc ſunt digna remu
neratiōe. ⁊ ideo reſtituunt ⁊ viuificant. Ad
intelligētiā tn̄ obiectorū notādū ꝙ dicūt q̄dā
ꝙ opa bona in charitate facta: q: bona ſūt et
ideo fiunt in laudē dei vt inde debeat laudari
deus. q: vo in vnitate myſtici corꝑis. ⁊ q: in
charitate: ptinēt ad corpus myſticū. q: vo ex
libera volūtate ⁊ iuſta: ad radicis p̄miū ſiue
ad facientis meritū. Unū lꝫ iſte cadat q̄ fac o
pera: nihilominus remanēt in corꝑe myſtico:
q: inde alia mēbra gaudebūt: ⁊ deus inde lau
dabit. Sed tn̄ nō manēt ad gloriā faciētis. ⁊
ideo moriunt iſta cū iſte moritur: ſ; eo reſur
gente a culpa: ⁊ facto de corpore myſtico: ſibi
opa bona reuiuiſcūt. ⁊ q̄tum ad hoc dicunt

ītelligi illō Apoc. iij. Tene qđ habes. Quicqđ aūt ſit de hoc ſiue remaneant in corpe myſtico ſiue non: verū eſt ꝙ remanēt in memoria eius qui fecit: ⁊ dubiū etiā non eſt quin maneant in memoria dei. ⁊ ꝙdiu manet culpa: manent in cognitione dei cuncta reſpiciētis: ⁊ in memoria peccatoris. Sed ibi non manēt ad remunerandū: nec in memoria peccatoris ad gaudiū: ſed magis ad dolendū. Sed cū reſurget manent in deo ad remunerandū: ⁊ in memoris ipſius peccatoris ad gaudendū. Ad dictū D[illegible]nis dicendū eſt ꝙ intelligit de illo ope bono quod homo potuiſſet facere vel feciſſet illo tpe quo peccauit. qđ quidē non recuperabitur. qꝛ ſi alio tpe velit facere opus qđ omiſit: perdit quod deberet facere in illo tpe.

Ad ſecundū dicendū ꝙ illa opa que mortificata fuerunt manent in memoria eius qui fecit: ⁊ dei pro quo fecit. hec Boñ.

De leticia angeloꝝ ⁊ totius celeſtis curie ꝓpter pniam ⁊ ꝯuerſionē pctoꝝ. Caplm II

s Ecundū donū dicitur letificationis. Facit vtiq3 deus angelos ſuos iubilare in cōuerſione peccatorū. Unde Luc. xv. dicitur. Gaudiū eſt angelis dei ſuper vno peccatore pniam agente. Sed circa hͦ notandū de gaudio angeloꝝ ſm Boñ. diſt. xi. ar. ij. q. ij. ſecūdi libri. ꝙ ipm gaudiū in angelo creſcere: pōt intelligi dupl'r. Uel extenſiue: vel intenſiue. Extēſiue dicitur creſcere qñ qs de pluribus gaudet. Intenſiue aūt qñ affectꝰ eius de aliquo copioſius gaudet. Si ergo loquamur de cremento gaudij ſm primū modū. ſ. quantū ad extenſionē: verū eſt. Et doctores cōiter ſentiunt ꝙ ipſis beatis angelis accreſcit gaudiū ex ſalute peccatoꝝ: qꝛ de pluribus gaudent: ſm ꝙ plures ſaluantur. Si aūt loquamur de cremento gaudij ſm modū aliū ſcꝫ quantū ad intēſionē: ſic eſt diſtinguendū. Nā gaudiū duplex eſt. Quoddā eſt gaudium in quo conſiſtit premiū ſubſtātiale. ⁊ illud eſt gaudiū de bono increato: quod angelus habꝫ de deo ⁊ i deo. Eſt iterꝝ gaudiū quoddā accidētale. ⁊ illud eſt gaudiū quod angelus habꝫ de bono creato: ſiue ꝓprio ſiue alieno. Ergo aliqui dixerūt ꝙ in āgelis beatis accreſcit vtrūq3 gaudiū intēſiue: quia nondū ſunt perfecte beati: ꝙuis ſint cōfirmati. De quoꝝ opiniōe videtur fuiſſe magiſter. Sꝫ quia hec opinio non videtur ꝓbabilis: ideo fuerūt aliqui qui dixerunt ꝙ neutrū gaudiū creſcat in eis intēſiue: ſed ſolū extenſiue. ſicut charitas eoꝝ non eſt maior ꝙ fuerit ab initio: ꝙuis plures nūc diligant ꝙ tunc. Sed quia iſtud non videtur adhuc ſatis ꝓbabile ꝙ angelis accreſcat materia gaudij quin etiā accreſcat ⁊ gaudiū: iō eſt tertius modus dicēdi ꝙ in angelis nullo modo accreſcit gaudiū in quo cōſiſtit premiū eſſentiale: quia quantū ad illud perfecte beati ſunt. Sed gaudiū in quo conſiſtit premiū accidentale accreſcere pōt nō ſolū extenſiue: verū etiā intenſiue: ⁊ rōne ꝓprij boni cōiuncti ꝙ miniſtrando alijs bona opera ⁊ rōne boni faciunt in quibus premiū accidentale merenť. Et quia etiā cōciues ſuos ad beatitudinē perducunt ſuper quibus congratulantur. non ſolum aūt angeli: ſed etiā tota trinitas gaudet ⁊ facit feſtū de conuerſione peccatoris. Et primo gaudet pater. Nā rex terrenꝰ multū gaudet qñ filius ſibi concipitur: ſicut letatus eſt Abraā ī conceptu Sare. Multū gaudet qñ naſcitur: ſicut Zacharias ⁊ Elizabeth in ortu precurſoris. Multū gaudet qñ filius ablactatus eſt. Unde Abraā fecit magnū cōuiuiū in ablactatione filij ſui yſaac. Gen. xxi. Multū gaudet qñ filius grandis effectus eſt: ⁊ ad menſam recipitur. Sic pater celeſtis de filio ſpiritual'r cōcepto: nato: ablactato: ⁊ ad menſam recepto multū gaudet. Conceptio nanq3 accipitur in contritione: ſiue boni ꝓpoſiti inchoatione. Unde Eſa. xxvi. A facie tua dñe concepimus: ⁊ quaſi parturiuimꝰ: ⁊ peperimꝰ ſpiritū ſalutis. Natiuitas attendiť in confeſſione vel bonoꝝ operū oſtenſiōe. Sed de multis pōt dici illud Eſa. xxxvij. Venerunt filij vſq3 ad partū: ⁊ virtus non eſt pariendi. Ablactatio attenditur in vite perfectione: qñ hō in tantū ꝓficit ꝙ iam non indiget lacte paruulorum: ſed cibo ſolido perfectoꝝ. de quo Heb. v. Perfectoꝝ eſt ſolidus cibus. Ad menſam receptio attenditur in celeſti refectione. Iuxta illud Luc. xxij. Ego diſpono vobis regnū vt edatis ⁊ bibatis ſuper menſaꝫ meā in regno meo. Scđo gaudet filius triplici de cauſa. Primo quia videt effectū ſue paſſionis. Qđ notatur in parabola de oue perdita ⁊ inuenta De qua Greg. ait i omel. Una ouis perijt qñ homo peccando vite paſcua dereliquit. In humero aūt poſuit: quia peccata in corpe ſuo ipe portauit. Et Aug. in libro cōtra quinq3 hereſes. Cū eſſes inquit xpus inimicus pris mei reconciliaui te: cū inter montes ⁊ ſiluas errares queſiui te: humeris meis portaui te: pri meo reddidi te: laboraui: ſudaui: caput meū ſpinis oppoſui: manꝰ meas clauis obieci: lancea latus meū aperui: totus iniurijs ⁊ aſperitatibus laceratus ſum. ſanguinē fudi ⁊ aiam poſui: vt te mihi copularem: ⁊ tu te diuidis a me. hec ille. Tantū aūt deſideriū de oue inuenta habuit: ꝙ etiā deſertū. i. celū dereliquit. Qđ dicitur deſertū. i. derelictū ab homie qui fuerat ipm habiturꝰ. Tum qꝛ ad inſtar deſerti in eo ſunt dulces cantus auiū. i. angeloꝝ. Ibi etiaꝫ ſunt roſe martyꝝ: viole ꝯfeſſoꝝ: ⁊ lilia virginū. Scđo gaudet filiꝰ: qꝛ videt in peccatore conuerſo reformationē ſue imaginis. Quod notatur in ſecūda parabola de drachma ꝑdita ⁊ inuenta: in qua imago regis refulget. Decem eñ drachme ſunt nouē ordines angelorū: ⁊ decimus hoim: qui ad dei imaginez ſunt creati. Sed decima drachma perdita fuit qñ homo peccauit. Sed xp̄s ipam queſiuit ⁊ ſuā imaginē repauit. Tertio gaudet eo ꝙ videt reſuſcitationē ſui fratris. Qđ notať in tertia parabola de filio ꝓdigo: de quo diciť. Epulari ⁊ gaudere oportebat: qꝛ frater tuꝰ perierat ⁊ inuentus eſt. Tertio de cōuerſione peccatoris gaudet ſpūſſanctus triplici de cauſa. Primo qꝛ recuperat templū ſuū qđ dꝫ inhabitare. de quo. i. Coꝝ. iij. c. Neſcitis qꝛ templū dei eſtis: ⁊ ſpūs dei habitat in vobis? Habitare aūt non poſſet niſi ſpūs malignus recederet. ij. Coꝝ. vi. Que aūt conuentio xp̄i ad belial? quis cōſenſus templo dei cū idolis? Secūdo gaudet qꝛ recuperat membrū ſuū quod dꝫ viuificare. i. Coꝝ. vi. An neſcitis qm̄ mēbra veſtra templū ſunt ſpūſſancti? Uidemus aūt ꝙ membrū preciſum putridū vel paralyticū nō viuificať a ſpiritu humano. Eodē modo nec peccator a ſpū diuino. Tum qꝛ diuiſus eſt a deo. Eſaye. lix. Iniquitates veſtre diuiſerunt inter vos ⁊ deū veſtrū. Tum qꝛ putrefactꝰ eſt in peccato. Iohel. i. Cōputruerūt iumenta in ſtercore ſuo. Tum qꝛ palyticatꝰ eſt ex inordinato motu. non eñ hꝫ ſenſum amoris dei. de quo diciť Sap. i. Sentite de dño in bonitate Tertio gaudet qꝛ recuperat vas ſuū qđ dꝫ implere. Oportet autē ꝙ iſtud vas ſit vacuū ab amore mundi ſi debet impleri amore dei. Unñ Aug. ſup Iohem. Uas es: ſi plenꝰ es. Funde qđ habes: vt recipias qđ non habes. Funde amorē ſeculi: vt implearis amore dei. Sed circa hoc queri pōt quō intelligať illud xbū. Maius gaudiū eſt āgelis dei ſup vno pctōre pniam agente: ꝙ ſuper nonagintanouem iuſtis. Ad qđ dicendū ꝙ pōt intelligi dupliciť. Aut de tepidis iuſtis: aut de feruētibꝰ. Si primo modo: hoc verū eſt. Unñ Greg. ait. Maiꝰ de peccatore ꝙ de fratre iuſto gaudiū fit in celo: quia ⁊ dux in prelio plus illū militē diligit qui poſt fugā reuerſus hoſtē fortiter premit: ꝙ illū qui nunꝙ terga vertit ⁊ nunꝙ aliquid fortiter fecit. Sic agricola illā terrā amplius amat que poſt ſpinas vberes fruges profert: ꝙ eā que nunꝙ ſpinas habuit ⁊ nunꝙ fertilem meſſem produxit. De hoc etiā Aug. in libro contra Fauſtū ſic dicit. Agricole plꝰ placent agri qui ſpinis etiā magnis eradicatis centenū proferunt: ꝙ qui nullas ſpinas vnꝙ habuerunt ⁊ vix ad triceſimum peruenerunt. Si aūt intelligatur de iuſtis feruentibus: tūc diſtinguendū eſt inter affectū ⁊ effectū. Naꝫ ſm Boñ. meliori maior affectus: magis aūt indigenti: maior eſt tribuendus effectus. Uidemus eñ ꝙ ſi aliqua mater decē filios haberet: ſi vnus infirmatur ⁊ poſtea ſanatur: maiꝰ gaudiū oſtendit de ſanitate iſtius recuperata ꝙ de ſanitate in alijs conſeruata.

De gl'ia quā acquirunt peccatores cōuerſi ⁊ de ipoꝝ btitudie in regno celoꝝ. Cap. III

t Ertiū donū quod deus peccatoribꝰ penitentibus elargitur: dicitur glorificationis. Nā in celeſti ⁊ beata hieruſalē ipos tandē aggregat ſocietati ciuiū ſupernorū. Neq3 eñ ꝓpter peccata ipis infimū locū concedit: quinimo vt ſaluator ait ꝓpter ipſam pniam meretrices ⁊ publicani precedent in regno celoꝝ. Quanta aūt ſit eoꝝ gloria in celo: oſtēditur in Thayde meretrice: de qua in vitiſpatrū legitur ꝙ tante pulchritudinis extitit: ꝙ multi ꝓpter eā venditis ſubſtātijs ſuis ad vltimā paupertatē deuenerunt. ſꝫ ⁊ amatores eius mutuo ſe interficiebāt. Qđ cū audiſſet abbas Pannutius: ſumpto habitu ſeculari ⁊ vno ſolido: ꝓfectus eſt ad eā in quandā egypti ciuitatē: deditq3 ei ſolidū q̄ſi ꝓ mercede peccandi. Illa aūt accepto precio ait illi. Ingrediamur ſimul camerā. Cunq3 ingreſſus eſſet ⁊ locū precioſis ornamētis ſtratum aſcēdere inuitareť: dixit ad eā. Si eſt interius cubiculū in ipm eamus. Illa aūt dixit. Eſt quoddā cubiculū vbi nullus ingreditur. Si vero deū times: nullus locus eſt qui eiꝰ diuinitati abſcondatur. Qđ cū ſenex audiſſet dixit ei. Scis eſſe deū? Cūq3 illa reſpondiſſet ſe ſcire deū ⁊ regnū futuri ſeculi: necnon tormenta peccatoꝝ: dixit ei. Si ergo hec noſti: cur tot animas perdidiſti? Et non ſolū ꝓ tua: ſed ⁊ ꝓ alioꝝ reddenda rōne damnaberis. Illa vero prouoluta ad pedes abbatis Pannutij cū lachrymis orabat dicens. Scio eſſe pniam pater: ⁊ confido remiſſionē te orante ſortiri. Pe-

ſo tribus horis induciasꝰ: ⁊ poſt hec quo volueris ibo: ⁊ quecunqꝫ preceperis faciam. Cūqꝫ ei locum abbas conſtituiſſet vbi veniā impetrare deberet: illa collectis omnibus quecūqꝫ de peccatis lucrata fuerat: perlatiſqꝫ in media ciuitate populo expectante igne combuſſit clamans ⁊ dicens. Venite omnes qui peccaſtis mecum: ⁊ videte quomodo ea que mihi contuliſtis exuram. Cum autem omnia incendiſſet: ad locum quem abbas pannutius conſtruxit perrexit. Qui illam in cellula parua recluſit: oſtiumqꝫ cellule plumbo ſignauit: ⁊ paruam reliquit feneſtram: per quam ei cibus daretur. iuſſitqꝫ parum panis ei ⁊ paululum aque ab alijs miniſtrari. Cumqꝫ ergo tribus annis fuiſſet incluſa: profectꝰ abbas pannutius ad abbatem Antonium: cōuocatis diſcipulis vt ab eo inquireret ſi remiſiſſet ei ſua peccata deus: narrata cauſa ſanctus Antoniꝰ diſcipulis conuocatis: precepit vt illa nocte orarent. Statimqꝫ abbas Paulus maior diſcipulus Antonij vidit in celis lectum precioſis veſtibus ornatum: quem tres virgines facie clara cuſtodiebant. Cumqꝫ paulus diceret gloriam illam eſſe Antonij. non eſt Antonij: ſed Thaydis meretricis: vocem ſibi dicentē audiuit. Quod cum mane audiſſet abbas pānucius cum gaudio diſceſſit. Et cum illā eduxiſſet de cella: quindecim diebus ſuperuixit ⁊ pauſauit in pace. Ergo aperiant oculos ſuos peccatores vt videant longitudinem latitudinem altitudinem ⁊ profundum ardentiſſime charitatis dei: qui ſua ampliſſima ⁊ immenſa clementia paratus eſt ſemper peccatoribꝰ penitentibꝰ dare ſalutem: quam nobis omnibꝰ largiatur ipſe qui viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

Explicitus eſt tractatus de diuina charitate.

Tabula in ſequentem tractatum.

De immortalitate anime: vbi tractatur de vita in communi. Sermo I

De vita hoīs ſꝫ ſuā beatitudinē. Ser. II

De immortalitate anime que ſua nobilitate exemplis ⁊ teſtificatione ꝓbaꝝ. Ser. III

Sequitur tractatus de immortalitate anime: cuius ſunt ſermones III

De vita in communi Sermo I

Viſti autē in perpetuū viuent. Scribunꝝ hec verba originaliter Sap. v. Quī falſo plerıqꝫ opinantur extinctos hoīes corporali morte amplius nec viuere nec viuificari poſſe: ſianteqꝫ ex hoc in oībꝰ vitijs brutis deteriora in p̄ſenti tractatū de imortali vita ſtatui compilare. Eſt ꝗppe ſatis ſuperqꝫ neceſſariū aperire oībus: quēadmodū dei ſapīa ſtatuit vt homines ꝑ varietate meritoꝝ: aut in eternū viuant in feliciſſima patria paradiſi: aut illā cōtemnentes eternis ſupplicijs deputētur. Nā que durior petra cenſeri poteſt ꝙ̄ peccator homo: qui ſentiens certitudinaliter proponi ſibi bonum ⁊ malum perpetuo duraturū a peccato ſeparari non curat? Grandis equidem iactura eſt pro momentaneo ac labili huius mundi bono perdere gaudia nunꝙ̄ defutura: ⁊ obligare ſe in ſecula ſeculoꝝ ad eternas penas. Quapropter vt ipſius immortalis vite plenior ac lucidior poſſit haberi noticia: in h̄ ſermone ad vitam in cōmuni ſtilum noſtrū dirigemus: de qua tria myſteria erunt contēplanda.

Primū erit de vite diffinitione

Secundū erit de vite originatione.

Tertiū erit de vite ſubſtātiata ſuſceptione.

Quid ſit vita ſm philoſophum declaratur: ⁊ an anima ſit ipſa vita. Caplm I

Primum dicendum erit de vite diffinitione. Nā vt Cicero tradit in primo de officijs. Omnis que a ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio: debet a diffinitiōe proficiſci, vt facilius intelligatur quid ſit de quo diſputetur. Igitur inquiramus primo quid ſit vita. Et diffinitur ſic a pħo libro de motu cordis. Vita eſt actus anime primꝰ in motu corporis adaptati ad mouēdū. Ex quibus verbis dubitatio mouetur. an vita ſit ipſa anima? Et quibuſdā videtur ꝙ ſic. Nam Ambro. in libro de bono mortis oñdit ꝙ aīa non pōt mori: q2 eſt vita, ⁊ vita eſt cōtraria morti. Ait aūt ſic. Aīa vita eſt: quō pōt mortem ſuſcipere: cū ſit ipſi contraria? Ipe etiam Ambroſius in eodem libro probat ꝙ vita ſit anima ſic. Cui anima infunditur: vita infunditur, a quo aīa diſcedit: vita diſcedit. Aīa ergo vita eſt. Iſidorꝰ libro. i. de ſum. bo. Vita in quit corporis eſt aīa. Sed ⁊ pħs vult ꝙ aīa viuat ſeipſa. Igiꝰ erit ſua vita. Quod ꝓbari poteſt. Anima viuit, aut ergo ſeipſa aut alio. Si alio: aut illud viuit: aut nō. Si nō ergo nō dat vitā. Si viuit: ergo aut ſeipſa aut alio. Tūc ſimiliter queriꝰ de illo alio. Si ergo nō eſt abire in infinitū: relinquiꝰ ꝙ illud quo viuit viuit ſe ipſo. Sꝫ verſimilius eſt ꝙ aīa viuat ſeipſa ꝙ̄ aliud quo viuit. ergo aīa ſeipſa viuit: ergo aīa vita eſt: ergo vita eſt aīa. Soluit aūt hāc ambiguitatē Alex. iu. ij. volumine ſūme ſue. d. q. xc. mē. ij. ar. ij. ꝙ vita nō eſt aīa: ſꝫ actus ab ipſa egrediēs. Quia vt ſcribiꝰ in libro de motu cordis, primus ⁊ ꝯtinuus actus aīe vita eſt. Vñ aīa eſt cā vite in corpe, ⁊ cā aīe eſt cā vite in ipſa. Vñ vita qua aīa in ſe viuit nō eſt aīa. ſed illud qō eſt cauſa aīe: ideo vita nō eſt aīa: nec ecōuerſo formaliter loqñdo. Ad auctoritates in ꝯtrium allegatas rñdet Alex. ꝙ intelliguntꝰ per comitantiā cauſalē: nō ꝑ identitatē eſſentialē. rōne ſcꝫ effectus quo ipſa corpus viuificat. Ad aliud etiā qō inducebaꝰ: ꝙ aīa viuit ſeipſa aut alio ⁊c̄. rñdet p̄dictus doctor, ꝙ anima dr̄ viuere ſeipſa: q2 principiū vite eſt in ipſa: nec eſt ab aliquo extra ipſam ſicut eſt de vita corporis: qō eſt ab intrinſeco. ſ. ab ipſa anima: ſm ꝙ dicit Amb. ꝙ aīa cauſat vitam: ⁊ facit ꝙ vita ſit in corpe. Nota ergo ꝙ viuere ſeipſo eſt dupliciter. Aut ſicut ſe toto: aut ſicut aliquo ſui. Verbi grā. Aliter viuit anima ſeipſa: aliter vita. Viuit enī vita ſeipſa tota ſicut eſt. Vñ viuere vite eſt eſſe. In vita enī nō eſt aliquid qō nō ſit vita. Sed anima viuit ſeipſa. id eſt aliquo ſibi intrinſeco. vt potē formali principio: qō nō eſt alterius nature ꝙ̄ ipſa anima. Et ideo ex hoc nō ſequiꝰ: ꝙ aīa ſit vita. Si enī hec eſſet vera. anima eſt vita: neceſſario oporteret ꝙ idem in ea eſſet informans ⁊ informatū. id eſt ipſa eſſet ſua forma Et idem eſſet illi eſſe ⁊ viuere. ſicut idē eſt vite eſſe ⁊ viuere: q2 vita ſeipſa viuit. Vita ergo eſt actus primus ⁊ cōtinuus ſubſtantie nobilis mouentis: vel cognoſcentis: vel vtrūqꝫ facientis. Sed adhuc arguūt quidā dicentes ꝙ vita nō poſſit eſſe actus aīe. Nam vita cū ſit perfectio viuentiū: actus cū ſit accidēs: nō pōt eſſe perfectio talium. Rñdet ad hoc Alex. ꝙ eſt primus actus forme ſubſtantialis: ⁊ eſt actus cōſequens ad primū actum. Licet autem cōſequentiū actuum ſit aliquod accidēs: tamē actus primus qui eſt perfectio ſubſtantie nō eſt accidens. Nam ſicut intellectus qñqꝫ noīat ipſaꝝ potētiaꝝ intellectiuaꝝ: qñqꝫ autem actum eiuſdē accidentalē vt ſcꝫ qui ꝓuenit ex cōprehenſione rerū extrinſecarū. ſimiliter eſt de vita. Vñ vita qñqꝫ noīat ipſam vitā ꝓut eſt ſubſtantia: qñqꝫ actū eiuſdē accidētalē. Iſta nihilominus rudibus oñdi nō pñt: q2 vt Ari. inqͭ in tertio metapħ. Soluere vinculū ignorāti nō eſt poſſibile.

Unde vita habet ſuum principiū.

Capitulū II

Secundū myſteriū cōtemplandū eſt de vite originatiōe. vnde ſcꝫ vita trahit originē ſicut a principio efficiente. Et Plato dicit animā eſſe principiū vite. In libro autē de motu cordis dr̄, ꝙ motus eſt cauſa vite. Ariſ. ij. de aīa. Anima eſt viuentis corporis cauſa: ⁊ principiū verū. Tamen reſtat dubiū. q2 ex verbis ſctōꝝ videtur ꝙ oīs vita ſit a deo. Inqͭ enī Aug. li. de vera religione. Nulla vita eſt que nō ſit ex deo, q2 deus ſūma vita eſt, ⁊ ipſe eſt fons vite. Et Dionyſius in li. de diui. no. Omnis vite erit vitalis motus ex vita ipſa que eſt ſuper oēm vitā. Et Gen. ij Formauit deus hoīem de limo terre. ⁊ inſpirauit in faciē eius ſpiraculū vite. ergo ꝑ effectū principiū vite eſt ipſe deus. Rñdet Alexā. vbi. ſ. dicēs, ꝙ aliqͩ viuit in ſe ꝑ ſe ⁊ ex ſe. vt vita p̄ma q̄ eſt deus. Et aliqͩ viuit in ſe ⁊ per ſe: ſed nō ex ſe: vt aīa ⁊ angelus. Eſt iterū aliqͩ qō viuit in ſe: ſed nō ex ſe: nec ꝑ ſe: vt aīa ſenſibilis ⁊ vegetabilis. Illoꝝ que viuūt ꝑ ſe et in ſe: quedā pñt alijs vitā cōicare: vt aīe rationales corporibus organicis potentiā vitam habentibus. quedā nō poſſunt: vt ſpūs angelici ⁊ ſpūs rōnales. quedā que nō ꝑ ſe ſed participando vitā illis mediantibus que ꝑ ſe viuunt: vt corpꝰ humana. Ex quibus patet ꝙ quedā ſunt que ꝑ ſe viuūt. vt ſunt ſpūs angelici: ⁊ aīe rōnales. Dicimus ergo ꝙ vita eorū q̄ per ſe viuūt imediate ſit a deo ſicut eoꝝ ſubſtantia vel eſſentia. Vita vero eoꝝ que viuūt participando vitā mediantibus illis q̄ viuūt per ſe: nō eſt imediate a deo: ſed illis mediantibus q̄ ꝑ ſe viuūt. Sed ꝓpꝰ hoc qō diximus ſanctus Tho. q. xviij. prima ꝑte. querit dubiū videlicet. Utrū oīa ſint vita in deo. Et ꝙ ſic ipſe ꝓbat. q2 Joħ. i. diciꝰ. Qō factū eſt: in ipſo vita erat. ſed oīa ꝑ deū facta ſunt. ergo in deo oīa ſunt vita. Inſuꝑ viuere dei eſt eius intelligere. In deo autē idē eſt intellectus ⁊ qō intelligiꝰ: ⁊ ipſum intelligere eius. Unde quicqͩ eſt in deo vt intellectū: eſt ipſum viuere: ſeu vita eius. Cū ergo omnia que facta ſunt a deo ſint in ipſo vt intellecta: ſequitur ꝙ omnia in

ipſo ſint vita diuina. Cōtra tñ hoc poſſumꝰ inſtare. Primo ſic Act.xvij.c.dr. In ipō viuimus mouemur ⁊ ſumus: ſ; nō oīa in deo ſūt motus. ergo non oīa in deo ſunt vita. Scḋo ſic. Oia ſunt in deo ſicut in pmo exēplari. Cuʒ ergo nō oīa viuant in ſeipſis: videt ꝙ nō oia i deo ſint vita. Rñdet his pfatus doctor. Ad primū ꝙ creature dicunt eſſe in deo dupl̄r. Uno modo inqntū ꝯtinent ab ipō ⁊ ꝯſuant xtute diuina: ſicut ea dicimꝰ eſſe in nobis: q̄ ſunt in noſtra ptāte. Et ſic creature dicunt eē in deo put ſunt in pprijs naturis. Et h̄ mō itelligit xbū apl̄i dicētis. In ipō viuimꝰ mouemur et ſumꝰ: qr noſtrū eſſe: ⁊ nr̄m viuere: ⁊ noſtrum moueri cauſat ab ipō deo. Alio modo dicunt res eē in deo ſic̄ i cognoſcēte. Et ſic ſunt i deo p pprias rōnes q̄ nō ſunt aliud in deo ab eſſentia diua. Uñ res put ſunt in deo ſūt eēntia diua. Et qr eēntia diua eſt vita. nō aūt motꝰ: ide ē ꝙ res h̄ modo loquēdi in deo non ſunt motus ſ; vita. Ad ſcḋʒ dicit ꝙ exēplata opʒ ꝯformari ẜm rōnē forme: nō aūt ẜm moduʒ eſſendi. Nā alterꝰ modi hʒ eē q̄libet forma i exēplari ⁊ in exēplato: ſic̄ forma domꝰ i mēte artificis hʒ eſſe imateriale ⁊ intelligibile. In domo aūt q̄ eſt extra aiam hʒ eſſe materiale ⁊ ſenſibile. Unde rōne rerū que in ſeipſis nō viuūt in mēte diuina ſunt vita: qr in mēte diuina habēt diuinū eſſe.

De ſubſtantiata ſuſceptione vite: ⁊ que ſūt illa que vitam ſuſcipiunt ⁊ viuentia dicūtur. Capitulum III

t Ertiū myſteriū ꝯtemplandū eſt de vite ſubſtātiata ſuſceptione. videlʒ que ſunt illa q̄ vitā ſuſcipiunt ſeu viuunt: ita vt viuētia dici poſſint. Et fit circa h̄ inſtantia tripliciter.

Primo reſpectu omniū rerum naturaliuʒ an viuant.

Secundo reſpectu corporum celeſtiuʒ an illis ſit vita.

Tertio reſpectu increate nature an inſuper etiam ipſa ſit viuens.

Primo qbuſdā forte videret ꝙ i oibꝰ rebꝰ naturalibꝰ ſit vita. Inqt em̄ Ariſt. viij. phi. ꝙ motꝰ eſt vt vita qdā natura exñtibꝰ hoibus ⁊ ſ; oēs res naturales pticipāt motū. ergo oēs res naturales pticipāt vitā. Sʒ ꝯ h̄ Dio. in li. de diui. no. ait ſic. Plāte ẜm vltimā reſonantiā vite hñt viuere. Ex qbꝰ xbis accipit ꝙ vltimū gduʒ vite obtinēt plāte. Rñdet ẜʒ Th. i. pte. q. xviij. ꝙ illa ppe dicunt viuētia: q̄ ſe ipſa ẜm aliquā ſpēm motꝰ mouēt. Alia xo in quoꝝ natura nō eſt. vt agāt ſe ad aliquē motū vel opationē. viuētia dici nō pñt niſi p ſilitudinē. Et ſic xbū phi pōt intelligi vl̄ de motu pmo ſcʒ corpoꝝ celeſtiū vel de motu cōiter. Et vtroqʒ modo dr q̄ſi vita corpoꝝ naturaliū p ſilitudinē ⁊ p ppetatē. Nā motꝰ celi eſt in vniuerſo corpaliū naturarū: ſicut motꝰ cordis in aiali quo vita cōſeruat: ⁊ ſil̄r quicūqʒ motꝰ naturalis ſe hʒ ad res naturales vt quedā ſilitudo vitalis opationis. Scḋo fit inſtātia de corpibꝰ celeſtibꝰ de qbꝰ nōnulli aſſerunt ꝙ ſint aiata. Scribit ſiqdē Aug. li. xviij de ci. dei. c. xli. ꝙ Anaxagoras apud athenienſes reꝰ factꝰ ſit: qr ſolē dixit eē lapidē ardēteʒ negāſqʒ vtiqʒ eſſe deū. Et vt docet dñs Bon. in. ij. di. xiiij. pte. i. ar. iij. q. ij. quidā phi poſuerūt ꝙ celi haberēt aiam: ⁊ ꝙ celū eēt magnū aial: ⁊ ꝙ moueret a ppria forma pfecta: ſic mouet aia. Et hanc aiam motricē poſuerunt regi ⁊ dirigi a deo mediāte intelligentia. Cui poſitioni qdā inherētes inducūt Hiero. aſſerentē ſup illud Eccl's. i. Luſtrās vniuerſa p circuitū pgit ſpūs. ꝙ celi ſunt aiati. Quibꝰ obſtat dictū Io. Damaſ. d. li. ij. Nullus aiatos celos aut luminaria exiſtimet. Inaiati qppe ſunt ⁊ inſenſibiles. Rō xo pōt eē ẜm Bon. vbi. ſ. qr ſuba intellectual̄ nō vnit corpi niſi mediāte vegetabili ⁊ ſenſibili: Et ita ſi celuʒ pficeret a ſuba ſpūali: hrēt ſentire ⁊ vegetari. Hiero. xo metaphorice locutꝰ eſt. Qḋ ſi adhuc obijceret ex xbis cōmētatoris. q̄ ait i. ij de celo ⁊ mūdo. Principia q̄ ſūt in orbibꝰ ſūt viua. Phs etiā dicit ꝙ pncipiū potential̄r ⁊ cā in vita ē orbis. Ad pmū dici pōt ẜm alex. vbi. ſ. q. xcix. mē. iiij. ꝙ illud intelligit de itelligētijs que viuūt q̄s motrices orbiū ponūt. Uel dicunt viua effectiue. nō ꝙ hēant vitaʒ vt formā vl̄ actū: ſ; effectiue tm̄ ſic̄ hñt calorē aut frigꝰ: nec tñ calida ſūt nec frigida formaliter loquēdo. Uiua itaqʒ dici pñt. i. ꝯſuātia viuētes in vita. Nimirū deteſtādus eſt error pouentiū illa viuere cū facile ſi aliqd diuinitat̄ hrē poſſent ea venerarēt ac colerēt. Iſti quidā falſitate deluſi ſolē ⁊ lunā deos exiſtimātes corpa illa adorare ſunt auſi. De qbus ſic loquit Euſebiꝰ li. i. de euāgelica ppatōe. Egyptios ferūt pmos oim cū in celū oculos ſuſtuliſſent: motū ordinē ⁊ quātitates corporum celeſtiū admirātes: ſolē ac lunā deos putaſſe: ac ſoleʒ qdē oſirim. lunā yſin nūcupaſſe a ppetate qdā inditis ſibi noibꝰ. Nā ſi qs ad latinā linguā xba trāſferat multioculꝰ oſiris dici pōt. Nec id ab re. Radios em̄ ſuos quaſi

multos rebꝰ imittit oculos qbus oia pſpicit. yſin vero latine priſcā dicere poſſumꝰ: lune h̄ nomie indito: qr ſempiterna priſcaqʒ ſit. Et iterū de grecis idē platonē inducit. Plato interim in cratillo ſic ſcribit ad verbū. Uident mihi primi grecoꝝ eos ſolūmō deos putaſſe: q̄s etiā nūc multi et barbaris colūt ſolē videlʒ atqʒ lunā: tellurē: ſtellas: atqʒ celū. Nam cū ipa cernerēt thein ſemp hoc ē currere atqʒ reuolui ab hac ipſiꝰ thein natura theos. i. deos appellarūt. Tertio de natura increata dubitat an ipa ſit viuēs. Cū em̄ vita addat ſupra eē in illo in quo nihil addit ad eſſe: videt ꝙ nō ſit ibi vita. In deo aūt nihil addit ad eſſe: alioquin in ipſo eſſet aliqua cōpoſitio. Uñ nec in ipō erit vita. Rñdet Alexā. vbi. ſ. mē. i. ꝙ in deo eſt vita nō p drām a ſuba: ſ; ipē ſua vita eſt ⁊ ſuū viuere: ⁊ tāto nobilior eſt eiꝰ vita quāto ſimplior. Quia aūt diuinū eſſe eſt ſimpliciſſimū nihil habēs de potētialitate admixtū: ideo eſt in plena actualitate atqʒ vigore. Qḋ aūt in deo ſit vita: pʒ p Aug. q̄ ait in libro de fide ad petrū. Deꝰ natural̄r vita eſt. Inde ē ꝙ antiqui p iuramentū ſolebāt dicere, viuit dñs. ſicut pʒ. xxij. q. i. c. ⁊ iurabūt. Et. i. Reg. xix. ⁊. xxiiij. ⁊. xxvi. ⁊. xxviij. Et. ij. Reg. ij. Et Iudith. xiij. dixit illa ſctā Iudith. Uiuit ipſe dñs deꝰ noſter. Et Eſa. xlix. Uiuo ego dicit dominus. Et Daniel̄. xiiij. dixit daniel. Nō colo idola manufacta: ſ; viuentē deū q̄ creauit celū ⁊ terrā. Et Hier. xxij. Uiuo ego dicit dñs. Et Ezech. xiiij. ⁊. xvi. Uiuo ego dicit dñs deus. Ipe ergo eſt deus qui viuit cuiꝰ vita eſt eterna. Tum qr eſſe diuinū eſt eternū. Ut aūt inquit Tho. pma pte. q. x. art. i. illud qḋ vere eſt eternū nō ſolū eſt ens ſ; viuēs. Tum qr vt ait Ariſt. xi. metaph. oſtenſio ꝙ deꝰ ſit intelligēs ꝯcludit ꝙ hʒ vitā ſempiternā ⁊ pfectiſſimā. qr eiꝰ intellectꝰ eſt pfectiſſimꝰ ⁊ ſemp in actu. Quare cū ipē ſit vita vera: alijs nō tm̄ tpalē ſ; etiā eternā vitā cōcedere pōt: ad quā iuſti feſtinantes adipiſcunt regnum celoꝝ: in quo xp̄us ſaluator noſter viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

Explicit ſermo de vita tpali in cōi.

De vita hois ante ſuā btitudinē. Ser. II

Uſti autē in perpetuū viuent. Iterū vbi. ſ. Acquirenda nunc eſt vita imortalis nō ſine labore. quoniā ipa eſt premiū cuiuſcunqʒ operis virtuoſi. Et vt Gregorius ait in ſermone plurimoꝝ martyrū: ad magna premia perueniri non poteſt niſi per magnos labores. Ueruntamen anteqꝫ de ipſa vite eternitate quicq̄ dicamꝰ: de vita hois ante ſuā beatitudinē aliquid aperiemus. Unde conſiderabimꝰ eā ẜm triplicem ſtatum.

Primo ẜm ſtatū nature ꝯdite

Scḋo ẜm ſtatū nature lapſe

Tertio ẜm ſtatū nature reparate.

Qḋ in ſtatu nature cōdite hō ſi voluiſſet impaſſibilis fuiſſet ⁊ imortalis. Capl'm I

p Rimo conſideremus hois vitā ẜm ſtatū nature condite. ſcʒ ante peccatū: quo tpe ſi voluiſſet impaſſibilis erat ⁊ imortalis. Ad qḋ plenꝰ intelligenduʒ erūt declarāde tres difficultates. videlʒ

Prima de impaſſibilitate.

Scḋa de imortalitate.

Tertia de cibi neceſſitate.

Prima difficultas eſt de ipaſſibilitate. quō ſcʒ verū ſit ꝙ hō cōditꝰ fuerit ipaſſibilis. Primo quia ſentire eſt quoddā pati: ſed in ſtatu innocentie erat homo ſenſibilis, ergo ⁊ paſſibilis. Secūdo quia corpus homis molle fuit ⁊ omne molle naturaliter paſſiuū eſt a duro. ergo ſi corpori primi homis oblatū fuiſſet aliquod durū ab eo pateretur. ⁊ ſic fuiſſet homo paſſibilis. Tertio quia Aug. ſuper Geñ. ad literam dicit. Adā non māducauit de pomo eo ꝙ nō crederet eſſe deū: ſed ne ſuas delicias cōtriſtaret. ſcʒ vxorē ſuā. ſicut Salomon adorauit idola. iij. Reg. xi. ne cōtriſtaret vxores ſuas. Ex quibus patet ꝙ Eua erat cauſa propt quā Adā comederet. Nā ſtatus prime conditionis erat ſtatus paſſibilitatis anime ⁊ corporis triſtabilis in ſtatu prime conditionis. Sed triſticia eſt paſſio affligens animā. Relinquitur ergo ꝙ ſtatꝰ prime cōditionis erat ſtatus paſſibilitatis anime ⁊ corpis. Ad h̄ obiecta ſoluēda ſanctꝰ Tho. i. pte. q. xcvij. ar. ij. dicit ꝙ paſſio dupl̄r dicit. Uno modo proprie: ⁊ ſic pōt dici qḋ a ſua naturali diſpoſitione remouetur. Paſſio enim eſt effectus actionis ẜm Gilbertū porretanū libro ſexto principiorū. In rebus autem naturaliter contraria agunt ⁊ patiuntur ad inuicem: quoꝝ vnū remouet alterum a ſua naturali diſpoſitione. Et de hoc dicit Damaſcenus ꝙ paſſio eſt motus preter naturam. Alio modo dicitur paſſio cōmuniter ẜm quamcūqʒ immutationem: etiā ſi pertineat ad perfectionem, ſicut intelligere vel ſentire dicitur quoddam pati. Patet ergo ex diffinitione iſta ꝙ paſſio erat iſto ſecundo modo ⁊ non primo. quoniā ſentire ⁊ dormi-

re non remouent hoiem a naturali diſpoſitione: ſed potius ordinantur ad bonum nature.

Ad ſecundū idē doctor dicit ꝙ in illo ſtatu hō poterat corpus preſeruare ne pateret ab aliquo duro. Poterat quidē per ꝓpriā rōnem per quā poterat vitare nociua. Poterat etiam per diuinā ꝓuidētiā que ſic ipm̄ tuebatur: vt nihil ei occurreret ex improuiſo a quo lederetur. Ad tertiū r̄ndet Alexā. in tertio volumine ſumme ſue. q. i. ꝙ ꝗuis hō haberet naturā triſtabilē nunꝗ tn̄ triſtaretur dūmō ratio per negligentiā ⁊ ꝓprio ſtudio non deficeret. Concludunt itaqꝫ doctores oīno impaſſibilitatē illius ſtatus. Vn̄ Iſidorꝰ libro de trinitate ait. Si hō in paradiſo innocens viueret: nec ignis eū vreret: nec aqua mergeret: nec aeris abſentia ſuffocaret: nec oīa que nocent mortalibus impedirent. Et Aug. lib. xiiij. de ciui. dei. c. xxvi. ait. Nihil corruptionis in corpore vel ex corpe vllas moleſtias: vllis eius ſenſibus ingerebat. Nullus intrinſecꝰ morbꝰ, nullus ictus metuebatur extrinſecus. Sūma in carne ſanitas erat: ⁊ in animo tota tranquillitas. Sicut in paradiſo nullus eſtus aut frigꝰ ſic in eius habitatore nulla ex cupiditate vel timore accidebat bone voluntatis offenſio. Nihil oīno triſte: nihil erat inaniter letū. hec ille. Notandū tn̄ ſm̄ dicta Scoti ⁊ dn̄i Boñ. ⁊ alioꝝ doctoꝝ diſt. xix. ſecundi libri ꝙ impaſſibilitas illa non erat dos ſicut impaſſibilitas beatoꝝ: qm̄ ſolū priuabat actū: ſed non potentiā patiendi. Impaſſibilitas vero beatoꝝ priuat actū ⁊ potentiā paſſionis ſm̄ oēm ſtatū.

uerent in regno dei: quō poſſent hoīes mundi
in ſuis petitionibus exaudiri? Qd̄ aūt exaudi
antur rꝫ de illis qui ſe virgini glorioſe Kathe
rine: Antonio: alijſqꝫ ſanctis cōmendāt: quo-
rū ſuffragijs a multis periculis: ⁊ aduerſitati-
bus liberāt. In tempeſtate maris naufragiū
patientibus: in egritudie: varijſqꝫ anguſtijs
laboꝛantib⁹ quotiens ſubuenit virgo beata.
Quid igit referes tu o fili perditiōis? Eſt ne

moꝛtua virginis aīa? eſt ne moꝛtua aīa beati
Antonij. Nunqd moꝛtua ē aīa btē Urſule ali
oꝛūqꝫ ſctoꝝ? Abſit tā impiuꝫ errorē cogitare.
O pr̄ Fr̄āciſce quō aiam tuā dicere poſſumus
moꝛtuā: q̄ poſt moꝛtē tuā tātis exhibuiſti ſubſi
dia charitat. Narrat dn̄s Bon. h̄ miraculū in
legēda maioꝛi beati Frāciſci: ꝙ i ptib⁹ catha
lonie accidit virū qndā noīe Johem btō Frā-
ciſco deuotū: quodā ſero p q̄dā viā incedere:
in qua p inferēda moꝛte inſidie latitabāt nō
quidē ſibi ſ cuidā alteri. Exurgēs aūt quidā
de inſidijs cū hoſtē ſuū eū eſſe putaret: tā leta
liter eū plagis pluribus gladiauit: vt nulla pꝛ
ſus ſubeſſet ſpes recuperāde ſalutis. Cuꝫ igit
iudicio medicoꝝ ipſius deſperata eſſꝫ curatio:
ꝯuertit ſe ad beati Frāciſci pꝛocinium: ⁊ q̄ta po
terat deuotōe ſalutē poſtulabat. Cui nocte aſti
tit quidā i habitu fratris minoꝛis p feneſtrā
ingreſſus: q̄ vocans eū dixit. Quia fiduciā ha
buiſti in me. ecce dn̄s liberabit te. A quo cuꝫ
eger inquireret q̄s eſſet. Frāciſcū ſe eſſe rn̄dit.
Et ſtatim appꝛopinqns vulnerū ſuoꝝ ligatu
rā reſoluit. Et cū vnguēto p oēs plagas vt vi
debat punxit. Statimqꝫ ſenſit ſe pꝛiſtine re-
ſtitutū ſanitati. Quo facto btūs Frāciſcus ſe
ceſſit. At ille vxoꝛē letus vocauit. Que celerit
currēs: ⁊ ſtare iā vidēs quē ſepeliēdū putabat
in craſtinū viciniā totā clamoꝛe cōpleuit. Ac-
currētes aūt ſui cū niterent illū tāq̄ freneticū
in lectū reponere: ⁊ ille renuens oſ̄deret ⁊ aſſe
reret ſe ſanatū: tanto ſunt ſtupoꝛe attoniti: vt
q̄ſi ſine mēte oēs ſint effecti: ⁊ ipſū fantaſticū
eſſe crederēt: q: quē paulo ante ꝯſpexerāt pla
gis atrociſſimis laniatū: plena videbāt inco-
lumitate iocundū. Quibus ille q̄ factus fuerat
ſanus ait. Nolite timere: q: ſctūs Franciſcus
mō a loco iſto receſſit. Et illaꝝ ſacraꝝ manuū
tactu me integre liberauit. Inq̄t poſt hec dn̄s
Bon. Digne quidē btūs pr̄ carne iam moꝛtu
us: ⁊ viuens cū xp̄o p̄ſentie ſue oſtenſiōe mi-
rabili: ⁊ manuū ſacrarū palpatōe ſuaui vulne
rato letaliter viro ſanitatē cōceſſit: cū illius in
ſe ſtigmata tulerit q̄ miſericoꝛditer moꝛiēs et
mirabiliter reſurgēs: vulneratū genus huma
nū: ⁊ ſemiuiuū relictū plagarū ſuarū v̄tute ſa
nauit. Tertiū exēplū dꝛ defenſiōis. Sctōꝝ
q̄ppe patrocinia q̄bus ſepius populi ſubſidiuꝫ
defenſionis obtinuerūt: aiam oſtendūt imoꝛ-
talē. Scribit nanqꝫ in. ij. Machab. c. xv. q̄li-
ter cū Judas Machabeus cogeret bellū cō-
mittere ꝯ Nicanorē qui hierl'm ⁊ tēplū diſſi-
pare volebat: eſſetqꝫ Judas in locis ſamarie
cū paucis qui timebant ꝓpter paucitatē ſuā:
hoꝛtatus eſt eos Judas: expoſito ſomnio qd̄
in eadē nocte viderat in hūc modū. Uiderat
enī ſummū ſacerdotē defunctū iam manus ꝓ
tendentē oꝛare ꝓ populo iudeoꝝ. Poſt hunc
apparuiſſe Hieremiaꝫ ꝓph̄am deditſeqꝫ ipſi
Jude gladiū aureū: ⁊ dicentē. Accipe gladiuꝫ
ſanctū: in quo cōcidas aduerſarios ppl'i mei
iſrael. Qua viſione cōfoꝛtati q̄ erant cū Juda
impetū fecerūt in hoſtes: ⁊ ꝓſtrauerūt ex eis
nō minus q̄ trigintaqnqꝫ milia. Nicanoꝛe cū
eis interēpto. Et redierūt hieroſolymā bn̄di-
cētes deū. caput Nicanoꝛis ⁊ manū cū hume
ro abſciſam: cōtra templū ſuſpendētes. Nōne
ſctūs Mercurius Julianū apoſtatā interfec?
Nam cū ipſe ꝯ perſas incederet manu foꝛti in
nocte vidit Baſilius in eccleſia ſancte Marie
in viſu multitudinē angeloꝝ: ⁊ in medio q̄dā
feminā in thꝛono ſtantē: ⁊ aſtātibus dicētē.
Uocate mihi cito Mercuriū q̄ Julianū apo-
ſtatā occidat: q̄ me ⁊ filiū meū ſupbe blaſphe-
mat. Erat aūt Mercurius q̄dā miles q̄ ab ip
ſo Juliano ꝓ fide xp̄i fuerat interfectus: ⁊ in
eadē eccleſia erat ſepultus. Statimqꝫ ſanctus
Mercurius cū armis ſuis: que ibi ſeruabant
affuit: ⁊ iuſſus ab ea in p̄liū ꝓperauit: ⁊ mo-
numētū ſuū aperuit. Expergefactus aūt Baſi
lius ad locū vbi ſctūs Mercurius cuꝫ armis
ſuis quieſcebat: iuit. ⁊ monumentū ſuū aperi-
ens: nec coꝛpus ibi nec arma inuenit. Sequē
ti mane ibidē rediens: inuenit coꝛpus eius et
arma ⁊ lanceā ſanguine cruentatā. Et ecce q̄
dā de exercitu dixit. Cuꝫ Julianus imperatoꝛ
in exercitu moꝛaret affuit miles q̄dā ignotus
qui vꝛgēs calcaribus equū audaci mente Ju-
lianū impetijt: lanceā foꝛtiter vibꝛās: ⁊ ipſum
p mediū perfoꝛauit. Et ſubito abſcēdēs nuſq̄
cōparuit. Ipſe vero Julianus dū adhuc ſpira
ret: vt dꝛ i hiſtoꝛia tripartita: ſanguie ſuo ma
nū impleuit. ⁊ in aere ꝓiecit: dicēs. Uiciſti me
galilee viciſti. Sicqꝫ in his vocibus expirauit
Et ab oībus ſuis inſepultus relictus fuit. Ec-
ce quot nobis offerunt exēpla vt aiam imoꝛ-
talē ſciamus. O dura coꝛda q̄d facitis? Cur
aīe ſalutē negligitis. Audite xp̄m dicentem.
Matth. xvi. Quid ꝓdeſt homini ſi vniuerſuꝫ
mūdū lucret: aīe vero ſue detrimentū patiat.
Aut quā dabit cōmutationē ꝓ aīa ſua. Quera
mus igit illā ſaluare: vt viuat cū xp̄o h̄ p gra-
tiam: ⁊ in futuro p gloꝛiā. Amē.

Explicitus eſt tractatus de immoꝛtalitate
anime.

Tabula in ſequentem tractatũ. ſ.

De beatitudine ſanctoꝝ ꝯtra fatuos hoīes qui nil credũt de futura vita. Sermo I

De gaudijs beatoꝝ ex viſiõe dei: ⁊ dotatõe corpoꝝ ⁊ loci habitatiõe. Sermo II.

Incipit tractatus de beatitudine ſanctorũ cuius ſunt ſermones ·II·

De beatitudine ſanctoꝝ in quo cõfutaẜ fatuitas hoīm mundanoꝝ qui nõ credũt aliq̃d de vita futura. Sermo ·I·

Merces veſtra copioſa eſt ĩ celis.

Uerba ſunt redemptoris noſtri originaliter Matth. v. c. Tanta eſt quorũdã ſtulticia vt arbitrenẜ nulla eſſe bona pter ea que in pſenti vita a piiſſimo deo vſibus humanis cõceduntur. Nil credũt: nil cogitãt: nihil deniq̃ ſperãt de futura celeſtis regni hereditate. Somniũ putant: imo fictionẽ ⁊ fabulam: quicquid ſm oẽm veritatẽ de ſanctoꝝ beatitudine pdicatur. Ui oẽm diligentiã adhibent vt corporeis ſenſibus in ſuis delectationibus voluptuoſis ſatiſfiat. Animã vero virtutibus: honeſtiſq̃ moribus inſtruere: ⁊ negligũt ⁊ cõtemnunt. Propterea equũ eſſe cenſui: vt in pſenti ſermone de beatitudine verba fecero. Nam illam cũcti deſiderare debet: que merito pponenda eſt oĩbus que ab hoĩe pcio haberi ſolet. De hac q̃libet iuſtus atq̃ fidelis aſſerit illud Sapientie c. vij. Prepoſui illã regnis ⁊ ſedibus: ⁊ diuitias nihil eſſe dixi in cõparatione illius. Nec cõparaui illi lapidem pcioſum. qm̃ omne aurũ in cõparatione illius arena eſt exigua. ⁊ tanq̃ lutum eſtimabiẜ argentũ in cõſpectu illius. Super ſalutẽ ⁊ ſpem dilexi eam: ⁊ ppoſui p luce habere illã: qm̃ inextinguibile eſt lumen illius. Uenerunt aũt mihi oĩa bona pariter cũ illa. Ut igiẜ diſponamus ea que tractaturi ſumus ordine debito: beatitudiniſq̃ laudes magnificẽtiſſimas cõplectamur: q̃ copioſa merces a nr̃o ſaluatore merito nuncupaẜ: de ipſa tria myſteria pncipalia pponemus ꝯtẽplãda.

Primũ dr̃ beatitudinis deſideriũ.

Scdm beatitudinis ſubiectũ.

Tertiũ beatitudinis obiectũ.

Qd beatitudo eſt bonũ: q̃d cuncti deſiderare debet. Caplm I.

Primũ myſteriũ ꝯtẽplãdũ dr̃ beatitudinis deſideriũ. In quo inducẽda eſt cunctoꝝ mẽs: vt ad beatitudinẽ dirigant cordis affectũ: illãq̃ viribus totis cõnenẜ adipiſci. Nã ⁊ hoc ita pulchre loquiẜ Seneca ad Lucillũ. Ad ſummũ (inq̃t) bonũ: ⁊ ppoſitũ totius vite tue reſpice. Illi em̃ ꝯſentire dꝫ q̃cquid agimus. iõ peccam⁹: q2 de ptibus vite oẽs deliberamus: de tota vo nemo deſiderat. Errant ꝯſilia nr̃a: q2 nõ hñt q̃ dirigant. Ignoranti quẽ portũ petat: nullus ſinus certus eſt. hec ille. Sed vt pars iſta lucidior fiat: opus eſt vt ad tria dubia rñdeamus.

Primũ vtrũ hoĩ ꝯueniat agere ppẜ finẽ.

Scdm vtrũ finis hũane vite ſit beatitudo.

Tertiũ vtrũ beatitudo ſit bonũ deſiderabile.

Ad pmũ dubiũ rñdet ſctũs Tho. i. ij. q. i. q̃ actionũ (q̃ ab hoĩe agunẜ) ille ſole ppe dicũẜ humane: q̃ ſunt ppe hoĩs inq̃tũ ẽ hõ. Differt aũt hõ ab alijs irrõnalibus creaturis in hoc q̃ eſt dñs ſuoꝝ actuũ: qd̃ ſit p rõnem ⁊ volũtatẽ. Ille itaq̃ actões ppie hũane dicunẜ: q̃ ex volũtate deliberata pcedũt. Alie vo nõ ppie hũane ſũt: ſicut dũ mouet pedẽ. vel fricat barbã alijs intẽtus ⁊ ſil'ia: lꝫ ſint hoĩs iſte actões ſcdo nõ ſunt ppter finẽ: ex q̃bus hõ nec mereri põt nec demereri. Sed prime actiões ad finẽ ſunt dirigẽde. Inq̃t nanq̃ phs .ij. phiſicoꝝ. Finis eſt pncipiũ in opabilib⁹ ab hoĩe. Et in .ij. ethicoꝝ aſſerit. Finis oẽs opanẜ. Et iteꝝ in .ij. phiſicoꝝ. Nõ ſolũ itellect⁹ ſꝫ ẽt natura agit ppẜ finẽ. Et in .ij. metaph. Qui infinitũ faciũt auferunt naturã boni. Cũ itaq̃ finis ſit q̃ mouet agentẽ: ⁊ licꝫ in executiõe ſit poſterior: tñ prior eſt in intentiõe agentis ⁊ habet rõnẽ cauſe. ppterea ad hominẽ ſpectat vt agat ppẜ finem. Ad ſecundũ dubiũ rñdet Ric. in. iiij. diſ. xlix. q̃ vltimus finis hũane vite eſt beatitudo vt ait Aug. lib. viij. de ciui. dei. c. iij. Finis boni appellaẜ quo quiſq̃ cũ peruenerit beatus eſt. Et idẽ li. xix. de ciui. dei. Illud eſt finis boni ppter qd̃ appetẽda ſunt cetera. ipſuꝫ aũt ppẜ ſeipſum. Et. xxij. li. de ciui. dei. Finis (inq̃d) nr̃ ẽ puenire ad illud regnũ cuius nullus finis eſt. Et apl's ad Ro. vi. Habetis fructũ veſtrũ in ſanctificatiõe: finẽ vero vitã eternã. Sed hic oriẜ difficultas: qm̃ cũ beatitudo ſit in ipſo deo: ⁊ beatitudo eſt finis hũane vite: etiaꝫ erit finis oĩm creaturarũ. Nã (vt inq̃t Dionyſius in li. de diuinis noĩbus) Deus ꝯuertit oĩa ad ſe ipſũ tanq̃ ad vltimũ finẽ. Ad qd̃ dicẽ Tho. i. ij. q. prima q̃ (ſicut colligiẜ ex dictis Ariſto. ij. phiſicoꝝ. ⁊ v. metaphiſice) Finis dr̃ dupliciter. ſ. vel eius terminus a quo. ſ. ipſa res in qua ratio boni inueniẜ: vel vſus ſiue adoptio illius rei. Sicut ſi dicamus q̃ motus corporis grauis finis eſt: vel locus inferior vt res. vel hoc qd̃ eſt eẽ in loco iferiori: vt vſus. Et finis auari eſt vl' pecunia vt res: vel poſſeſſio pecunie vt vſus. Si ergo loq̃mur de vltimo fine hoĩs q̃tum ad ipam rem q̃ eſt finis: ſic in vltimo fine hoĩs omnia creata cõueniũt: q2 deus eſt vltim⁹ finis hoĩs ⁊ oĩꝫ aliarũ rerũ. Si aũt loq̃mur de vltimo fine hoĩs q̃tum ad ꝯſecutões finis: ſic in fine hoĩs nõ cõmunicant creature irrõnales. Nam ⁊ homo ⁊ alie creature rõnales cõſequunẜ vltimũ finẽ cognoſcẽdo ⁊ amãdo deũ: quod nõ competit alijs creaturis: que adipiſcunẜ vltimũ finẽ inq̃tũ pticipant aliquam ſilitudinẽ dei ſm q̃ ſunt vel viuũt vel etiã cognoſcũt ſm inſtinctũ nature: lꝫ nõ per rõnem vel intellectũ. Ideo magr̃ in. i. di. ij. dicit. Fecit deus creaturã rõnalẽ vt ſummũ bonum intelligeret: ⁊ intelligẽdo amaret: amãdo poſſideret: ⁊ poſſidẽdo frueret. Quare vt Aug. docet in li. lxxxiij. q. Non cadit in aliq̃ rõs necarentia vt btã ſint. Tertium dubiũ fuit vtrum beatitudo ſit bonum deſiderabile: Et poſſet quis arguere q̃ nõ. Nam nullũ bonuꝫ icognitũ ẽ deſiderabile: Hoc pꝫ: q2 bonũ appbenſum eſt obiectũ appetitus. vt inq̃t Ariſt. in. iij. de aĩa. Ideo Aug. lib. x. de trini. c. i. ait. Firmiſſime notum ẽ amari niſi nota non poſſe. Sed btitudo eſt bonũ incognitũ: ergo nõ eſt bonũ deſiderabile. Philoſophi quidẽ multuꝫ ſubtilr̃ elaborarũt. vt de beatitudine ac ſũmo bono cognitionẽ inuenirẽt. Et (vt Lactãtius ſcribit in pncipio pmi libri diuinarũ inſtitu.) Neq̃ adepti ſunt quod volebãt: ⁊ operam ſil' atq̃ induſtriã pdiderunt. Hoc iõ dixit q2 (vt recitat Aug. lib. xix. de ci. dei. c. i.) Marc⁹ varro notauit ducẽtas octogintaocto falſas opiniões d' btitudine q̃s phi ſuo igenio adinuenerunt. Aug. etiã in. xiij. de tri. c. iiij. aſſerit q̃ſdã poſuiſſe beatitudinẽ in voluptate corporis: q̃ſdam in voluptate animi: quoſdã in alijs reb⁹ puta in diuitijs vel honorib⁹ ⁊ hmõi. vt etiaꝫ ſcribit Ariſt. in pmo ethi. De his ad hoc ita loquiẜ Lactan. lib. iij. diuinarũ inſti. Epicurus ſummũ bonũ in voluptate animi eſſe cenſet. Ariſtippus in voluptate corporis. Caliphon' ⁊ Dinomachus cirenaici honeſtatẽ cũ voluptate iũxerunt. Diodorus in pũatione doloris ſummum bonũ poſuit. Hero. in nõ dolendo. Peripatetici aũt in bonis animi ⁊ corpis ⁊ fortune. Erilli ſummũ bonum eſt ſcientia. Zenonis cũ natura cõgruẽter viuere. Quorundã ſtoicoꝝ vtutẽ ſequi. Ariſt. in honeſtate ac vtute ſummũ bonũ collocauit. hec ille. Sed infra de Epicuro ita ſequiẜ. Epicuri diſciplina multo celebrior ſemp fuit q̃ ceteroꝝ: nõ q2 veri aliq̃d afferret: ſꝫ q2 multos ad populare nomen voluptatis inuitat. Nemo eñi nõ in vitia pn⁹ eſt. Propterea (vt ad ſe multitudinẽ cõtrahat) appoſita ſingulis quibuſq̃ moribus loquiẜ. Deſidioſum vetat lr̃as diſcere. Auarũ populari largitione liberat. Ignauuꝫ phibet accedere ad rempublicã. pigrũ exercere. timidũ militare. Conſtat itaq̃ ex his q̃ erronea fuerit phoꝝ mens circa beatitudinẽ agnoſcendam. Sed preter illos adhuc cõfirmare poſſumus q̃ beatitudo nõ eſt cognoſcibilis p vba pauli qui. i. ad Coꝝ. c. ij. ait. Oculus nõ vidit. nec auris audiuit: nec in cor hoĩs aſcendit q̃ pparauit deus his qui diligũt illum. Sed iſta de beatitudine ſic paulus locutus eſt. Ergo tale bonum eſt quod a nobis percipi minime poteſt: ⁊ ex conſequenti neq̃ deſiderari. At in contrarium eſt ſententia Auguſtini qui libro decimo de ciuitate dei. ca. primo ait. Omniũ certa ſententia eſt (qui ratione quoquo modo vti poſſunt) beatos eſſe omnes homĩes velle. Et in. xiij. de trinitate caplo. viij. Ad appetendum beatitudinẽ natura compellit: cui ſumme bonus ⁊ immutabiliter beatus creator hanc indidit. Et de hoc Ariſtoteles in pmo Ethicorum ſic ſcripſit. Bene enunciauerũt dicentes bonum eſſe quod omnes appetunt. Et in tertio Thopicorum. Maxime bonuꝫ omnes maxime appetunt. Pro amouenda igitur omni ambiguitate notandum ex dictis Ricardi in quarto diſtinctione octogeſimano na. ⁊ Thome prima ſecunde queſtione quinta articulo octauo: q̃ beatitudo poteſt accipi tripliciter. ſ.

Primo in ſuo eſſe generali.

Scdo in ſuo eſſe ſpeciali.

Tertio in ſuo eſſe ſpecialiſſimo.

Primo põt btitudo accipi in ſuo eſſe generali inquãtũ eſt bonũ quoddã ſufficiẽtiſſimũ. ⁊ ſic eſt oĩbus nota. Quilibet em̃ ſcit quid eſt bonuꝫ: ⁊ quid eſt ſufficientiſſimũ. Et h̃ modo omnes beatitudinẽ appetũt. Nã ſic appetere beatitudinẽ nihil eſt aliud q̃ appetere. vt voluntas ſatieẜ quod quilibet vult. Et hoc ẽ qd̃ Boetius dicit in tertio de cõſolatione. Omnis nãq̃ mortaliũ cura (quam multipliciũ ſtudiorum labor exercet) diuerſo quidẽ calle pceditur: ad vnũ tamẽ beatitudinis finẽ nitiẜ puenire. Et ſumiẜ hic vnus finis ſm Geraldum odonis ſuper primũ Ethicorum non ſm ſpecies opinionis: ſed ſm proportionem. Nam ſicut

leuia habent vnū finem ſm ſpēm nature. ſcʒ
locum ſurſum: ⁊ grauia habeāt aliuʒ finē ſm
ſpēm nature ſcʒ locū deorſum/tamē grauia ⁊
leuia hn̄t vnū finē ſʒ ꝓportionē nāe.eo ꝙ ita
ſe hʒ locꝰ deorſum ad grauia: ſicut locꝰ ſurſuʒ ad
leuia. Ita ⁊ oēs hoīes rēdūt ad vnū finē ſʒ ꝓ-
portionem opinionis: eo ꝙ ita ſe habet pecu-
nia ad auarū/in qua opinaẜ ſe fieri poſſe bea-
tum: ſicut delectatio libidinis ad luxurioſum:
qui in ſua luxuria putat cōſtare beatitudineʒ.
Omnes quippe appetūt/quicq̄d etiā indebi-
te appetūt/tanq̄ cōſummatū bonū. Sed non-
nulli ſupbientes/in quo cōſiſtit vera beatitudo
noluñt attēdere. Ideo conanẜ lucrari pecunī
am/ibi credētes eſſe beatitudinē. Exemplum
pater. Nam ſi quis vellet emere aurū: ⁊ oſten-
dereẜ ei auricalchū: qd̄ non cognoſceret: eme-
ret ꝓ auro. Et ſi queras quid vis emere: rn̄-
det aurū: lʒ ei oſtendas auricalchū. Si dicis
auaro. Quid vis. Dicet beatitudinē. Uis para-
diſum. Paradiſuʒ dicet pecuniā: q: ibi credit
ꝙ ſit beatitudo ⁊c. Sed decepti ſunt vt pate-
bit inferius. Nonnulli etiā ꝑcipientes/in quo
cōſiſtat beatitudo: cū talis ꝑceptio ſit ex mūe-
re gratie/facti ſunt ſibimetipſis ſapientes: et
voluerūt bn̄ opari. Et ſic pʒ reſpōſio ad pri-
mū argumentū. ¶ Sʒ adhuc eſt notandū cir-
ca beatitudinē in generali. videlʒ. Si aliquis
queratẜ quō cognoſciẜ beatitudo in generali.
dico ꝙ innata eſt iſta cognitio. Et ſi queraẜ
ꝑ quid: dico q: ſufficiētia cognoſciẜ ꝑ indigē-
tiam. Et ſi opponaẜ ꝙ ꝑuatio non eſt via co-
gnoſcendi habitū: dicendū ꝙ eſt quedā indi-
gentia oīno priuās/quedā diſpones ⁊ incli-
nans. Et hec eſt rō cognoſcendi. ¶ Poſſet tn̄
dici ꝙ cognitio beatitudinis: ⁊ multarū rerū
naturaliū nobis eſt innata. Et ſi dicaẜ ꝙ aīa
eſt vt tabula raſa: hoc intelligiẜ ſolum q̄tuʒ
ad ſpēs ⁊ ſimilitudies/quas querit ꝑ ſenſus.
Hec Boñ. in. iiij. diſt. xlix. Sc̄do pōt beatitu-
do accipi in ſuo eſſe ſpeciali: inq̄tū ſcʒ cōſiſtit
nō in bonis p̄ntis vite: ſʒ in clara dei viſione
⁊ pfecta eius dilectione ⁊ gaudio: quod habʒ
de dei bonitate p̄ſenti ꝑ claram eius viſioneʒ
⁊ pfectaʒ dilectionē. Et hoc modo beatitudo
nō fuit nota philoſophis/quam tamē poſtq̄
xp̄s dei filius venit in mundū/omnes (qui vo-
lunt) agnoſcere/deſiderare/⁊ acquirere valēt.
Ipſe quidem (qui lux fuit ⁊ ſplēdor omnis ve-
ritatis) viam nobis ſummi boni oſtēdit. Ipe
clamauit. Mat. iiij. c. dicēs. Penitētiā agite:
appropinquabit regnū celoꝝ. Et. v. c. Merces
veſtra copioſa eſt in celis. Et. vi. Nolite the-
ſaurizare vobis theſauros in terra: vbi erugo
⁊ tinea demoliẜ: ⁊ vbi fures effodiūt ⁊ furāt:
Theſaurizate aūt vobis theſauros i celo: vbi
nec erugo nec tinea demoliẜ: ⁊ vbi fures non
effodiūt nec furanẜ. Et Ioh. xvij. Hec eſt vita
eterna vt cognoſcāt ſcʒ facie ad faciē te ſoluʒ
verū deum: ⁊ quē miſiſti ieſum xp̄m. Et com-
pletis humane redēptionis myſterijs q̄dra-
geſima die poſtq̄ ſurrexit a mortuis/videnti-
bꝰ diſcipl'is eleuatꝰ eſt ⁊ aſcēdit ad celos. Idcirco
Lactātius li. vij. diuinarū inſtitutio. ait.
Pater em̄ veſter ac dn̄s (qui cōdidit firmauit
q̄ celū: qui librată magnitudine ſua terrā val-
lauit motibus: mari circūdedit amnibuſq̄ di-
ſtinxit: ⁊ quicq̄d eſt in hoc mūdo mirabile: cō-
ſtauit ac perfecit ex nihilo: perſpectis erroꝛi-
bus hoīm/ducem miſit/qui nobis viā iuſticie
ꝑanderet. Hunc ſequamur omnes: hunc au-
diamus: huic deuotiſſime pareamus: quoniā
ſolus (vt ait Lucretius) Ueridicis hominum
purgauit pectora dictis. Et finem ſtatuit cu-
pedinis atq̄ timoris. Oſtenditq̄ bonū ſum-
mum (quo tēdimus omnes) Quid foret atq̄
viam monſtrauit limite paruo: Quo poſſemus
ad id recto cōtendere curſu. Nec tantuʒ oſtē-
dit/ſed etiam preceſſit: ne quis difficultatis
gratia iter virtutis horreret. hec ille. ¶ Tertio
poteſt accipi beatitudo in ſuo eſſe ſpecialiſſi-
mo/put ſcʒ eſt actualiter in beatis. cuius ma-
gnitudinem explicare nequaq̄ poſſumus: q:
nulla ſenſibilis experiētia quarumcunq̄ dele-
ctationuʒ preſentis vite minimā partē illius
dulcedinis poteſt deſignare. Et oculus nō vi-
dit: nec auris audiuit: neq̄ humanū cor ex co-
gitauit vnq̄ ꝙ ingēs ſit illa ſupna felicitas.
Hic greg. in omelia inquit. Si cōſideremꝰ fra-
tres chariſſimi: que ⁊ quāta ſunt que nobis
ꝓmittuntur in celis: vileſcūt animo oīa que
habenẜ in terris. Terrena nāq̄ ſubſtātia ſu-
pne felicitati cōparata: pondus eſt nō ſubſi-
dium. Temporalis vita eterne vite compa-
rata: mors eſt potius dicēda q̄ vita. Hinc in
tranſitu beati Hieronymi ſcribit hec vba Au-
guſtinus ad Cyrillum. Eo die ⁊ hora q̄ Hie-
rōnymus ſanctiſſimus ex hac luce migrauit
dum hipponie in cellula mea quieſcēs de glo-
ria beatorum cogitarem/vellemq̄ de illa tra-
ctatum breuem componere compulſus preci-
bus noſtri ſeueri quodam venerabilis Mar-
tini epiſcopi turonēſis diſcipuli. charta cala-
mo pugillariq̄ ſuſcepti: volui epiſtolā ſcribe-
re ſanctiſſimo Hieronymo deſtinandam: vt
qd̄ ipe in re tā difficili ſentiret reſpōderet/

cuncq̄ iam ſcribens ſalutatiōis exordiū Hie-
ronymo preſentareʒ: ineffabile ſubito lumen
cum inaudita odoꝝ fragrantia cellulā in qua
ſtabā intrauit. hora iam cōpletorij. Ad quaʒ
viſionē ꝑpter rei tam admirabilis nouitateʒ
perterritus eſſe cepi. Cūq̄ quidnā id eſſet at-
tentius cogitarē: de luce vox inſonuit dicens.
Auguſtine auguſtine qd̄ queris: putaſne bre-
ui immittere vaſculo mare totū: Modico inclu-
dere pugillo terrarū orbē: Celū firmare ne ſu-
os exerceat motus: Infinite rei quis inerit fi-
nis: Immenſa qua menſura metieris: Potiꝰ
totuʒ mare in artiſſimo clauderetur vaſculo.
Potius orbē terrarū paruus teneret pugilꝰ.
Potius a motu cōtinuo celū deſiſteret: q̄ gau-
dioꝝ ⁊ glorie quibus beatoꝝ anime ſine fine
potiuntur minimā particulam intelligeres: niſi
(vt ego) experientia docearis. Diſcurre ad hoc
breue tpis ſpaciū: ⁊ talia ſatage opa exercere
vt poſtmoduʒ ibi q̄ hic aliqualiter itelligere
copias in eternuʒ habeas. Interroganti vero
mihi quiſnā eſſet qui talia tam grauiſſime lo-
queretur: Reſpondit benigne. Hieronymi il-
lius preſbyteri/cui ep'am ſcribere cepiſti/ſum
aīa: que in hac hora in bethleeʒ carnis onere
depoſito: iocūda ⁊ glorioſa pergo ad regna ce-
loꝝ. Poſt que ⁊ alia multa (que mecū contulit)
a meis oculis lux diſparuit. Quāto igitur mi-
nus beatitudinis ſuperne ſublimitas pōt cō-
prehendi: tanto ardentiꝰ eſt a nob̄ exoptāda.

¶ Qd̄ beatitudo conſiſtit in aīa in intellectu
videlʒ ⁊ in voluntate. Caplm II

Ecundū myſteriū contemplandum
dicitẜ beatitudinis ſubiectū. In quo
tria dubia ſunt abſoluenda.
¶ Primū vtrum beatitudo ſit actus aīe tm̄.
¶ Secundum vtrum ſit actus intellectus ⁊
voluntatis.
¶ Tertium vtrū ſit principalius in actu vo-
luntatis q̄ intellectus.
¶ Ad primū dubiū rn̄dʒ Rich. in. iiij. di. xlix.
ꝙ beatitudo eſt actꝰ aīe tm̄. Nā beatitudo ē
nobiliſſimū qd̄ in hoīe poſſit eſſe: nec in crea-
turis infra hoīes conuenire pōt. Oportet er-
go ꝙ cōſiſtat in actu ꝓprio hoī. nō quocunq̄
ſʒ nobiliſſimo. Actꝰ aūt hoīs ꝓpriꝰ nō eſt niſi
ille qui eſt hoīs per illā formā qua hō eſt. hoc
eſt aūt aīa intellectiua. Nobiliſſimꝰ ergo actꝰ
hoīs eſt ille qui ſibi cōuenit ſm aīam intelle-
ctiuā: ſiue ſit cognitio ſiue dilectio. Ex quo dā-
natur opinio illoꝝ qui dixerunt aīam ſine cor-
pore beatā eſſe non poſſe. Nā vt inquit Tho.
pma ſcd̄e. q. iiij. loquendo de beatitudine per-
fecta (que in dei viſione cōſiſtit) ſine corpe aīa
pōt eſſe beata. quoniā intellectus ad ſui ope-
rationē non indiget corpe: niſi propter fan-
taſmata in quibus intelligibilē veritatē conti-
net. diuina aūt eſſentia per fantaſmata vide-
ri non pōt. Unde cū in viſiōe diuine eſſentie
perfecta hoīs beatitudo cōſiſtat: non depēdet
beatitudo hoīs a corpe. quare ⁊ ip̄m corpus
ad perfectioneʒ beatitudinis non requiritur.
Sciendū tamen ꝙ ad perfectionē alicuius
rei dupliciter aliquid pertinet. Uno modo ad
conſtituendā eſſentiā rei. ſicut aīa requiritur
ad perfectionē hoīs. Alio modo requiriẜ ad ꝑ-
fectionē rei id qd̄ pertinet ad bene eſſe eius.
ſicut pulchritudo corpis ⁊ velocitas ingenij
pertinet ad perfectionē homis. Quāuis ergo
corpus primo modo ad perfectionē beatitu-
dinis humane non pertineat: pertinet tn̄ ſcd̄o
modo. Quare quāto aīa perfectior erit in ſua
natura: perfectius habebit ſuā ꝓpriā opatio-
nem in qua cōſiſtit felicitas. hoc vero erit cū
ſuo corpori ipſa beata reunietur. Propter il-
lam aūt vnionē non erunt hoī neceſſaria ex-
teriora iſta bona. q: corpus ex cōiūctione ſui
ad aīam erit glorioſum ac impaſſibile. Nā vt
ſcribit dn̄s Boñ. in ſuo. iij. diſt. xxviij. Contin-
git aliquid eſſe beatū tripl'r. ſcʒ ꝑ eſſentiā: ⁊ ꝑ
primā influentiā: ⁊ ꝑ quandā redūdantiam.
Beatū ꝑ eſſentiā eſt ſolus deus. Beatū ꝑ pri-
mā influentiā eſt ſolus rōnalis ſpūs. Beatū
deniq̄ ꝑ quandā redūdantiā eſt corpꝰ huma-
nū: in qd̄ gaudiū glie redūdat ex coniūctione
ſui ad aīam beatā. Et lʒ corpꝰ humanū nō ſit
ad imaginē dei ꝑ ſe: tn̄ vnitū ē aīe q̄ eſt ad dei
imaginē: ⁊ rōne illiꝰ ē btitudīs cōꝑticipabile.
¶ Si vero aliq̄s inſtaret ꝯtra dicta de exteri-
oribꝰ bonis: q: videẜ ꝯtrariū. Nā cibꝰ potꝰ di-
uitie ⁊ regnū exteriora bona ſunt: ⁊ hec pro-
mittunẜ beatis. Un̄ Luc. xxij. xp̄s dixit. Eda-
tis ⁊ bibatis ſup menſam meā in regno meo.
Et Matth. vi. Theſaurizate vob̄ theſauros
in celo. Et Matth. xxv. Poſſidete paratū vo-
bis regnū. ergo ⁊ iſta ad beatitudinē exigun-
tur. ¶ Rn̄det Tho. ꝙ omīa iſta metaphorice
ſunt intelligenda ſm ꝙ in ſcripturis ſolēt ſpi-
ritualia per corpalia deſignari. Sicut per cibū
⁊ potū intelligiẜ delectatio beatitudinis. ꝑ di-
uitias ſufficiētia que ſufficit hoī deꝰ. ꝑ regnū
exaltatio hoīs vſq̄ ad ꝯiūctionē cū deo. ¶ Se-
cundū dubiū fuit vtrū beatitudo ſit actꝰ intel-
lectus ⁊ volūtatis ſimul. Et lʒ quidā teneant
ꝙ eſſentia beatitudinis vite humane in ſolꝰ
intellectꝰ actu cōſiſtat: ita ꝙ nullo mō in actu

volūtatis. Tñ Ricĥ. in. iiij. vbi. ŝ. dicit ꝙ beatitudo ꝯſiſtit in actu volūtatis ⁊ intellect⁹ ſimul. Cuius rō eſt: qꝛ eſſentia beatitudinis vite humane cōſiſtit in perfecta vnione aie rōnalis cū deo. Hec aūt vnio includit vnionem aie cū deo ſm oēm ſui potentiā per quā vnibilis eſt cū eo imediate. Potentia aūt aie rōnalis nō tm̄ ē intellect⁹: ſʒ ē et volūtas. ⁊ p qualibʒ illarū vnibilis eſt cū deo imediate. Sicut em̄ deus ſub rōne qua ſummū verū: eſt imediatū obiectū intellect⁹ btōꝝ. ita ſub rōne qua ſummū bonū eſt imediatū obiectū volūtatis eoꝝ. Quāuis em̄ ipo imediate non fruerentur niſi ipm imediate viderent: tñ imediatū obiectū volūtatis eoꝝ nō eſt ipſa viſio ſummi boni: ſʒ ipm ſummū bonū. Non em̄ volūt ſummū bonū ꝑpter illā viſionē ſicut ꝑpter finē: ſʒ volūt ipam viſionē ꝑpter ipm ſummū bonū ſicut ꝑpter vltimū finē. Ipm ǧ ſummū bonū pmo ⁊ imediate eſt ab ipis volitū. ǧ eſt volūtatis eoꝝ imediatū obiectū. Ergo pfecta vnio aie cū deo in qua beatitudo cōſiſtit eſt p intellectū ⁊ volūtatē. itaqʒ in actu vtriuſqʒ ſimul cōſiſtit.

Et ſi obijceret ꝙ auctes in ꝯtrariū volentib⁹ eas intelligere ꝯtrariū ſonare videntur. puta qꝛ in viſione dicūt beatitudinē ꝯſiſtere. Rñdet Ricĥ. ꝙ ſemp includūt cōcomitantē dilectionē. Nā ꝯſummata dei dilectio inſeparabiliter cōcomitat clarā ei⁹ viſionē. Propterea Aug. lib. i. de trinitate. c. vlti. dicit ꝙ viſio eſt ſummū premiū. ⁊ ipa eſt act⁹ intellectus. Et in. i. lib. de doctrina xpiana idē dicit. Hec eſt ſumma merces vt pfruamur deo. ſumma merces eſt beatitudo: ⁊ fruitio eſt act⁹ voluntatis que viſionē cōcomitat. Tertiū dubiū erat vtrū beatitudo pncipali⁹ cōſiſtat in actu volūtatis ꝙ intellect⁹. Et rñdet Ricĥ. ꝙ ſic. Primo: qꝛ ſicut inter habit⁹ vie charitas eſt donū principali⁹ ſm Aug. xv. de trini. c. xviij. Ita inter habit⁹ patrie charitas patrie eſt donū principali⁹. Sed in patria nobilioꝛ habitus hʒ nobilioꝛe actū. Ergo deū pfecte diligere q̄ eſt act⁹ charitatis patrie eſt act⁹ nobiliſſimus aie. Cū ergo in nobiliſſimo actu principaliſſime cōſiſtat beatitudo: ⁊ diligere ſit act⁹ volūtatis: pncipali⁹ cōſiſtit in actu volūtatis ꝙ intellect⁹. Scdo pbat ꝙ beatitudo pncipalius cōſiſtit in actu volūtatis ꝙ intellect⁹: ex eo ꝙ volūtas eſt nobilioꝛ potentia ꝙ ſit intellect⁹. Nā Berñ. in libro de libero arbitrio dicit rōnem eſſe quodāmō pediſſequā voluntatis. Et Anſelm⁹ in libro de cōceptu virginali dñium toti⁹ regni aie attribuit volūtati. Et Ariſt. in. vij. politice. c. v. Potētia qua eligim⁹ pncipalioꝛ eſt. Adhuc id pbat: qꝛ volūtas in ſuo actu cogi nō pōt: nec circa ea que ſunt ad finē neceſſitari. Intellect⁹ aūt cogi pōt ⁊ circa ea que ſunt ad finē neceſſitari. Inſup magis pōt trāſformare aīam volūtas ꝙ intellect⁹ ⁊ ſuū obiectū reſpicit ſub rōne meliori. Bonum em̄ eſt obiectū volūtatis. Ens obiectū intellectus. Ratio aūt boni eſt pfectioꝛ ꝙ ſit rō entis. Tertio pbat: qꝛ de⁹ eſt vltim⁹ finis: maxime ſub rōne qua bonū. Qđ pʒ: qꝛ ex hoc ꝙ creature ordinant in ipm vt in finē: maxime eſt in eis rō bonitatis. ſicut per hoc ꝙ ipm reſpiciūt vt exēplar: maxime eſt in eis rō veritatis. Sed de⁹ ſub rōne qua ſummū bonū eſt volūtatis obiectū. ſub rōne qua ſummū ens vel verū eſt intellect⁹ obiectū: ergo voluntas magis reſpicit deū ſub rōne finis ꝙ intellect⁹. Sed de⁹ ſub rōne qua vltim⁹ finis eſt beatificans: ergo ſub rōne qua eſt beatitudinis obiectū pncipali⁹ tendit volūtas in ipm ꝙ intellect⁹. Et ſic ꝯſiſtit beatitudo pncipalr̄ in actu volūtatis ꝙ intellect⁹.

Qđ beatitudo non poteſt eſſe in bonis preſentis vite. Capl̄m III.

Ertium myſterium contemplandū dicitur beatitudinis obiectum. In quo ſunt tria dubia abſoluenda.

Primū vtrū btitudo ſit qđ creatū.

Scdm vtrū btitudo poſſit amitti.

Tertiū vtrū btitudo poſſit in hac vita hꝫri.

Ad pmū dubiū rñdʒ Ricĥ. vbi. ŝ. Et Tho. i. ij. q. ij. ꝙ btitudo vite hūane duplr̄ pōt accipi. Uno mō p illo bono in quo pfecte ⁊ plenarie requieſcit hūana vita. Alio mō p pfecta q̄ete hūane vite in illo bono q̄ ꝯſiſtit in perfecta hois ꝯiūctiōe cū illo bono. Primo modo btitudo accipit p btitudis obiecto. ⁊ ſic beatitudo eſt qđ increatū. ſ. ipe de⁹. Beatitudo autē ſcdo mō accepta eſt aliqđ exiſtēs in beato tanꝙ ei⁹ vltimata ⁊ plenaria perfectio. ⁊ ſic ē aliqđ creatū. Cū em̄ beatitudo ꝯſiſtat in viſione dei: videre deū eſt actus creature videntis. Scdm dubium fuit vtrū beatitudo poſſit amitti. Et ad hoc dicim⁹ ex ſnia ſancti Tho. prima ſcde. q. v. ꝙ beatitudo poteſt tripliciter conſiderari.

Primo in ſua impfectiōe.

Scdo in ſua gnali rōne.

Tertio in ſua ſpeciali reſtrictione.

Primo pōt btitudo cōſiderari in ſua ipfectiōe. put. ſ. beatitudo eſt illa impfecta q̄lis in hac vita hꝫri pōt ſiue ſit felicitas ꝯtēplatiua

ſiue ſit actiua. Hec quidē amitti pōt. licʒ nō de facili. ſicut pʒ in felicitate ꝯtēplatiua q̄ amittit: vel per obliuionē. puta cū corrumpit ſciētia ex aliqua egritudine: vel etiā p aliquas occupatiōes q̄bus totaliter abſtrahit aliqs a cōtemplatione. Pʒ etiā idē in felicitate actiua. volūtas em̄ hois tranſmutari pōt vt in viciū degeneret a vtute. Ideo phs dicit in. i. ethicoꝝ aliquos eſſe in hac vita beatos nō ſimpliciter: ſed ſicut hoies quoꝝ natura mutatiōi ſubiecta ē. Scdo pōt beatitudo ꝯſiderari in ſua generali rōne. ⁊ ſic beatitudo nō pōt amitti. Cū em̄ ſit perfectū bonū ⁊ ſufficiēs: oportet ꝙ deſideriū hois quietet. ⁊ oē malū excludat. Naturaliter aūt hō deſiderat retinere bonū qđ hʒ. et ꝙ eius retinēdi ſecuritatē obtineat. Alioqn neceſſe eſt ꝙ vel timore amittēdi: vel doloꝛe de certitudine amiſſionis affligat. Requirit ergo ad verā beatitudinē ꝙ hō certā opinionē habeat: bonū qđ habet nunꝙ ſe amiſſuꝝ. q̄ quidē opinio ſi vera ſit: ꝯſequēs eſt ꝙ beatitudinē nunꝙ amittet. Si aūt falſa ſit: hoc ipſum eſt quoddā malū. ſ. falſam opinionē habere. Nā falſum eſt malū intellectus. ſicut verū eſt bonū ipſius. vt đꝛ in. vi. ethicoꝝ. Nō ergo iā erit vere btūs ſi aliqđ malū ei ineſt. Tertio pōt beatitudo ꝯſiderari in ſua ſpāli reſtrictione: inq̄ntū. ſ. pfecta beatitudo ꝯſiſtit in viſione diuine eſſentie. Et ſic beatitudo nullo mō pōt amitti: neqʒ ex pte vidētis: neqʒ ex pte dei: neqʒ etiā ex pte alicuius alterius agētis. Nō ex pte vidētis: qꝛ ipoſſibile eſt ꝙ aliqs vidēs diuinā eſſentiā velit eā nō videre. Nō eſt qm̄ oē bonū habitū quo qs carere vult: aut eſt inſufficiēs: ⁊ querit aliqđ ſufficiēs loco ei⁹. aut hʒ aliqđ incōmodū annexū ꝑpt qđ in faſtidium venit. Uiſio aūt diuine eſſentie replet animā oībus bonis. ⁊ nō hʒ aliqđ incōmodū adiunctū. Quare ꝓpria volūtate nō pōt beatus beatitudinē deſerere. Silr̄ beatus nō pōt beatitudinē perdere deo ſubtrahēte: qꝛ cū ſubtractio beatitudinis ſit quedā pena: nō pōt talis pena a deo iuſto iudice ꝓueniret niſi p aliqua culpa: q̄ cadere nō pōt in eū q̄ dei eſſentiā videt: cū ad hāc viſionē de neceſſitate ſequat rectitudo volūtatis. Nō pōt etiā beatitudo amitti ex pte alicuius alterius agētis. qꝛ mens deo ꝯiuncta ſup oīa alia eleuat. ⁊ ſic ab hmōi ꝯiūctione nullū aliud agēs pōt ipſum excludere. Eſt ergo beatitudo pfectio ꝯſummata q̄ oēm defectū excludit a beato. Et ideo abſqʒ mutabilitate adducit eā habenti: faciēte hoc vtute diuina: que hoiem ſubleuat in participatione eternitatis tranſcendentis omnē mutationē. Idcirco male dixit Origenes ſequēs quorundā platonicoꝝ errorē: ꝙ poſt vltimā beatitudinē homo pōt fieri miſer. Tertiū dubiū fuit. vtrū beatitudo poſſit haberi in hac vita. Et ad hoc rñdemus ꝙ nō. loquendo de lege cōi. ⁊ hoc ꝑpterea qꝛ dñs noſter ieſus xps fuit viatoꝝ ⁊ cōprehēſoꝝ. Quare vero in hac vita qs beatus eſſe nō poteſt: aſſignari poſſunt tres rōnes pcipue.

Prima đꝛ inſatiabilitatis.

Secūda penalitatis.

Tertia moꝛtalitatis.

Prima rō đꝛ inſatiabilitatis. Ut em̄ inqt dñs Boñ. diſ. v. iiij. libri. Beatitudo eſt finis ſatians appetitū. Sed bona pſentis vite non ſatiāt appetitū. nō diuitie: nō delitie: nō honores: nō fama: nō gloꝛia: nō quecunqʒ deſiderabilia ⁊ delectabilia excogitari poſſunt. vt docet experientia. Ergo nec in hmōi bonis btūs qs reputari debet. Tho. vero prima parte. q. ij. dicit. Impoſſibile eſt beatitudinē hois eſſe in aliquo bono creato. qꝛ beatitudo eſt bonū perfectum q̄ totaliter quietat appetitū: alioquin nō eſſet vltimus finis ſi adhuc reſtaret aliqđ appetendū. Obiectū autē voluntatis eſt vniuerſale bonū. ſicut obiectū intellectus eſt vniuerſale verū. Ex quo pʒ ꝙ nihil pōt quietare voluntatē hois niſi bonū vniuerſale. qđ nō inuenit in aliquo creato: ſed ſolum in deo. qꝛ omnis creatura habet bonitatē participatā. Unde ſolus deus voluntatē hominis implere pōt. Ideo Dauid in ps dixit. Satiabor cū apparuerit gloꝛia tua. Et Aug. li. i. cōfeſſionū. Feciſti nos dñe ad te: ⁊ inquietū eſt coꝛ noſtrū donec quieſcat in te. Et in. iiij. li. Redite inquit pؚuaricatoꝛes ad coꝛ: ⁊ inherete ei q̄ fecit vos. ſtate in eo ⁊ ſtabitis. quieſcite in eo ⁊ quieti eritis. Quo itis in aſpera: quo itis: bonū quod queritis ab illo eſt. Quia igit aīa eo imago dei eſt quo eius capax eſt ⁊ particeps eſſe poteſt. vt ſcribit Aug⁹. xiiij. de trinitate. c. iij. Idcirco nulla creatura anime capacitatē implere valet. Ex hoc dicit Ric. diſ. xlix. iiij. ar. ij. q. vi. ꝙ ſine clara dei viſione nō pōt haberi beatitudo. Et ratio eſt. qꝛ vt inquit Aug⁹. xiij. de ciuitate dei. c. v. Beatus nō eſt niſi qui habet que vult ſcʒ naturaliter. ⁊ nō voluptuoſe. Et ſanctus Tho. i. ij. q. iij. art. viij. dicit. Perfectio vniuſcuiuſqʒ attendit ſm rōnem ſui obiecti. Obiectū autē intellectus eſt quod quid eſt. id eſt eſſentia rei. vt dicit. iij. de anima. Unde in tantum ꝓcedit perfectio intellectus: inq̄ntum cog-

g noſcit eſſentiā alicuius rei. Si ergo intellectus aliquis ſcit eſſentiā alicuius effectus: per quā nō poſſit cognoſci eſſentia cauſe: vt. ſ. ſciat de cauſa quid eſt: nō dr̄ intellectus attingere ad cām ſimpliciter: quis per effectū cognoſcere poſſit de cauſa an ſit. Et ideo remanet naturaliter homini deſideriū cognoſcēdi effectū ſi ſcit eū habere cauſam: vt ſciat etiā de cauſa quid eſt. Et illud deſideriū eſt admirationis: et cauſat inquiſitionē. vt dicit in principio metaph. puta ſi aliquis cognoſcēs eclipſim ſolis cōſiderat ꝙ ex aliqua cauſa ꝓcedit: de quo quia neſcit quid ſit admirat: τ admirando inquirit. nec iſta inquiſitio quieſcit quouſqȝ perueniat ad cognoſcendū eſſentiam cauſe rei. Si ergo intellectus humanus cognoſcens eſſentiā alicuius effectus creati: nō cognoſcat de deo niſi an eſt: nōdū perfectio eius attingit ſimpliciter ad primā cauſam: ſi remanet adhuc ei naturale deſideriū inquirendi cauſam. vnde nōdū eſt perfecte beatus. Ad perfectā igit beatitudinē requirit ꝙ intellectus pertingat ad ipſam eſſentiā prime cauſe: que eſt nobiliſſimū intelligibile: τ ſic perfectionē ſuam habebit ꝑ vnionem ad deū ſicut ad obiectū: in quo ſolo beatitudo hominis cōſiſtit: vt ſupra dictū eſt.

¶ Secūda ratio cur in hac vita nō poſſit q̄s eſſe beatus: dr̄ penalitatis. vt enī ait Tho. i. ij. q. v. Beatitudo excludit omne malū. Uita aūt pñs multis malis τ penalitatibus ſubiacet: que vitari nō poſſunt. Et ignorātie ex parte intellectus. τ inordinate affectionis ex parte appetitiue: τ multiplicibus laboribus: calamitatibus: τ erūnis ex parte corporis. quō igitur in tot fluctuationibus beatū ſe credere quiſpiam habet. Inquit Job. xiiij. Homo natus de muliere breui viuēs tēpore: replet multis miſeriis. Et Hiero. ad heliodorū. Ubiqȝ luctus: vbiqȝ gemitus: τ plurima mortis imago. Auguſti. li. de ſimbolo. tractatu. x. Ecce ruinoſus eſt mūdus: ecce tātis calamitatibus repleuit deus mundū. ecce amarus eſt mūdus. Et ſi ſic amatur quid faceremus ſi dulcis eſſet. O mūde immunde tenebras paries quid faceres ſi maneres. Quem nō deciperes dulcis ſi amarus alimenta mentiris. Et Auguſtinus. ix. de ciuitate dei. Omnes inquit homines quādiu in orbe mortales ſunt: miſeri ſunt. Et Hiero. ad matrē τ filiam in galliis cōmorantes. Stadium quoddā eſt hec vita noſtra mortalis: in q̄ bellū quotidie gerimus: quia milicia vita hominis ſuper terrā. Quis inter ſerpentes τ ſcorpiones tutus ingredit. vel ſecure dormitat.

Quis dulces iuxta viperas ſomnos capit. Nam etſi ſemper nō percutiat: tamen ſollicitat. Securius eſt ergo perire nō poſſe q̄ iuxta periculum nō periſſe. hec ille. Et Boetius lib. ij. de cōſolatione. Quā multis amaritudinibus humane felicitatis dulcedo reſperſa eſt: que etſi fruenti iocunda eſſe videat: tamen quo minus cū velit abire retineri non poteſt. Et Seneca in tragediis. Nulla ſors lōga eſt. dolor atqȝ voluptas inuicem cedunt. Nemo vtiqȝ reperitur qui diutius in quocunqȝ ſit ſtatu delectari poſſit: τ abſqȝ turbatiōe vel animi vel corporis pertranſire. Nemo inqt Seneca vbi. 8. cōfidat nimiū ſecundis. nemo deſperet meliora lapſis. Et ad Lucillū. Noli huic tranquillitati cōfidere. momento mare euertitur. et eodem die vbi luſerūt nauigia ſorbentur. Quiſnā felicior iudicari potuiſſet Policrato tyranno ſamiorū. De ipſo quippe refert Tullius in li. de finibus bonoꝝ τ maloꝝ. Et idē cōfirmat Ualerius de mutatione moꝝ τ fortune ꝙ adeo ſibi fortunā obſequioſam habuit ꝙ omnia deſiderata perficiebat. Ad moderandā igitur fortūe inuidiā ſumpto e manu anulo quē ꝓcioſum poſſidebat in mare iecit. Sed inopinate illū repēte recuperauit. Nā poſt dies paucos a piſcatoribus piſcis captus qui anulum ſorbuerat tyrāno donatus eſt. Accidit tandē ꝙ aduerſus Dariū perſarū regē duxit exercitum. τ ꝙ Orinthes ꝓfectus Darij illū acie fuderit ceperitqȝ. τ in ſummo megalēſis mōtis vertice ſuſpēdi iuſſerit. Et relictus auibus lacerādus qui vbiqȝ feliciſſime in terra vixerat in aere miſerrime expirauit. Mutant oia q̄ ſūt in hoc mūdo. τ nihil ſtabile: nihil ē firmū. nihil deniqȝ tutū. Ideo ſapiēs Eccs. ij. c. dicebat. Uidi in oibus vanitatē τ afflictionē ſpūs et animi: τ nihil ꝑmanere ſub ſole. ¶ Tertio quare in ꝓſenti vita nullus pōt eſſe btūs dicit mortalitas. Oēs quippe ad mortē tēdimus cuius manus potētiſſimas nullo ingenio: nulla vi: nulla arte: nullo ꝓcio euitare valemus. Inſtat ceruicibus noſtris. Et ſm̄ Aug. xiij. de ciui. dei. c. vij. beatitudo ſine imortalitate eſſe nō pōt. Si quis igit dixerit aliquē beatū eo ꝙ diuitiis affluat: ſtatiȝ rn̄debo. Nō ſic: nō ſic qr̄ diuites moriunt. Si q̄s affirmauerit aliū eſſe btm̄ eo ꝙ oibus deliciis huius ſcl̄i ꝑfruat. Ad h̄ rn̄debo. neqȝ ſic eſt. qr̄ poſt breuē hanc vitā oēs hoies moriunt. Si q̄s btm̄ reputauerit eū q̄ orbi vniuerſo dn̄aret. Clamabo: ego ꝙ nec regna ſiue iꝑia btm̄ hoiē reddūt. q̄m et principes τ reges. τ purpurati τ iꝑatores

omneſqȝ dn̄i moriunt. Jō hec ꝯſiderans Augu. in ꝑma parte ſuppurationū ſic ait. Uita h̄ vita miſera: vita incerta: vita laborioſa: vita immūda: vita dn̄a maloꝝ: regina ſupboꝝ: plena miſeriis τ erroribus: q̄ nō eſt dicēda vita ſꝫ mors: in q̄ momētis ſingulis morimur per varios mutabilitatis defectus: diuerſis generibus mortis. Nunq̄ ergo q̄diu viuimus in hoc mūdo poſſum' dicere vitā quā humores tumidāt: dolores extenuāt: ardores excitant aera morbidāt: eſce inflant: ieiunia macerāt ioci diſſoluūt: triſtitie cōſumūt: ſollicitudo coartat: ſecuritas hebetat: diuitie iactāt: paupertas deiicit: iuuētus extollit: ſenect' incuruat: infirmitas frangit: meror depꝛimit: τ his oib' malis mors furibunda ſuccedit: ſicqȝ gaudio iſtius miſere vite finē imponit: τ ita vt cū eſſe deſierit nec fuiſſe putet. hec ille. Itē Aug. li. ſoliloquioꝝ dicit. Uita mea vita caduca: vita que quāto magis creſcit tāto mag' decreſcit quāto magis ꝓcedit tāto magis ad mortem accedit. Uita fallax τ vmbratica plena laqueis multis. Nūc gaudeo: ſepe triſtor: nūc vigilor iam infirmor. Nūc viuo: ſtatim morior: nūc felix apparebo ſemꝑ miſer: nūc rideo: iam fleo ſicqȝ oia mutabilitati ſubiacēt: vt nil vna hora vno ſtatu ꝑmaneat. Hinc timor: hinc tremor: hinc fames: hic ſitis: hinc calor: hinc frigus: hinc lāguor: inde dolor exuberat. Subſequit his oibus inopinata mors: que mille modis miſeros hoies quotidie rapit. Hunc necat febribus: illū oppꝛimit doloribus: hūc conſumit fame: illū ſiti extinguit: illū ꝑo ſuffocat aquis: hunc ꝑimit flāmis: hunc interimit laqueo: illum dētibus beſtiarū fortiū deuorat: hūc trucidat ferro: illū veneno corrumpit: alterum ꝑo tm̄ repētino terrore miſerā vitam finire compellit. Et nūc ſuꝑ hec oia magna ē miſeria: quia cū nihil ſit certi' morte: ignorat homo finem ſuū: τ cū ſtare putat tollit τ perit ſpes eius. Neſcit aūt homo quādo vl' vbi: vel quomodo moriat: τ tn̄ eſt certum ꝙ eum mori oporteat. hec ille. Quare vita pñs beata eſſe minime poteſt. Et ideo cū Lactā. cōcludimus dicēte in lib. Summū bonuȝ qō btōs facit nō pōt eſſe niſi in ea religione atqȝ doctrina cui ſpes imortalitatis adiūcta ē. Igit demus operā ne decipiamur tꝑaliū bonoꝝ ſuauitate: atqȝ mūdū audacter ſub pedib' habeamus: eoqȝ tm̄ vtamur vt ſic tandē ꝑueniam' ad fruitionē illā beatā: ad quā nos perducat ieſus filius dei q̄ cū patre τ ſpūſancto viuit τ regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

De gaudiis beatoꝝ qui letabunt ex viſiōe dei: τ dotatione corporum atqȝ habitatiōe in celo empyreo. Sermo II

Exultabūt ſancti in

gloria. Illuminati ꝓphete ꝟba ſūt iſta originalr̄ ps. cxlix. Licet arta ſit via que ducit ad vitā quātum eſt ex parte virtuoſoꝝ actuū: nihilominus facillima atqȝ ſuauis ex cōſideratione futuri premij. Inquit em̄ Origenes ſuꝑ epiſtolas pauli. Spes futurorum laboribus requiē parit. Hinc Hieronymus Euſtochium virginem in epiſtola ad eandē cōmonet: vt allicientes blāditias ſeculi ad que mens humana communiter inclinat paradiſi recordatione excutiat. Ait ergo. Quotiens te vana ſeculi delectat ambitio. Quotiens ibi videris aliqd gl'ioſum: ad paradiſum mēte trāſgredere: τ eē incipe quod futura es. Egredere queſo pauliſꝑ de carcere corporis tui: τ ꝓſentis laboris mercedem ante oculos depinge. quam oculus nō vidit: τ auris non audiuit. nec in cor hominis aſcendit. hec ille. Idcirco vt in via domini expeditius fortiuſqȝ bene viuendo ambulemus: decreui in preſenti ſermone de gaudio beatorum verba facere. Qd̄ vtiqȝ ꝙ ſit immenſum oſtendemus maxime propter tria.

Primo propter dei viſionem: fruitionem et tenſionem.

Secundo ꝓpter corporis dotationē τ ſenſuum perfectionem.

Tertio ꝓpter loci habitationem: ſociationem τ liberationem.

¶ Qualiter poteſt videre eſſentiam diuinaȝ homo vel angelus: τ quō non oēs vidēt illaȝ equaliter. τ quāta ſit in illa viſione iocūditas τ delectatio. Caplm I.

Primo oſtendamus ꝙ ſit copioſum gaudiū beatoꝝ ꝓpter dei viſionem: de qua tria ſunt cōſideranda.

Primū dicit poſſibilitas.

Secundū inequalitas.

Tertium iocūditas.

¶ Primuȝ conſiderandū dicitur poſſibilitas. Ubi inueſtigandū eſt. vtrum poſſit quis homo vel angelus videre deum in ſui eſſentia ſiue facie ad faciem. Et pro parte vera τ affirmatiua dicimus ꝙ ſic. Nam vt dicunt doctores in. iiij. diſtinctione. xlix. Et eſt de hoc gloſa ſuper illud ps. Oſtendam illi ſalutare meuȝ. Tota merces eſt viſio. Et ad hoc facit auctoritas apoſtoli qui ꝑme ad Corinth. xiij. c. ait.

Uidemus nunc per ſpeculū in enigmate: tunc autē facie ad faciem. Et iterū ibi. Nūc cognoſco ex parte: tūc cognoſcam ſicut ⁊ cognitus ſum. Et xps Matth. v. ait. Beati mūdo corde: qm̄ ipſi deum videbunt. Et Matth. xviij. Angeli eoꝝ ſemper vident faciem patris mei qui eſt in celis. ¶ Sed nonnulli arguunt cōtendentes pbare ꝙ nulla creatura pōt videre diuinā eſſentiā. Et hoc tripliciter.

Primo auctoritate.
Secundo rōne.
Tertio exemplo.

¶ Primo pbant auctoritate. Nam ſcribitur Johannis primo. c. Deum nemo vidit vnq̄. Que verba ſic pſequitur Auguſtinus ad paulam de vidēdo deum. Quoniā ſicut natura incorruptibilis: ita ⁊ natura inuiſibilis. Et Chryſoſ. ſuper Johannē. exponens dictum pallegatum inquit. Idipſum quod deus eſt nō ſolum pphete: ſed nec angeli viderunt: nec archangeli. Quod em̄ creabilis nature eſt qualiter videre poterit quod increabile eſt? Et apoſtolus prime ad Timotheū vltimo. c. dicit de deo. Solus habet immortalitatē: ⁊ lucem habitat inacceſſibilem: quā nullus vnq̄ als hominum videre potuit. ſed neq3 pōt. Et Dionyſius lib. de myſtica theologia ait. Deus inuiſibilis eſt et incognoſcibilis: omnē ſenſum ſuperans et omnem intellectū. ¶ Secundo arguunt ratione. Nam cognoſcentis ad cognitum oportet eſſe pportionem. cū cognitum ſit perfectio cognoſcentis. Sed nulla eſt pportio creature ad creatorem. q2 in infinitū diſtant. ergo nulla creatura pōt videre diuinam eſſentiam.

¶ Tertio iſtud videtur poſſe pbari exemplo. Nam Exo. xxxiij. c. habet qualiter du3 loqueretur deus Moyſi cui apparebat in ſigno vel ſubiecta creatura. Moyſes dixit. Oſtende mihi gloriā tuā. id eſt ſm̄ Nicolaū de lira. Oſtē de mihi teipſum ſicut videris in gloria. Et dominus reſpondit ei. Nō poteris videre faciem meam. Nō videbit me homo ⁊ viuet. Et infra. Poſteriora mea videbis: faciem autē meam videre nō poteris. ¶ Pro ſolutione pdictorum ⁊ intelligentia veritatis notare debemus tres catholicas ppoſitiones ſequentes. ex Alexandro de hales in primo volumine ſūme. Et Bonauentura in ſuo primo di. iij. Et Tho. prima parte. q. xij. ¶ Prima veritas. ꝙ eſſentia dei videri nō poteſt oculis corporalibus. quia deus incorporeus eſt. vnde nec ſenſu. nec imaginatione videri pōt: ſed ſolo intellectu. Et ſi diceretur ꝙ deus poteſt videri ab homine viſione imaginaria. quia dicitur eſa. vi. c. Uidi dominū ſedentem ſuper ſolium excelſum ⁊ eleuatu3. ⁊ viſio imaginaria a ſenſu originem habet. quia fantaſia eſt motus factus a ſenſu ſm̄ actū. vt dicitur. iij. de anima. ergo deus ſenſibiliter viſione videri pōt. Reſpondet Tho. ꝙ in viſione imaginaria nō videtur ipſa dei eſſentia: ſed aliqua forma in imaginatione formata repſentans deum ſm̄ aliquem modū ſimilitudinis: put in ſcripturis diuina per res ſenſibiles metaphorice deſcribuntur.

¶ Secūda ppoſitio. ꝙ nullus homo vel angelus pōt videre diuinam eſſentiam viſione intellectuali pp̄s vi nature. Ratio eſt ſm̄ Tho. in. iij. ſūme cōtra gentiles. quia qd̄ eſt ſuperioris nature pprium: non pōt cōſequi natura inferior: niſi per actionē ſuperioris nature cuius eſt pprium. Sicut aqua non pōt eſſe calida: niſi per actionē ignis. Uidere autem deu3 per ipſam eſſentiā diuinam: eſt ppriū nature diuine. Operari em̄ ſm̄ ppriam formā eſt ppriū cuiuſlibet operantis. nulla ergo intellectualis ſubſtantia pōt videre deū per diuina3 eſſentiā: niſi deo hoc faciente. Et hoc eſt qd̄ dicitur ad Romanos. vi. c. Gratia dei vita eterna. q2 videre diuinam eſſentiā cōuenit intellectui creato per gratiam: nō per naturā. ¶ Tertia ppoſitio. ꝙ videntes per eſſentiam deum: licet apphendant eſſentiam diuinā: nō tamē illā cōprehendunt. Uident nanq3 eſſentiā diuinam infinitā: ſed mō finito. Nam illud cōphendi dr̄ qd̄ perfecte cognoſcit. perfecte aūt cognoſcit qd̄ tm̄ cognoſcit q̄tū cognoſcibile eſt. Unde ſi illud qd̄ eſt cognoſcibile per ſcientiam demonſtratiuā opinione teneat: ⁊ ex aliqua ratione pbabili cōcepta: nō cōprehendit. puta ſi hoc quod eſt triangulū habere tres angulos equales duobus rectis aliquis p demōſtratione cognoſcat: cōprehendit illud. Si vo aliquis opinionē eius accipiat per hoc ꝙ a ſapientibus ⁊ philoſophis ita dicat: non cōprehendit ipſum. quia nō pertinget ad illum perfectū modū cognitionis quo cognoſcibile eſt. Nullus autē intellectus creatus pertingere poteſt ad illū perfectū modū cognitionis diuine eſſentie quo cognoſcibilis eſt. Quia cū eſſentia diuina ſit infinita: infinite cognoſcibil' eſt: et intellectus creatus nō pōt illā infinite cognoſcere. Quanto em̄ aliqs intellectus creatus diuinā eſſentiā pfectius vel minus pfecte cognoſcit: inq̄tū maiori vel minori lumine glorie pfundit. Cū ergo lumē glorie in quocūq3 intellectu creato receptū nō poſſit eſſe infinitum: impoſſibile eſt ꝙ aliqs intellect⁹ creatus deū infinite cognoſcat. Probant iſta per Aug. qui in li. de cognitione vere vite ait. Deus eſt ſpūs incōphēſibilis. Et in. xij. lib. de ci. dei. c. xviij. inqt. Quicqd ſcia cōphendit: ſcientis apphenſione finit. Et idem ad paulā de videdo deū. Aliud eſt videre: aliud totum videndo cōphēdere. Uidetur qd̄ necariu3 pñs ſentit. Cōphendit qd̄ ita videt vt ei nihil lateat. cuius fines cōſpici pñt. Un̄ cū de⁹ ſit infinit⁹: nulli creature eſt cōprehēſibilis. Quis igit non admiret pariter et collaudet infinitā celſitudinē ſūmi dei: quē l3 tot milia miliū angeloꝝ ⁊ hoi3 clare videāt ⁊ intelligāt ſumme bonū: ſumme felicē: ſumme gl'ioſum: ſumme ſapientē. ſumme pulchrū: ſumme delectabilē. ſumme deſiderabilē: ſumme potētē: ſumme iuſtū: ſumme clementē: ſumme dominantē: ſumme regnantē ⁊ ſil'ia. Tamē in his excedit adhuc incōparabil'r cognitionē illoꝝ.

Prima v̄ginis illibate ꝯceptio dr̄ diuinalis. qn̄. ſ. ab eterno deus ꝯcepit illā in ſua mēte. Ad qd̄ intelligendū ſcire debemus ꝙ ꝓpoſitū cordis dr̄ cōceptio. vnde cū q̄s deliberat aliq̄d facere dicere ſolet. Ita ꝯcepi aīo. Sic deus anteꝙ aliq̄d crearet in ſua voluntate firma ⁊ incōmutabili: ꝓpoſuit creare vnā puellā virginē ſanctiſſimā: q̄ eſſet filij ſui vnigeniti futura m̄r: ſpūſſancti camera: porta paradiſi: ac celi regina. ¶ Sꝫ hoc loco q̄rendū eſt vtrū beata v̄go fuit ꝓducta ante oēm creaturā. Nā de ipſa eccleſia dicit illud Eccl. xxiiij. c. Ab initio ⁊ ante ſcl'a creata ſuꝫ. Et iterū in epl'a huiꝰ ſolenitatis inducit v̄go dicēs illud ꝓuerb. viij. c. Dn̄s poſſedit me ab initio viarū ſuarū antiq̄ꝙ q̄cq̄ faceret a p̄ncipio. Ab eterno ordinata ſuꝫ. ⁊ ex antiq̄s anteq̄ terra fieret. Nōdū erāt abyſſi ⁊ ego iam cōcepta erā. Necdū fontes aquarū eruperant: necdum motes graui mole ꝯſtiterant. Ante oēs colles ego parturiebar. Que verba ita ſonare videntur ꝙ ipſa ꝓducta fuerit ante ꝓductiōeꝫ quarūcunq; rerū. Et ſi diceret ꝙ ipſa loquit̄ q̄tū ad eſſe qd̄ habuit in mente diuina nō in ꝓprio genere: neq; ſic erimus de v̄itate declarati. cū ſcḋm doctrinā dn̄i Bonauēture in. i. diſ. i. Oīa que nūc ſunt queq; fuerūt a deo ꝓducta ⁊ producent vſq; in finē: fuerūt ab eterno ī deo ſcḋm cauſatiuā potentiā: ⁊ ſcḋm ſimilitudīs p̄ſentiā: que tn̄ hn̄t ex t̄pe actualē exiſtentiā. Elementa itaq; ⁊ corpa celeſtia: angeli ⁊ hoīes: ⁊ cuncta q̄ ſunt: fuerūt in mēte diuina anteꝙ eſſent. Ergo nō magis hoc cōpetit v̄gini digniſſime ꝙ reliquis creaturis. Et ſi dicimus ꝙ v̄go fuit in ꝓprio eſſe. vel genere ante oēm creaturā: tūc irridere nos poſſent fidei ⁊ religionis nr̄e aduerſarij. cū beata v̄go nata fuerit ex Joachim ⁊ anna ſexta etate mūdi. que ieſum peperit eadē etate. ⁊ ab vrbe cōdita anno ſeptingenteſimo q̄nquageſimoſecūdo. Ideo in hac

parte inducimus ſententiã Auguſtini. xij. li. cõfeſſionum. vbi ait. ꝙ aliquid dicit̃ prius altero quatuor modis.

·Prĩo eternitate. ſic deꝰ p̃cedit oẽm creaturã

·Scdõ origine. ſi ſonus p̃cedit cantũ.

·Tertio tẽpore. ſic flos p̃cedit fructũ.

·Quarto electione vel dignitate. ſic aliq̃s preeligit fructum magis ꝙ florem.

Uirgo igit̃ fuit prior omĩ creatura: excepta natura creata ſui dilectiſſimi filij electiõe ſiue dignitate. Sicut a ſili dixit de xp̃o Johes baptiſta. Joh. i. c. Ipſe eſt q̃ poſt me venturus eſt q̃ ante me factus eſt ſm̃ diuinitatẽ. de xp̃o dicimus genitũ nõ factũ. Scdm̃ humanitatem vero dñ xp̃m ↄcepit virgo: Johãnes in vtero matris agebat ſextũ menſem. Quare Grego. in omelia exponit. ante me factus eſt. i. mihi p̃latus in dignitate. Et ſi obijceret̃ ꝙ angeli ſunt p̃ſtantiores ꝛ digniores hoĩbus: cũ ſint intellectuales ſubſtantie: quõ virgo ſanctiſſima angelicã ſublimitatẽ excedere põt. Ad hoc r̃ndere poſſumus ex dictis dñi Bonauẽ. in. i di. xliiij. in q̃one. vtrũ deus potuit virginẽ facere meliorẽ: ꝙ beata virgo põt cõſiderari tripliciter. Primo q̃tum ad ſtatũ naturalis cõditionis. ꝛ ſic fuit paulominus ab angelis minorata. Angelus eñ ſm̃ ſuã eſſentiale naturam potior eſt virgine. Scdõ q̃tũ ad grãm cõceptionis que data eſt ei. vt cõciperet xp̃m eſſetq̃ veriſſima eius mater. Et q̃tũ ad hoc tranſcendit dignitatẽ oĩm creaturarũ: omniũ hoĩm: omniũq̃ angelorũ. Nam in illo vno cõſenſu cum dixit. Ecce ancilla dñi: plus meruit cõſentiendo in cõceptionẽ xp̃i: ꝙ oẽs creature: ſiue angeli: ſiue homĩes: in oĩbus ſuis actibus: motibus: ꝛ cogitationibus. Et quidem oẽs quicunq̃ meruerunt: nihil plus potuerunt mereri: niſi ſm̃ diuerſos ſtatus gloriã felicitatis eterne. Hec autẽ virgo illo glorioſo cõſenſu meruit primatũ orbis: p̃ncipatum vniuerſi: extinctionẽ fomitis: ꝛ oĩm grãrũ donorũ et virtutũ plenitudinẽ: ſceptrũ regni ſup omnes creaturas: fecũditatẽ in virginitate: ꝛ maternitatẽ vnigeniti filij dei: ꝛ vt adoret̃ in regno celorũ adoratione dulie dignioris. Tertio põt ↄſiderari beata virgo q̃tũ ad excellentiã glorificatiõis: q: vt eccleſia cãtat, exaltata eſt ſancta dei genitrix ſup choros angelorũ ad celeſtia regna. Ipſa nanq̃ fuit illud indiuiduũ ſingulare: qđ et ſi nõ in natura: in grã tñ ꝛ gloria oĩbus angelis eſt p̃latũ. Dignitas aũt grẽ et multo plus dignitas glorie incõparabiliter trãſcẽdit dignitatẽ nature. Nã ꝛ hoc fulget ad huc in demonibus: in q̃bus dona nature manẽt integra ꝛ ſplẽdidiſſima: cũ tñ ipi viliſſimi turpiſſimi ꝛ abiectiſſimi ꝓpt̃ culpã habeant̃. Magnificata ergo fuit a deo tã p̃clare v̾go illa delicatiſſima: vt p̃ter filiũ eius nulla creatura poſſit ei equari. O femina ſup oĩa ꝛ ab oĩbus bñdicta, p̃electũ ꝛ digniſſimũ vaſculũ fabricatũ a primo artifice: erariũ diuinorũ chariſmatũ. Elegit te deus ꝛ p̃elegit: vt in tabernaculo tuo deus ꝛ hõ nouẽ mẽſibus habitaret.

Audeo dicere ꝙ ꝓpter virginẽ in mẽte diuina cõceptã p̃ multa annorũ milia anteq̃ naſceret̃: humanũ genus fuit p̃ſeruatũ in eſſe. Cõſtat eñ ꝙ p̃ prima trãgreſſiõe Adam et Eua: nõ ſolũ mortis: ſed etiã annihilatiõis exterminiũ meruerũt. Et diuina vltio (que acceptiõnẽ perſonarũ ignorat) ſicut nec culpã angelicã: ſic nec humanã dimiſiſſet ĩpune. Sed ꝓpter p̃cipuã reuerentiã quã ad virginẽ habebat: q: eã ab eterno ſup oẽs creaturas nõ vniẽdas deo q̃ creãde erãt dilexit: p̃ſeruati ſũt ꝓthoplaſti: nec ĩ nihilũ redacti. Rõ eſt: q: hec puella erat in lũbis Ade ſm̃ rõnem ſeminalẽ. ꝛ potẽtia ꝓducẽde puelle erat ĩpreſſa ĩ p̃mis parentibus donec in actũ educeret̃. Sicut aũt debebat naſci ieſus: q̃ in adã erat ſolũ ſm̃ corpulentã ſubam: de v̾gine educẽdus ꝛ de nulla alia. Indulſit g̃ deus p̃mis parentibꝰ nec eos annihilauit: q: ſic nõ fuiſſet nata btã v̾go. ꝛ per ↄñs nec ieſus ſiue deus carnẽ hũanã veſtiſſet. Ergo p̃ iſtã nobilẽ creaturã ſaluauit deꝰ p̃mos parentes de p̃ma trãſgreſſiõe. ꝛ Noe de diluuio. Abrahã de cede regũ. Iſaac de hiſmaele. Jacob de Eſau. Ppl'z iudaicũ de egypto de manu pharaonis. de mari rubro: de p̃tãte diuerſorũ regũ tyrãnorũ. de Nabuchodonoſor: ꝛ captiuitate babylonica. Dd̃ de leone: de Golia ꝛ de Saul. Et breuiter oẽs indulgẽtias ꝛ liberatiões factas ĩ veteri teſtõ: nõ dubito deũ feciſſe niſi ꝓ huiꝰ amore puelle ꝛ reuerẽtia: quã deꝰ ab eterno p̃ordinauit ſuis cũctis opibus p̃ponẽdã.

Qđ angeli a principio cognouerũt xp̃m de virgine naſciturũ. Caplm II

Secunda cõceptio virginis admirande dicit̃ ſupernalis. Cõceperunt q̃dẽ illã angeli: dũ a p̃ncipio ſue beatitudinis cognouerũt xp̃m incarnãdũ: ꝛ ex ↄſequẽti de v̾gine naſciturũ. Ad qđ plene intelligẽdũ dicit ſctũs Tho. i. pte. q. lvij. ꝙ in angelis eſt duplex cognitio. Una nãlis: ſm̃ quã cognoſcũt res, tũ p̃ exiſtẽtiã ſuã: tũ per ſp̃es innatas. Et hac cognitiõe miſteria grẽ cognoſcere nõ poſſunt: quia ex pura dei voluntate dependent. Si eñ vnus angelus non poteſt cognoſcere cogitationes alterius ex voluntate eius dependẽtes: multo minus põt cognoſcere ea que ex ſola dei voluntate dependet. Eſt aũt alia angelorũ cognitio q̃ eos beatos facit qua vident verbũ ꝛ res in verbo. Et hac quidem viſione cognoſcũt myſteria grẽ. nõ q̃dẽ omnia. nec equalr̃ oẽs: ſed ſm̃ ꝙ deus eis voluerit reuelare. Ita tñ ꝙ ſup̃iores angeli perſpicacius diuinã ſapiãz ↄtemplantes: plura myſteria ꝛ altiora in ip̃a dei viſiõe cognoſcũt q̃ inferioribus manifeſtãt eos illuminando. Et horũ etiã myſteriorũ quedã a p̃ncipio ſue creationis cognouerũt: quedã v̾o poſtmodũ ſm̃ ꝙ eorũ officijs congruit. Quare ꝛ myſterium incarnatõnis in generali ſumptũ oĩbus reuelatũ eſt a p̃ncipio ſue btitudinis. Cuiꝰ rõ eſt: quia hoc eſt quoddã generale p̃ncipium: ad quod omnia eorũ officia ordinant̃. Omĩs eñ ſunt adminiſtratorij ſp̃ũs in miniſteriũ miſſi ꝓpter eos qui hereditatẽ capiũt ſalutis vt dr̃ ad Heb. i. Qđ quidẽ fit p̃ incarnatiõis myſteriũ. Unde oportuit đ hoc myſterio omnes a p̃ncipio cõiter edoceri. De hoc ſic dicit Aug. li. v. ſuper Geñ. ad lr̃am. Sic fuit incarnationis myſteriũ abſconditũ a ſeculis ĩ deo vt tamen innoteſceret p̃ncipibus ꝛ p̃tãtibus in celeſtibus. Loquẽdo tamẽ de ſacramento incarnationis q̃tum ad ſpeciales cõditõnes ſic nõ omnes angeli a p̃ncipio de oĩbus ſunt edocti: imo quidã etiã ſup̃iores angeli poſtmodum didicerũt. vt refert Dio. vij. c. de celeſti hierar. Unde Paulus ad Eph. iij. dicebat. Mihi aũt oĩum ſcõrũ. i. apl'orũ minimo data eſt gratia hec in gẽtibus euãgelizare inueſtigabiles diuitias xp̃i: ꝛ illũinare oẽs: q̃ ſit diſpẽſatio ſacramẽti. ſcꝫ redemptionis p̃ chriſtum facte que diſpenſabilis eſt gentibus ſicut et iudeis ſm̃ glo. Nico. de lira. abſcõditi a ſecul' in deo qui omnia creauit: vt innoteſcat p̃ncipibus ꝛ poteſtatibus in celeſtibus p̃ eccl'iam multiformis ſapia dei ſm̃ prefinitionẽ ſeculorum quam fecit in xp̃o ieſu dño noſtro. hec ibi. Hoc loco dicit Nicolaus de lira. ꝙ angeli ſancti non cognouerũt ad plenum myſterium xp̃i incarnati extendendũ ꝛ dilationem vſq̃ ad vocationẽ gentiũ: donec p̃dicãtibus apoſtolis fuit impletũ. Quia ante habuerũt tantũ ſimplicẽ noticiã: que poteſt dici abſtractiua inquãtum eſt rei non p̃ñtis. Sꝫ quãdo fuit impletũ habuerunt noticiã experimentalẽ ſiue intuitiuã. Sicut aſtrologus per motum celi certitudinal'r cognoſcit eclipſim futuram tamen adhuc p̃fectius eam cognoſcit quãdo videt eã actu exiſtentẽ. Alij v̾o dicunt ꝙ angelis innotuit myſteriũ xp̃i de vocatione gẽtium ſimpl'r ꝛ omni modo p̃ eccl'iam. i. p̃ p̃dicationem apoſtolorũ: qđ tñ q̃tum ad h̾ ãtea nullo modo cognouerãt. Quicquid ſit negare nõ poſſumus q̃n a p̃ncipio ſue beatitudis vt eſt p̃dictũ reuelationem habuerũt de xp̃o de v̾gine naſcituro. Puto nanq̃ ꝙ poſt illã ſolẽniſſimam victoriã quam habuerũt de lucifero ꝛ ſequacibus ſuis dum plenã beatitudinem obtinuiſſent: quia angelorũ ruentium ſedes erãt vacue: benigne rex celorũ: excelſus deus ſuo modo oĩbus dixerit. O aſtra matutina. O mee creature nobiliſſime; Gaudete ꝛ exultate: q̃m ex oĩbus ſaluandis iux̃ vniuſcuiuſq̃ merita veſtri ordines p̃ficient̃ ꝛ implebuntur ruine. Ad id vero exequendũ cũ venerit plenitudo tẽp̃is: ſponſam accipiã puellã vnam v̾ginem ꝛ plenã gratia: in cuius vtero ſp̃ũ ſctõ cooperãte incarnabit̃ filius meꝰ vnigenitus ꝛ dilectus. Sonuit hec vox cũ ingẽti leticia in mentibus angelorũ: qui p̃ multa annorum milia virginem pijſſimã p̃ſtolãtes: miro illam colebant affectu. Nec angelis tm̃ innotuit virgo dei filiũ in ſuo vtero geſtatura: ſed inſup̃ multis patribꝰ patriarchis atq̃ ꝓphetis: quibus incarnatõnis myſteriũ fuit diuinitus reſeratum.

Qđ beata v̾go abſq̃ infamia culpã originalem cõtraxit: a qua ſm̃ opinionẽ aliquorũ preſeruata fuit. Caplm III

Tertia cõceptio v̾ginis ſacratiſſime dr̃ maternalis: quãdo ↄcepit eã mater ſua. Et quoniã cõceptionis officium publice fit in eccleſia: ſcire plerîq̃ cupiunt. vtrum beata virgo fuit cũ peccato originali concepta. Et vt clare oĩa denudent̃. tria ſunt in hac parte notãda. Primũ ꝙ ↄceptio poteſt dupl'r ſumi. Uno modo ꝓ commixtione ſeminũ in copula viri ꝛ mulieris. Alio modo ꝓ animatione que fit dum anima ſimul creatur ꝛ infundit̃ a deo in corp̃e iam formato.

Secundũ notandũ ꝙ pctm̃ originale duobus modis habet̃ ſcꝫ formal'r ꝛ radical'r. Accipiendo cõceptionẽ p̃mo modo: v̾go nõ habuit originale formal'r: q: originale formal'r eſt in anima: ꝛ ſolũ cuiuſlibet pcti eſt anima. vt declarat Franc. ſcus de marone in ſuo. iij. Petrus de cãdia ꝛ ſanctꝰ Tho. iij. pte. q. xxvij Sicut eñ v̾tus eſt q̃litas ſp̃ũalis ita ꝛ vitiũ.

Tertium notandũ ꝙ radical'r ꝛ in cauſa peccatum originale eſt in carne. Unde docto

res theologi dicunt ꝙ peccatū originale eſt i-
fectio quedā in anima contracta ex ei⁹ vnio-
ne ad carnē concupiſcibiliter ſeminatam. Ut
enim ait Franciſcus de marone in ſuis ſermo
nibus. Sicut corpus quod induitur ſordido
veſtimento inquinatur ab eo: ſic ſpūs rōna-
lis qn̄ induitur corpore infecto per cōcupiſcē-
tiā genito dicitur maculari. Et ſicut in veteri
teſtamento fuit lex poſita Leuit. xiiij. ꝙ q̄cun
qꝫ intraret domū leproſam efficeret imūdus
ita anima ex eo ꝙ intrat corp⁹ quaſi domū le
proſam: efficit imunda. Et vt inq̄t Petrus de
candia. Cōtrahere originale cōpetit hoibus
ꝓpter demeritū primi parētis ⁊ diuinū decre-
tū libere obligās filios ade ad penā dāni pro
crimine tali. Nec ſufficit ſolū demeritū primi
parētis ad hoc ꝙ concupiſcibil'r ab eo deſcen
dens ꝯtrahat pctm̄ originale: ſ; requirit diui
nū decretū. Sctiſſima ergo virgo lꝫ ex hone-
ſtiſſimis parētib⁹ carnē ꝯtraxerit: tn̄ caro illa
fuit ꝯcupiſcibil'r ꝓpagata. Nec admitten-
da eſt illa vulgi falſa ſnia: ꝙ ſcꝫ ꝟgo cōcepta
fuerit ſpūſctō cooperante ſine virili ſemine ⁊
abſqꝫ viri ⁊ mulieris copula. Heretica eſt ⁊ ꝑ
nicioſiſſima opinio iſta: lꝫ apparenter videa-
tur ad virginis laudē accedere. Sed nō eget
deus mēdacio nr̄o. Et vt refert Aug. in libro
de mendacio. Mendaciū maxime ꝑnicioſum
eſt quod fit in his que ad xp̄ianam religionē
pertinēt. Et iterū idē Aug. pertractans illud
apl'i. i. ad Cor. xv. Inuenimur falſi teſtes. ait
Perhorrendū eſt aliquid falſe de deo diceret
etiam ſi ad laudem eius videatur pertinere.
Non enim minori ſed maiori fortaſſis ſcele-
re in deo laudatur falſitas q̄ vituperetur veri
tas. Sic damnabiliter cū falſitate virginem
laudant qui eā de ſpirituſancto cōceptā teme
re predicant. Uidi ⁊ ego in pleriſqꝫ locis depi
ctas imagies Joachim ⁊ Anne ſeſe oſculo ob
uiantiū inferiuſqꝫ rubricā ſic cōtinentē. Qua
liter Anna accepto oſculo a ſuo viro Joachim
concepit in vtero virginem mariam. Delira-
menta ſunt iſta q̄ ⁊ virgini ſumme diſplicēt,
quare ⁊ de peccato originali formaliter ſum-
pto reſtat veritas diſſerenda. An ſcꝫ duꝫ aīa
corpori ſuo fuit vnita originalē maculā con-
traxit. Et circa hoc diuerſimode doctores lo-
quuntur. Ex quo duplex eſt huiuſmodi rei fa
moſa opinio. Prima eorum qui dicunt virgi-
nem originale habuiſſe: a quo ſtatim per ſan
ctificationem fuit mūdata. Secunda opinio
modernorum qui aſſerunt virginem a pecca-
to originali preſeruatā. Prima opinio habet
tria. i. firmitatē, rationū congruitatē. ⁊ impec
cabilitatē. Primo habet firmitatē, qm̄ mul
ti ſancti deuotiſſimi clariſſimiqꝫ doctores illā
docuerunt. Ex quibus aliquos explicabim⁹.
Infraſcripti nanqꝫ oēs expreſſe fatentur vir
ginem in originali conceptam.

Anſelmus in libro Cur deus homo.
Beda in omelia ſuper Miſſus eſt.
Caſſiodorus.
Hugo in libro de ſacramentis
Alanus in expoſitione ſymboli Athanaſij.
Guilhelmus altiſſiodorenſis.
Guilhelmus cancellarius pariſienſis.
Henricus de gandauo in quodlibetis
Guilhelm⁹ durādi in rōnali diuinoꝝ officioꝝ

Et de ordine fratrum predicatorum.

Sanctus Thomas de aquino.
Hugo cardinalis in expoſitione Luce.
Albertus magnus
Petrus de tarantaſio qui fuit Innocēti⁹ q̄nt⁹
Jacobus de voragine.
Durandus poſtea ep̄us meldenſis
Herueus generalis ordinis.
Petrus de palude.
Jacobus de lauſana epiſcopus lauſanenſis.
Hugo de argentina.
Nicolaus treueth.
Robertus holcoth.
Martinus qui fecit chronicas.
Uincentius qui fecit ſpecula.

De ordine minorum.

Aluarus hiſpanus.
Johannes de rupella
Robertus canton.
Alexander de halis
Bonauentura.
Richardus de media villa
Reginaldus archiepiſcopus rothomagēſis.
Johannes rigaldi.
Nicolaus de lira.
Beltrandus de turri cardinalis
Bartholomeus de piſis
Giraldus odonis in libro de figuris.

De ordine heremitarum.

Egidius de roma.
Gregorius de arimino.
Bernardus oliueri
Johannes theutonicus.
Jordanus theutonicus.
Johannes ſteringacij.

De ordine carmelitarum.

Guido ep̄us maioricenſis.
Paulus de peruſio.

De collegio canoniſtarum.

Johānes theutonic⁹ gloſator decreti in. c. ꝓ-
nunciandū. de conſe. di. iij.
Bartholomeus brixienſis ⁊ Raymundus in
titulo de ferijs.
Guilhelmus durandi in ſpeculo iudiciali.
Jo̅hes andree in. c. cōqueſtus. ex̄ de ferijs.
Guido archidiaconus in. c. firmiſſime. de cō
ſecra. diſt. iiij.

Bernardus inſuꝑ ꝟginis amator ꝑcipu⁹
in epiſtola ad canonicos lugdunenſes repre-
hendit celebrantes feſtum conceptionis. De
quo quidē aiunt ⁊ forte ficte, ꝙ poſt mortem
viſus eſt cuidam ſuo diſcipulo in veſte fulgē
ti in qua erat macula quadā: cui indicauit h̄
ſignificare maculam eius quia tenuerat vir-
ginem in peccato originali conceptā. Sctūs
Tho. ⁊ Bonauen̄. dicunt ꝙ per feſtum conce
ptionis de ꝟgine celebratum: non datur in-
telligi ꝙ in ſua cōceptiōe fuerit ſancta aut ꝙ
fuerit ſine originali. Sed quia quo tempore
ſanctificata fuerit ignorat, celebratur feſtuꝫ
ſanctificationis eius potius q̄ conceptionis
in die cōceptionis ipſius. Secundo opinio
iſta habet rōnum congruitatē. adducunt aūt
plures congruētes rōnes quibus oſtenditur
ꝙ ꝟgo originale contraxit. Et ꝑma eſt: quia
ſoli xp̄o filio dei ac ipſius ꝟginis bn̄diete cō-
uenit immunitas ab omni pctō. quod ꝓbat
auc̄te ſanctorum. Inquit em̄ Greg. li. xij. mo
ralium. Nullus ſine pctō eſt: niſi ille qui i hūc
mundū non venit ex peccato. Et Hierony. in
euangelio filij ꝓdigi. Solus deus eſt in queꝫ
pctm̄ cadere non poteſt. Et Aug. in expoſitio
ne pſalmi trigeſimi. Chriſt⁹ oīs peccatores
inuenit ſolus ſine pctō venit. Et idem in lib.
de nuptijs ⁊ cōcupiſcentia. Omnes ſub pctō
naſcimur ⁊ ꝑ vnū ſolū qui ſine pctō natus eſt
liberamur. Et idem in Enchiridion. Per me-
diatorem qui ſolus ſine pctō natus eſt: recō-
ciliari nos oportebat. Et hanc ſententiā ideꝫ
Aug. refert li. i. ⁊. ij. contra Julianū. Et li. iij.
de baptiſmo paruuloꝝ. Et in li. de fide ad pe-
trum. Et in li. de ꝑfectione iuſticie. Et in epi-
ſtola ad optatū epm. Et in ep̄la ad Ualeriū.
Ex q̄bus apparet ꝙ cū de ſolo xp̄o doctores
affirment ꝙ fuerit ſine pctō: ⁊ ꝟgo mūda fu-
it ab omni culpa mortali ⁊ veniali. igit dabi
tur ſibi culpa originalis. Scd̄a rō ad hoc in
ſinuandū eſt: quia xp̄s fuit vl'is redemptor.
ergo redemit ꝟginem: ſed ſi nullum habuiſſꝫ
pctm̄ non fuiſſet redempta. ergo aut ipa ha-
buit originale: aut xp̄s non fuit vl'is redem-
ptor. Hinc Leo papa in ſmone de natiuitate
ait. Dn̄s noſter ieſus xp̄s mortꝭ peccatiqꝫ de-
ſtructor ſicut nullū a reatu liberuꝫ reppit: ita
liberandis oībus venit. Et Hiero. in omelia
ſuper Mat. inquit. Notandū in genealogia
ſaluatoris nullum ſanctarū aſſumi mulierū:
ſed eas quas ſcriptura rep̄hendit: vt qui pro
pctōrib⁹ venerat: de peccatricibus naſcens
omniū peccata deleret. Et ad Roma. iij. cap.
apoſtolus dicit. Omnes em̄ peccauerūt ⁊ egēt
gloria dei. Et. v. c. Per vnū hominē in hunc
mundū peccatū intrauit: ⁊ per pctm̄ mors: ⁊
ita in omnes hoīes mors pertranſijt in quo
omnes peccauerūt. Tertia rō quare videt
ꝙ ꝟgo originali culpa ſubiacuit eſt: q: de ne
ceſſitate penas illi culpe debitas incurrit. Nā
⁊ penalitates contraxit ⁊ mortē euitare non
potuit. ⁊ ſi ante xp̄m deceſſiſſet non intraſſet
celum quouſqꝫ fuiſſet per xp̄m ianua aperta
ſed cum patribus iuiſſet ad limbuꝫ. Tertio
opinio iſta hꝫ impeccabilitatē. Non equideꝫ
rei ſunt habendi nec blaſphemi cenſendi qui
de ꝟgine ſic loquunt: cū peccatum originale
culpa ſit cōtracta nō acta: pro cuius deletio-
ne ac remiſſione xp̄o filio ſuo omnes ingētes
debemus gratias. Secūda opinio que ma
gis innitit pietati eſt illorum qui aſſerūt vir
ginem ab omni labe culpe originalis immu
nem a qua preſeruata fuit. Et inquit. Franci
ſcus in ſmonibus ſuis. Non obſtāte tali pre
ſeruatione mater dn̄i dici poteſt fuiſſe pecca
to obnoxia. Quia q̄ncunqꝫ aliquis defectus
conuenit alicui ex ſua natura pōt ei attribui
q̄tūcūqꝫ ille defectus ei auferat. vt cum d̄r.
Oēs declinauerūt ſil' inutiles facti ſunt. ⁊ tn̄
hoc de facto nunq̄ fuit verū: q: ſemꝑ aliqui
inuēti ſunt boni. Sed hoc d̄r q: q̄tū eſt ex ſe
ita eēt niſi eēnt diuina gr̄a p̄ſeruati. Itē d̄r i
p̄s. Oīs homo mēdax. ḡ arguit Aug. marty
res fuerūt mēdaces. iō dicendū ꝙ martyres
fuerūt mēdaces q̄tū erat de ſe niſi ſpū diuo
illuſtrati fuiſſent veraces. Inſuꝑ Job. iiij. c.
ſcribit. Ecce qui ſuiūt ei nō ſunt ſtabiles: ⁊ i
angelis ſuis repperit prauitatē: quoꝝ ꝑmuꝫ
ad btōs angelos: ſcd̄m ad malos refert vt
exponit Greg. in mora. ⁊ tn̄ boni angeli non
ſunt inſtabiles cū ſint in gr̄a cōfirmati. vt pꝫ i
ij. ſenten. dicit ḡ iſtud ꝙ q̄tū eſt ex ſe ſūt in-
ſtabiles niſi eſſent gr̄a cōfirmati. Sic et btā
ꝟgo q̄tū erat de ſe ex cōditione nature erat
apta nata ꝯhē pctm̄ origīale. ſ; illud nō ꝯxit
ex ꝑuilegio ſpeciali. Ad qd̄ ſuadendū indu-
cunt infraſcripte rōnes.

Prima dr̃ contrarioꝝ ſolutio.
Scd̃a poſſibilis preſeruatio
Tertia ꝟginis exceptuatio.
Quarta puritatis comparatio.
Quinta honoris exhibitio.
Sexta grãe completio.
Septima diuina reuelatio.

Prima ratio dr̃ contrarioꝝ ſolutio. Nã rõnes inducte ꝑ pͥma opinione ſolui facile pñt. Cũ em̃ dr̃ ꝙ eſſe abſq; pctõ cõuenit ſoli xp̃o ergo non ꝟgini. Reſpondeť ꝙ xp̃o conuenit ꝑ naturã: ꝟgini non ꝑ naturã ſed per grãm. Et ad illud quod adducebať ꝙ xp̃s fuit vlis redemptor: ergo redemit ꝟginem: ergo ab originali. Diciť ꝙ redemit eam ab originali p̃ſeruando. Si quis ꝟo quereret quomodo xp̃s potuit ꝟginem redimere p̃ſeruando qui nõdum erat incarnatus cũ aĩa ꝟginis corpori ſuo vnita fuit. Reſpõdere poſſum⁹ ꝙ bñficia incarnationis xp̃i cõmunicata ſunt non ſolum pñtibus ⁊ futuris: ſꝫ etiã p̃teritis. Nã ipſe caput eſt oĩum electoꝝ ⁊ patrũ ⁊ patriarcharum ⁊ ꝓphetarum veteris teſtamenti, vt docet Alex. in. iij. ſumme: qui anteq̃ chriſtus incarnareť ex eo ꝙ ip̃m fide incarnandũ cognoſcebant atq; credebant diligebãtq; ieſus meruerũt fieri membra eius: qui lꝫ nondum eſſet homo in re: erat tñ homo ⁊ deus incarnandus in ſpe: cuius gratia multa illis beneficia fuerũt p̃ſtita. Sic ⁊ in ꝓpoſito cum deus p̃elegiſſet ꝟginem ſui filij futurã matrẽ: meriro ipſius filij incarnandi a contagione culpe originalis voluit p̃ſeruare. Ad tertiam vero rõnem q̃ dicebať ꝙ ꝟgo de neceſſitate incurrit penas originali debitas. Reſpõdemus ꝙ penas illas incurrit de neceſſitate nature: q̃ q̃tum in ſe erat corrumpe habebat pſonam ꝟginis: niſi fuiſſet ab originali p̃ſeruata. Et ſicut circũciſio vel baptiſmus penalitates cõpatiunť. Nam illi q̃bus ꝑ circũciſionẽ originalis culpa remittebať: ⁊ illi quib⁹ ꝑ baptiſmum nunc dimittiť a penalitatibus nõ liberanť. Et ſancti patres q̃ ſine aliquo pctõ decedebant trahebanť ad limbũ. Ita lꝫ beatiſſima ꝟgo preſeruationẽ hanc habuiſſet: nihilominus penalitatibus ⁊ morti iuſte obligata fuit. Nam vt vꝫ ꝟbis ſancti Tho. iij. parte q. xxvij. ar. i. in rñſione ad. iij. ar. Beata ꝟgo ſanctificata fuit: ⁊ nos addimus preſeruata a pctõ originali q̃tum ad maculã pſonalẽ: ſꝫ tñ fuit liberata a reatu quo tota natura tenebať obnoxia. Secũda rõ qua ꝓbať ꝟginis immunitas ab originali culpa: dr̃ poſſibilis preſeruatio. Potuit nãq; deus illam ſic p̃ſeruare: ⁊ ſi potuit debuit: cum p̃elegiſſet eã ſuã immaculatã ⁊ dilectiſſimã ſpõſaꝫ. Quare frãciſcus de marone in ſuo. iij. ſic ſcribit. Quãto aliquod agens eſt ꝑfectius: tanto citius põt ſuum effectũ inducere in paſſum. deus autem eſt agens ꝑfectiſſimũ. Sed agẽs naturale effectum ſuuꝫ inducit in pͥmo inſtanti: ſicut pꝫ quia generatio lucis a ſole fit in inſtanti. Inſuper quãdo aliq̃ potẽtia poteſt in duas operationes oppoſitas. ſi in pͥmo inſtanti poteſt in illam ad quã minus inclinať: multofortius in illam ad quã magis inclinať. Sꝫ potẽtia volitiua poteſt in dilectionẽ ⁊ odium. ⁊ deus maxime inclinať ad diligendũ. Sed in pͥmo inſtanti potuit ꝟginem odire, ergo multofortius potuit ip̃am diligere: ⁊ hoc p̃ſeruãdo ne inficereť originali culpa. Adhuc legiſlator q̃ poteſt legẽ condere: poteſt in legẽ diſpenſare ⁊ illam deſtruere. Sed decreto diuino ꝓpter actualem culpã pͥmoꝝ parentũ factum eſt vt omnes ab eo cõcupiſcibiliť deſcendẽtes naſcerenť filij ire. ergo eodẽ decreto potuit cũ ꝟgine diſpenſare: vt ꝑ nullo inſtãti fuerit filia ire. Sicut em̃ potuit deus ſi originale contraxit in pͥma ſanctificatiõe illam mũdare: ita eque potuit ſimul ⁊ ſemel eam ſanctificãdo preſeruare. Sed reuera nõ dubiũ ꝙ multa poſſit facere deus ⁊ multoplura q̃ꝫ intellect⁹ intelligere: nihilominus nõ niſi ex pietate ⁊ ſingulari deuotione cogimur acceptare ſic feciſſe deuꝫ ſicut facere potuit ⁊ ꝟginem ade filiam a peccato preſeruaſſe. Tertia ratio ad oſtendendam virginis munditiam ab originali culpa dicitur exceptuatio. ſicut em̃ excipiť a generalitate mulierum quãtum ad conceptũ et partum. quia vt ſcribitur Geneſ. iij. ca. et dictũ fuit eue. In dolore paries filios. qð et ad omnes alias mulieres ſpectare cognoſcimus. ꝟgo tamen concepit ſine rubore: ⁊ peperit ſine dolore. Ita etiam excludiť a generalitate mulierum ⁊ virorum quãtum ad nequitiã peccati. Unde Auguſtinus in libro de correctione ⁊ gratia inquit. Cum de peccatis agiť nullaꝫ de matre domini volo facere queſtionẽ: qua excepta ſi omnes ſancti ⁊ ſancte interrogarenť ſi peccatũ haberent: quid aliud dicerẽt niſi qð Johannes ait. Si dixerimus quia peccatum non habemus ipſi nos ſeducimus ⁊ veritas in nobis nõ eſt. Et quia dť ꝙ omnes peccauerunt. Reſpondetur ꝙ duplex eſt vniuerſalitas. Una politica: alia logica. In vniuerſali logica vna particularis interimit vlem. Uniuerſali aũt politice nõ ꝯtradicũt ab ip̃a diſtrahentes vnã vel plures particulares. vt dicendo. oẽs de iſta ciuitate ſunt ſani. om̃s currunt ad ſpectacula. tamen aliqui ſunt infirmi: aliq̃ in domo. Et ſic Matth. iij. dť. Exibat ad Johannẽ hieroſolyma ⁊ om̃is iudea ⁊ oĩs regio circa iordanẽ. Quarta rõ faciens ad cõfirmandã opinionẽ iſtã: dť puritatis comparatio. Debuit quidẽ virginis puritas ſuperexcedere puritatẽ quarũcũq; aliarũ creaturarum ⁊ angeloꝝ ⁊ hoĩm. Unde Anſelm⁹ libro de cõceptu ꝟginali inquit. Decuit vt illius hoĩs cõceptio de matre puriſſima fieret: que ea puritate niteret qua ſub celo maior nequit intelligi: cui deus pater vnicũ filiũ ſibi equalẽ de corde ſuo genitũ ita dare diſpoſuit: vt eſſet vnus idemq; dei ⁊ virginis filius. Sanctus Tho. in primo ſniaꝝ diſt. xliiij. ar. iij. in rñſione ad tertiũ argumentũ dicit. Puritas intendiť per receſſum a contrario. In reb⁹ aũt creatis nil purius eo qð eſt ſine contagione peccati: qualis fuit puritas beate virginis: que a peccato originali ⁊ actuali imunis fuit. Si ergo beata virgo peccatũ originale contraxiſſet: tunc puritas eius non exceſſiſſet puritatẽ alioꝝ. Nã angelus creatus fuit ſine aliqua labe peccati. Sic ⁊ anima primi hominis ⁊ mulieris.

Quinta rõ ꝓ hac opinione diciť honoris exhibitio. Debet vtiq; filius honorare mr̃em quantũ põt. quoniã vt inquit Hiero. parentibus nemo põt reddere quod teneť. Sed xp̃s potuit honorare mr̃em illam preſeruando ab originali culpa. igiť debuit ita facere. Sexta rõ diciť grẽ completio. Fuit equidẽ in virgine tanta grẽ plenitudo: quantã capere potuit aliqua pura creatura. Ideo angelus eam dixit plenã gratia. Luc. i. Et Hiero. in ſermone ad Paulã ⁊ Euſtochiũ inquit. Ceteris per partes preſtatur: marie vero totaꝫ ſe infudit gratie plenitudo. Quare pro nullo inſtanti defecit illi gratia. quod tamen non fuiſſet ſi ad modicũ originalis culpa habitaſſet in anima eius. Item vt inquit Franciſcus. Ip̃a fuit virgo virginũ: ſi cõtraxiſſet originale virginitas eius fuiſſet diminuta. Nã virginitas angelorum que ſpiritualis eſt. de qua Hierony. dicit. Semper eſt angelis cognata virginitas: eſt maior virginitate corporali. Et ideo ſi fuiſſet virginitas anime marie per originale corrupta non eſſet par cum virginitate angelica.

Septima ratio diciť diuina reuelatio. Cepit nanq; celebrari feſtũ conceptionis virginis marie reuelatione dei. Nã vt ſcribit Anſelmus cantuarienſis. dum quidaꝫ venerabilis abbas Remenſis cenobij Helſinus nomine: miſſus fuiſſet a Guilhelmo angloꝝ rege in daciam: dũ peractis que ſibi cõmiſſa fuerant: ad angliam redire cuperet: ingreſſus eſt mare: vbi poſtq̃ꝫ per ſpaciuꝫ proſpere nauigauit: vt ſolet eſſe: tempeſtas valida cepit nauigantes terrere. Fatigatis igitur nautis nec vltra valentibus ſe iuuare: remis fractis: funibus ruptis: cadentibus velis: ſpes ſalutis amittitur: ⁊ nihil ſibi niſi ſubmerſionis iudicium expectatur. Cumq; eſſent de corporum ſalute deſperati: curam ſolummodo animarum creatori ſuo magnis clamoribus commendarent: ⁊ beatã genitricẽ dei mariã mr̃em miſeroꝝ in ſuũ auxiliũ inuocarent: conſpiciunt quendaꝫ venerande habitudinis virũ pontificali infula decoratũ ſtantem proximũ naui. Qui aduocans ad ſe abbatẽ Helſinum: his verbis alloquicepit eum. Uis periculuꝫ maris euadere? Uis in patriam tuam ſanus redire? Cũq; cũ fletu id ſolum deſiderare dixiſſet: tunc ille ait. Scias me a domina noſtra dei genitrice ad te miſſum: vt ſi meis dictis obtemperare volueris: ſaluus cum comitantibus ad portum deuenies. Spopondit ille ſe facturum omnia. Cui vir ille. Promitte mihi ꝙ diẽ conceptionis matris xp̃i ſolenniter celebrabis: ⁊ celebrandũ predicabis. At Helſinus. Et quo inquit die feſtum iſtud erit mihi celebrandum. Sexto ait idus decembris. vteriſq; officio natiuitatis: excepto ꝙ nomẽ natiuitatis mutabis in nomen cõceptionis. His dictis ille diſparuit. Et ſedata tempeſtate abbas cum reliquis applicuit ad littus. Et que viderat quibus potuit notificauit. Statuitq; in Remenſi cenobio ipſum feſtum celebrari. Sic paulatim excreſcere cepit deuotio xp̃ianoꝝ ad conceptionẽ virginis excolendã: que tamen temporibus iſtis vt apparet vbiq; terrarum ab omnibus preconizatur. Omnes clerici: om̃s religioſi de concepta virgine feſtiue officium dicunt. At ⁊ Sixtus quartus pontifex maximus per ſuas litteras ad perpetuã rei memoriam: ſtatuit vt per totã octauã huius conceptionis officiũ protendatur. concedens eandẽ indulgentiã oĩbus qui miſſe ⁊ horis canonicis adeſſe curauerint: que cõcediť ꝓ feſto ⁊ octaua corpis xp̃i. Planũ iam eſt ꝙ hec opinio ſecunda indies roboratur ⁊ proficit ⁊ magis videtur fore conſona pietati. Et ſm̃ ſententiam Hoſtiẽſis alioꝝq; doctoꝝ. Qñ ſunt diuerſa iura ⁊ opiniones non contra deũ nec

cōtra bonos mores: humanior ſententia eſt pferenda ceteris paribus. extra de tranſac. ca. ſi. vbi gloſa ſuper verbo humaniorē. Proniores inquit eſſe debemus ad ſoluendū ꝙ ad cōdemnandū: vt. j. in. c. ex litteris. de pba. ⁊. ff. de accuſa. ⁊ obligatio. l. arrianus. Nec tamē vt ex dictis colligi pōt feſtum cōceptionis refertur ad tranſfuſionē ſeminis: de quo fuit formatum corpus virginis: que dicit̄ prima cōceptio hominis. q2 licet fuerit ſine peccato parentū virginis: fuit tamen cum feditate ⁊ deordinatione nature. vt refert dn̄s Beltrādus cardinalis in expoſitione epiſtole ſexte ferie quattuor tempoꝝ de aduentu. Sed feſtum illō ordinatur ad ſcdam cōceptionē: ſm quā virgo fuit cōcepta: ⁊ in eſſe naturali humano ⁊ in eſſe ſpirituali gratioſo. i. in animatione illius benedicti corporis: que fuit diu poſt primam cōceptionem forſan octogeſimo die. Nam dicit̄ ꝙ corpus maſculi animat̄ quadrageſimo die: femine vero octogeſimo. Et hoc modo ſi fuit de peccato originali pſeruata: de iſta cōceptione ſecūdo modo ſumpta facimus ad virginis laudem feſtū: referentes gratias omnipotenti deo qui aduocatam noſtrā tanto priuilegio decorauit. Si autem peccatū originale cōtraxit: a quo tamen per ſanctificationē mūdata anteꝙ nata: tunc feſtū ſub noīe cōceptionis ad ipſam ſanctificationē refert̄. Ut vero iam finē dicendi faciamus conemur virginem affectiōe ſingulariſſima: ⁊ reuerētia qua poſſumus ꝓſequi. vt ſic mereamur ipſa interueniēte ſui filij grām acquirere: ⁊ gloriā celeſtem tandē letanter ingredi. Amē.

De ſancta nobili ⁊ digna natiuitate virginis glorioſe. Sermo II

Egredietur virga de radice ieſſe ⁊ flos de radice eius aſcendet.

Eſaie ꝓphete verba ſunt iſta. c. xi. Dum recolitur memoria natiuitatis virginis glorioſe debet humana mens in magnam leticiam ꝓſilire. Nam eccleſia legit ſermonē ſancti Auguſtini ſic dicētis. Adeſt nob dilectiſſimi optatus dies beate ac venerabilis ſemp virginis marie. Ideo cū ſumma exultatione gaudeat terra noſtra tāte virginis illuſtrata natali. Hec em̄ eſt flos campi de qua ortum eſt pcioſum lilium cōuallium: per cuius partū natura mutat̄ ꝓthoplaſtorum quo deletur ⁊ culpa. Et in antiphona dicit̄. Cum iocūditate natiuitatem beate marie celebremus: vt ipſa ꝓ nobis intercedat ad dn̄m ieſum chriſtum. Propterea vt ad natiuitatis huius pconia extollēda incitemur: in hoc ſermone de ipſa naſcente virgine verba faciemus: que deſignatur noīe virge ab eſaia ꝓpheta in verbis aſſumptis ꝓ themate. Predixit quippe eſaias virginē ex ꝓgenie Dauid oriundam: deſignatam noīe virge que fuit rectiſſima ſine aliqua curuatione ad inania bona ⁊ tranſitoria mūdi. Fuit etiam pleniſſima: q2 in ea fuit omne foliū ſanctoꝝ ſermonū: ⁊ oēs fructus ſanctarū operationū. ⁊ oīs flos ſanctarū ꝟtutū: quinimo ex ipſa ꝓdijt flos floꝝ ⁊ fructus fructuū: bn̄dictus ieſus filius eius ⁊ dei. Et ꝙ hec ꝓphetia ſit dicta de xp̄o pz per tranſlationē chaldaicā que in hoc loco ſic habet. Exurget rex de filijs yſai: ⁊ meſſias de filijs filioꝝ eius. Igitur de ipſa naſcente virgine tria myſteria cōtemplemur.

Primū ſanctitatis. Fuit iſta natiuitas ſancta nobilis ⁊ digna.
Scdm nobilitatis.
Tertiū dignitatis.

Qd beata virgo fuit in vtero matris ſanctificata: ex qua ſanctificatione fomes in ea nullum actū habuit ⁊ ab omni peccato pſeruata. Caplm I

Primo cōtemplemur ꝟginis naſcentis ſanctitatē. Fuit nāqz ante ſancta ꝙ ex vtero nata. Et licz hoc nō tradat̄ in ſcriptura ſacra expſſe: veruntm̄ vt dicit ſanctus Tho. iij. pte. q. xxvij. rōnabiliter id credimus: q2 m̄ illa que genuit vnigenitum a patre plenū gratie ⁊ veritatis: p̄ omnibus alijs maiora gratie priuilegia debuit accipere. Inuenimus autē quibuſdam alijs hoc fuiſſe ꝯceſſum vt in vtero ſanctificarent̄. ergo ⁊ virgini non fuit negatū. Dictū nanqz fuit hieremie. ſicut pz eiuſdē. i. c. Anteꝙ exires de vulua ſanctificaui te. ⁊ de Iohe baptiſta dixit angel9 Luc. i. c. Spūſctō replebit̄ adhuc ex vtero mr̄is ſue. Sz in hoc loco tres difficultates ſe offerūt.

Prima vtrum beata virgo fuit ſanctificata ante animationem.

Secūda: vtrum fuit mundata ab infectione fomitis.

Tertia: vtrū per ſanctificationē in vtero fuit pſeruata ab oī peccato.

Pro prime difficultatis declaratiōe: rn̄det ſctūs Tho. vbi. ſ. ꝙ ſanctificatio de qua loquimur nō eſt niſi emundatio ab originali pctō. Sanctitas em̄ eſt pfecta mūdicia. vt dic̄ Dionyſius. xij. c. de diuinis no. Culpa aūt nō pōt emūdari niſi ꝑ grām cuius ſolū eſt ſola creatura rōnalis. Et iō ante infuſionē aīe rōnalis

beata virgo ſanctificata nō fuit. Et hoc figuratū fuit per ſanctificationē tabernaculi. Exo. vlti. c. de quo dr. Poſtꝙ cuncta perfecta ſunt: operuit nubes tabernaculū teſtimonij: ⁊ gloria dn̄i impleuit illud. Tabernaculum virginem ſignificat: de qua dicit̄ in ps. Sanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus. que ſanctificata fuit poſtꝙ cuncta eius perfecta ſunt. ſcz corpus ⁊ aīa: vel in ipſa aīatiōe ſi fuerit ab originali pſeruata: vel ſtatim poſt ipſam aīationē ſi originale cōtraxit. Et ſi obijceret̄ ꝙ alij ſanctificati ſunt ante animationē. ergo et virgo. Nam Hieremie dictū fuit. Priuſꝙ te formarē in vtero noui te. Hiere. i. Non autēz infundit̄ anima ante corpis formationē. Similiter etiā de Iohanne baptiſta dicit Ambroſius ſup Lucam. ꝙ nōdum inerat ei ſpiritus vite: ⁊ iam inerat ei ſpūs gratie. Ad hoc reſpondet ſctūs Tho. ꝙ dn̄s dicit ante formationem in vtero Hieremiam nouiſſe noticia pdeſtinationis. ſed ſanctificaſſe ſe dicit eum non ante formationē: ſed anteꝙ exiret de ventre. De beato inſup Iohanne baptiſta nō eſt intelligendū ſm ꝙ ſpūs vite dicit̄ anima viuificans: ſ ſm ꝙ ſpūs dr aer exterius reſpiratus. Uel pōt dici ꝙ nōdum inerat ei ſpūs vite. i. anima ꝗtum ad manifeſtas ⁊ cōpletas operationes ipſius. Secūda difficultas erat an beata virgo mundata fuit ab infectiōe fomitis. Et ad hoc inueſtigandū ſequamur ſanctū Tho. qui ait. ꝙ circa hoc ſunt diuerſe opiniones. Quidam em̄ dixerūt ꝙ in ipſa ſanctificatione beate virginis qua fuit ſanctificata in vtero: totaliter fuit ei fomes ſubtractus. Quidam vero dicūt ꝙ remanſit fomes ꝗtum ad hoc ꝙ facit difficultatē ad bonū: ſublatus tamen fuit ꝗtum ad hoc ꝙ facit ꝓnitatem ad malū. Alij vero tenent ꝙ ſublatus fuit fomes ꝗtum pertinet ad corruptionē pſone: put impellit ad malū ⁊ difficultatē facit ad bonum. Remanſit tamen inꝗtū pertinet ad corruptionem nature put. ſ. eſt cauſa traducēdi originale peccatū in ꝓlem. Nōnulli vero affirmāt ꝙ in prima ſanctificatione remanſit fomes ſm eſſentiā ſed ligatus fuit. i. in ipſa autem cōceptione filij dei fuit totaliter ſublatus. Ad horū autem intellectū oportet ꝯſiderare ꝙ fomes nihil eſt aliud ꝙ inordinata cōcupiſcentia ſenſualis appetitus habitualis tamen: q2 actualis cōcupiſcentia eſt motus peccati. Dicit̄ autem cōcupiſcentia ſenſualitatis eſſe inordinata inꝗtū repugnat rationi. qd quidē ſit inꝗtum inclinat ad malū vel difficultatē facit ad bonū. Et adeo ad ipſam rōnem fomitis pertinet ꝙ inclinet ad malū vel difficultatem faciat in bono. Unde ponere ꝙ remanſit fomes in beata virgine nō inclinans ad malum: eſt ponere duo oppoſita ſimul. Similiter nō eſt intelligibile ꝙ remanſit fomes inꝗtū pertinet ad corruptionē nature: ⁊ nō inꝗtū pertinet ad corruptionē perſone. Reſtat ergo vt dicamus ꝙ vel totaliter fomes fuerit ab ea ſublatus per primā ſanctificationē. vel ꝙ fuerit ligatus. Poſſet tn̄ quis dicere ꝙ totaliter fomes fuit ſublatus hoc mō. ꝙ cōceſſum fuit aīe beate virginis ex abundantia grē deſcēdētis in ipſam: vt talis eſſet diſpoſitio viriū aīe ꝙ inferiores vires nunꝙ mouerent̄ ſine arbitrio rationis. ſicut dictū eſt fuiſſe in xp̄o: quē cōſtat peccati fomitē nō habuiſſe. Et ſicut fuit in Adam ante peccatū per originalē iuſticiā. Itaqz ꝗtum ad hoc grā ſanctificationis in ꝟgine habuit vim originalis iuſticie. Et ꝗuis hec poſitio ad dignitatē virginis matris pertinere videat̄: derogat tn̄ in aliquo dignitati xp̄i: abſqz cuius virtute nullus a prima damnatione liberatus eſt: ꝗuis per fidē xp̄i aliqui ante eius incarnationē ſint ſm ſpūm ab illa damnatione liberati: tamen ꝙ ſm carnē aliquis ab illa damnatiōe liberetur: nō videt̄ fieri debuiſſe: niſi poſt incarnationē eius: in qua primo debuit immunitas damnatiōis apparere. Et ideo ſicut ante immortalitatē carnis xp̄i reſurgentis: nullus adeptus fuit carnis imortalitatē: ita incōueniēs etiā videt̄ dicere ꝙ ante carnem xp̄i in qua nullū fuit peccatū: caro ꝟginis matris eius: vel cuiuſcūqz alterius fuerit abſqz fomite: qui dr lex carnis ſiue mēbroꝝ. Et ideo melius videt̄ dicendū ꝙ per ſanctificationē in vtero nō fuerit ſublatus ꝟgini fomes ſm eſſentiā: ſed remanſit ligatus nō quidē ꝑ actū rōnis ſue ſicut fuit i viris ſanctis: q2 nō ſtatim habuit vſum liberi arbitrij adhuc in ventre matris exiſtēs. hoc em̄ ſpāle priuilegiū fuit xp̄i: ſed per grām abundantē: quā in ſanctificatiōe receperat: ⁊ etiā pfectius ꝑ diuinā ꝓuidentiā: ſenſualitatē eius ab omni motu inordinato ꝓhibentē. Poſtmodū vero in ipſa ꝯceptione carnis xp̄i: in qua primo debuit refulgere peccati immunitas: credēdū eſt ꝙ ex ꝓle redūdauerit in mr̄em totaliter a fomite ſubtractio. Et hoc ſignificat̄ Ezech. xliij. c. vbi dr. Ecce gloria dei iſrl' ingrediebat̄ per viā orientalē. i. per beatā ꝟginē. ⁊ terra. i. caro ipſius ꝟginis ſplēdebat a maieſtate ei9. i. xp̄i. Si aūt inſtaret aliqs ꝙ apl's. ij. ad Co

ritholos.xij.ait. Uirtus in infirmitate pficif,
τ loquif de infirmitate fomitis ſm quã pa
tiebaf ſtimulũ carnis. Sed nihil quod ptinet
ad pfectionẽ ꝟtutis fuit beate ꝟgini ſubtra
hendum: ergo neqꝫ fomes. Rñdetur ꝙ infir
mitas carnis ad fomitẽ ptinens eſt quidẽ in
ſanctis viris pfecte ꝟtutis occaſio: nõ tamẽ
cauſa ſine qua pfectio haberi nõ poſſit. Suffi
cit autẽ in beata ꝟgine ponere pfectã ꝟtutes
τ abundantiã gratie. Nec in ea opꝫ ponere
vẽm occaſionẽ pfectiõis. Tertia difficultas
amouẽda erat, vtrũ p ſanctificationẽ in vte
ro fuit virgo pſeruata ab omni pctõ actuali.
Et de hoc ſic loquif ſanct⁹ Tho. ꝙ illos quos
deus ad aliquid eligit: ita pparat τ diſponit:
vt ad id ad quod eliguntur inueniant idonei.
Beata igif ꝟgo fuit electa diuinitus vt eſſet
mater dei. Et ideo nõ eſt dubitãdũ quin de⁹
p ſuam grãm eam ad hoc idoneam reddidit
ſm ꝙ angelus ad eam dixit, Inuenisti grãm
apud dñm. Ecce concipies τc. Nõ aũt fuiſſet
idonea mr dei ſi peccaſſet aliqñ. Tũ qꝛ honor
parentũ redũdat in plẽ, ſm illud Prou.xvij
Gloria filioꝝ patres eoꝝ. Unde etiã p oppo
ſitum ignominia matris ad filiũ redũdaſſet.
Tum etiã qꝛ ſingularẽ affinitatẽ habuit ad
xpm qui ab ea carnẽ accepit. Tũ qꝛ ſingulari
modo dei filius q̃ eſt dei ſapia in ipa hitauit:
nõ ſolum in aĩa, ſed etiã in corpore ſiue vtero
Dicif aũt Sap.i. In maliuolã animã non in
troibit ſapia, nec habitabit in corpe ſubdito
peccatis. Et ideo ſimplr fatendum eſt ꝙ bea
ta virgo nullum actuale peccatum commiſit:
nec mortale nec veniale: vt impleaf quod dr
Cant.iiij. Tota pulchra es amica mea τ ma
cula non eſt in te.

De nobilitate virginis glioſe deſcripta ab
euãgeliſta mattheo. τ ↄcordia matthei τ luce
in huius deſcriptione. Capl'm II

S Ecũdo cõtemplemur ꝟginis naſcẽ
tis nobilitatẽ. Ipſa q̃ppe fuit nobili
us indiuiduũ oĩbus indiuiduis q̃ in
humana natura fuerũt aut potuerint gñari.
Et quidẽ mattheus.i.cap. deſcribit eã natã
de.xiiij. patriarchis: de.xiiij. regib⁹: τ de.xiiij.
ducibus. Ex q̃ cũ ipa ſit vera mr xpi. τ xpus
ſit eius verus fili⁹: oĩs nobilitas xpi ſm car
nem ortũ habuit a ꝟgine bñdicta. Et cũ ipſe
ſit vltimus rex: vltim⁹ dux: τ vltim⁹ patriar
cha ppli iudaici: hoc totum habuit a virgine
bñdicta. Quia igif oẽs pclaritates: ingenui
tates: pfecturas: dignitates τ nobilitates: q̃
poſſent eſſe in aliquo indiuiduo humano ſm
originem ſanguinis, deſcribunt euãgeliſte in
hac puella. Opꝫ nos eoꝝ teſtimonio eam pre
ferre oĩbus pncipibus τ pncipiſſis: regibus
τ reginis: impatoribus τ impatricibus: et oĩ
bus ptãtibus tribubus τ linguis. Eccl'ia ꝟo
ſancta dei omnia iſta conſiderans in officijs
ita illam extollit. Natiuitas inq̃t glioſe virgi
nis marie ex ſemine abrahe orta de tribu iuda
clara ex ſtirpe dauid. Et iterũ. Regali ex pro
genie maria exorta refulget. Sed hic tria ori
unf dubia declaranda.

Primũ, vtrũ matthe⁹ potuit genealogiã
chriſti deſcribere.

Scdm. vtrũ ex deſcriptiõe hmõi genealo
gie nobilitas ꝟginis demonſtref.

Tertiũ. vtrũ eadẽ ſit deſcriptio genealogie
xpi facta p mattheũ q̃ τ p lucam.

Ad pmũ dubiũ poſſet q̃s arguere ꝙ mat
theus nequiuerit deſcribere genealogiã xpi:
ſiue ꝟginis matris. Primo quia Eſa.liij. dr:
Generationẽ eius quis enarrabit? Inſup vt
ex ioſephi dictis colligimus in.xvij. antiqui
tatum libro. Et Beda illud refert in ſua chro
nica. Cum oẽs generationes hebreorum in
archiuis templi ſecretioribus ſeruarenf. He
rodes alienigena oẽs iuſſit incendi: vt ſic ſua
ignobilitas iudeis minus cõtemptibilis eẽt.
Quomodo igif mattheus elapſis iam annis
ferme quadraginta a deletione huiuſmodi li
broꝝ: euangeliũ ſcribens potuit hãc genea
logiam agnoſcere. Ad quod reſpondemus
τ pmo ad illud eſaie cũ Hieronymo in omel.
ſic dicente. In Eſaia legimus generationem
eius quis enarrabit? Non ergo putem⁹ euan
geliſtam prophete eſſe contrarium: vt quod
ille impoſſibile dixit affatu hic narrare incipi
at: quia ibi de generatõne diuinitatis, hic de
incarnationis eſt dictũ. Uerũtamen ꝯ iſtam
reſponſionẽ plerıqꝫ inducunt ſententiam leo
nis pape in ſermone de natiuitate chriſti vbi
ait. In domino noſtro ieſu xpo non ſolum ad
diuinã: ſed etiam humanam ſpectat naturã
quod dictum eſt per pphetã. Generationem
eius quis enarrabit? Igif nec generatio tem
poralis xpi ſm carnem eſt explicabilis. Ad h'
rñdemus ex doctrina ſancti Tho.iij. parte.q.
xxxi. ꝙ ꝟba iſta intelliguntur de modo icarna
tionis q̃ ineffabilis eſt: qđ ex ꝟbis ſequẽtib⁹
ipſius leonis pape concludif, inq̃t em. Utrã
qꝫ em naturã in vnã cõueniſſe pſonã niſi fi
des credat ſermo non explicat. Ad aliud ꝟo
quod obiectũ eſt de combuſtione libroꝝ in
quibus deſcripta erat origo nobilis iudeoꝝ

Rñdet Nicolaus de lira ſuper Mattheum. ꝙ
Mattheus habuit per reuelationẽ qđ nõ ha
buit per ſcripturã. Unde apoſtoli τ euãgeliſte
non minus fuerunt illuminati: immo magis de
myſterijs xpi q̃ patriarche τ antiqui pphete
Quidã tñ dicunt ꝙ nõ oẽs illi libri cõbuſti fu
erunt: cũ τ domi cõſeruarentur a multis. Eti
am τ aliqui memorie mandauerãt q̃ de hmõi
nobilitate didicerãt a pauis. Nã τ ſi Eſdras
ſcriba vt Iſidorus narrat in.vi. etymologiaꝝ
libro, incenſam legẽ a chaldeis dum iudei re
greſſi fuiſſent in hieruſalẽ diuino afflatus ſpi
ritu reparauit: cunctaqꝫ legis ac pphetarum
volumina que fuerũt a gẽtibus corrupta cor
rexit: q̃nto magis potuit Mattheus xpi gene
ratione retexere: qui ſpũm. ſ. cũ alijs aplis in
linguis igneis deſcendentẽ accepit. Ad ſe
cundũ dubiũ rñdet Nico. de lira, ꝙ q̃uis Io
ſeph nõ fuerit pater ieſu: tñ beatiſſima ꝟgo et
Ioſeph fuerũt ex eadẽ tribu: qꝛ mulier nõ po
terat nubere cũ viro alterius tribus qñ ad ip
ſam pertinebat hereditas paterna, vt pꝫ Nu
men.xxxvi. Beata autẽ ꝟgo Maria fuit vni
ca Ioachim patri ſuo, τ ideo cogebaf ex lege
viro ſue tribus nubere, ppter hoc etiã iuit cũ
Ioſeph in bethleem ciuitatẽ dauid: vt pfitere
tur cũ eo. vt ſcribif Luce.ij.c. Tertiũ dubiũ
fuit. vtrũ ſit eadẽ deſcriptio xpi facta p matthe
um q̃ per Lucã. Et videf ꝙ ſit diuerſa. Nam
Mattheus dicit ꝙ Iacob genuit Ioſeph vi
rũ Marie. Lucas aũt dicit Ioſeph eſſe filiũ
Heli. vt pꝫ.iij.c. Ad hoc rñdet Aug⁹. li. de
cõſenſu euangeliſtarũ dicens, Tres cauſe oc
currunt quarũ aliquã euangeliſta ſecutus eſt
Aut em̃ vnus euãgeliſta patrẽ Ioſeph a quo
genitus eſt noĩauit, Alter vero vel auũ mater
nũ vel aliquẽ de cognatis maioribus poſuit.
Aut vnus erat Ioſeph nãlis pr̃, Alter eũ ado
ptauerat. Aut more iudeoꝝ cũ ſine filijs vn⁹
deceſſiſſet: eius vxorẽ ppinquus accipiẽs: fili
um quẽ genuit ppiquo mortuo deputauit. qđ
eſt quoddã genus adoptionis legalis. Et hec
vltima cauſa eſt ꝟior ſm ſctm̃ Tho.iij. pte.q.
xxxi. quã etiã Hiero. ſup Mattheũ ponit. Et
Euſebius ceſarienſis i eccleſiaſtica hiſtoria ab
africano hiſtoriographo traditũ aſſerit, dicũt
em̃ ꝙ mathan τ mathath diuerſis tpibus de
vna eadẽqꝫ vxore Eſta noĩe filios pcrearũt
de mathan natus eſt Iacob, de mathath Heli
ita ꝙ Heli τ Iacob fuerũt fratres vterini: ſed
de duobus fratribus a Dauid diuerſimode de
ſcendẽtibus. Heli autẽ accepta vxore mortu
us eſt ſine ſemine. Et ideo Iacob frater eius
accepit vxorẽ fratris ſui vt ei ſuſcitaret ſemẽ
et genuit Ioſeph, ita ꝙ Ioſeph fuit filius na
turalis ipſius Iacob. Et ſic accepit eũ in gene
alogia mattheus. Et fuit filius legalis Heli.
et ſic accepit eũ Lucas. Nam filius qui mõ di
cto naſcebaf ſm naturã erat filius generãtis
ſm autẽ legẽ erat filius defuncti. Idẽ etiã di
cit Iohes Damaſcenus li.iiij.c.vi. Quare nõ
eſt mirandũ ſi aliter xpi genealogiam ſcribit
Mattheus q̃ Lucas cũ vterqꝫ pferat veri
tatẽ. Nam etſi multa noĩa vel alia dicat Lu
cas q̃ tacet Mattheus: illud eſt ſm Auguſti
num de cõſenſu euangeliſtarũ, qꝛ Mattheus
in xpo regiã inſtituerat inſinuare pſonã, Lu
cas aũt ſacerdotalẽ. Ex quo Mattheus expli
cat illos qui regia corona fuerũt decorati, Lu
cas alios q̃bus dignitas ſacerdotalis fuit cõ
ceſſa. Mattheus poſuit carnales patres: Lu
cas poſuit patres ſpũales. ſ. iuſtos viros q̃ di
cunf patres ppter ſimilitudinẽ honeſtatis.
Mattheus deſcribit genealogiã xpi deſcẽden
do a Dauid τ Abraam vſqꝫ ad Ioſeph. ex eo
ꝙ deſcripſit aſſumptionẽ noſtre humanitatis
a deo, Lucas aũt pgreſſus eſt aſcendẽdo a Io
ſeph vſqꝫ ad deũ: qꝛ deſcripſit redemptionẽ no
ſtram in deum que fit per grãm adoptionis.

Sed adhuc poſt oĩa iſta in dubiũ vertitur
animus, qm̃ vt Hiero. inquit ſup Danielem,
Proaui oẽs τ maiores patres dicunf. Cũ igi
tur in generatõe xpi multi fuerint patriarche
et plures reges: q̃re tm̃ filius Dauid τ Abraã
nuncupaf. Ad qđ rñdet Hiero. in omelia di
cens, Ideo aũt ceteris pt̃ermiſſis hoꝝ filium
nuncupauit: qꝛ ad hos tm̃ facta eſt de xpo re
promiſſio. Ad Abraã inq̃t. In ſemine tuo be
nedicenf oẽs gentes. Ad Dauid, de fructu vẽ
tris tui ponã ſup ſedẽ tuã. Dauid ꝗ fuit pnci
palis inť reges, Abraã inter pñarchas, Abra
am fuit pmus q̃ fidẽ vni⁹ dei publice cõfeſſus
eſt. Et in ſignũ huius accepit circunciſionẽ: q̃
fuit ſignũ diſtinguẽs fideles ab infidelibus.
Dauid autẽ fuit primus rex electus a deo ſm
voluntatẽ dñi ad fidelẽ populũ regendũ. Uñ
dicif primi Regũ.c.xiij. Queſiuit dñs virum
iuxta cor ſuũ. Saul autẽ licet primo fuerit ele
ctus a dño: hoc tamen nõ fuit ſm cor dñi: ſed
ſm exauditionẽ populi. Propterea dixit deus
ſamueli. Audi vocẽ populi. ſ. petentis regem.
Et ob hãc cauſam Mattheus noĩat ipſum ſo
lum regem: cũ dicit, Ieſſe autẽ genuit Dauid
regem. Dauid autẽ rex genuit Salomonẽ: cũ
tamẽ τ Salomon rex fuerit: τ Roboã τ Ma
naſſes τ Ioſaphat: τ Ezechias τ reliqui. Pre

ponitur vero dauid ipſi Abraā lȝ fuerit tpe ꝑo ſterioꝛ ꝓpter eminentiā regie dignitatis.

Qđ natiuitas virgis fuit digna rōne bonitatꝫ parētū qbꝰ fuit ꝑ āgelū nūciata. C. III

t Ertio cōtemplemur virginis naſcē tis dignitatē. Fuit eqꝫdez natiuitas eius digniſſima triplici rōne.

Primo rōne parētalis ꝯditiōis

Scđo rōne angelice nūciatiōis

Tertio rōne diuine reuelationis.

Primo apparet dignitas natiuitatis virginis benedicte rōne parentalis ꝯditionis. Habuit nanqꝫ parentes honeſtiſſimos τ timentes deū. Joachim τ Annā. Joachim quidem ex galilea τ ciuitate nazareth: ſanctā Annam ex bethleē duxit vxoꝛē. Ambo autē iuſti erant τ ſine reprehenſione in oībus mandatꝭ dñi incedebant: oēmqꝫ ſuā ſubſtantiā tripharie diuidebāt. Unā partē templo τ templi ſeruitoꝛibus impendebāt: aliā peregrinis τ pauperibus erogabant. τ tertiā ſuis vſibus ꝓ ſeſe ſuaqꝫ familia reſeruabant. Et ita per annos viginti plem non habentes: vouerunt dño ꝙ ſi eis ſobolē concederet: eā ſeruitio dñi mancipaent. Cuius rei grā cū ſingulis annis in tribus feſtis pꝛecipuis hierl'm frequentarēt. In feſto enceniozum Joachim cū ſuis hierl'm aſcendit: τ cū ceteris ad altare accedens oblationē ſuā offerre voluit. Quē vidēs ſacerdos cū indignatione nimia repulit. τ cū ad altare accedere pꝛeſumeret increpauit: aſſerens non eſſe cōueniens maledicto regis obnoxiū oblationem dño legis offerre: nec inter fecundos infecundū τ qui ppl'm dei non auxit aſtare. Joachim ergo ſic confuſum ſe videns pꝛe pudoꝛe domū redire noluit: ne ſimil'r a cōtribulibus ſuis qui hoc audierant tantū oppꝛobꝛiū ſuſtineret. itaqꝫ ad ſuos paſtoꝛes ſeceſſit. Scđo apparet dignitas natiuitatis virginis rōne angelice nunciationis. Fuit nanqꝫ ab angelo Joachim τ Anne modo qui ſeqꝫtur annunciata. Ut eñ ſcribit in legenda natiuitatis. Cū Joachim aliqꝫdiu cū ſuis paſtoꝛibus moꝛā traxiſſet: quadā die ei ſoli angelꝰ cū ingenti claritate apparuit: τ de eius viſiōe turbatū ne timeret admonuit dicens. Ego ſū angelus dñi miſſus ad te: vt annunciē tibi ꝑ ces tuas exauditas eſſe: τ elemoſynas in conſpectu dñi aſcendiſſe. Uidi eñ pudoꝛē tuū: τ audiui ſterilitatis oppꝛobꝛium non recte tibi obiectum. peccati quippe non nature vltoꝛ eſt deus. Et ideo cū alicuius vterū claudit: ad hoc facit vt mirabilius denuo aperiat: τ non libidinis eſſe quod naſcitur: ſed diuini foꝛe muneris cognoſcat. Pꝛima gentis veſtre mater ſara nonne vſqꝫ ad nonageſimū annū ſterilitatis oppꝛobꝛiū pertulit: τ tñ yſaac cui repꝛomiſſa erat oīm gentiū benedictio generauit. Rachel etiā nonne diu ſterilis fuit: τ tñ Joſeph genuit qui totius egypti dñium habuit. Quis foꝛtioꝛ ſanſone: vel ſanctioꝛ ſamuele: τ tñ hi ambo matres ſteriles habuerūt. Rōni igit τ exemplis crede dilatos diu conceptus τ ſteriles partꝰ: mirabilioꝛes eſſe ſolere. Proinde Anna vxoꝛ tua pariet tibi filiam: τ vocabis nomē eius mariā. hec vt vouiſtis erit ab infantia dño ꝯſecrata: τ adhuc ex vtero mřis ſue ſpūſctō plena. nec foꝛinſecus inter populares ſed in templo dñi ſemꝑ moꝛabit. Et ſicut ex ſterili matre ipa naſcet ita mirabilit' ex ea filius altiſſimi generabit. cuius nomē erit ieſus τ per eū omnibꝰ gentibꝰ erit ſalus. Et tibi hoc ſignū. cū perueneris ad aureā hieroſolyme poꝛtā: Annā vxoꝛē tuā obuiā habebis: q de tua tardatione modo ſollicita: tunc in tuo cōſpectu gaudebit. His dictis angelus ab eo diſceſſit. Anna aūt cū amare fleret τ quonam vir ſuus iuiſſet ignoꝛaret: idē angelus ſibi apparuit: τ eadē que viro annunciauerat patefecit. addens ꝙ ꝓ ſigno hierl'm ad aureā poꝛtam pergeret: τ ibidē viro ſuo redeunti obuiaret. Igit iuxta angeli pꝛeceptuȝ ambo ſibijnuicē obuiantes de mutua viſione letati τ de ꝓle ꝓmiſſa ſecuri: adoꝛato dño redierunt diuinū ꝓmiſſum hilarit' expectantes. Anna ergo cōcepit τ filiā ſuo tpe peperit que vocata fuit maria. Tertio apparet dignitas natiuitatꝭ virginis rōne reuelatiōis diuine. Poſtqꝫ eñ in celū aſſumpta fuit dies natiuitatis eiꝰ aliquanto tpe fideles latuit. Contigit ergo vt refert Johēs beleth ꝙ quidā vir ſanctus ſedule cōtemplationi inſiſtens ſingulis annis ſexto idus ſeptembꝛis in oꝛōne poſitꝰ: iocūdiſſimā angeloꝝ ſolennitatē audiret in celo. Cūqꝫ deuotiſſime ſibi reuelari peteret cur quolibet anno illa tñ die τ non alia hoc audiret: diuinuȝ accepit reſponſum: ꝙ virgo gl'ioſa maria tali die mūdo fuiſſet nata. Et ideo hoc manifeſtaret filijs ſancte eccl'ie: vt cōcoꝛdes fierent in hac celebꝛitate celeſti curie. Cū vero hoc ſummo pontifici τ alijs intimaſſet: hunc diē in honorem natiuitatis virginis celebꝛandū vniuerſaliter ſtatuere. Gaudeamꝰ igit τ exultemus de tot ampliſſimis nobis oībꝰ collatis donis. Nā virgo que nata eſt ſalutē attulit mundo. Et vt inqꝫt Aug. in [illegible]. pꝛeciſum eſt in ea

illud Eue infelicitatis elogiū. de quo dicit. In triſticia paries filios: quia iſta in leticia dñm parturiuit. Eua eñ luxit: iſta exultauit. Eua lachꝛymas: maria gaudiū in ventre poꝛtauit. quia illa peccatoꝛē: iſta edidit innocentē. Et iterū in eodē ſermone. Benedicta tu in mulieribus que vitā τ viris τ mulieribꝰ peperiſti. Mater generis noſtri penā intulit mundo. genitrix dei noſtri ſalutem attulit mundo. Auctrix pcti eua: auctrix meriti maria. Eua occidendo obfuit: maria viuificando ꝓfuit. Percuſſit illa: ſanauit iſta. que ſimul cū filio collaudetur in eternū τ in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

In feſto annunciationis virginis marie.

Sermo III

n Etimeas maria: inueniſti eñ grām apud deū. Luc. i.

Sacratiſſime ſolennitatꝭ hodierne pꝛeconia digna laude ingenioli paruitatē deterrent: τ inde oꝛitur difficultas fandi vbi adeſt rō non tacendi. Quia oēs huius ſeculi hoīes virginē deū τ hoīem in vtero ſuo recipientē in hac die pꝛecipua reuerentia extollere debent. Quāobꝛē τ loqꝫ difficile. τ tacere videtur ingratū. Uerūtñ (ſicut poſſumus) in meritis beatiſſime dñe conſiderantes ſacratiſſime annūcationis ſue myſteria enarremus. ſi quid ibi fuerit in dicendo diminutū: cōpatietur ipa fragilitati noſtre. Audacter itaqꝫ ad noſtrā deuotionē circa huius diei ſolennitatē dirigimus ſermoneȝ. Hec ſiquidē dies eſt in qua ꝓ humani generis ſalute dei filius virginalē ingreſſus eſt vterū. Hec dies eſt in qua angeli leti facti exultauerūt in iubilo. Hec dies eſt in qua per vniuerſum mundū melliflui facti ſunt celi. Quare (vt poſſumus) mētes noſtras feruentiꝰ deuotioni ſubijciamꝰ: quod vt meliꝰ τ deuotiꝰ facere poſſimꝰ: de hac bñdicta ſolēnitate dicere ſtatui: q annūciatio virginis gl'ioſe ab eccl'ia nūcupat: eo ꝙ ipa virgo inuenit hodie grām. nō ſolū ſibi: ſꝫ cūctis gentibꝰ. ſicut verba ꝓpoſita dicūt. In quibꝰ de hac annūciatione aliquid loqui cupiētes: tria poſſumꝰ myſteria contemplari.

Primū dr miſſionis.

Scđm dr annūciatiōis.

Tertiū dr ꝯſenſiōis

p Rimū myſteriū cōtēplandū dr miſſionis. de quo Luc. i. dr. In menſe ſexto miſſus eſt angelꝰ gabꝛiel a deo in ciuitatē galilee cui nomen nazareth: ad virginem deſponſatā viro cui nomen erat Joſeph de domo dauid: τ nomen virginis maria. In quibꝰ verbis lȝ multa poſſint ꝯſiderari: nihilominus cā bꝛeuitatꝭ qnqꝫ ꝯſideratiōes de hac miſſiōe poterūt notari.

Pꝛima dr qñ.

Scđa dr qs.

Tertia dr a quo.

Quarta dr ad quē locū.

Quinta dr ad quā ꝑſonā.

Pꝛima ꝯſideratio dr qñ. Uñ dr in euangelio. in menſe ſexto. ſm Nico. de lira. ſcȝ a cōceptu ꝑcurſoꝛis. qꝛ fuit ꝯceptꝰ in ſeptēbꝛi circa finē menſis. Saluatoꝛ aūt circa finē martij. ſcȝ. xxv. die ſm Berñ. Fuit aūt hic menſis cōueniens vt in eo filij dei fieret incarnatio pꝛopter tria.

Pꝛimo ꝓpt' nouitatē.

Scđo ꝓpt' delitioſitatē.

Tertio ꝓpt' cōfoꝛmitatē.

Pꝛimo fuit ꝯueniens hic menſis ꝓpt' nouitatē. Nā ait Iſidoꝛꝰ. v. lib. etymol. ꝙ martius appellat ꝓpt' martē romane gentis auctoꝛē. τ dr quaſi menſis nouarū. Cōuenient ergo tali tpe debuit ꝯcipi: qui auctoꝛ eſt mūdi In cuiꝰ conceptione facta ſunt a deo quattuoꝛ noua. Pꝛimū nouū eſt angeli ſalutatio. Uñ Berñ. in ſermone de annūciatiōe dicit. Iniūgitur noua legatio angelo: τ nouā virgo pꝛofeſſa virtutē: noue ſalutationis honoꝛat obſequio. hec ille. Et Hiero. in ſermone de aſſumptione. Cogitis me τc. Non ſimplex vel conſueta fuit iſta ſalutatio: ſꝫ oī admiratōe digna. Secundū. facta eſt noua ſine viro virginalis cōceptio. Ideo Berñ. in quodā ſermone de pentb. ait. Subſtantial'r vtero virgis elapſus: de ſpūſctō ꝯceptus eſt xp̄s. O noua miracula. Cōceptꝰ fuit ſine pudoꝛe: partꝰ ſine doloꝛe: mater ſine coꝛruptiōe. Tertiū. facta ē noua tante maieſtatis abbꝛeuiatio. qꝛ Berñ. ſuꝑ miſſus eſt: inquit. In ꝯceptu partuqꝫ virginali noua ac mira ꝑfecto inſpicit qui diligēter inqꝫrit. Poꝛro ibi agnoſcit longitudo bꝛeuis: latitudo āguſta: altitudo ſubdita. Et hieronymꝰ ad Pau. τ Euſtochiū. Uere nouum τ oīum nouitatū ſuꝑeminens nouitas virtutū qñ deus quē ferre nō poterat mūdus: neqꝫ videre aliqꝫs vt viuere poſſit: ſic ingreſſus ē hoſpiciū ventris vt coꝛꝑale clauſtrū neſciret: ſicqꝫ gehatꝰ vt totꝰ deus in eo eſſet. Quartuȝ. facta eſt noua oīs creature renouatio. Quippe oīs creatura antiquata erat: τ a ꝓpꝛio vſu elongata: qꝛ poſt pꝛimū pcm̄ nulla creatura habuit vſum ſuū debitū. Facta eſt eñ vt hoī

ſemiret exiſtēti ſine peccato ⁊ ſubdito deo. qñ ergo hō peccauit ⁊ iā myſteriū creaturarū renouationis creatura debito vſu caruit. Nunc aūt eſt reſtituta: qꝛ xp̄o hoī oīs creatura exhibebat ſeruitutē ⁊c̄. ⁊ ſic impletū eſt illud Apocal. xxi. Ecce noua facio oīa. Scḋo fuit hic menſis conueniens ꝓpter delitioſitatē. Nā tpe veris ⁊ menſe nouorū ſolent quedā flumina principalia inundare, vt phiſon ⁊ tigris. Sic modo flumina ſpiritualiū chariſmatum ⁊ donoꝝ. Vñ Eccli. xxiiij. Ego ſapiā effudi flumina. ſ. gratie ⁊ ſcie. Ideo Iſidor⁹. v. etymol. dicit. Ver dictū eſt qꝛ viret. Tunc poſt hyemē veſtitur tellus herbis: ⁊ flore cūcta replenſ. Et phs dicit ꝙ ver eſt pictor terre. Iſtud tpi gr̄e conuenit: poſt hyemem culpe iſta aruit herba ⁊c̄. Tertio fuit hic menſis conueniens ꝓpter cōformitatē. Tali em̄ menſe vetus Adā eſt de limo formatus: ⁊ in paradiſo collocat⁹ ⁊ inde ꝓpter preuaricationē expulſus. Tali ergo menſe fieri debuit reparatio per nouum adā. Vñ ⁊ tunc eſt xp̄s incarnat⁹ ⁊ in paradiſo vteri virginalis collocat⁹ vt multo melius operaref ⁊ cuſtodiret illū. Eodē inſup die quo vetus adā ſuos per lignū damnauit: nouus adā eos per lignū reparauit. Dicif em̄ ꝙ adā in mane creat⁹ hora nona peccauit. O adam vbi es? O adā ecce iā incarnatiōe filij dei tua oīa mala finienf. Scḋa cōditio dr̄ quis. ſ. miſſus eſt. ⁊ dr̄ angelus gabriel. Quare autē per angelū facta ſit iſta ſalutatio: triplex ratio ſumi poteſt.

Prima ex parte dei
Scḋa ex pte angeli
Tertia ex pte v̄gis

Prima rō ſumif ex parte dei: vt ſeruaretur ordo quē ipē ſtatuit: quo mediātib⁹ angelis diuina homibus miniſtranf. Hec eſt regula Dionyſij in libro de angelica hierarchia: qui ait. Diuicū benignitatis myſteriū angeli primū edocti ſunt: poſtea per ipos ad nos cognitionis gr̄a tranſiuit. Scḋm enim Iſidoꝝ. vij. etymol. Angeli grece vocanf: hebraice malahoth. latine vero nūcij interpretanf. ab eo ꝙ dn̄i volūtatē ppl'is nūciant. Angeloꝝ autem vocabulū officij nomen eſt: ⁊ nō nature. Sēper em̄ ſpūs ſunt. ſed cū mittunf vocanf angeli: quib⁹ ideo pictoꝝ licentia pennas facit vt celerē eoꝝ in cūctis diſcurſum ſignificet. Angelus ergo nūcius dicif: qꝛ ad v̄ginē miſſus eſt ad annūciandū myſteriū incarnatiōis filij dei. Sed cōtra hoc dici poſſet: qꝛ quod ſupra dicif nō fuit cōgruū. Nā vt dicit Diony. in libro celeſtis hierarchie: ſupremis angelis fit reuelatio imediate a deo ꝓpter ipoꝝ dignitatē. Sed mater dei eſt ſuper oēs angelos exaltata, ergo videf ꝙ imediate a deo debuerit ſibi annūciari incarnationis myſteriū. ⁊ non per angelū. Ad qḋ rn̄det btūs Tho. iij. parte, q. xxx. ar. ij. ad. i. ꝙ mr̄ dei ſupior erat quantū ad dignitatē ad quā diuinit⁹ eligebaf. Sed quantū ad ſtatū preſentis vite inferior erat angelis: quia ipſe chriſtus ratione paſſibilis vite modico ab angelis minoratus eſt: vt dicitur Hebre. ij. Sed tamen quia chriſtus fuit ſimul viator ⁊ comprehenſor: quantū ad cognitionē diuinoꝝ non indigebat ab angelis inſtrui. Sed mater dei non erat in ſtatu comprehenſoꝝ: ideo de diuino ꝯceptu p angelos inſtruēda erat. Et ſi adhuc obijciaf ꝙ beata virgo ex lumine gr̄e ⁊ fidei cognoſcebat dei filiū incarnādū: ⁊ credebat hoc fideliſſime q̄ in vtero mr̄is fuerat ſanctificata: ideo nō videtur ꝙ tale myſteriū debebat ei per angelū reuelari. Ego dico: ꝙ lꝫ fidē de mediatore virgo habuerit ante annūciationē angeli: verūtñ ex humilitate cordis ſui nunꝗ̄ cogitauit ſe ad tale myſteriū ſublimandā. igif ante hoc debuit p̄moneri. Scḋa rō ſumif ex parte angeli: vt oſtēderet ſe iuuare hūanā naturā ⁊ ei⁹ querere ſalutē. ſicut diabol⁹ impulerat ad pditionē. ⁊ ſicut prima ſuggeſtio fuit a diabolo: ſic annūciatio ſaluatoris fieret ab angelo. Et hāc rōnem poſuit Beda in omelijs. Aptū humane reſtaurationis principiū vt angelus a deo mitteref ad virginē partu ꝯſecrandam diuino: qꝛ prima perditiōis hūane cauſa fuit cū ſerpens a diabolo mittebaf ad mulierē ſpiritu ſuperbie decipiendā. Tertia rō ſumitur ex parte virgis. Primo vt ex tali nūcio mēs eius eleuaref in deum: ⁊ ſic ardenti charitate flāmeſceret: vt pri⁹ per amorē eū cōcipet mēte q̄ corpe. Vñ Aug. libro de virginitate ait. Beatior erat maria ꝯcipiendo fidē xp̄i: q̄ cōcipiendo carnē xp̄i. Et poſt ſubdit. Materna proximitas nihil marie profuiſſet: niſi felici⁹ chriſtum corde q̄ carne geſtaſſet. Secundo, vt eius puritas oſtenderetur. Ideo Hiero. in ſmone de aſſumptione ad paulā ⁊ euſtochiū ait. Bene angelus ad virginē mittitur: quia ſemper eſt angelis cognata virginitas. Tertio vt eſſet certior teſtis hui⁹ ſacramenti: quādo ſuper hoc ſacramentum erat inſtructa. Dicebatur ergo nūcius angelus gabriel. Scḋm Hieronymum hoc nomen gabriel poteſt multipliciter interpretari. Primo, virtus noſtra deus. Secūdo fortitudo dei. Tertio cōfortauit me deus. Quarto cōfirmatio dei. Miſſus eſt ergo angelus Gabriel: qꝛ virtute diuina cōcepit virgo: nō humana. Secundo qꝛ diuina fortitudo magis videtur cōnexa fuiſſe in iſta annunciatione q̄ in mundi creatione. Plus em̄ diſtat deus a qualibet creatura ſua q̄ creatura a nihilo. Ideo dicitur in. c. damnamus, extra d̄ ſum. trini. ⁊ fide catho. Inter creatorem ⁊ creaturam nō poteſt tanta diſſimilitudo notari: quin inter eos ſit maior diſſimilitudo notanda. Plus ergo fuit facere hominem deum q̄ ꝓducere de nihilo mundū. Tertio angelus cōfortauit virginem. Quarto per eius annunciationem cōfirmatum eſt cor v̄ginis. Tertia cōſideratio dicif a quo. dicitur. euangelij a deo. Sed pie mens humana dubitare pōt cur nō ſtatim poſt peccatum operatus eſt deus ſalutem humanā: ⁊ carnem nō aſſumpſit de virgine. Ad quod aſſignari poſſunt tres rationes. ſm Bonauen. in. iij. diſ. i. art. ij. q. iiij.

Prima ꝓpter peccati punitionē.
Scḋa ꝓpter morbi curationē.
Tertia ꝓpter xp̄i honorationē.

Prima rō quare tantū diſtulit incarnari filius dei dr̄ ꝓpter peccati punitionē. Nam in hoc manifeſtaf diuine vltionis ſeueritas: que tantos clamores ⁊ luctus hominū tanto tpe ſuſtinuit anteq̄ vellet deſcendere. ⁊ ipſe adā cū poſteritate ſua tanto tempore expectauit in limbo exulans a paradiſo: qꝛ diuina iuſticia nihil inultū relinquit. Secunda ratio eſt ꝓpter morbi curationē. Nam peccatum quod homo cōmiſerat ex ſuperbia ꝓuenerat. Ideo per humilitatē liberandum erat: quod fieri debuit vt homo ſe infirmum agnoſceret: ⁊ liberatore indigere. Vnde glo. ſuper. iij. c. ad Gal. Magno cōſilio factum eſt: vt poſt hominis caſum nō ilico dei filius mitteretur. Reliqt em̄ deus hominē prius in libertate arbitrij in lege naturali. vt ſic vires nature ſue cognoſceret. vbi cū deficeret legem accepit: qua data inualuit morbus: nō lege ſed nature vitio: ⁊ ita cognita infirmitate clamaret ad medicum: et gratie quereret auxiliū. hec ibi. Per totū itaqꝫ tps illud quo venire diſtulit: cum multa humilitate ſancti patres ⁊ amici eius aduentū ipſius p̄cibus multiplicatis rogabant. Facta em̄ erat ipſis ꝓmiſſio de incarnatiōe filij dei: ⁊ in fide mediatoris viuebant. Quiſnam nō cogitet Adam ⁊ Euā poſt peccatū cōmiſſum ad penitētie lamenta ſe cōuertiſſe: q̄ñ eccleſia ſanctos illos cōfitetur ⁊ ponit in numero electoꝝ quod eſſe nō poſſꝫ ſine fide mediatoris. Ideo Aug. in libro de correctione ⁊ gratia dicit. Illa fides ſana eſt: qua credimus nullū hominē q̄tumcunqꝫ parue etatis liberari a cōtagiōe mortis: ⁊ obligatione peccati: niſi per vnū mediatorem dei ⁊ hominū ieſum xp̄m. Potes etiam rōnabiliter credere ꝙ primus pater Adā qui ita ſapiens cōditus fuerat poſt lamentū pnīe ⁊ recognitionē ſalutis ſue in ieſu naſcituro de carne ſua magna ⁊ mira reuerētia deum coluit: ⁊ colendū generationi electoꝝ mandauit ad ieſum in carne venturū. ⁊ ꝓ ſalute noſtra moriturū ardentiſſimo ſuſpirauit affectu et alios docuit ſuſpirare. Cū em̄ Adā nongētis ⁊ triginta annis vixerit. ſicut pꝫ Gen̄. v. quāta putas documenta ſalutis de fide mediatoris dedit poſteris. Quid Noe vir iuſtus atqꝫ perfectus fecit q̄ñ inundante diluuio ſaluum ſe recepit in arca. Quid Abraam pater cui facta eſt de xp̄o repromiſſio. Quid Moyſes legiſlator. Quid ſancti patres ceteri omnes ⁊ ꝓphete. Nempe hi omnes agnouerūt morbum ſuū: imo oīm hominū qui per xp̄m curari debebant. O quāti dum viuerēt in hoc ſeculo erant illoꝝ gemitus. o q̄ta ſuſpiria. O q̄ vehementiſſima ⁊ ardentiſſima deſideria poſt mortē corporis huius. cū illum tenebroſum limbū inhabitarēt: ſperantes inde p xp̄m reuocari ad lucē glorie per tot milia annorū. O q̄ deuoti erant ipſoꝝ clamores. Veni dicebant, veni ad liberandū nos dn̄e deus virtutū. Oſtende faciē tuam ⁊ ſalui erimus. Sed pudeat ex hoc deuotā aīam iam xp̄i morte redemptā: ⁊ in ſuo ſanguine lotā: nō delectari et nō quieſcere in recepto munere. qḋ ſancti patres ita volebant: vt nihil aliud viderenf: nec cupere nec velle: niſi ſolū ſibi exhiberi dilectū ieſum dei miſeratiōe ꝓmiſſum. Vñ Ber. ſmone. ij. ſup Cant. ait. Ardorē deſiderij patrum ſuſpirantiū xp̄i in carne p̄ſentiā frequētiſſime cogitans cōpungor: ⁊ cōfundor in memetipſo: ⁊ vix ꝯtineo lachrymas: ita pudet torporis miſerabiliū tempoꝝ hoꝝ. Cui nanqꝫ noſtrum tantū ingerat gaudiū gr̄e huius exhibitio: q̄tum ſanctis veteribus accēderit deſideriū ꝓmiſſoꝝ. hec ille. Patet itaqꝫ nō incōuenienter fore factū. vt ꝓpter hoim humilitatē tardaret filius dei incarnationē ſuā. Tertia rō q̄re tantū diſtulit incarnari filius dei eſt ꝓpf xp̄i honorationē. Magna quippe dignitas ⁊ vtilitas erat v̄bi īcarnati: quā vt merito vn⁹quiſqꝫ cognoſceret p lōgā p̄conū ſeriē ꝯuenientes erat.

Ideo in glo.ſup.iij.c.ad Gal.dr.Quanto ma ior iudex veniebat:tanto p̄conum ſeries lon gior p̄cedere debebat.hec ibi.Debuerunt ita q̧ p̄cedere de illo incarnato verbo figure: p̄ phetie ⁊ alia que in veteri teſtamẽto relatu di gna ſunt vt verbi incarnati excellentiã om̃es aſpicerent.Cũ ergo oĩa cõpleta eſſent dei de mentia humano generi ſubuenire nõ diſtulit quinimo diffinito cõſilio angelum aduocauit cui ambaſiatã virgini exponendã impoſuit. dixitq̧ pater.Vade ad virginẽ illã immacu latam:puraʒ ⁊ ſanctã.q: illam in ſponſam eli go.Subiunxit filius.Et ego eam in meã ma trẽ eligo.de cuius puriſſimis ſanguibus paſſi bilem carnẽ aſſumam.Eccq̧ ei vnicus filius ipſaq̧ mihi dilectiſſima mater.Spiritusſan ctus ſuperaddidit.Et ego inhabitator ero ſu us gratioſiſſimus: ⁊ operatiõe mea virgo in eternũ cõcipiet filiũ.Quis dubitabit ſine er rore mirabili ſtupendaq̧ leticia exultaſſe cele ſtes hierarchias:⁊ angelicos choros: q̃n vi debant totum mundũ ad penitentiã in breui rediturum p̄ incarnatione filij.Si ipſis gau diũ eſt ſup vno peccatore pniam agente.Le tabanẽ ergo gaudebant ⁊ exultabant benedi centes deũ.O inquã gaudium ſuauiſſimum: que per tot milia annoꝝ in damnatione dereli cta fuerat humana natura:iaʒ aſſumiẽ in vni one pſone a filio dei:quare angelus a dño mit titur ad ſuam ſponſam:cui tã ſublimia ſacra menta referre deberet. Quarta cõſideratio dicitur ad quem locũ:quia in ciuitatẽ galilee cui nomen Nazareth. Poniẽ hic nomen loci ad denotandã certitudinẽ hiſtorie ſm Nico. de lira.Inſup vt adimpleref pphetia eſa.xi. que dicit.Egredieẽ vga de radice ieſſe:⁊ flos de radice eius aſcẽdet.Ubi ſm veritatem he braicã habeẽ.Et Nazareus de radice eius a ſcendet.Iſte locus fuit cõueniens vt in eo an nunciareẽ virgini diuinũ ꝓpoſitũ:quia Naza reth interp̄tatur flos.Et floris eſt triplex cõ ditio:que virgini cõpetit.

Prima pulchritudo.
Secũda redolentia.
Tertia fructuoſitas.

Pouit has cõditiões deuotus Berñ.in ſer mone de aſſumptiõe dicẽs.Cõmendãt flores pulchritudo:ſuauis redolẽtia: ⁊ ſpes fructus gr̃a triplex. Prima ergo õditio dr pulchri tudo:q: flores ſunt pulcherrimi.Sic ⁊ btã v go in oĩbus ſuis actiõibus ex p̄te corpis ⁊ ex p̄te mẽtis.Vñ Cant.iiij.dr.Tota pulchra es amica mea:⁊ macula nõ eſt in te.Sup que v ba Hugo de ſctõ Uic.dicit.Pulchra in corpe: pulchra in mẽte:corpe virica ⁊ mẽte ſincera.

Scda õditio floris eſt redolentia:⁊ ſuaui tas odoris.Sic ⁊ beata vgo ſuauiſſimũ red debat ſuarũ vtutũ odorẽ.Ideo in pſona eius dr Ecci.xxiiij.In plateis ſicut cinamonum et balſamũ aromatiſans odorẽ dedi:quaſi myr rha electa dedi ſuauitatẽ odoris.Fuit h odor beate virginis:exemplaris ⁊ imaculata vita. Vñ Amb.li.i.de vginitate ait.Ut virgula fu mi ex aromatibus myrrhe ⁊ thuris: q: mulier erat repleta virtutũ odoribus:manans et ea fragrabat ſuauiſſimus odor etiaʒ ſpiritibus angelicis.Et Hiero ad Pau.⁊ Euſto.in ſer mone de aſſumptiõe.Vere hortus delitiaꝝ be ata virgo:in quo cõſita ſunt oĩa florũ genera et odoramenta virtutũ. Tertia cõditio flo ris eſt fructuoſitas.Sic ⁊ a virgine florẽtiſſi ma fructus ille dulciſſimus exijt ieſus bñdi ctus:p cuius guſtũ oẽs electi ſalui fiũt.Ideo ecci.xxiiij.dicit.Ego mater pulchre dilectiõis et timoris ⁊ magnitudinis ⁊ ſctẽ ſpei.In me gr̃a omnis vie ⁊ veritatis:in me omnis ſpes vite ⁊ vtutis.Tranſite ad me oẽs qui cõcu piſcitis me: ⁊ a generationibus meis imple mini.Spũs eñ meus ſup mel dulcis:⁊ here ditas mea ſup mel ⁊ fauũ.Ipſa virgo flos eſt campi:de qua ortũ eſt p̄cioſum liliũ cõuallium: p cuius partũ mutaẽ natura ꝓthoplaſtoꝝ:q̃ deleẽ ⁊ culpa ſm Aug. in ſermõe de natiuitate vginis. Quinta õſideratio dr:ad quã per ſonã:q: ad virginẽ deſponſatã viro cui nomẽ erat Ioſeph de domo Dauid: ⁊ nomẽ vginis Maria.In q̃bus verbis tres huius ſponſe cõ ditiones notanẽ.

Prima dr virginitas.
Secunda dr ſocietas.
Tertia dr nobilitas.

Prima õditio ſponſe ad quã angelus mit tiẽ dr virginitas.Erat eñ illa puella: que in dei matrẽ eligebaẽ virgo puriſſima.Cõgrue bat eñ ſic eſſe ꝓpter tria.ſm Tho.p̄te.iij.q. xxvi.art.i. Primo ꝓpter dignitatẽ patris ſeruandã.Cũ eñ xp̄s ſit verus deus nõ fuit õueniens vt aliũ patreʒ haberet q̃ deũ:ne di gnitas transferreẽ ad aliũ. Scdo ppẽ pu ritatẽ filij.Nã filius eſt vbũ.Verbũ aũt abſq̧ oĩ corruptiõe cordis õcipiẽ.Quia ergo caro xp̄i ſic fuit de vgine aſſumpta vt eſſet caro v bi dei:õueniens fuit vt etiã ipſe ſine corrupti one m̃ris õciperet. Tertio fuit õueniẽs p̄ pter incarnationis finẽ.Nã ad hoc facta fuit i ncarnatio:vt hoĩes transferrenẽ in filios dei

Unde Ioh.i.dicitur.Dedit eis poteſtatẽ fili os dei fieri his qui credunt in noĩe eius:qui nõ ex ſanguinibus neq̧ ex volũtate carnis neq̧ ex volũtate viri:ſed ex deo nati ſunt.Per carneʒ ſm Nico.de lira intelligiẽ hic mulier Geñ.ij. Os ex oſſibus meis:⁊ caro de carne mea.q: fe mina parum participat de rõne reſpectu viri. Filij ergo dei nõ debebant generari ⁊ naſci vo luntate carnis ⁊ viri.i. cognitiõe maris ⁊ fe mine.Ob quã cauſam xp̄us de virgine naſci debebat.Ideo Aug.in libro de virginitate ait Oportebat caput nr̃m inſigni miraculo ſm corpus naſci de virgine:vt ſignificaret ſua mẽ bra ſm ſpm̃ de virgine naſcitura.hec Tho.iij. parte.q.xxiiij. Scda õditio pſone ad quã angelus mittiẽ dr ſocietas: q: virgo hec ſan ctiſſima erat deſponſata viro.Qd triplici rõ ne cõuenienẽ factũ eẽ cognoſcimus. Prima rõ ſumiẽ ex parte xp̄i.vt ſcʒ genealogia eius cõſueto modo texereẽ per virũ.vt Amb.dicit ſuper Lucã.ij.vt partus eius diabolo celareẽ ſm Hiero.⁊ Chryſo.ſup Matth.iij. vt puer na tus a ioſeph nutrireẽ.Unde ⁊ pater eius di ctus eſt: q: nutritius eius fuit. Secũda rõ ſumiẽ ex parte m̃ris.vt ſcʒ liberareẽ ab infa mia:⁊ ne tanq̃ adultera lapidareẽ: ⁊ adiuto riũ haberet a ioſeph ſanctiſſimo:vt dicit Hie ronymus ⁊ Amb. Tertia rõ ſumiẽ ex parte nr̃i.Et prima eſt vt certius teſtimoniũ habere mus ex xp̄o q: de virgine fuit natus.Unde di cit Amb.ſup Lucã.Locupletior teſtis pudo ris maritus adhibeẽ:qui poſſet dolere iniuriam ⁊ vindicare opprobriũ ſi nõ agnoſceret ſacra mentũ.Secunda fuit.quia cũ ip̄a deſponſata eſſet ⁊ vgo:in pſona ipius ſiẽ vgitas ⁊ m̃rimo niũ honoraret:cõtra hereticos alteri iſtoꝝ de trahentes. Tertia cõditio ſponſe ad quam angelus mittiẽ dr nobilitas.Propẽ hoc ſub iungiẽ.de domo dauid.Ad oſtẽdendũ q̧ xp̄s deſcendit de domo ⁊ ſemĩe dauid: ſicut fuerat per pphetas predictũ.Licet eñ Ioſeph non fuerit pr̃ ſaluatoris:tñ virgo maria de q̃ xp̄s carnẽ aſſumpſit fuit de eadẽ tribu cũ ioſeph. Quod pbaẽ per hoc:q: mulieres in heredita te paterna ſuccedentes:nõ poterant cõtrahe re matrimoniũ niſi cũ viris de eadẽ tribu:ne fieret cõfuſio ſortiũ.vt habeẽ Numeri.xxxvi. Beata aũt virgo fuit vnica ioachim pr̃i ſuo: ſuccedens ei in hereditate.Ex quo ſequiẽ q̧ ip̄a ⁊ ioſeph fuerunt ex eadẽ tribu.ſcʒ dauid. Ex quo aperte monſtraẽ nobilitas virginis. Equidẽ Matth.i.ponunẽ ter quaterne gene rationes ab Abraã vſq̧ ad xp̄m.in quibus de ſcribiẽ q̧ beata virgo fuit nata ex quatuorde cim patriarchis:⁊ quatuordecim ducibus: ⁊ quatuordecim regibus ſm q̧ dicit Nicolaus de lira.Et vt dicunt quidã hoc factũ fuit vt q̃ nobiliſſima erat virtute ⁊ gratia:nobilis eſſꝫ ⁊ progenie.Iſta fuit illa benedicta virgo ad quã celeſtis nuncius e celo mittebaẽ a deo.O q̃ iocũdũ nouũ ſentiet in breui anima tua vir go benedicta.O q̃ mirabilẽ gr̃am conſeque ris o puella ſanctiſſima: que tantũ apud deũ meruiſti vt te ſolã eligeret: de qua pro ſalute mundi aſſumeret humanã carnẽ:feſtinat ita q̧ angelus:⁊ tota angelica natura letante fi deliſſimus nuncius ad virginẽ pperat.

Ecundũ myſteriũ contemplandum
s dicit anũciatio.Et de hoc ſubditur.
Ingreſſus angelus ad eã dixit.Aue gr̃a plena dñs tecũ:benedicta tu in mulieribus Que cũ audiſſet turbata eſt in ſermone eius: ⁊ cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio.Et ait angelus ei.Ne timeas maria:inueniſti enim gr̃am apud deũ.Ecce concipies in vtero ⁊ pa ries filiũ:⁊ vocabis nomen eius ieſum.Hic erit magnus:⁊ filius altiſſimi vocabiẽ.Et da bit illi dñs deus ſedẽ dauid pr̃is ſui: ⁊ regna bit in domo iacob in eternũ:⁊ regni eius non erit finis ⁊c̃.In quibus verbis quinq̧ conſi derationes per ordinẽ ſunt declarande.

Prima dr̃ appitiõis.
Scda dr̃ occupatiõis.
Tertia dr̃ ſalutatiõis
Quarta dr̃ cognitiõis
Quinta dr̃ õfortatiõis

Prima cõſideratio dr̃ apparitiõis.q: dici tur.ingreſſus angelus.Circa quod querunt doctores.An angelus ille apparere debuerit virgini viſione corpali.Et videtur q̧ ſic.ſm q̧ Chryſoſt.ait ſuper Matth.Et hoc õgruũ fuiſſe monſtraẽ triplici rõne.

Primo ppẽ ſiſtitudinẽ
Scdo ppẽ magnitudinẽ.
Tertio ppẽ certitudinẽ.

Prima rõ fuit ppẽ ſiſtitudinẽ.Quia id qd annunciabaẽ erat incarnatio dei inuiſibilis. Unde conueniens fuit vt ad huius rei decla rationẽ viſibilis creature formã aſſumeret in qua viſibiliter appareret:cũ etiã oẽs appari tiones veteris teſtamenti ad hanc ordinenẽ: qua dei filius apparuit in carne. Secunda rõ fuit propter magnitudinẽ.Quia hoc con gruum fuit dignitati matris dei: que non ſo lum in mẽte:ſed etiã in corporeo ventre erat dei filiũ receptura.Et iõ nõ ſolũ mens eius:ſ

etiā ſenſus corporei erant angelica viſione re
fouendi, Sed obijci pōt ꝙ magis videreſ
pertinere ad dignitatē virginis: ſi angelus ei
apparuiſſet viſione intellectuali tantū, Nā vt
inq̄t Aug. xij. ſuper Geñ. dignior eſt intellectu
alis viſio q̄ corporalis, ⁊ precipue ipſi angelo
magis cōueniens. Nam viſione intellectuali
videſ angelus in ſua ſubſtantia. Viſiōe autē
corporali videſ in aſſumpta figura corporea.
Sed ſicut ad annunciandū cōceptum diuinū
decebat venire ſummū nunciū: ita videtur ꝙ
etiā decuerit eſſe ſummū genus viſionis: ergo
videſ ꝙ angelus debuerit apparere viſiōe in
tellectuali, Ad hoc rñdet beatus Tho. iij. p
te. q. xxx. ꝙ itellectualis viſio eſt potior q̄ ima
ginaria vel corporalis: ſi ſit ſola. Sed Aug. di
cit ꝙ eſt excellētior ꝓphetia: que hꝫ intellectu
alem ⁊ imaginariā viſionē: q̄ illa que hꝫ alte
ram tm̄. Beata igiſ virgo nō ſolū percepit vi
ſionē corpalē in angeli apparitiōe: ſed etiā in
tellectualem illuminationē. vnde apparitio
nobilior fuit. Fuiſſet tm̄ nobilior ſi ipſum an
gelū intellectuali viſione in ſua ſubſtantia vi
diſſet: ſed hoc nō patiſ ſtatus viatoris: vt an
gelum per eſſentiā videat, Tertia ratio fu
it ꝓpter certitudinē. Conueniebat in hoc cer
titudini eius ꝙ annunciabanſ ea que imagi
namur. Propter iſta Auguſtinus in quodaꝫ
ſermone qui legiſ in feſto annunciationis ſic
introducit loquentē beatam virginē. Audite
fratres: audite Mariam nobiſcum loquentē:
carne abſentē: ſpiritu p̄ſentem: verecundia v̄
ginitatis vultū auertentem a collocutione et
indicantē: quomodo imp̄gnata ſit a creatore.
Eram (inquit Maria) in domo mea puella iu
dea. Dauid regis ſtirpe generata. Adulta fa
cta ſum ⁊ deſponſata. Deſponſata ſum cōiugi.
et placui alteri: nō interueniente adulterio: ſꝫ
interueniente ſpūſancto. Deſponſata ſum ho
mini iudeo. ⁊ placui altiſſimo deo. Deſponſa
uit me vir iudeus: ⁊ adamauit me xp̄s deus.
Ignorauit Joſeph ſponſus meus. ꝙ me ada
maſſet deus meus: ⁊ putauit ꝙ de adulterio
imp̄gnatus eſſet venter meus. Nam ignorā
te Joſeph ſponſo meo: venit ad me quidā pa
ranimphus xp̄i: nō patriarcha primus aut ꝓ
pheta egregius: ſed Gabriel archangelus: fa
cie rutilans: veſte coruſcans: greſſu mirabi
lis: qui viſitauit: ſalutauit: ⁊ grauidauit me.
hec ille. ¶ Secunda cōſideratio diciſ occupa
tionis. Propter quod ſubditur, Ad eaꝫ. Sed
quid facientem. Ad quid occupatam. Quid
ve agentem exercitij. Nam vt doctores dicūt

ingreſſus eſt ad eam.
Primo orantem.
Secundo ſuſpirantem.
Tertio lachrymantem.
Primo eſt ingreſſus angelus ad eam orantē,
q2 illa hora orationi ardētiſſime inuigilabat.
Unde Bern. ſup miſſus eſt inquit. Quo in
greſſus. In ſecreto cubiculo: vbi clauſo ſuper
ſe oſtio orabat patrem in abſcondito. Si em̄
cōceptio p̄curſoris fuit denunciata patri p̄oc
cupato in ſacrificio: multo ꝓbabili⁹ eſt ꝙ ꝯce
ptio ſaluatoris fuerit denunciata virgini in
oratione ⁊ deuotiōe actualiter exiſtenti. Se
cundo ingreſſus eſt ad eam ſuſpirantē. Nam
totus impetus ſanctificationis prime impel
lebat mentē huius ſacratiſſime virginis ad
deſideriū incarnationis filij dei ⁊ ſalutis om
nium electorū. Unde omnes virtutes mētis
ſue in id quod poſtea in ea factū fuit: toto co
natu p̄cedebant. Hec em̄ fuit felix clauſula to
tius expectationis ⁊ deſiderij ⁊ poſtulationis
aduentus boni ieſu: in qua omnia deſideria
ſanctoꝝ patrum p̄cedentium ꝯſummari ⁊ ter
minari videnſ. Propter qd̄ oīno eſt inexp̄ſſi
bile nobis illud feruidū deſideriū: ⁊ orationis
virtuoſe ſuſpiriū quo ſuſpirabat ad deum: vt fi
lium ſuū mittere dignareſ ad noſtram aſſu
mendā naturā. Non credas autē ꝙ ad ipſuꝫ
recipiendū in carne ſua reputaret ſe dignam:
q2 gr̄a ſctificationis: que eam omī virtute re
pleuit: ſic a principio ipſam mentē virginis
in omniū virtutum radice. ſ. ſancta humilita
te inabyſſauit ꝓfundo: ꝙ ſicut nulla poſt filiū
creatura tantū aſcendit in dignitate gratie: ſic
nulla creatura eā trāſcendit in humilitatis ꝑ
fectiſſime recognitione. Nec alicui pure crea
ture datum eſt in via tantum guſtare: nihilꝫ
eſſe: nec tantū ſe annihilare ſub volito maie
ſtatis diuine. Propter quod nō mirū ſi ora
tio talis humilitatis nō ſolum penetrabat nu
bes: ſed etiam omnes angelicas cohortes: et
cōtinue ſiſtebaſ ante acceptabiliſſimum cōſi
ſtorium ſanctiſſime trinitatis. In ipſa ergo
hora annunciationis cum ſuſpirijs multis fi
lium dei vt ad incarnandum veniret: dep̄caba
tur, Tertio ingreſſus eſt angelus ad eaꝫ la
chrymantem p̄ deuotione. p̄ dulcedine quam
concipiebat cum cogitabat deum hominibus
adeo fore ꝓpitium ꝙ ꝓ eis carnem aſſume
ret. Lachrymantem inſuper p̄ cōpaſſione to
tius humani generis ſauciati ⁊ vulnerati: et
captiuati ſub iugo tenebrarum. O ſi vidiſſes
virginem paulo ante aduentuꝫ angeli in hac

oratione feruida: forte ⁊ cor tuū molliret dul
cedine deuotionis. Erat quidem ipa vt puto
in hac orone plus ſolito feruētiſſima: mētali
eleuationi intētiſſima: ⁊ diligētiſſima ad per
ſcrutāda deuote myſteria incarnatōis. Tunc
humilr corde deuoto plangentibus oculis et
vultu ad celeſtia eleuato: dicebat ad deuꝫ. O
clementiſſime dñe deus rex regū: q̄ bonitate
tua mundū creaſti de nihilo: ⁊ poſt angelos
holeꝫ ad tuā imaginē formatū dñm cōſtitui
ſti creaturarū: vt tibi ſuiret: vt te diligeret: ti
biq; in oībus obtemparet. Miſere ei iam ꝑ
dito ꝓpter patrē: miſere bonitate tua: miſere
clemētia ⁊ charitate tua. Aperi oclos ⁊ deſcē
de. Jam tot annoꝝ milia p̄currerunt, ex quo
ſancti patres ⁊ ꝓphete patriarche ⁊ amici tui
in tenebris habitāt expectātes lumen tuum
Ueni obſecro pater benigniſſime: veni et ne
reſpicias pctā hoim. Deſcēde de celis verus
deus: verū lumen, gaudiū: ſolaciū: dulcedo et
conſolatio afflictoꝝ. O ſi oculis proprijs taꝫ
grande myſteriū aſpicerem. O q̄tum letarer
cū deum in carne viderē. O q̄tum ſancti pa
tres gaudiuꝫ ſuſciperēt. Rumpe moras crea
tor optime: ⁊ veni ad liberanduꝫ nos. In hu
iuſmodi meditationib⁹ occupata: angeluꝫ lu
mine refulgentē conſpexit. O maria q̄d expe
ctas? Quid queris? Quid ploras? Ecce iaꝫ in
breui ꝑficieſ in te quod dictū eſt a dño. Ecce
angelus ad te venit nunciare ſaluteꝫ mundi.
Tertia cōſideratio diciſ ſalutationis. Et de
hoc ſubdiſ. Dixit ſcꝫ angelus ad eā. Aue gr̄a
plena domin⁹ tecum benedicta tu in mulieri
bus. In qua ſalutatione triplex virginis ex
cellentia notatur.
Prima diciſ nature.
Secunda gratie.
Tertia glorie.
Prima excellentia v̄ginis q̄ in hac ſaluta
tione notaſ dr̄ nature. Qd̄ quidē triplici mō
demonſtraſ. Primo modo Aue. i. ſine ve. hoc
eſt triplici ve. cui ſubiacet totū femineū gen⁹
ſcꝫ ve pudoris laboris ⁊ doloris. Ipſa auteꝫ
fuit ſine ve pudoris in conceptione. Sine ve
laboris in geſtatiōe. Sine ve doloris in par
turitione. Nā teſte Bern. fuit ſine corruptiōe
fecunda: ſine grauatione grauida: ſine dolo
re puerpera. Ratio aūt quare fuit ſine ve pu
doris eſt: quia eius cōceptus fuit ſine corru
ptione nō humano ſemine: ſed myſtico ſpira
mine. Soli em̄ principi porta illa ſeruata eſt:
quam nō violauit egrediēs: ſicut myſtice po
nit Ezech. xliiij. Hac triplici maledictōe nulla

mulier immunis natura fuit: niſi ſola v̄go be
nedicta. Unde Eue Geñ. iij. dictū eſt. Multi
plicabo erumnas tuas ⁊ cōceptus tuos: pari
es in dolore filios tuos. Secundo in v̄gine
ꝑ aue excellētia nature demonſtraſ: quia ab
alio triplici ve immunis fuit ſcꝫ cōcupiſcētie
culpe ⁊ pene. De quo Apoc. viij. Aquila cla
mabat. Ue ve ve habitantibus in terra. Fuit
ergo beata virgo ſine p̄mo ve erumne concu
piſcentie peccati originalis: quia ſine eo con
cepta eſt. Cāticoꝝ. iiij. Tota pulchra es ami
ca me ⁊ macula nō eſt in te. Aut in ea omnis
fuit extincta per ſpūſſancti ſanctificationem.
Unde p̄s. Sanctificauit tabernaculum ſuuꝫ al
tiſſimus. i. beatam v̄ginem in qua nouē men
ſibus habitauit. Secūdo fuit ſine ve culpe
⁊ venialis ⁊ mortalis. Unde Auguſtinus in
lib. de natura ⁊ gratia. Cuꝫ de culpa agiſ nul
lam de matre domini volo fieri queſtionem.
Tertio fuit ſine ve pene, que ſcꝫ eſt in ſepa
ratione anime a corpe: que eſt incineratio et
corporis diſſolutio. Nam ſicut dominus non
dedit ſanctuꝫ ſuū videre corruptionē. i. xp̄m
ſic nec ſanctā ſuaꝫ de qua natus eſt ſanctus: et
ſed corpe ⁊ anima in celū aſſumpta ē. Ter
tio inſup modo per aue: virginee nature ex
cellentia demonſtraſ: quia ſciꝫ fuit ſine alio
triplici ve. De quo. i. Joh. c. ij. dr̄. Omē quod
eſt in mūdo cōcupiſcentia carnis eſt: ⁊ concu
piſcentia oculoꝝ: ⁊ ſuperbia vite. Auaritiam
nāq; cōcluſit ꝑ paupertatē: luxuriā ꝑ v̄ginita
tem: diabolū vo. ſ. ſuperbiā ꝑ humilitatē: q̄a
has v̄tutes in ſe ꝑfectiſſime habuit. Scd̄a
excellentia v̄ginis que in hac ſalutatiōe de
claratur dr̄ gratie. Et de hac ſubdiſ. Gratia
plena. Et vere plena: quia vt Hiero. inq̄t ad
Paulā ⁊ Euſtochiū. Ceteris ꝑ ptes preſtaſ.
Marie vero totā ſe infudit gratie plenitudo
Quiſnā explicet etiā multis ſmonibus gra
tiam virginis benedicte? O armarium ſpūſ
ſancti. o arca domini. o virgo glorioſa. q̄d ma
ius dici poteſt matre dei? quid tale? quid ve
equale Tertia excellentia diciſ glorie: cum
ſubdiſ. Dominus tecū. Domin⁹ em̄ eſt pater
dñs filius: dñs ſpūſſanctus. Tecū dñs pater
quia tu es ſponſa patris. Tecum dñs filius:
quia tu es mater filij. Tecū dñs ſpūſſanctus
quia camera ſpūſſancti comprobaris. Et ta
men nō tres dñi incarnati in te: ſed vnus eſt
dñs ſcꝫ filius incarnatus: quia verbum caro
factum eſt. Ideo benedicta tu in mulieribus
id eſt a mulieribus: vel ſuper omnes mulie
res que benedicenſ in te: ſicut mater in filio.

Nam ſicut Aug. dicit in ſermone de natiuita
te ỽginis. Auctrix peccati Eua: auctrix meri
ti Maria. Eua occidendo obfuit: Maria vi
uificādo ꝓfuit. Percuſſit illa: ſanauit iſta. hec
ille. O ꝙ benedicta. Ideo benedicēda eſt vir
go iſta digniſſima benedictionibus replens
humanū genus. Quarta cōſideratio dr̄ co
gnitionis. Et de hac adiungit. Que cū audiſ
ſet turbata eſt in ſmōe eius: et cogitabat qua
lis eſſet iſta ſalutatio. In q̄bus verbis triplex
actus honeſtiſſimus ỽginis glorioſe denotat

Primus dr̄ auditionis.
Secundus turbationis.
Tertius cogitationis.

Primus actus ad quē virgo digniſſima cō
mota eſt fuit auditionis: q2 attentiſſime audi
uit nunciū ſummi dei. dulciſſime illā ſalutātē:
ac magnificatione benedicentē. Quid audis
o ỽgo piiſſima? Quid refert ab angelo? Quid
cor tuum facit cum ſentis angelicam vocem.
Secūdus actus fuit turbatiōis. Quia tur
bata eſt. nō turbatione incredulitatis: ſicut za
charias: ſed turbatiōe admirationis. ſicut Ni
colaus de lira dicit. Nā beata virgo ſolita erat
videre angelos. et ideo de apparitione angeli
nō fuit mirata. i. turbata. ſed de ſalutatōe inſo
lita: q2 nihil mirabilius eſt vere humili ꝙ ſua
exaltatio. Et ideo cū beata virgo eſſet humil
lima: audiens ſalutationē tante excellētie: tur
bata eſt in ſermone: nō in apparitione. Ter
tius actus ỽginis benedicte fuit cogitatiōis.
Nam vultu verecūdo cepit cogitare myſteriū
et prudētiſſime ponderare. Quinta cōſi
deratio dicit cōfortationis. de qua ſubinfert.
Et ait angelus ei. Ne timeas maria: inueni
ſti em̄ gratiam apud deum. Ecce cōcipies in
vtero et paries filiū et vocabis nomen eius ie
ſum. Hic erit magnus. et filius altiſſimi voca
bitur. Et dabit illi dn̄s deus ſedem Dauid pa
tris eius. et regnabit in domo iacob in eternū
et regni eius nō erit finis. In q̄bus verbis tri
plex nouū angelus nunciauit.

Primū dr̄ cōceptionis.
Secundū dr̄ nominationis.
Tertiū dr̄ magnificationis.

Primū nouū fuit cōceptionis. O Maria
inq̄t angelus. Noli timere de ſalutatiōe. ſ. inſo
lita. Inueniſti em̄ grām apud deum: nō ſolū ꝓ
te: ſed ꝓ toto humano genere. Ecce ꝯcipies in
vtero et paries filium. Secundū nouū fu
it nominationis. Et vocabis inquit nomen
eius ieſum. ſm Nicolaū de lira nō dicitur im
pones: q2 hoc nomen nō fuit impoſitū a Ma
ria vel ab angelo: ſed a deo patre. ſm ꝙ fuerat
p̄dictum ab eſaia ꝓpheta. lxij. c. Vocabit tibi
nomen nouū: quod os dn̄i noiauit. Sed iſtō
nomen fuit diuulgatū per angelū ipſi Marie
et Ioſeph: et per eos aliis. Nomē etiam impo
ſitum eſt ſm ꝓprietatem futurā: q2 ſalus hu
mani generis erat futura per ipm̄. ieſus em̄
ſalus interp̄tat ſm Hiero. Tertiū nouum
fuit magnificationis. qn̄ dixit. hic erit magn9
Semper em̄ fuit magnus deus: ſed futurus e
rat magnus homo et magnus ꝓpheta: ſicut
Luce. vij. c. dicit. Propheta magnus ſurrexit
in nobis. Et filius altiſſimi vocabit. i. ipſius
dei: qui ſolus eſt altiſſimus. Homo em̄ altus
eſt inter creaturas corporales: ſed angelus al
tior: deus autē altiſſimus. Iſta em̄ filiatio ſm
Nicolaū de lira accipit hic per naturā. In om
nibus autē aliis q̄tumcunq3 ſanctis eſt tan
tū filiatio dei per adoptionē. Et dabit illi do
minus deus ſedē Dauid patris eius. Sed
cōtrarium pz per hoc quod dicit Hiere. xxij.
de Iechonia rege Iuda. Scribe virum iſtum
ſterilē. Nec erit de ſemine eius qui ſedeat ſup
thronū Dauid. Beata autem virgo Maria
de qua natus eſt ieſus deſcendit de Iechonia.
vt patet Matthei. i. quia ponitur in xp̄i gene
alogia. ergo et c. Ad quod dicendū ſm Nicola
um de lira. ꝙ hieremias loquit de regno tem
porali ipſius Dauid. In quo nullus poſtea re
gnauit de ſemine Iechonie. Et aliqui alii qui
ſuſceperūt regis nomen in Iudea ante Hero
dem aſcalonitā: nō fuerunt de tribu regia: ſed
de tribu ſacerdotali. Xp̄s etiam qui deſcendit
de Iechonia ſm carnē per virginē Mariam
nō ſedit ſuper thronum Dauid: loquēdo de tē
porali regno. Immo iſtud negauit coram Pi
lato dicens Ioh. xviij. Regnū meū nō eſt de
hoc mundo. Tamen poteſtatē accepit poſt re
ſurrectionem etiam inq̄tum homo ſuper om
nem creaturā. ſm ꝙ ipſe dicit Matth. xxviij
Data eſt mihi omnis poteſtas in celo et in ter
ra. Nam inq̄tum deus nō accepit aliquam
poteſtatem de nouo ſiue in tempore. Angelus
autem hic loquitur de regno ſpirituali et cele
ſti: quod figuratū fuit per regnum Dauid tem
porale: ſicut et celeſtis hieruſalem per tempora
lem. Unde et ſubditur. Et regnabit in domo
Iacob in eternum. ſcz ſuper electos. De do
mo etiā Abraam et Iſaac aliqui fuerūt repro
bati: ſicut hiſmael et Eſau. De domo autē Ja
cob omnes eius filii a ſanctis doctoribus in
ter electos ſunt computati: quia etſi aliqui
peccauerunt egerunt poſtea penitentiam. hec

Nico. de lira. Et regni eius nō erit finis. quia
xp̄s nō ſolū inq̄tum deus: ſ etiā inquātū hō
regnabit in eternū ſup oēs. etiā ſup angelos
Quid eſt hoc o ỽgo regia quod tibi angelus
loquit. Uere nouū: qd̄ alii tot annis expecta
uerūt ſancti p̄res et electi dei ſentire. Quō in
his ỽbis immutat cor tuū o ỽgo. Audi obſe
cro anima mea: atq2 celeſtis nūcius ex p̄te dei
ỽgini declarat ſalutē mūdi p ſui filii ꝯceptio
ne futurā. Quid feciſti o puella? Quid feciſti
vt deū inclinares ad tuū ſanctū amorē? Ecce
angelus ex parte ſumme trinitatis tibi reue
lat te in matrē illius aſſumendā: quē3 paulo
ante vt deſcēderet deuotiſſima rogabas. Sa
tiſfactum eſt iam petitioni tue. O virgo ſacra
tiſſima en ſaluator mūdi tuū ad habitandu3
requirit vterū ỽginalē. Fecit ille quod poſtu
labas: fac et tu etiā quod ip̄e querit. Querit te
in matrem. Querit de te carnem accipe. Sed
non ſine cauſa rem tam grandem adhuc pon
deras virgo pia. Idcirco ad tertiu3 myſteriū
procedamus.

Tertium myſteriū contemplandū dr̄
cōſenſionis. Pro q̄ addit in euāge
lio. Dixit aūt maria ad āgelu3. Quō
fiet iſtud. qm̄ virū nō cognoſco? Et rn̄dēs an
gelus dixit ei. Spūſſanctus ſupueniet in te
et ỽtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoq3 et
qd̄ naſcet ex te ſanctū vocabit filius dei. Et
ecce eliſabet cognata tua: et ipa cōcepit filiu3
in ſenectute ſua. Et hic menſis eſt ſextus illi q̄
vocat ſterilis: q2 nō erit impoſſibile apud de
um omne ỽbū. Dixit aūt maria. Ecce ancilla
dn̄i fiat mihi ſm verbū tuū. In quibus ỽbis
q̄nq3 ꝯſiderationes erūt notande.

- Prima dr̄ virginitatis amplexio.
- Scd̄a dr̄ ſpūſſancti cooperatio.
- Tertia dr̄ exempli admiratio.
- Quarta dr̄ humilis reſpōſio.
- Quinta dr̄ verbi dei incarnatio.

Prima ꝯſideratio dr̄ ỽginitatis āplexio.
Mira ſiquidem deuotione glioſa virgo am
plexabatur virginitatis decorem. Qd̄ ꝓbari
poteſt tripliciter.

Primo ex ſuo ꝓpoſito.
Scd̄o ex ſuo voto.
Tertio ex ſua cōfirmatione.

Primo inquā patet ex ſuo ꝓpoſito. Dicit
magr̄ ſenten. in. iiij. diſ. xxx. et confirmat per
Aug. xxvij. q. ij. c. beata maria. Beata maria
ꝓpoſuit ſe obſeruaturā votum ỽginitatis in
corde: ſed ip̄m ỽginitatis votū non expreſſit
in ore. Subiecit ſe diuine diſpoſitioni dum ꝓ
poſuit ſe obſeruaturā ỽginitatē: niſi deus ali
ter ei reuelaret. Nec ſic faciendo fecit ꝯ lege3.
Deut. vij. Nō erit apud te ſterilis vtriuſq3 ſe
xus: q2 ipa in hac vice nō ſimplr̄ ỽginitate3
vouit: ſed ſub cōditione ſi deo placuerit. Se
cundo pz ex ſuo voto. Nam accepto ſpōſo io
ſeph ſanctiſſimo: et cognoſcēs dn̄i voluntatē
ſimul cū viro verbis expreſſis virginitatem
vouit. ſicut pz in p̄dicto. c. beata maria. Et id.
confirmat p Aug. in li. de ỽginitate: qui ait
Annūcianti angelo maria reſpōdet. Quomō
fiet iſtud: qm̄ virum nō cognoſco? Qd̄ ꝓfecto
non diceret: niſi ỽginitatē deo ante vouiſſet.
Tertio pz ex ſua cōfirmatione: quādo an
gelo dicebat. Quonia3 virum nō cognoſco. i.
non cognoſcere propono. Diligebat itaq3 vir
ginitatem virgo: et modum diligēter interro
gabat de ſuo conceptu. Secunda conſide
ratio dicitur ſpirituſſancti cooperatio. Nam
vt audiuit angelus reſpōſum virginis: letus
retulit ei. Spūſſanctus et c. In qua relatione
tria virgini promiſit.

Primo ſpūſſancti ſupuentionem.
Scd̄o filii humanationem.
Tertio eiuſdē filii ſanctificationem.

Primo ꝓmiſit ỽgini ſpūſſancti ſupuentio
nem: qn̄ dixit. Spūſſanctus ſupueniet in te.
id eſt nō cōcipies humano modo: ſed diuino:
quia nō ỽtute ſeminis virilis: ſ ỽtute ſpūſ
ſancti. Et bene dixit. ſupueniet in te: q2 prius
venerat ſup ỽginem adhuc in vtero matris
exiſtentē: ipam a peccato originali p̄ſuādo.
vel ſm alios purgando. Sed in conceptione
filii dei ſupuenit ſpūſſanctus. i. iterum venit
ad confirmandū et conferendū maiorem grē
plenitudinē: qui nō ſolū ſanctificauit mētem
ſed etiam ventrē. Nec ꝓpter hoc dicendū eſt
xp̄m eſſe filium ſpūſſancti duplici ratiōe ſm
Bon. in. iij. di. iiij. Primo propter vitandū
errorē circa generationē temporalē. Q2 cum
ſm illam dicat xp̄s conceptus de virgine et
ſpūſancto: ſi diceret ſpūſſanctus eius pater:
ſicut ỽgo eius mater: iam videret xp̄us eē
natus ex maria et ſpūſancto: ſicut naſcit pro
les ex muliere et viro. Et quidem hoc falſum
eſt: quia proles partē accipit a patre: et partē
accipit a matre: in qua aſſimulat p̄ri et matri
in eadem natura et forma. Et hoc nō eſt repe
rire in xp̄o q̄tum ad eius cōceptionē: immo
ſoli matri aſſimilat in natura aſſumpta. Id̄o
non debet admitti xp̄m eſſe filiu3 ſpūſſancti:
ſed ſolius ỽginis matris: ad manifeſtādam
et confirmanda3 veritatem et proprietatem

temporalis generationis. Secũda rõ ſumi
tur ex parte generationis eterne.ne ſcʒ cõfu-
ſio fiat eternarũ relationũ ⁊ ꝓprietatũ. Unde
cum ꝓprium ſit ꝑſone patris generare reſpe
ctu perſone filij: nullatenus admittit xp̄um
eſſe filiuʒ ſpũſſancti: in quo nõ eſt alia ꝑſona
vel hypoſtaſis ꝙ illa quam ab eterno pater
genuit. Secundo angelus promiſit virgini
filij humanationẽ.cuʒ dixit. Et virtus altiſſi-
mi obumbrabit tibi.i.dei filius: qui eſt dei pa
tris ⁊ ſapiẽtia ⁊ virtus: vt dicit.i.Cor.ꝑmo
Obumbrabit tibi: quia ſub vmbra carnis la-
tebit v̄tus diuinitatis. Tertio promiſit ei
filij ſanctificationẽ.d. Ideoq; ⁊ quod naſcet
ex te ſanctũ: vocabit filius dei. Scd̄m Nico.
de lira.dicit ſanctũ abſolute abſq; determina-
tione.quia ſi dixiſſet ſanctus deus: vel ſanct⁹
homo: vel aliquid ꝯſimuſmõ expreſſiſſet ſan-
ctitateʒ eius complete: q2 in eo eſt ſanctitas
diuina ⁊ humana.⁊ quicq̄d ſanctitatis poteſt
cogitari in quacũq; creatura: eminentius eſt
in xp̄o. Ideo d2 ſanctũ abſq; determinatiõe.
Et vocabit(inquit)filius dei. Accelera v̄go re-
ſponſum: ⁊ expedias nũtium. Expectat eniʒ
adhuc cum modeſtia ⁊ audit attente. Non in
terrumpit v̄ba angeli: ſed illa ſuſcipit cũ mul
ta reuerẽtia. Tertia cõſideratio d2 exempli
admiratio. Angelus eñ vt v̄ginẽ clarius in
formaret exẽplũ ſibi ꝓpoſuit. Qd̄ fuit effica-
ciſſimum triplici rõne.

Primo rõne claritatis.
Secundo rõne fecunditatis.
Tertio rõne poſſibilitatis.

Primo fuit exemplũ illud efficaciſſimũ rõ-
ne claritatis: quia nõ erat obſcurũ.nõ de pſo-
na incognita.nec extranea ſeu ꝑegrina: ſ3 de
ꝑſona notiſſima ⁊ cõiuncta. Ecce(inquit)eliza
beth cognata tua. Secũdo fuit efficaciſſimũ
rõne fecunditatis. Mirũ quippe videt ſi ſte
rilis concipiat: ſed multomagis ſi concipiat
in ſenectute. Propterea dixit angelus. Ipſa
concepit filiũ in ſenectute ſua. Et hic menſis
eſt ſextus illi.i.menſis in quo ipſa cõcepit: que
vocat ſterilis. Quia ei⁹ ſterilitas ſic erat no-
ta: vt vocaret ſterilis. Tertio fuit efficaciſſi
mũ rõne poſſibilitatis. Cũ eñ ſit mai⁹ v̄ginẽ
cõcipere ꝙ ſterilẽ: ideo ãgelus inducit rõnis
efficaciam ex dei omnipotẽtia: quia non erit
impoſſibile apud deuʒ omne v̄bum.qui dixit
⁊ facta ſunt. Quarta cõſideratio fuit h̄ũlis
reſponſio. Dixit aũt maria ad angelum. Ecce
ancilla dñi. Fiat mihi ſm̄ v̄bum tuum. Que
reſponſio fuit gratiſſima.

Primo deo.
Secundo angelis.
Tertio hominibus.

Primo fuit hec reſpõſio gratiſſima deo: q̄
ad ſuũ vterũ deſcẽdere ſtatim digna⁹ eſt. Et
quẽ celi ⁊ terra cape non poterãt: v̄bis iſtis
Maria clauſit in ſuo vẽtre. O incogitabilis
v̄tus marie v̄ginis. o ineffabilis clementia
creatoris.o incomꝓhẽſibilis altitudo myſte-
riorum dei. Una mulier hebrea fecit inuaſio-
nem in domo regis eterni. Una puella(vt ſic
dicam)diuinã ſapiam circũuenit. vt ꝓpterea
de ea cõqueri deus d. Cant.iiij. Uulneraſti
cor meũ ſoror mea ſpõſa. vulneraſti cor meũ
in vno oculoꝝ tuoꝝ: ⁊ in vno crine colli tui.
Ubi glo. Pro amore tuo carnem aſſumpſi: et
vulneribus ꝑmis in cruce vulneraſti cor me-
um. Nam ꝑmogenita filij ſui fuit: pluſq; p ea
redimẽda in mũdũ venit: ꝙ ꝑ omni alia crea
tura. Ex v̄ginis ḡ carne deus ſummã altitu
dinem veſtiuit humilitate: ſummas delitias
veſtiuit penalitate: ſummã opulentiã veſtiuit
paupertate: ſummã lucẽ veſtiuit tenebris: ſum
mum honorẽ veſtiuit opprobrijs: ſummum
amabile veſtiuit flagellis. Quid plura? Hodie
virgo ſacratiſſima.d. Congratulamini mihi
omnes qui diligitis dñm: q2 cũ eſſem paruula
placui altiſſimo. Placuit certe: q2 dixit. Ecce
ancilla dñi. Non dixit ecce regina: ecce mat2
ſed ecce ancilla. O humillima v̄ginis oblatio:
q̄ ſe in ancillã dei totã obſequioſaʒ reddebat.
Scd̄o fuit hec rñſio gratiſſima angelis: q̄
v̄gineũ ꝯſenſum expectabãt. Quiſnã explicet
quãto gaudio ſint repleti: cũ iã v̄ginẽ audie-
bant.d. Ecce ancilla dñi. Letabant quidẽ.io-
cundabant ⁊ exultabãt. Tertio fuit h̄ rñſio
gratiſſima hoibus.quibus ꝑ Mariam ſalus
mittebat a dño. O Adam. O Eua parentes
generis humani. O Abraã.o Iſaac.o Iacob
o Eſaia.o Hieremia.o ſancti patriarche ⁊ ꝓ
phete. Dicite mihi q̄ſo dicite.cũ v̄go locuta ẽ
verba ſalutis noſtre: ſenſiſtis ne aliquid aut
audiuiſtis? Puto enim ꝙ angeli ad vos de-
ſcendentes voce amena dixerunt. Gaudete
patres ſancti: quia hodie puella vna illa quã
in prophetijs ⁊ figuris pronũciaſtis a domi-
no requiſita reſponſum prebuit. Ecce ancilla
domini: ⁊ iam incarnatũ eſt in ea verbum di
uinum. Puto etiam claritatis inſolite radius
eis apparuiſſe.nunc ſe retrahẽdo: nũc ſe red-
dendo. O qualis fuit ⁊ ꝙ magna iubilatio
tunc illoꝝ qui ſedebant in tenebris et vmbra
mortis. Quinta ꝯſideratio d2 verbi diuini

incarnatio. Scd̄m eñ Iohẽʒ Dama. poſt vir-
gineũ ꝯſenſum facta ſunt tria ſimul ⁊ ſemel.

Primũ corpis xp̄i organizatio.
Scd̄m aie ipſius xp̄i creatio.
Tertiũ corpis ⁊ aie xp̄i cũ diuinitate vnio.

Tertio debet eſſe homo patiens in ſuorum charorū ſeu propinquoꝝ amiſſione. Nā ſunt multi: qui propter mortē ſuorū nullū habent modū. Indignantur deo: ⁊ ſeipos cōmittunt conſumendos dolori. Pro quibus dicit Seneca de cōſolatione ad Paulinū. Quid tam humile ac muliebre eſt: ꝙ conſumendū ſe dolori cōmittere. Nos aūt non interdicimus eis q̄n pro ſuis mortuis quadā pietate ducti doleāt ⁊ lachryment. Fleuit Ioſeph ſuper patre ſuo mortuo. vt dr̄ Geñ. vlti. Et Abraā fleuit ſup Sara mortua poſt. cxxvij. annos vite ſue. Geneſis. xxiij. Fleuerunt ⁊ pr̄es antiqui ꝓ morte ſuoꝝ. Et xp̄us lachrymatus eſt: cū lachrymantē vidit magdalenā ꝓ fratre mortuo. Iohannis. xi. c. Et virgo beata doluit ⁊ fleuit in morte xp̄i. Damnamus ſuperabūdantiā doloris: que videt quandā deſperationē pretendere. Quapropter Paulus. i. ad Theſſal. iiij. c. ait. Non contriſtemini ſicut ⁊ ceteri qui ſpem non habent. Et. xiij. q. ij. c. vbicūqꝫ. ij. ⁊. c. habent. ⁊. c. qui diuina vocatione. confirmatur quod dicimus. Hic Hierony. ad Tyraſiū ait. Charitatis tue ſcripta percepi: in quib⁹ animū tuū dolore cōmotū de filie dormitione cognoui. Non aliud in te admirat⁹ ſum: ꝙ xp̄iani pectoris abs te virtutē ablatā fuiſſe. Stupeo murū fidei penetratū vulneribus orbitatis: quē ſopire debuerat ſpes reſurrectionis ⁊ regni celeſtis. Reſurgere credimus mortuos noſtros. ⁊ plangimus. Quid facerem⁹ ſi mori tm̄ preciperet deus. Uoluntas eius vtiqꝫ ſola ſufficeret ad ſolatiū: cui nullū iubemur affectū preponere. Hec ille. Propterea Ualerius maxim⁹ libro. v. rubrica de parentib⁹ qui obitū filioꝝ forti animo tulerunt: laudat Anaxagorā: qui audita morte filij reſpondit nūcio. Nihil inexpectatū aut nouū nūcias. Ego em̄ illū ex me natū mortalē eſſe ſciebā: ⁊ ſicut neminem mori ſolere: qui non vixerit: ſic nec aliquē viuere: qui moriturus non ſit. Quarto dꝫ vnuſquiſqꝫ eſſe patiens in corpis flagellatione: cū corpus egritudinibus ⁊ infirmitatibus aggrauat: ſicut de beato Frācisco legim⁹. De quo dicit dn̄s Boñ. in legēda magna. Cū duris corpis angeret doloribꝫ: illas ſuas anguſtias non penarū cenſebat noīe. ſed ſolatiorum. Dū aūt ſemel grauius ſolito doloꝝ vrgeretur aculeis: qdā frater ſimplex dixit ad eū. Frater ora dn̄m: vt mitius tecū agat. Manū em̄ ſuā plus debito ſuper te grauare videtur. Quo audito vir ſanctus cū eiulatu exclamās ait. Niſi noſcerē in te ſimplicē puritatē: tuum ex nūc abhorrerē conſortiū: quia auſus fueris circa me diuina iudicia reprehēſibilia iudicare. Et lꝫ totus eſſet attritus grauis prolixitate languoris: proijciens ſe in terrā oſſa debilia duro caſu colliſit: ⁊ deoſculans humū: gratias (inquit) tibi ago dn̄e deus de omnibus his doloribus meis: teqꝫ mi dn̄e rogo: vt centuplum (ſi tibi placuerit) addas: q: cū tue ſancte voluntatis adimpletio ſit mihi conſolatio ſemper plena. Quinto dꝫ eſſe vnuſquiſqꝫ patiens in voluntaria operatione: in ieiunijs: orationibus: vigilijs: ⁊ diſciplinis: alijſqꝫ operibus virtuoſis: cū premiū illoꝝ ſit eterna vita. In omnibus aūt vnuſquiſqꝫ memor eſſe debet illius patientiſſimi Iob: qui in om̄i aduerſitate ſua: in damno rerū: ſiue in morte repentina filioꝝ: ſiue in plagis ⁊ vulneribus corporis ſui ſolit⁹ erat dicere. Dn̄s dedit dn̄s abſtulit: ſicut dn̄o placuit ita factū eſt: ſit nomen domini benedictum.

Qꝺ quinqꝫ ſunt regule ad acquirendā patientiam. Caplm III

Ertia conſideratio eſt de patiētie acquiſitione. In qua dicendū eſt quō patientia poteſt acquiri. Et ad hoc notande ſunt quinqꝫ regule.

Prima dr̄ recogitatio
Scda melioratio
Tertia premiatio
Quarta auxiliatio
Quinta exemplatio

Prima regula dicitur recogitatio. Quandocunqꝫ em̄ quis ſentit aduerſa multa imminere ſibi: recogitare debet peccata que commiſit: ⁊ dicere illud Michee. vij. Iram dn̄i portabo: quoniā peccaui ei. Sic faciebāt fratres Ioſeph quando venerunt in egyptū: ⁊ Ioſeph loquebatur cū eis: ⁊ ipſi non cognoſcebāt eū ⁊ dicebat. frater veſter vnus ligetur in carcere: vos autē abite ⁊ fratrē veſtrū minimū ad me adducite. At illi lingua hebraica credentes non intelligi ab Ioſeph dicebant ad inuicem. Merito hec patimur: quia peccauimus in fratrē noſtrū. videntes anguſtiā anime illius cū deprecaretur nos: ⁊ non audiuimus. Idcirco venit ſuper nos iſta tribulatio. Geñ. xlij. c. Secunda regula dicitur melioratio. Quandocunqꝫ quis tribulationibus quatitur vt patiens fiat: conſideret ꝙ deus in hac vita ſepius verat quos amat. ⁊ omnia in melius interpretetur. Unde Iob. v. c. dicitur. Beat⁹ homo qui corripitur a domino. Increpationē

ergo eius ne reprobes. Et ſapiēs. Prouer. iij. Diſciplinam domini ne abijcias: ne deficias cum ab eo corriperis. Quem enim diligit dominus corripit: ⁊ quaſi pater in filio cōplacet ſibi. Solet em̄ tribulatio ſatis ꝓdeſſe anime ad illuminandū eam: atq; ad ſuperādas mūdi ⁊ carnis blanditias. Unde Lactan. in. ij. lib. diuinarū inſti. ait. Tum maxime deus ex memoria hominū elabit: cum beneficio eius fruentes honorē diuine indulgētie dare debēt At vero ſi qua neceſſitas grauis preſſerit: tūc domini recordant: ſi belli terror infremuit: ſi morborū peſtifer a vis incubuerit: ſi alimēta frugibus longa ſiccitas denegauit: ſi ſeua tempeſtas: ſi grando ingruit: ad deum confugit: a deo petit auxilium: deus vt ſubueniat orat. Si quis in mari vento ſeuiente iactat: hunc inuocat. Si quis aliqua vi affligat: hunc potius implorat. Si quis ad extremā mendicādi neceſſitatē deductus victū p̄cibus expoſcit hunc ſolū obteſtat p eius diuinū atq; vnicū nomen: hominū ſibi miām querit, hec ille. Et Hiero. tribulationis vtilitatem p exemplum quoddā explicat in epiſtola ad Ruſticū monachū di. Grecus adoleſcēs erat in cenobio qui nulla abſtinētia: nulla opis magnitudine flammā poterat carnis extinguere. Hūc periclitantem pater monaſterij hac arte ſeruauit Impat cuidam viro graui vt iurgijs atq; cōuitijs inſectaret hoiem: ⁊ poſt irrigatas contumelias p̄m⁹ veniret ad querimonias. Uocati teſtes: p eo loquebant qui contumelias fecerat. Solus pater monaſterij defenſionē ſuam callide opponere ſtuduit: ne abūdantiore triſtitia abſorberet frat. Quid plura? Ita annus deductus eſt. Quo expleto interrogatus adoleſcēs ſup p̄ſtinis cogitationibus: ſi ita adhuc moleſte ſuſtineret. Pape inq̄t. Mihi viuere non lz: ⁊ fornicari libet? Tertia regula ad acquirendā patiām dicit premiatio Quādocūq; quis deficere videret animū in tribulatione: aut in laboribus ꝓpter deū ſuſceptis: ſtatī ſubleuari debet ad illam mercedē vberrimā ⁊ copioſā: que repromittit nobis in celis. De qua xp̄us dicebat Mat. v. Beati eſtis cum maledixerint vobis hoies: ⁊ pſecuti vos fuerint: ⁊ dixerint oē malū aduerſum vos mentientes ꝓpter me. Gaudete ⁊ exultate: quoniā merces veſtra copioſa eſt in celis. Sic ſtephanus cū eſſet inter eos qui pſequebantur ipm: intendens in celum vidit gloriā dei. Quarta regula dicitur auxiliatio. Quādocunq; aliquis premitur multis anguſtijs: ſciat deum aſtare ſibi: vt ei ſuccurrat: vel vt patientiam tribuat dummodo ip̄e auxilium eius poſtulet. Ideo Dauid in p̄s. xxxiij. ait. Iuxta eſt dominus his qui tribulato ſunt corde. Eſt de hoc exemplum magni antonij: qui cum poſt multa etiam verbera: que a demonibus fuerat paſſus: vidiſſet i ſplēdore quodam mirabili dominū ieſum chriſtum: dixit ad eum. Ubi eras bone ieſu: vbi eras? Quare a principio non fuiſti vt me iuuares: ⁊ vulnera mea ſanares? Cui dominus. Antoni. hic eram ⁊ meo auxilio certamē ſuperaſti. Amodo autem quia viriliter dimicaſti: in toto orbe faciam te nominari. Quinta regula ad acquirendam patientiam dicit exemplatio. Quando aliquis cupit habere patientiā: vltimum eſt remediū intueri ſanctorū exemplar ⁊ potiſſimum domini noſtri ieſu xp̄i. De quo Petrus p̄ma epiſtola caplo ſcōo, dicit. Xp̄s paſſus eſt pro nobis: vobis relinquēs exemplum. Et Paulus ad Hebreos. xij. capitulo ait. Recogitate eum qui talem ſuſtinuit a peccatoribus aduerſus ſemetipſum cōtradictionem: vt non fatigemini animis veſtris deficientes. Quenam patientie exempla non inueniuntur in chriſto? Uide illum o anima in cruce nudatum. Uide ⁊ contemplare diligenter. Si te grauatam ſentis infirmitate corporis: audi illum dicentem tibi. Et ego pro tua ſalute a planta pedis vſq; ad verticem totus ſum vulneratus. Si dixeris ei. Heu iniuſte accuſor: inique criminor ab emulis meis: reſpondebit tibi. Et ego qui deus ſum factus homo iuſtus ſanctus pius ſapiens mundus et impollutus: vocor ſamaritanus ſeductor malefactor: blaſphemus: et velut perditiſſimus reus: in medio latronum crucifigor. Si conqueſta fueris de paupertate: et ille clamabit. O anima mea ſuſtine patienter: quia et ego amore tui in tanta ſum paupertate conſtitutus: vt non habeā: vbi caput reclinem in cruce. Sitiui at aque mihi guttula denegatur. Et tandem nihil inueniri poteſt: in quo nos patiamur pro amore crucifixi: quin magis in illo patiatur ipſe pro amore noſtro. Propterea Auguſtinus in libro de conflictu vitiorum: ait. Si paſſio redemptoris ad memoriam reuocetur: nihil tam durum eſt: quod non equo animo toleretur. Paruꝰ enim toleramus ſi recordemur quid biberit ad patibulum: qui nos inuitat ad celum. Ille enim opprobria: irriſiones: contumelias: alapas: ſputa: flagella coronā

ſpineam crucē q; ſuſtinuit. Et nos miſeri ad noſtram confuſionē vno ſermone fatigamur vno verbo deijcimur. hec ille. Quare procuremus feruēter: vt acquiramus patientiā: per quam deus largiet nobis hic gratiā: ⁊ in futuro ſempiternā gloriā: in qua eſt benedictus p eterna ſeculorū ſecula. Amen.

¶ De predeſtinatorum numero et damnatorum. Sermo. XI

Ulti ſūt vocati pauci vero electi.

M. Matth. xx. c. Uerba (que reuerentijs veſtris ſunt propoſita) dilectiſſimi in xp̄o ieſu: ſunt ipſi⁹ dn̄i ieſu. que ſi homines vani attēte penſarēt ac ſubtiliter diſcuterent: timēdi deū cauſam haberent. Quid em̄ poteſt tanta efficacia timorē incutere: q̄ prefata verba ore veritatis infallibilis prolata ꝯſiderare? Quis em̄ nō paueret: quis nō obſtupeſceret: ſi q̄ videret ſuū regē populos ſibi ſubiectos om̄es ſine defectu coram ſe aduocantem: ⁊ ex tanta multitudine paucos ad gloriā eligentē: reliquos aūt in cōfuſiōe ignominia ⁊ tormēto relinquētē? O quātus timor: o quātus fletus: o quātus gemitus tales comprehēderet? Sed nūc inſania hominū putat contrariū. Nam ſi ſigillatim om̄es interrogētur infideles an ſint electi ad ſalutē: quaſi omnes dicerent ſumus. Similiter etiā iudei idē dicerent. Uerū quid de xp̄ianis loquar? quorū fides eſt veriſſima. Nōne ⁊ ipſi etiā in omnibus malis viuentes: tamē credūt ſe miſericordiam dei conſecuturos? Interroga (queſo) ſingulos in omni ſexu: ⁊ in omni etate conditiōe gradu ac dignitate: neminē fere inuenies etiā ſi in malo pſeueret: qui ſe nō putet electū. Et hoc euenit partim: quia ignorant lumē veritatis: partim quia proprij amoris fallacia decipiunt: partim deniq; quia diabolica ſuggeſtione fallunt. Nam plerūq; etiā fatui ſe ſapiētes exiſtimant: ⁊ qui claros non habent oculos: vmbram interdum pro veritate percipiunt: ⁊ ſepe ſomniantes putant ſe vigilare: ⁊ eſſe vera que ſomniant. Sic multis vocatis a deo eueniet: qui nunc credūt ſe ſaluari: ⁊ damnabunt: quia dicit ſaluator. Multi ſunt vocati pauci vero electi. Nonne vides in omnibus rebus exemplū: quia illud (quod eſt deterius) plus abundat, vt in fine ſermonis dicet. Sed nunc cape exemplum in piſcatoribus: quia vt plurimum plus imundicie: ⁊ piſcium inutiliū in rete capiunt q̄ ſint boni piſces. Hoc confirmat diuina auctoritas Matthei. xiij. Simile eſt regnum celorum ſagene miſſe in mare, vſq; ibi. in caminū ignis. Ecce q̄ boni ponuntur in vaſis quaſi in modico loco morantes propter paucitatem: ſed mali proijciunt in littus maris propter multitudinem. O peccator conuertere ⁊ conſidera quid ſignificet. Multi ſunt vocati. ⁊c. Sed licet xp̄us nequeat mentiri: tamen quia eius ſacratiſſima dicta ab ignorantibus male intellecta ſepenumero errore decipiunt. Ideo pro luculentiori thematis noſtri declaratione tria in hoc ſermone notabimus.

Primū dicit oppoſitio.
Scōm dr̄ declaratio.
Tertiū dr̄ cōfirmatio.

¶ Circa primū qd̄ eſt oppoſitio. Quidam em̄ vident opponere q̄ nō pauci ſed multi ſunt electi: ⁊ hoc triplici oppoſitione probare vident.

Prima dr̄ inclinatiōis.
Scōa dr̄ reuelatiōis.
Tertia dr̄ p̄deſtinatiōis.

¶ Prima oppoſitio dr̄ inclinatiōis: ⁊ eſt talis Om̄ia que ſunt inclinant ad agendū ſm̄ bonitatē ſue nature, loquēdo naturaliter. vt patet in creaturis inſenſibilibus: ⁊ ſenſibilibꝰ: que magis q̄ nos ſequūtur nature ſue inclinationē. Un̄ phus. iiij. ethico. ait. Unuſq̄ſq; dirigit opera ſua ſm̄ optimū eorū que ſunt in ipo. Et Boetius in. iiij. de ꝯſo. pſa. iiij. inq̄t. Agit em̄ cuiuſq; natura: qd̄ ꝓpriū eſt ei diffinire. Ergo ⁊ deus (cuiꝰ eſſe eſt pfectiſſimū) inclinat a bonitate ſue nāe: vt agat ſm̄ eā. nā ſi alia agunt hoc a fortiori deus. Hoc patet. ij. Meth. vbi dicit. Qd̄ eſt cauſa aliorum vt ſint talia: illud maxime eſt tale: exemplo ignis: qui cū ſit cauſa calefaciendi aquā: arguit q̄ ſit maxime calidus. Ergo cū deus ſit cauſa vt alia agant ſʒ inclinationē ſue nature: ipſe debet agere ſm̄ ſuā imo magis: q: teſte Proculo: qui dicit de cauſis auctor. Quicq̄d pōt cā ſcōa: pōt cā prima nobiliori ⁊ altiori mō. Et ꝯmētator. ij. meta. ait. Pria cā eſt mag̃ digna in eēr ꝟtute q̄ oia alia entia. q: oia alia entia acq̄rūt eſſe et ꝟtute a pma. Sʒ q eſt iclinatio nāe dī? Mia. Hic dr̄ in ps. Apud dn̄m mia: ⁊ copioſa apō eū redēptio. ⁊. xxvi. q. vij. c. alligāt. Et allegat d pe. di. i. c. mltiplex mia. vbi dr̄. Mie dn̄i nec mēſurā poſſumꝰ imponere: nec tp̄a diffinire. Ecce q̄ iclinat ad miſeredū ſʒ nām. g̃ debet plibꝰ miſeri, ⁊ ꝯſiter plures eligere q̄ dānare Uerū rn̄dere q̄s pōt q̄ ēt deꝰ inclinat p nām facere iuſticiā. Cōcedo. ſʒ tn̄ mag̃ inclinat ad

miſericordiā teſtante Iac.ij.c.ſue cañ. vbi ait Superexaltat aūt miſericordia iudiciū. Et ð pe. di.i.c. quia diuinitatis: τ ſunt verba. Hiero. vbi dicit Quia diuinitatis nã demens eſt et pia magis ad indulgentiā ꝙ ad vindictā prona que nullatenus vult mortem peccatoris: ſed vt magis conuertat̃ τ viuat. Ergo pluribꝰ miſeretur. Secūda oppoſitio dicit̃ reuelationis. Arguendo nanqꝫ pro talibus. dico ꝙ plures ſaluent̃: qꝛ i diuinis ſcripturis inuenitur ꝙ plures ſaluant̃. Nā oēs electi ſignificantur in promiſſiōibus factis ad Abraā a deo: ſicut ſancta mater eccl'ia canit. Signifer ſcūs Michael repreſentet eas in lucē ſanctā: quā olim abrae ꝓmiſiſti τ ſemini eius. Sed ſemē electorum eſt ampliſſimū. Nā Geñ.xij. dixit deꝰ Abrae. Egredere de terra tua τ de cognatiōe tua: τ de domo patris tui: τ intulit. d. Faciam te creſcere in gentē magnā. Item.xiij.c.d. Faciam ſemē tuū ſicut puluerē terre: quē τ ſi homo poteſt numerare: ſemē quoqꝫ tuū numerare poterit. Et.xv. anteꝙ Abraā filiū haberet educens eū foras dixit. Suſpice celū. τ numera ſtellas ſi potes. τ dixit ei. Sic erit ſemē tuum. Ecce quot ſunt electi ſignificati in ſemine Abrae. Hic Job.xxv.d. Nunquid eſt numerus militū illiꝰ, quaſi.d. Non. Et dauid induxit xp̄m patri.d. Dinumerabo eos: τ ſup arenam multiplicabunt̃. Similiter Iohes Apoc.vij. hoc teſtat̃.d. Audiui numerū ſignatorum c.xliiij. milia ſignati. ex omni tribu filiorum iſrael. Ex tribu iuda.xij. milia ſignati, vſqꝫ ibi ſtantes ante thronū dei. Ecce quanta eſt electorum multitudo. Propterea doctores ſancti in ſuis opinionibus licet ſint varie tamē oſtēdunt multos ſaluandos. Magiſter nāqꝫ ſen. in.ij.di.i. dicit hominē eſſe factum inter alias cauſas pro reſtauratiōe nature angelice. Unde τ in di.ix. allegat Greg.di. Superna illa ciuitas ex angelis τ hoībus conſtat: ad quā credimus tantos hūani generis aſcendere: quantos illic contigit angelos remāſiſſe: ſicut ſcriptum eſt. Statuit terminos populorū iuxta numerū angelorꝫ. Et hoc exponit ipſe magiſter dicens. Non iuxta numerū eorū qui ceciderunt: homines ad beatitudinē admittuntur: ſed eorꝫ qui remāſerunt. Ergo iuxta hanc opinionē cū ſint angeli pene innumerabiles: ſequit̃ ꝙ tot erūt hoies q ſaluabunt̃. Nam de angelis d̃ Danielis.vij. Milia miliū miniſtrabāt ei. τ decies cētena milia aſſiſtebant ei. Itē idē magiſter in p̄fata di. ponit aliā opinionē que eſt. Aug.xxij.li. de ciui.dei.c.i.d. De mortali ꝓgenie merito iuſteqꝫ dānata tantū ppl'm p grāz ſuā colligit. vt inde ſuppleat et reſtauret partē que lapſa eſt angelorꝫ: ac ſic illa dilecta ac ſup̄na ciuitas nō fraudet̃ ſuorum numero ciuiū: q̃ etiā fortaſſis τ vberiore letet̃. Itē ibidē ponit aliā opinionē dicēs: ꝙ ſolum ruine angelice per virgines reſtaurabunt̃: de ceteris aūt hoībus ſunt tot ſaluādi: quot ſunt angeli q remāſerūt. τc. Eſt τ alia opinio Bonau. in.ij.di.ix.q videt̃ oībus verior. Ait em̄ ꝙ cū ſint.ix. angelorꝫ ordines: debēt ad ipos hoies aſſumi ꝓ meritorꝫ ꝯditiōe. τ ideo non tm̄ aſſument̃ ad ipos virgines: q̃ etiā τ multi aliq̄ etiā multi corrupti carne i merito multis virginibus preferant̃: ſicut patet in beata Maria magdalena: τ Petro ap'lo. qui m'ltis virginibus vtriuſqꝫ ſexus p̄ferunt̃. Preterea dicit ꝙ multi dū fuerūt in hac vita nō fuerūt tanti meriti vt poſſent aſſumi ad angelorꝫ ordines. qui tm̄ ſaluati ſunt merito paſſiōis xp̄i. τ de ipſis fiet decimus ordo. ſicut olim fuit figuratū tempore Ezechie regis Iude: quādo a deo impetrauit ne moreret̃: tūc ſol in ſignū exauditionis p decē gradus q̄s deſcenderat retroceſſit in horologio Achaz: ſicut p̄ꝫ.iiij. Reg.xx.c. Sic xp̄s ſol iuſtitie nouē relictis angelorꝫ ordinibus: ad decimū generis humani faciendū deſcēdit. Et ſimiliter iſte decimꝰ ordo ſignatus eſt in decima drachma. Luc.xv. quā mulier.i. diuina charitas amiſſam requiſiuit domū.i. humanā naturā paſſione ſubuertens. Ecce quot iſtis opinionibꝰ preſupponūtur ſaluādi. Numera eos ſi potes. Ergo non ſunt pauci vocati ſiue electi. Tertia oppoſitio dicit̃ predeſtinatiōis. Et arguitur ſic. Aut deus p̄deſtinauit omēs: aut partē. Si omēs ergo oēs ſaluabunt̃. qꝛ p̄deſtinatio eſt origo τ fundamētū hūane ſalutis, vt colligit̃. di.xl. primi ſniarꝫ. τ xxiij.q.iiij.c. Nabuchodonoſor. Preterea arguit̃. Deꝰ eſt imutabilis. ſi ergo oēs p̄deſtinauit: oēs ſaluabit: qꝛ eiꝰ volūtas nō pōt mutari: iuxta illud qđ dicit̃ de reg. iu. li.vi. Qđ ſemel placuit ampliꝰ diſplicere non pōt. Si aūt dicis ꝙ nō omēs predeſtinauit ſꝫ partē. τ ego quero quare nō oēs. Et p̄bat̃ ꝙ nō ſit verū. Primo ſi ſic eēt: videret̃ ꝙ deꝰ eſſet pſonarū acceptor: τ hoc negat ſcriptura: Unde Actuū.x. Petrꝰ ait. In veritate cōperi qꝛ nō eſt perſonarū acceptor deus. Itē xxiij.q. iiij.c. ſicut excellentiā. τ de ꝯſe.di.iiij.c. nec que. ꝙ. Et extra de preben.c. venerabilis dicitur. Non generis ſed virtutū nobilitas vitequꝫ honeſtas gratū deo faciunt τ idoneū ſeruitorem:

ad minus regimē nō multos ſm̄ carnē nobiles τ potentes elegit: ſed ignobiles ac pauperes. eo ꝙ nō eſt perſonarꝫ acceptio apud ip̄m. Etiā ſcribit Rom.ij.c. Nō eſt perſonarū acceptio apud deū. τ Sap.vi. Equaliter eſt ei cura de oībus. τ Matth.v. Solē ſuū oriri facit ſup bonos τ malos. Scđo p̄bat̃: qꝛ omēs ad penitentiā vocat, ſicut dicit ap'ls.i. Timo.ij. ꝙ deus vult oēs hoies ſaluos fieri. Uult ergo oēs, τ nō partē. Un̄ idē ap'ls Ro.viij. ait Scimus qm̄ diligētibus deū oīa cooperant̃ in bonum his q ſm̄ ꝓpoſitū vocati ſūt ſcti. Nā q̄s preſciuit τ p̄deſtinauit ꝯformes fieri imaginis filij ſui: vt ſit ipſe primogenitꝰ in multis fratribus. Quos aūt p̄deſtinauit hos τ vocauit τ quos vocauit hos τ iuſtificauit. τ quos iuſtificauit illos τ magnificauit. Quid ergo dicemus ad hec: Si deus ꝓ nobis quis ꝯ nos: Qui etiā ꝓprio filio ſuo nō pepcit: ſed pro nobis oībus tradidit illū: Quō nō etiā cū illo oīa nobis donauit. Sed volūtas dei eſt infallibilis: qꝛ omnia quecūqꝫ voluit fecit. Nec pōt impediri. Ad Ro.ix. Uoluntati eius quis reſiſtit: ergo τc.

Eiuſdē myſterij d̃ declaratio. Ne ergo in errore mens paru intelligentium ꝑmaneat ex p̄fatis videbimꝰ tres declarationes ꝯ tres p̄dictas oppoſitiōes.

Prima eſt cōtra inclinationē.
Scđa ꝯtra reuelationē.
Tertia ꝯtra p̄deſtinationē.

Prima eſt ꝯtra iclinationē. Dicebat̃ ꝙ deꝰ debebat plures ſaluare ꝙ damnare. qꝛ eiꝰ nā magis inclinata eſt ad miſerendū ꝙ puniēdū. Rn̄deo ꝙ verū eſt q̄tū ad effectū: τ nō q̄tū ad naturā: qꝛ nō eſt differēs i nā. ſꝫ tm̄ nō ſequitur ꝙ ꝓpterea oēs vel plures ſaluent̃. qꝛ regula illa intelligit̃ ſtantibꝰ terminis ipſiꝰ nature. Uerū nanqꝫ eſt ꝙ deꝰ ſaluaret oēs ſiue multos: ſi ipſi ſe ad ſalutē diſponerēt: ſed quia nō ſe diſponūt: ideo natura nō ſaluant̃. Patꝫ hoc exemplo multiplici. Nā cibus naturaliter habet p̄bere nutrimentū: ſed tm̄ nō prebet illo qui nō habet digeſtionē. Lumē habet illuminare: ſed tamē nō illuminat cecorꝫ oculos. Medicina habet ſanitati diſponere: ſed non diſponit morituros. τ hoc nō eſt ex culpa actiuorū: ſed ex defectu paſſiuorꝫ. qꝛ nō ſunt diſpoſiti. Unde hoc idē ꝯfirmat p̄hus.ij. de anima dicēs. Actꝰ actiuorꝫ ſūt in patiēte bene diſpoſito. Sic dico ꝙ dei natura licet de ſe ſit inclinata omnibus miſereri: tamē non omnibus miſeret̃: quia non ſe diſponūt ad ſuſceptionē ipſius. Hinc auctor de cauſis ait. Prima cauſa τ ſuperior ſemp ē ſine varietate: ſed cauſe ſecunde nō recipiunt virtutē prime niſi ſm̄ ꝯtingentiā. ergo non valet argumentū. Secunda declaratio eſt contra reuelationē. Naꝫ dicebatur ꝙ plures ex reuelatiōe demonſtrāt ſaluari ꝙ damnari. Reſpondeo ꝙ de electis eſt loqui dupliciter. ſcꝫ abſolutē τ reſpectiue ſiue comparatiue. Primo modo electorum eſt maxima multitudo. Nōne tibi videntur multi tot prophete: tot martyres: tot cōfeſſores: tot virgines: tot continentes τ caſti. Et ſic habent intelligi iſte auctoritates doctorūqꝫ opiniones. Secundo modo in comparatione ſiue cōparatiue loquēdo: dico ꝙ electi ſunt pauciſſimi. Si em̄ boni malis comparentur pauciſſimi inuenient̃. Nā ſi q̄s ex magno mōte arenarum. vel ex littore maris ſumeret pugillum arene: arena illa grandis diceretur abſolute: quia grana ibi contenta eſſent infinita: ſed cōparando ad illa que ſunt in mōte ſiue in littore maris: diceret̃ pauca. Sic eſt đ electis. nā multi ſunt abſolute: ſed in cōparatione damnatorū pauci. τ ideo deus abſolute loquendo dixit ad Abraam ꝙ ſemen ſuū multiplicaret ſicut puluerem: τ ſicut ſtellas celi. Et in comparatione loquendo fuit dictum Deut.xxxiij. Ecce omnes electi in manu dei ſunt. quaſi dicat. Electi tam pauci ſunt vt poſſint manu teneri. Hinc Sap.iij. dicit̃. Iuſtorꝫ anime i manu dei ſunt. Et ſic patet ſecunda declaratio.

Tertia declaratio eſt ꝯtra p̄deſtinationem. vbi dicebatur ꝙ aut deus omēs elegit, vel predeſtinauit: aut partem. Et ſi omēs: ergo omēs erant ſaluandi. τ ſi partē: hoc erat falſum: tum quia non eſt perſonarū acceptor: tum etiam quia vult omnes homines ſaluos fieri. Reſpondeo dicendum ꝙ non omnes predeſtinauit. Nam predeſtinatio eſt tantū bonorum. Unde magiſter in.iij. diſt.xl. ait. Predeſtinatio eſt gratie preparatio qua elegit quos voluit ante mundi conſtitutionē. Sed dices. ergo eſt perſonarum acceptor. τ ꝙ non omnes vocauit. vt dicit Ap'lus. Dico ꝙ nō ſequitur. Nam ipſe ex hoc non acceptat perſonas. ſed merita: τ damnat demerita. Et ideo non omnes predeſtinauit: quia preuidit quoſdam in peccato duraturos. illos autē tantū predeſtinauit quos benefactores precognouit. Unde xxiij.q.iiij.c. Nabuchodonoſor. Augu. ait. Uires obedientie non ideo culpiā ſubtrahit: qꝛ eū nō p̄deſtinauit. Sed ideo eū nō p̄deſtinauit: qꝛ receſſurum ab ipſa obedientia preui-

ait. Et infra dr. Quia preſciti ſunt caſuri: nõ ſunt pdeſtinati, eſſent aũt pdeſtinati: ſi eſſent reuerſuri. Ecce ergo ꝙ deus nõ conſiderat in pdeſtinatione pſonas: ſed merita. Qđ autẽ dicebat̃ ſm aplm̃ ꝙ deus vult oẽs homines ſaluos fieri ⁊c. Rñdeo ſm doc. ⁊ maxime ſꝫ Ioh Dama. ⁊ Alex. de hal. ꝙ in deo dicit̃ eſſe duplex volũtas: nõ reſpectu volẽt. ſ; reſpectu voliti. Una dr̃ antecedẽs ſiue abſoluta, altera cõſequens ſiue cõditionata. Volũtas antecedens eſt qua vult deus omnibus miſereri. ⁊ vult oẽs ſaluari. Uocat em̃ cũ iſta ad pniam omnes: ſcꝫ iudeos: paganos: ſaracenos: ⁊ qſcunqꝫ pctõres clamatqꝫ ad vitam eternam. Sed iſta nõ ſequit̃ effectũ ſuum ppter rebellionẽ liberi arbitrij noſtri. Clamat deus: Volo te ſaluare anima mea. Et liberũ arbitrium pctõris rñdet: Nolo. Exemplũ de rege: q̃ pciũ ſoluit p liberatione ſuoꝝ ciuiũ: ⁊ parat naues vt in patriã eos reducat a captiuitate: ⁊ oẽs a vinculis vult liberare ac ſoluere. Sed qdaꝫ eoꝝ contẽnũt. Ecce ꝙ ſaraceni iudei ⁊ ceteri obſtinati pctõres nolunt exire de carcere infidelitatis ⁊ male volũtatis. Sed tamẽ deus pciũ p oĩbus ſoluit redemptionis ⁊ oĩbus vult miſereri. Unde apoſtolus Heb. v. Fact⁹ eſt oĩbus obtemperãtibus ſibi cã ſalutis eterne. Et de abſoluta volũtate dicit idem aplus i. Ti. ij. Hoc bonũ ẽ ⁊ acceptũ corã ſaluatore noſtro deo: qui vult omnes hoĩes ſaluos fieri: ⁊ ad agnitionẽ veritatis venire: qui dedit redemptionẽ ſemetipm̃ p omnibus. Alia voluntas dr̃ cõſequẽs ſiue cõditionata. Et ſm iſtam voluntatẽ nõ vult oẽs homies ſaluare quia hec eſt cũ cõditione diuine iuſticie. Uult em̃ illos ſaluare qui gradiunt̃ per ſemitã mandatorum ſuorum: ⁊ damnare eos qui ambulant per vias nõ bonas: niſi retrahant pedẽ. Exemplũ de rege qui ſuos ciues diligit, ⁊ omnibus ſalutem optat. ⁊ ꝙ ꝗ velit omnes ſaluos eſſe: tamẽ vult quoſdã qui nephanda cõmiſerunt ſupplicijs tradere. Sic eſt de deo. Sed dicit aliquis. Nolo aliquid boni agere: quia ſi ſũ pdeſtinatus: oĩno ſaluabor, ſi vero non: oĩno damnabor. Tace ſtulte: quia de⁹ ita te pdeſtinauit: ꝙ tamẽ vult te laborare vt ſalueris. Unde magr̃ in. i. di. xl. ait. Predeſtinatio eſt ſalus ex inductione meritoꝝ. Et. xxiij. q. iiij. c. obtineri. dr̃. Ipſa quoqꝫ perenis regni pdeſtinatio: ita eſt ab oĩpotenti deo diſpoſita: vt ad hoc electi nõ niſi laborẽ pueniant: quatenus laborando mereant̃ accipe: quod eis omnipotẽs deus ab eterno diſpoſuit dare. Itez propterea nõ damnaberis: quia ſicut ſpeculator oſtendens viam bonam tranſeuntibus: ⁊ eſſe malã viam (que eſt a ſiniſtris) teneant: nõ eſt cauſa vt in ea incidant in latrones: Sic deus p pdeſtinationẽ nõ eſt cauſa damnationis alicuius. Nam ſtultus eſſet ille qui nihil cibi vel medicine ſumere vellet dicẽs: Si debeo mori: moriar: ⁊ ſi viuere: viuam. Unde Aug. xxiij. q. iiij. c. Nabuchodonoſor ait. Uaſis ire nũqꝫ deus redderet interitũ: ſi nõ ſpontaneũ inueniretur homo habere pctm̃. Quia nec de⁹ peccanti homini iuſte inferret iram: ſi homo ex pdeſtinatione dei cecidiſſet in culpã. Et idez eodẽ. c. §. Non ergo. ait. Non ergo nccitatem facit correctionis vel obdurationis diuina predeſtinatio ſiue pſciẽtia: cũ boni p grãꝫ corrigantur libero arbitrio: mali pereant ⁊c. Hoc ſatis patet: ꝙ non ſequitur ꝙ deus debeat multos vel omnes ppter predeſtinationem ſaluare: ſed illos qui volunt ſaluari bene viuẽdo ⁊ operando.

Ertiũ myſteriũ dr̃ confirmatio. Annũcio vobis mala noua: qꝛ verificat̃ ſmo ieſu xp̃i qui dicit. Multi ſũt vocati ⁊c. Qđ vt certius confirmet̃: triplici cõfirmatione demonſtrabit̃.

Primo dr̃ exemplificationis.

Scdõ dr̃ teſtificationis.

Tertia dr̃ malignationis.

Prima cõfirmatio dr̃ exemplificationis. Nam ſi intuemur oĩa exempla taꝫ naturalia ꝙ diuinalia ⁊ moralia: inueniemus ꝙ plures tendunt ad penã ꝗ ad gl̃iam. Primo em̃ cõſideremus naturalia exempla. Videm⁹ em̃ ꝙ in iſtis (que naturalr̃ fiunt) plus malicie abundat ꝗ bonitatis. Un facilius eſt deſtruere ꝗ edificare: pdere ꝗ inuenire: occidere ꝗ reſuſcitare. Nam vno anno conficit̃ panis: ⁊ vno momento quaſi deuorat̃. Multis annis homo pficit̃: ⁊ modica hora pdit̃ ⁊ occidit̃. Quare hoc. Quia natura rerum facili⁹ ducit̃ ad malũ. Itez videm⁹ ꝙ plus eſt terra inculte ꝗ culte: plus aq̃ amare ꝗ dulcis: plus ſũt immũdicie q̃ ex frumẽto vino ⁊ oleo exeũt ꝗ ipſi fructus: plus lapides edificioꝝ ꝗ pcioſi. Sic reprobi plures ſunt ꝗ electi. Item cernim⁹ ꝙ in his rebus (que vſui nature ſunt difficiles ad habendũ) pauci pueniũt: vt in ſcientia: dignitatibus ⁊ huiuſmodi. Et hoc quare. Quia pcioſa difficillime poſſidẽt̃. Sic ḡ ⁊ gl̃ia celeſtis a paucis eripitur: qꝛ pcioſiſſima eſt. Unde ait phus. Malum eſt facile: difficile eſt bonum. Secundo conſideremus diuina exempla

que fuerunt figura ſaluandoꝝ paucitat̃. Lege Gen. vij. c. ⁊ inuenies ꝙ tpe diluuij pauci id eſt octo aĩe vtriuſqꝫ ſex⁹ ſaluate ſunt in arca Noe. Lege inſuper Gen. xix. ⁊ ſimilr̃ inuenies ꝙ ex ſodoma ⁊ gomorra ſolus Loth cũ vxore ſua ⁊ duab⁹ filiab⁹ ſaluat⁹ fit. Et tñ quia eius vxor retroſpexit: in ſtatuã ſalis mox conuerſa fuit. Itẽ ſi bene legis inuenies ꝙ ex illa maxima multitudine filioꝝ iſrael (que egreſſa eſt de terra egypti) nemo eoꝝ a viginti annis ſupra intrauit terrã pmiſſionis: niſi Caleph ⁊ Ioſue. O peccator: conuertere: qꝛ multis: imo oĩbus terra viuentiũ pmiſſa eſt, ⁊ tñ pauci intrant: pauci effugiunt interitũ hui⁹ ſeculi: qꝛ nolunt ſibi puidere. Tertio conſideremus exempla moralia. Nã legit̃ ꝙ ſanct⁹ Bernardus. xv. die poſt mortẽ ſuã apparuit cuidam monacho: cui inter alia interroganti ſi tã difficile eſſet ſaluari. vt ſcripture teſtant̃: rñdit ꝙ verũ erat. Et intulit dicens. Ea die (qua ex hac vita migraui) quadragintatria milia hominũ deceſſerunt: ⁊ ſolũmodo ego cũ quodaꝫ heremita vitã celeſtẽ intraui. ⁊ quidã bonus ſecularis penas purgatorij ſaluandus intrauit. Refert etiã quidã hiſtoricus ꝙ quidam monachus Lugdunenſis (qui fuerat in heremo p annos triginta in magna pnia) poſt ſuã mortẽ apparuit epo ciuitat̃ Lugdun. dicẽs. Heu heu iuſticia dei: ꝙ terribilis es: ꝙ ſubtilis: ꝙ acuta: ꝙ aſpera. Et mirans epus ipm̃ adiurauit vt diceret quid hoc eſſet. Cui ille reſpondit. O Iohãnes age pniam. grãndis em̃ tibi reſtat via. Eo enim die (quo ego deceſſi ex hac vita) tranſierunt etiã octoginta milia animeque oẽs damnate fuerunt: exceptis quinqꝫ quarũ due eternã gl̃iaꝫ. ⁊ tres purgatoriũ intrauerunt. Et his dictis diſparuit. Habet̃ etiã in chronicis ordinis noſtri ꝙ cũ quidaꝫ frater noſter deuotus ⁊ ſanct⁹ predicaret in partibus alemanie pplo ipm̃ audiente ⁊ vidẽte: quedã mulier peccatrix cõpuncta tunc diuina grã: mortua eſt ex vehementi peccatorũ dolore. Et cũ finẽ predicator ſermoni feciſſet: dixit pplo: vt vnã ſecũ dño funderent pces: vt ſi bonũ foret: qđ actũ eſt in muliere: appareret. O mirabile dictũ. Illa (que mortua fuerat) ſana reſurrexit. Rogat frater eã vt ſi qđ vidiſſet aperiret ad audientiũ vtilitatẽ. At illa ait. Sciant omẽs hoĩes ꝙ mortui ſunt hodie. lxx. milia hoĩm: qui oẽs dãnati ſunt exceptis quattuor: qui ad purgatoriũ deſcenderunt. O obcecati peccatores agite pniam: qꝛ iuſticia dei eſt ſtrictior ꝗ credit̃. Et qđ mirũ ſi tot damnant̃: cũ tot⁹ mũd⁹ ſit laqueis plen⁹. Nõne ſanct⁹ Antoni⁹ abbas rapt⁹ in ſpũ vidit totũ mũdũ laqueis plenũ: ⁊ flẽs exclamauit dicẽs. Dñe quis euadet hos laqos. Et dñs rñdit. Sola humilitas. Ecce ꝙ nemo põt ſaluari niſi fuerit humilis: ⁊ tñ paucos videm⁹ q̃ illã virtutẽ ſequunt̃. Hoc ꝯfirmat dñs Mathei. xviij. Niſi ꝯuerſi fueritis ⁊ efficiamini ſicut paruuli: nõ intrabitis in regnũ celoꝝ. ḡ ⁊c. Secunda ꝯfirmatio dr̃ teſtificationis. Nã hoc reſtant̃ oẽs ſcripture ⁊ doctores: ⁊ etiã pagani. Uirgili⁹ em̃ ait. vi. Eneidos. Paucis quos equus amauit Iupiter. Et Valeri⁹ maxim⁹. Multis em̃ laborib⁹ ſuſcepti: vix eoꝝ cõpotes fieri contingit. Et Aug. xx. de ciui. dei. Plures homies currũt in penis ꝗ in gl̃iam. Idẽ. xxi. c. xij. ait. Si oẽs a tenebris transferrent̃ in lucẽ: in nullo appareret ſeueritas vltionis. In qua ppterea multo plures ꝗ in illa ſunt: vt ſic oſtedat̃ qđ oĩb⁹ deberet̃. Qđ ſi omĩb⁹ redderet̃ iuſticia vindicãtis: nemo recte repᵭenderet̃. Itẽ libro de vero cultu ait. Anteꝗ xp̃s adueniret i mũdũ: de mũdo tranſierunt pluſꝗ q̃nqꝫ milia annis: q̃b⁹ oẽs dãnabant̃: deptis paucis de pplo iſrl̃. Et idẽ eodẽ libro. Arbitror em̃ tres mundi ptes fore dãnandas: eo ꝙ in ipis oẽs regnant infideles. De quarta aũt pte qđ dicã: niſi qđ Iob. ait. Tot⁹ mũdus in maligno poſitus eſt. Et Greg. in omel. ſup Matth. dicit. Ad fidẽ plures veniũt: ſ; ad celeſte regnũ pauci pducunt̃. Plerīqꝫ em̃ vocib⁹ deũ ſequunt̃: ſ; morib⁹ fugiunt. Ueniam⁹ ad campũ diuinarũ ſcripturarũ. Quid dicis tu o Eſa. c. viij. Multiplicaſti (inqt) gentẽ: ſed nõ magnificaſti leticiã. Et. i. Pet. iiij. c. dicit̃. Si iuſtus vix ſaluabit̃: impius ⁊ peccator vbi parebũt. O miſer peccator: mala nouella. Sed forte dic. Non credo predictis teſtibus: quia fortaſſis (vt hoĩes) ſunt locuti. Saltẽ xp̃o crede. Quid dicis dñe ieſu. Audi Matth. vij. Intrate (inquit) per anguſtã portã: qꝛ lata porta ⁊ ſpacioſa eſt via: que ducit ad pditionẽ: ⁊ multi ſunt qui intrant per eã. O pctõr pauperculeꝗ male nouelle. Tu velles ꝙ dicerẽ ꝙ oẽs ſaluantur. Ego non poſſum: qꝛ veritas mihi cõtradicit. Certe ſi iſta non eſſent vera ⁊ vtilia: xp̃s ea nõ predicaſſet. Nã vt etiã ſalutis viã arduã oſtẽderet: dicit in eodẽ. c. Nõ oĩs q̃ dicit mihi dñe dñe: intrabit in regnũ celoꝝ: ſed qui fecerit volũtatẽ patris mei: qui in celis eſt: ipe intrabit in regnũ celoꝝ. Multi dicent mihi in illa die. Dñe dñe nõne in noĩe tuo pphetauim⁹: ⁊ nõne i noĩe tuo demonia eiecim⁹: ⁊ miſtaqꝫ vir

falſis fecimꝰ. Et tunc confitebor illis: qꝛ nūꝙ
noui eos. Diſcedite a me oēs q operamini ini-
quitatē. Et thema dic. Multi ſunt vocati ⁊c.
Tertia cōfirmatio dr̄ malignationis. Tan
ta eſt hoim malignitas ꝙ nō mirari debemꝰ
ſi pauci ſaluenſ. Licz em (vt pbus ait) de futu-
ris cōtingentibꝰ non ſit determinata veritas:
tñ ſepiſſime ex qualitatibꝰ rerū quedā futuro
rū iudicia certa percipimꝰ. Sicut dicimꝰ. Se-
ro rubrū celū: mane indicat eſſe ſerenū. Et h
vt plurimū verū eſt. Cognoſcimus etiā ex nu-
bium denſitate: ventoꝝ: fulguꝝ: ⁊ tonitruoꝝ mul-
tiplicatione ꝙ magnā teſtanſ futurā tempe-
ſtatē. Unde ⁊ ipe ſaluator cū de tribulatione
(que in orbē ventura eſt) loquereſ diſcipulis:
intulit dicens. Ab arbore aūt fici diſcite para
bolā. Math. xxiiij. ⁊ Luc. xxi. Hoc autē dico
ꝙ ex precedentibꝰ ſignis multotiens exitū co
gnoſcimꝰ futuroꝝ. Cū em totū pene mundus
cernamꝰ letali vulnere peccati ſauciatū: plura
mortis ſigna ꝙ vite: quid aliud de ipo iudica
re poſſumꝰ ꝙ malū? Nonne attrito ſermonis
pꝛouerbio dicimꝰ ꝙ impoſſibile eſt male viuere
⁊ bene mori: ⁊ econuerſo. Nōne verū eſt qd
Geñ. viij. c. ſcriptū eſt. Senſus ⁊ cogitatio ho-
minis pna ſunt ad malū. Et. xij. q. i. c. omnis
etas dr̄. Omis etas ab adoleſcentia pna eſt
ad malū. ergo qꝛ hoies pni ſunt ⁊ pmpti ad
malū pereunt. Hinc. i. Ioh. v. c. dr̄. Totꝰ mun-
dus in maligno poſitꝰ eſt. Cū ergo plura ma-
la ſigna dānationis in mundo cognoſcimꝰ ꝙ
dixi ꝙ ſalutis: qd poſſumꝰ dicere niſi ꝙ multi
ſunt vocati: pauci vero electi. O dñe deꝰ quo
vadunt iudei oēs ⁊ infideles? Ad infernum.
Si quis em aliter crederet eēt hereticꝰ. Quo
tendunt pueri q ſine baptiſmo decedunt? Ad
infernū. Quo etiā vadūt tot heretici qui ſunt
in mūdo? Nā omes orietales ethyopie: libye:
pene oēs greci: boſinenſes: ⁊ multi alij varijs
hereſibꝰ ſunt implicati. Non inuenies caſtel-
lum: ciuitatē aut villā: que nō habeat aliquos
hereticos occultos aut publicos. Nā alij non
credunt aīam eſſe imortalē. Alij dicunt nō eē
aliā vitā: nec infernū: nec paradiſum. Alij aſ-
ſerunt luxuriā nō eſſe peccatū. Alij putāt ſtel-
larū fatū ſuper liberū arbitriū habere poteſta-
tem. Alij credūt mulieres in gattas: ⁊ hoies
in lupos poſſe mutari. Alij tenent ꝙ ſpiritus
humani ingrediunſ corpa aliena. Alij credūt
ꝙ facere incantatiōes nō ſit peccatū. Et mul-
ti alij errores inueniunſ a quibus nolūt ho-
mines cōuerti. Oēs hmōi in errore ſuo obſti-
nati perſiſtētes ſunt excōicati ab eccl'ia. vt pz.

Similr qui non credunt ſacramenta eccl'ie.
Cōſidera quot ſunt viri ⁊ mulieres in his er-
roribus implicati. Multi publici: ſed plures
occulti. Iſti quo vadunt? Ad infernū. Dic mo
do de ignorantibus doctoribꝰ: prelatis: con-
feſſoribus: ⁊ ſubditis. Quanta eſt taliū multi
tudo: quoꝝ quilibet teneſ ſcire que ad eorum
ſpectant ſalutē ⁊ officiū: vt de alijs taceā. Sūt
tot qui ignorant penitus articulos fidei: decē
precepta: ⁊ plerīqꝫ orōnem dñicam: ⁊ qd de-
terius eſt cōfeſſores ⁊ eoꝝ prelati etiam ipſi
pleni ignorantia raro inducūt tales vt diſcāt
⁊ in eoꝝ ignorātia moriunſ. Quo iſti vadūt?
Ad infernū. Quomodo ſcis frater Roberte?
Reſpondeo qꝛ oēs doctores canonici ⁊ oēs
theologi dicunt: ⁊ precipue Tho. i. ij. q. lxxvi.
ar. iij. ꝙ ignorantia iuris nō excuſat in his q
ſunt doli capaces. Pz etiam ex. de iniurijs. c. ſi
culpa. ⁊ ex. de vita ⁊ hone. cle. c. vt quiſqꝫ. ⁊ de
reg. iur. lib. vi. ignorantia. Ignorantia facti
non iuris excuſat. Et ibidē. preſumit. Preſu-
mitur ignorantia: vbi ſcia nō pbaſ. ⁊. xxxvij.
diſt. Ideo phibenſ. ⁊ in glo. ibi. ⁊ de cōſe. diſt.
iiij. c. vos ante oia. Itē quo tendunt multi q
moriunſ deſperati: multi morte ſubitanea q
non habent ſpaciū penitendi? Heu qꝛ portan-
tur ad infernū. Quo inſuper tendunt predo-
nes: extortores: fures: luſores: dānificatores
vſurarij: tpis venditores: ⁊ hmōi: ⁊ qui tali-
bus prebent auxiliū: fauorē ⁊ cōſiliū: qui oēs
teneſ ad reſtitutionē? Ad infernū. Habes
hoc ex. de furtis. c. ex litis. ⁊ in glo. ibi ſuper ꝟ.
ſatiſfecerit. Et de vſur. c. cū tu. Itē lib. vi. de re-
gu. iur. pctm. Pctm nō dimittiſ niſi reſtitua-
tur ablatū. ⁊. c. ſeqnti. Itē. xiiij. q. vi. c. ſi res. ⁊
xxiiij. q. ij. c. legaſ. Et de peni. diſt. i. c. neminē.
Quo ergo miſeri vadūt? Ad infernū. Quo va-
dunt mali religioſi qui nō ſeruāt regulā ſuā?
Ad infernū. Quot peccatores moriunſ extra
charitatē ppter odiū cū pximo ſuo: aut ppter
amorē peccandi: vel horrorē ſatiſfaciēdi: aut
etiā alia ſimili de cauſa: ſed tñ penitent ppter
timorē gehenne. Heu qꝛ rapiunſ ad tartara
qꝛ ſcriptū eſt de pe. di. vij. c. nullus. ⁊ ſunt ver-
ba Augu. dicentis. Scriptū eſt neminē ſine cha
ritate ſaluū eſſe. Non itaqꝫ in ſolo timore vi-
uit homo. Quē ergo penitet oz non ſolū deum
timere iudicē: ſꝫ diligē iuſtū. vt ñ ſolū penā ti-
meat: ſꝫ anhelet p glia. O igiſ captiui diaboli:
reuertimini ad miam dum tps eſt. O miſeri
xpiani renegati: reuocate vitā vr̄am ad dñm
deū veſtrū: vt euitetis conſortia damnatoꝝ.
Redite ergo: qꝛ nemo damnaſ niſi p ppria

culpam: ⁊ deus nō eſt inculpandus: ſed potiꝰ
noſtra malignitas. Nā deus nō vult quēpiā
vilem ⁊ magnū peccatorē perire: ſed ſtat exte-
ſis in cruce brachijs compatiens peccatis et
damnationi noſtre: vt omnibꝰ largiaſ ſua infi
nita miſericordia vitam eternā. Ad quā ipſe
nos conducat qui viuit et regnat in ſecula ſe-
culorum. Amen.

De iudicio peſtilentie. Sermo XII

Iudicia dei abyſſus

multa. Pſal. xxxv. Ezech. xiiij. c. d.
dñs. Si imiſero peſtilētiā ſup terrā
illā ⁊ effudero idignatione meā ſup eā in ſan
guine vt auferam ex ea hominē ⁊ iumentuz
⁊ Noe ⁊ Daniel ⁊ Iob fuerint in medio eius
viuo ego dicit dñs deus: qꝛ filiū ⁊ filiam non
liberabunt. ſꝫ ipſi iuſticia ſua liberabunt ani-
mas ſuas. h ibi. In quibus verbis notabimꝰ
triginta peccata: ppt que deus glorioſꝰ peſti
lentiā mandat. Primū eſt peccatū originale.
De quo diciſ. Ro. v. cā. Per vnū hominē pec-
catum in hūc mūdū itrauit ⁊ p peccatū mors.
Nam ſicut remouēs colūnā p accidens remo
uet lapidē ſibi ſuppoſitū: ſic ille q ē cauſa p
ditionis colūne originalis iuſticie ē cauſa pri-
uationis vite ⁊ ſanitatis q conſeruabaſ in ho
mine p originalem iuſticiā. Sed qꝛ peccatuz
primi hominis fuit cā pditionis original' iu-
ſticie: ideo decidit ipſe cū tota ſua poſteritate
in infirmitates ⁊ mortē ineuitabilem. Unde
omnes ſubijcimur morti: eo ꝙ ſibi dictū fuit
pro omnibus. Gene. iij. Puluis es ⁊ in pulue-
rez reuerteris. Ex q peccato exorta ſūt peſtis
⁊ alia iudicia peſſima. Secundū peccatū ē
luxurie. Contra qd dñs ordinauit matrimo-
niū ſacramētū: cuiꝰ ſunt tria bona. ſ. ſacramē
tū. fides ⁊ ples. Contra ſacramentū peccāt
ꝯcubinarij publice tenentes cōcubinas: ſiue
occulte: ſiue ſuſcipiēdo filios ſiue nō. Peccāt
ſacrilegi ſiue clerici mulieribus copulati ſiue
laici xpi ſponſas polluentes: ſiue in ſacris or-
dinibus conſtituti religioſas maculātes. Cō-
tra fidē matrimonij peccāt adulteri: ſiue oc-
culti ſiue publici. ſicut Dauid cū Berſabee. ij.
Regū. xi. Cōtra plē peccāt ſodomite q nocte
natiuitatꝭ dñi extincti ſūt peſte. vt dic. h. Die.
Peccāt abutentes vaſculo vxoris. ſicut Her
cū Thamar fecit qui peſte mortuus ē. Gene.
xxxviij. Peccāt ſemē fundentes in terraz: ſic
q fulmine interijt. ſicut Onā. vt patet. Gene.
xxxviij. Tertiuz peccatū ē ſacrilegiū. ſ. ſ. ec-
cleſiaſticas pſōas ⁊ eccl'ias ſupponēdo eas

angarijs ⁊ grauaminibꝰ ipoſitionibus: colle-
ctis: ⁊ vbi laicus ſoluit parū eccl'ia ſoluit mul-
tū. diues ſoluit quaſi nihil: paup quaſi totuz.
Ideo ſqt dñs. Eſaie. iij. Uos em depaſti eſtis
vineā meā ⁊ rapina pauperum in domo vr̄a.
Quare atteritis populū meū: ⁊ facies pauperū
ꝯmolitis dic dñs exercituū. Et p iſto pctō eſt
pena Ezech. v. Uiuo ego dic dñs p eo ꝙ ſā-
ctum meū violaſti in omnibus offenſionibꝰ
tuis ⁊ in cūctis abomiationibꝰ tuis: ego qqꝫ
te confringā: ⁊ nō parcet oculus meus ⁊ non
miſerebor. Tertia ps tui peſte morieſ: et fa-
me ꝯſumeſ i medio tui. ⁊ tcia ps tui in gladio
cadet in circuitu tuo. Tertiā ptē vo tuā i om
nē vētū diſpgā: ⁊ mittā in vos famē ⁊ beſtiaſ
peſſimas: vſqꝫ ad internitionē ſanguis trāſi-
bit p te. hec ibi. Quartū peccatū eſt tranſ-
greſſio feſtiuitatū. vult em deus celebrari et
obſeruari feſtiuitates. Exodi. xx. c. Memēto
vt diē ſabbati ſanctifices. Nō obſeruātibus
vo feſtiuitates cōminaſ deus flagellū peſtis.
Deu. xxviij. c. Adiunget tibi dñs peſtilentiaz
donec cōſumat te de terra. Percutiet te dñs
egeſtate febre ⁊ frigore ⁊ ardore ⁊ eſtu ⁊ aere
corrupto ac rubigine: ⁊ pſequeſ donec pere
as. hec ibi. Quintū peccatū eſt ſimonia. per
quā diuina dona ⁊ ſpūalia nō niſi precio aut
prece diſpenſanſ. Beneficia precibus amico
rū magiſꝙ ſuffragio meritoꝝ acqrunt: ⁊ qntī-
tate pecuniarū magiſꝙ ſalute aīarū ꝯferunſ.
Surgūt indocti ⁊ rapiunt eccl'iaſtica culmia
docti vo cū ſuis doctrinis demergunſ. In ſū-
ma vitioſi honorāſ: virtuoſi ſuppeditāſ. Pro-
pterea dic dñs. Ezech. vi. Hec dicit dñs deꝰ
Percute manū tuā ⁊ allide pedē tuuz: ⁊ dic.
heu heu heu ad oēs abominationes maloꝝ
domꝰ iſrael: qa gladio fame ⁊ peſte ruituri ſūt.
Qui longe ē peſte morieſ: q autē ppe gladio
corruet: ⁊ q relictus fuerit ⁊ obſeſſꝰ fame mo
rieſ. Et cōplebo indignatōnē meā in eis. hec
ibi. Sextū peccatū ē idolatria. p quā homi-
nes ⁊ mulieres deo terga vertūt: ⁊ faciūt ido-
lum ſeruientes ei magiſꝙ deo faciēdo incan-
tationes. ⁊c. de quo deus iraſciſ. Un̄ leuitici.
xxvi. c. Ego dñs deus veſter. Nō facietis vo-
bis idolum ⁊ ſculptile: nec titulos erigetis: nec
inſignē lapidem ponetis in terra vr̄a: vt ado
retis eū. Qd ſi nolueritis accipere pniaz: aut
diſciplinā: ſed ambulaueritis ex aduerſo mihi
ego quoqꝫ cōtra vos aduerſus incedā et pcu
tiā vos ſepties ppter peccata vr̄a. inducāqꝫ
ſup vos gladiū vltorē federis mei. Cūqꝫ ꝯfu
gieritis i vrbes: imittā peſtilentiā i medio vr̄i

intantū vt vrbes veſtras redigam in ſolitudinem ⁊ deſerta faciā ſanctuaria veſtra: nec recipiam vltra odorē ſuauiſſimū: diſpergāq; terram veſtrā. hec ibi. ¶ Septimū eſt inhonoratio parentū. Vñ Eccli. iij. Honora patrē tuū ⁊ matrē tuā: vt ſuperueniat tibi bñdictio a deo ⁊ benedictio illius in nouiſſimo manet. Bñdictio prīs firmat domos filiorū: maledictio autē matris eradicat fundamēta. Hieremie. xxix. dr. Hec dicit dñs exercituū. Ecce mittā in eos gladiū: famē ⁊ peſtē: ⁊ ponam eos q̄ſi ficus malas q̄ cōedi nō poſſunt eo ꝙ peſſime ſint. et pſequar eos in gladio ⁊ in fame et in peſtilentia. Et dabo eos in vaſtationē vniuerſis regnis terre in maledictionē. ⁊ in ſtuporē ⁊ in ſibilū ⁊ opprobriū cunctis gentibus: eo ꝙ nō audierūt verba mea: que miſi ad eos ꝑ ſeruos meos ꝓphetas. hec ibi. ¶ Octauū eſt fraudatio decimarū. Vñ. Mal. iij. dr. Reuertimini ad me ⁊ ego reuertar ad vos dicit dñs exercituū. Et dixiſtis. In quo reuertemur. Si affiget homo deū: q̄r vos configitis me. Et dixiſtis. In quo configim⁹ vel fraudam⁹ te. In decimis ⁊ in p̄mitijs. Et i penuria vos maledicti eſtis. ⁊ me vos cōfigitis gens tota. Que verba exponūtur a btō Hiero. vt habet xvi. q. i. ca. Reuertimini. Ecce ego do coram vobis viā vite ⁊ viā mortis. Qui habitauerit in vrbe hac morief gladio ⁊ fame ⁊ peſte. Poſui eñ faciē meā ſuper ciuitatē hanc in malū ⁊ nō in bonū: ait dñs ad populū hunc. Hiere. xxi. ¶ Nonū peccatū ē obſtinatio. Vñ. Exo. ix. dixit dñs ad Moyſen. Ingredere ad Pharaonem ⁊ loquere ad eū. Hec dicit dñs deus hebreorū. Dimitte populū meum vt ſacrificet mihi. Qđ ſi adhuc renuis ⁊ retines eos: ecce man⁹ mea erit ſup agros tuos: ⁊ ſup equos ⁊ aſinos tuos ⁊ camelos ⁊ boues ⁊ oues peſtis valde grandis. Fecit ergo dñs verbū hoc. Altera eñ die mortua ſunt omnia animātia egyptiorū. ¶ Decimū peccatū ē homicidium. Quia eni Pharao rex egypti iuſſit vt interficerenf primogenita maſculini ſexus hebreorū: propterea occidit dñs p̄mogenita egyptiorum peſtilentia graui. Unde dicif. Exo. xij. Factum ē autē in noctis medio ꝑcuſſit dñs omne primogenitū i terra egypti a primogenito Pharaonis q̄ ſedebat in ſolio eius vſq; ad p̄mogenitū captiue que erat in carcere ⁊ omne primogenitū iumētorū. hec ibi. ¶ Undecimū peccatū eſt gula. Nã iudei in deſerto eſtuauerunt eſu carniū murmurātes ꝯ Moyſen. Unde dicif Numeri. xi. c. Surgēs ergo populus toto die illo ⁊ nocte. ⁊ die altero congregauit coturnicū mltitudinē qui parū decē choros. ⁊ ſiccauerunt eas ꝑ gyrū caſtrorum. Adhuc carnes erant in dentib⁹ eorū: nec defecerat huiuſcemodi cibus. ⁊ ecce furor dñi cōcitatus in populū: percuſſit eū plaga magna nimis. i. peſte vt dicit glo. Uocatuſq; ē locus ille ſepultura concupiſcētie. Ibi eñ ſepelierūt populum qui deſiderauerat carnes. hec ibi. ¶ Duodecimū peccatū eſt diffamatio. Ut ei dicif. Num. xiiij. c. Uſqueq̄ detrahet mihi populus iſte: feriā ergo eos peſtilentia ⁊ conſumā. Moyſes autem rogauit ꝓ populo ad dominū q̄ pepercit eis: ſ; adiecit. In ſolitudine hac iacebunt cadauera veſtra. Omnes q̄ numerati eſtis a viginti ānis ⁊ ſupra ⁊ murmuraſtis ꝯtra me: non intrabitis in terrā ſuper quā leuaui manū meā: vt habitare vos facerem preter caleph ⁊ Joſue. hec ibi. Qui autē mortui ſunt in deſerto fuerūt ſexcēta tria milia. q̄ngenti q̄nquaginta. Unde hec peſtis durauit. xl. annis. abſorbuitq; quolibet āno q̄ndecim milia octogītaocto viros. excepto vno āno in quo mortui ſunt. xv. milia centū decē ⁊ octo: cōputando vnū ānū cū alio. ¶ Decimūtertium peccatū ē incredulitas. ſ. non credere diuine potentie in mirabilibus eius. Vñ numeri. xx. c. dr. Qđ cū populus hebreorū murmuraſſet cōtra Moyſē ob defectū aque ⁊ bis ꝑcuſſiſſet ſilicē. d. Audite rebelles ⁊ increduli. Num de petra hac poterimus eijcere vobis aquā. Dixitq; dñs ad Moyſen et Aarō. Quia nō credidiſtis mihi vt ſctificaretis me corā filijs iſrael: nō introducetis hos populos in terram quā dabo eis. Hec eſt eñ aqua cōtradictionis vbi iurgati ſunt filij iſrael cōtra dominū. ¶ Decimūquartū peccatū eſt ſuperbia. Vñ dr. ij. Regū. xxiiij. ꝙ cū Dauid ob ſupbiā feciſſet dinumerare populū ſuū ſermo dñi factus eſt ad Gad ꝓphetam d. Uade ⁊ loquere ad Dauid. Hec dicit dñs. Triū tibi datur optio. Elige vnū qđ volueris ex his vt faciam tibi. Cūq; veniſſet Gad ad Dauid nunciauit ei dicens. Aut ſeptē ānis erit fames in terra tua. Aut tribus menſibus fugies aduerſarios tuos ⁊ illi pſequenf te. Aut certe tribus dieb⁹ erit peſtilētia in terra tua. Nūc ergo delibera ⁊ vide quē reſpondeā ei q̄ me miſit ſermonē. Immiſitq; dñs peſtilentiā in iſrael a mane vſq; ad temp⁹ conſtitutū. ⁊ mortui ſunt ſeptuaginta milia virorū. ¶ Decimūquintū peccatū eſt auaritia. Unde dr. iiij. Regū. vi. ꝙ facta ē fames magna in ſamaria propter auaritiam

et oppreſſiōes quas fecerāt diuites ꝯtra pauperes: intantū vt matres comederēt filios ſuos. Unde nō ſolum fame ſed etiā peſte multi corruerūt. ¶ Decimūſextū peccatū eſt vſura: que multum inualuit in ciuitatibus. ſm illud ps. Tota die circūdabit eā: ſuper muros eius iniq̄tas: ⁊ labor i medio eius ⁊ iniuſticia. Et nō defecit in plateis ei⁹ vſura ⁊ dolus. Ideo Ezech. vij. c. dr. Ira eñ mea ſup vniuerſū populū ei⁹. Gladi⁹ foris: peſtis ⁊ fames intrinſecus. Qui in agro eſt gladio morief: et q̄ in ciuitate peſtilētia ⁊ fame deuorabunf. ¶ Decimūſeptimū ē vſurpatio. Vñ Ezech. xxxviij. ca. dr. Nūquid ad ſumēda ſpolia tu venis. Ecce ad diripiendū predā congregaſti multitudinē tuā: vt tollas argentū et aurū: ⁊ auferas ſupellectiles atq; ſubſtantiā: ⁊ diripias manubias infinitas. Idcirco gladius vniuſcuiuſq; in fratrē ſuū dirigef: ⁊ iudicabo eos peſte ⁊ ſanguie ⁊ imbre vehemēti. Ignē ⁊ ſulphur pluā ſup eos ⁊ ſcient q̄r ego dominus. hec ibi. ¶ Decimūoctauū peccatū ē fraus ēptionis ⁊ venditionis. Applica de illis q̄ vendūt pluris ꝙ debet ⁊ etiā decipiunt in pondere. ⁊c̄. Unde verificaf ꝓphia. Apoc. xiij. c. Et faciet oēs puſillos ⁊ magnos ⁊ diuites ⁊ pauperes et liberos ⁊ ſeruos: habere characterē in manu dextera aut i frontib⁹ ſuis: ⁊ ne quis poſſit emere aut vēdere niſi qui habeat characterē: aut nomen beſtie. ſcilicet. fraudum: aut numerū nominis eius. Et. xvi. caplo dr. Primus angelus effudit phialam ſuā in terrā: ⁊ factū ē vulnus ſeuum et peſſimum. i. peſtis in hoies qui habebant characterem beſtie: ⁊ in eos q̄ adorauerunt beſtiam ⁊ imaginē ei⁹. hec ibi. ¶ Decimūnonū peccatū eſt oppreſſio ex acceptione perſonarū. Hic dic de diuiſione ciuitatis artatione: altercatione: diſcordia: rixa: iniuria: de ſanguinis effuſione et ſimilia ⁊c̄. Ideo dicitur Matth. xxiiij. capi. Conſurget gens in gentem: ⁊ regnum aduerſus regnū: ⁊ erunt peſtilentie ⁊ fames ⁊ terremotus per loca. ¶ Uigeſimum eſt peruerſitas iudiciorum. Unde dicitur Eſa. i. Quomō facta eſt meretrix ciuitas fidelis plena iudicij. Iuſticia habitauit in ea. nunc autem homicide. Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam: ⁊ vinum tuum mixtum eſt aqua. Principes tui infideles: ſocij furū. Oēs diligunt munera. ſequunf retributiones. Pupillo non iudicant: ⁊ cauſa vidue nō ingredif ad illos. Et. x. Ue qui condunt leges iniquas: ⁊ ſcribentes iniuſticiam ſcripſerunt vt opprimerent in iudicio pauperes ⁊ vim facerēt cauſe humiliū ppli mei. vt eēnt vidue preda eorū: ⁊ pupillos diriperēt. Et ca. v. Ue qui cōiungitis domū ad domū: ⁊ agrū agro copulatis vſq; ad terminū loci. Nūquid habitabitis vos ſoli in medio terre. Domus multe deſerte fiēt grādes ⁊ pulchre. ⁊ abſq; habitatore. ſ. ꝓpter peſtē. ¶ Uigeſimū p̄mū peccatū eſt negociatio doloſa. vñ Ezech. xxviij. dicif. In ſapiētia ⁊ prudentia tua feciſti tibi fortitudinē: ⁊ acq̄ſiſti tibi aurū ⁊ argentū in theſauris tuis. In multitudine ſapiētie tue ⁊ in negociatiōe tua multiplicaſti tibi fortitudinē: ⁊ eleuatū ē cor tuū in robore tuo. Propter hec dicit dñs de⁹. Eo ꝙ eleuatū eſt cor tuū q̄ſi cor dei: idcirco ecce ego adducā ſuper te alienos robuſtiſſimos gētiū. Et infra. Immittā ei peſtilentiā ⁊ ſanguinē in plateis ei⁹: ⁊ corruent interfecti in medio ei⁹ gladio ꝑ circuitū. ⁊ ſcient: q̄r ego dñs. hec ibi. ¶ Uigeſimūſecūdū pctm̄ eſt piuriū. vñ Hiere. iiij. c. dr. Et iurabis viuit dñs in veritate ⁊ in iudicio ⁊ in iuſticia: ⁊ bñdicēt eū gentes: ipſumq; laudabūt. Et infra. Laua a malicia cor tuū: ⁊ a piurio. vt ſalu⁹ fias. Alioq̄n vt dicif. xxi. c. debellabo ego vos in manu extēta: ⁊ in brachio forti. et in furore ⁊ in indignatiōe: ⁊ in ira grādi. Et ꝑcutiā habitatores ciuitatis hui⁹. hoies ⁊ beſtie peſtilētia magna morienf. hec ibi. ¶ Uigeſimūtertiū pctm̄ eſt blaſphemia. vñ Eſa. i. Ue genti peccatrici: pplo graui iniquitate: ſemini nequā: filijs ſceleratis. Dereliquerūt dominū: blaſphemauerunt ſanctū iſrael: abalienati ſunt retrorſum. Sup quo ꝑcutiā vos vltra addētes p̄uaricationē. Ideo dicit ps. Inueniaf man⁹ tua oibus inimicis tuis: dextera tua inueniat oēs qui te oderūt ⁊c̄. vſq; ibi. nō potuerūt ſtabilire. ¶ Uigeſimūquartū pctm̄ eſt cōſenſus in malo. Applica de matre cōſentiente filiā peccare: ſilr̄ de patre filiū: ⁊ breuiter de illis qui habēt alios gubernare. vnde Hiere. vij. Nonne vides quid iſti faciūt in ciuitatib⁹ iuda: ⁊ in plateis hieruſalē. Filij colligunt ligna: ⁊ patres ſuccendunt ignem: ⁊ mulieres conſpergunt adipem: vt faciant placentas regine celi. Ecce quō conueniunt in peccatis quaſi oēs de vna familia. Ideo ſequif. Ecce furor meus ⁊ indignatio mea cōflatur ſuper locum iſtum ſup viros ⁊ ſuper iumēta. ſcilicet per peſtē. hec ibi. ¶ Uigeſimū q̄ntū pctm̄ eſt negligētia correctiōis. Nã vt habef. xxiij. q. iiij. c. Ecce dicit Augu. Quotquot habetis inter vos qui adhuc amore ſeculi ꝑgrauanf: auaros piuros adulteros inſpectores nuga

rum conſultatores mathematicoꝝ augurum aruſpicū: ebrioſos luxurioſos. Quicqd iter vos malorū eſſe noſtis(quantū poteſtis)ꝓbate.⁊ corde recedatis ⁊ redarguite vt exeat inde.et nolite conſentire.et immundū non tangatis. hec ibi. Et qꝛ hoc facere nolum⁹: nō mirū ſi deus punit ꝑ peſtē iuſtos cū meſeris peccatorib⁹. Unde Auguſt.i. de ciui.dei c.ix. dic. Plerūqꝫ em̄ ab eis docendis admonēdis aliqn̄ etiā obiurgandis ⁊ corripiēdis male diſſimulaꝛ, vel cū laboris piget: vł cū os eoꝝ corā quibus ſum⁹ verecūdamur offendere: vel cū eorū inimicitias deuitam⁹, ne ipediant ⁊ noceant in iſtis tempalibus reb⁹: ſiue quas adipiſci adhuc appetit noſtra cupiditas: ſiue q̄s amittere formidat infirmitas: ita vt quis bonis malorum vita diſpliceat, ⁊ ideo cū eis nō incidāt in illā damnationē que poſt hāc vitā talibus ꝑparatur. tamē qꝛ ꝓpterea peccatis eorū damnabilibus parcūt: dū eos in ſuis licet leuibus ⁊ venialibus metuūt: iure cū eis tēporaliter flagellanꝛ: q̄uis in eternū minime puniant. Jure iſtā vitā(qn̄ diuinitus affligunꝛ)cū eis amarā ſentiunt: cui⁹ amādo dulcedinē peccātibus eis amari eſſe noluerūt: h̄ ille. Et ideo, Eſa, xliiij.c.dr̄. Memēto Jacob: q̄m ſeruus meus es tu. Nō obliuiſcaris mei. Deleui vt nubē iniq̄tates tuas: ⁊ quaſi nebulā pctā tua. Reuertere ad me.qm̄ redemi te. Et quia negligētes ſumus: ideo ſequiꝛ. Eſaie xlvij.c. Ueniet ſup te malū: ⁊ neſcies ortū ei⁹. ⁊ irruet ſup te calamitas quā nō poteris expiare. Veniet ſup te repēte miſeria quā neſcies. Sta cū incātatoribus tuis: ⁊ cū multitudine maleficioꝝ tuoꝝ: in quib⁹ laboraſti ab adoleſcentia tua. Stent et ſaluent te augures celi. q̄ contemplabanꝛ ſydera: ⁊ ſupputabant tibi menſes.vt ex eis ānūciarent vētura tibi. Ecce facti ſūt quaſi ſtipula: ignis cōbuſſit eos. Nō liberabūt animā ſuā de manu flamme.i.peſtilentie. Uigeſimūſextū peccatū ē inordinata dilectio. Naꝫ deus volēs flagellare pctōres: ꝑcutit eū in omnib⁹ que ipſe amat. Qui vero amat bona naturalia vt filios: ideo punit de⁹ eū in filijs: ſicut Cham peccante maledict⁹ fuit filius eius Chanaā. Gene.ix. Uigeſimūſeptimū ē rapina.ſ. iniuſte detinēdo bona defunctorum, que ipſi mādauerūt in ſuis teſtamētis. Clamāt enī aie eorū in purgatorio dicentes. Miſeremini mei: miſeremini mei. Uigeſimūoctauū peccatū eſt vanagloria. Ut em̄ habeꝛ.ij.Regū.vl.c. cū Dauid feciſſet numerare populū ſuū: ⁊ fuiſſet in vanā gloriā deduct⁹: locut⁹ ē dn̄s ad Dauid ꝑ ꝓphaꝫ Gad. Elige tibi de tribus vnuꝫ: aut perſequi tribus menſibus ab inimicis tuis: aut vexari fame tribus ānis: aut tribus diebus peſte flagellari. Qui elegit tertium. ⁊ mortui ſunt plus q̄ ſexaginta milia hominū. Uigeſimūnonū peccatū ē infidelitatis: qḋ peccatū de⁹ maxime puniuit. Hinc Darij totius orientis ruit imperiū. Hic Hieruſalē funditus euertitur. Hinc ciuitas athenienſis in nihilū deuenit. Hinc roma proſternitur ⁊ precipitaꝛ. Hinc tot effuſiones ſanguinū euenerūt. Trigeſimū peccatum eſt ingratitudo, de quo habeꝛ. Eſa. xxxviij. Nō cum Ezechias conſtituiſſet prelium aduerſ⁹ regē aſſyrioꝝ ⁊ deieciſſet eum in furore maximo nō retulit gratias deo. Propter qḋ factū eſt verbū domini ad Eſaiā prophetā: Uade ⁊ dic Ezechie. Diſpone domui tue quia morieris tu et non viues. Auertamus ergo corda ab his peccatis: vt deus nec peſtilentias. nec fames mittat: niſi vt ſolū in hoc mūdo puniamur: ⁊ nō ſtāte ſua iuſticia in eternū dānemur.

De morte. Sermo XIII

Orte morieris.

Gen̄.ij. Exiſtimaui ſepenumero nihil tā vtile anime rōnali eſſe poſſe ad fugam vitioꝝ: q̄ freq̄ns memoria mortis. Propterea ſapiens Eccli. vij. ait. In omnibus operib⁹ tuis memorare nouiſſima tua: ⁊ in eternum non peccabis. Et Hiero. ad Paulinū. Facile cōtemnit oia qui ſe ſemper cogitat eſſe moriturū. Et ide ad Cyprianum dicit. Qui em̄ quotidie recordaꝛ ſe eſſe moriturū: contēnit preſentia ⁊ ad futura feſtinat. Et idem ad Heliodorum de vita Nepotiani. Platonis ſentētia ē omniū ſapientū vitā, meditationē eſſe mortis. Seneca ad lucillū ait. Nihil tam eque tibi proderit ad cōtempantiam omniū rerū q̄ frequens cogitatio breuis huius incerti itineris. Et idē ad eūdē i epiſto. ait. Moleſtū eſt iniquis mortē ante oculos habere. Iſta tā ſeni q̄ iuueni debēt eſſe ante oculos. hec ille. Cū igit mortis memoria ſit tante vtilitatis: idcirco in preſēti ſermone de ipſa morte tria ſūt contemplanda myſteria.

Primū de ſua ferocitate.
Secundū de ſua dubietate.
Tertiū de ſua crudelitate.

De mortis ferocitate. Capl̄m. I

Rimū myſteriū ē de mortis ferocitate. Circa quod nota triplicem ferocitatem.

Prima ɔtra primos hoīes.
Scḋa ɔtra peccātes.
Tertia ɔtra totū mūdū.

Prima ferocitas diciꝛ cōtra primos hoīes quos ipſa interemit ⁊ proſtrauit. Nā a ꝑncipio cōditiōis humane.in ſtatu innocētie erāt homines immunes a lege mortis. Unde Auguſtinus in.xiij.libro de ciuitate dei.c.iij.ait. Fatendū eſt primos homines ita fuiſſe inſtitutos: vt ſi nō peccaſſent: nullū gen⁹ mortis experirentur. Sed eoſdē primos peccatores ita fuiſſe morte mulctatos: vt quicquid eorū ſtirpe eſſet exortum: eadem pena teneret obnoxium. Pro magnitudine quippe culpe illi⁹ naturam damnatio mutauit in peius: vt qḋ penaliter preceſſit in peccātibus hominibus primis: etiam naturaliter ſequeretur in naſcētibus ceteris. Idem in libro de baptiſmo paruulorum ait. Fiebat ordo iuſticie: vt ſicut anima dn̄o ſuo: ita corpus ei obediret. Hec ille. Et Eccleſiaſt. xv. Ante homine vita ⁊ mors. Et in eodem.c. Deus ab initio conſtituit hominē: ⁊ reliquit illum in manu conſilij ſui. Et Origenes ſuper leuiticum. ix.c. Si homo ab initio elegiſſet vitam: nunq̄ humanū genus mortalem conditionē teneret. Unde deus ꝓpter peccatū dixit Ade. Quia audiſti vocem vxoris tue: dico tibi quia in ſudore vultus tui veſceris pane tuo: donec reuertaris in terrā de qua ſumptus es: quia puluis es: ⁊ in puluerē reuerteris. Gen̄.iij. Et hec oīa ꝓpter peccatum. Deus q̄ grauis fuit illa culpa: que imperio mortis omnes ſubiecit: ſed potiſſime primos parentes. Nam per errorē inobedientie ſue: mortē quā deus nō fecerat ſibi inuenerunt. Iuxta illud Auguſtini primo proſnoſticon dicētis. Uide mortem nō a deo: ſed per errores intus veniſſe hominibus in paradiſo delitiarum poſitis. Cui etiam cōuenit illud quod ſcribitur. Sapiē.i.c. Deus mortē non fecit: ſed impij manibus proprijs accerſierunt eam. Sed circa hoc dubitari poteſt: q̄ cum deus dixerit Ade Gen̄.ij. Quacunqꝫ die cōmederis: morte morieris: non tamen hoc videtur verum: quia non illa die mortui ſunt. Ad hoc reſpondet Nicolaus de lira in expoſitione ſuper Gen̄. q̄ illa verba ſic habent exponi. Morte morieris.id eſt moriendi neceſſitatem incurres: quia guſtato ligno non ſtatim mortuus eſt. ſed cepit ad mortem tendere. Et Auguſtinus ſuper Gen̄. ſic ait. Morte morieris. id eſt morti obligatus eris: vel mortis reatum incurres. Unde ⁊ in alio loco idem ait. Quamuis annos multos poſt vixerunt: illo tamen die mori ceperunt quo mortis legem(qua in ſeniū veteraſcerent)acceperunt. Data eſt ergo poteſtas morti eijciendi illos propter eorum culpam. Et quia neceſſaria erat humani generis multiplicatio viuendi tempus in longum proceſſum eſt: quod tamen a morte deuictum et debellatum eſt. Ecce quid profuit illis longa vita: quibus omnino mors eſt ſubſcripta. Audiamus quid ſcriptura dicat Gen̄.v. Uixit Adam.cxxx.annis ⁊ genuit filium ad imaginem ⁊ ſimilitudinem ſuam: vocauitqꝫ nomen eius Seth. Et facti ſūt omnes dies Adam poſtq̄ genuit Seth octingenti anni, genuitqꝫ filios ⁊ filias. Et factum eſt omne tempus(quo vixit Adam) nongenti triginta anni. ⁊ mortu⁹ eſt. Uixit quoqꝫ Seth cv. annis: ⁊ genuit Enos. Uixitqꝫ Seth poſt q̄ genuit Enos octigētiſſeptē annis. genuitqꝫ filios ⁊ filias. Et facti ſūt oīs dies Seth nōgētorū duodecim ānoꝝ ⁊ mortu⁹ ē. Uixit vo Enos.xc.annis ⁊ genuit Caynan poſt cuius ortū vixit octingentiſquindecim annis ⁊ genuit filios ⁊ filias. Factiqꝫ ſunt oīes dies Enos nongentiquinqꝫ anni. ⁊ mortuus eſt. Uixit quoqꝫ Caynan.lxx.annis. ⁊ genuit Malalehel. Et vixit Caynan poſtq̄ genuit Malalehel octingentiſquadraginta annis. ⁊ genuit filios ⁊ filias. Et ſic de omnibus alijs a principio vſqꝫ ad finem incipientibus.

Si vero aliquis incredulus dubitaret quomodo fuerit illud poſſibile vt vita illorum ſic protraheretur in longum. R̄nderi poteſt ſm̄ Nicolaū de lira: hoc fuiſſe pluribus de cauſis.

Prima ex bonitate conditionis vel cōplexionis primoꝝ parentum. Fuerūt enī a deo immediate formati, ⁊ per conſequens fuerūt optime compoſitionis. ⁊ ſic ad longiorem vitam diſpoſiti. Et illa bonitas complexionis mag̃ venit ad hoīes ꝓpinq̄s illi⁹ tpis q̄ ad remotos tpis moderni. Scḋa rō ſumiꝛ ex mōviuēdi: qꝛ tpatē viuebāt. Tertia rō ſumiꝛ ex bōitate nutrimēti: qꝛ añ diluuiū naſcētia t're erāt meliora q̄ poſtea: qꝛ inūdatio diluuij fuit ꝑ maiori pte ex aq̄s oceani. Aque aūt ſalſe inducunt ſterilitatem: ⁊ reddunt terre naſcentia peiora, ex quibus abbreuiatur vita hominis. Quarta ratio eſt ex ſcientia Ade, quia formatus fuit in perfectione ſcientie. Et ideo cognouit virtutes, herbarum, fructuum et lapidum: que faciunt ad conſeruandam ſanitatem, et vitam prolongandam. Quinta ratio eſt ex diſpoſitione diuina hoc ordinante.

vt per longuꝫ tempus cito multiplicaretur humanuꝫ genus. Hec Nico. de lira. Quãuis igitur primi homines tam diu ſuperuixerunt ſcientiꝗ prediti: fortitudine corporis bene diſpoſiti: non potuerunt tamen mortis ferocitatem repellere. Continuit illos ⁊ omnes mortui ſunt. Quod vtiqꝫ nobis in exempluꝫ eſſe poteſt: vt huius vite erumnã cognoſcamus. Hoc eſt quod Hiero. ad Heliodorũ de vita nepotiani ait. Debemus ⁊ nos animo premeditari quod aliquãdo futuri ſumus: ⁊ quod velimus nolimus: longius abeſſe nõ poteſt. Nã ſi nongentos vite excederemus annos: velut ante diluuiũ viuebat genus humanũ: ⁊ Mathuſalem nobis tempora donarent: tamẽ nihil eſſet preterita longitudo: que eſſe deſiſſet. Etenim inter illum qui vixit decem annis et illũ qui vixit mille: poſtꝙ idem finis vite aduenerit irrecuſabilis mortis neceſſitas: tranſactum omne tantundeꝫ eſt: niſi ꝙ magis ſenex onuſtus peccatorꝫ faſce proficiſcit. Optima queqꝫ dies miſeris mortalibus eui. Prima fugit: ſubeũt morbi triſtiſqꝫ ſenectus. Et labor ⁊ dire rapit inclementia mortis. hec ille. Que omnia ſic dicta intelligas: vt ſicut longitudo vite omnes illos primos viros nõ excuſauit a morte: ſic nec breuitas vite tue etiam dilata ad multos annos te excuſabit: quia morte morieris. ¶ Scd̃a ferocitas mortis eſt contra peccantes. Nam ſepenumero ipſos inuadit ſubito: ⁊ in breui mortala abſorbit eos. Et licet multa accidant per naturã que labilis ẽ: ⁊ hic plurimũ humane vite contraria: veruntamẽ mortalitates ⁊ peſtilentie adueniũt ſepe ⁊ ſepius iudicio dei: in quibus nõ ſine grãdi terrore omnes aſpiciunt mortis dominiuꝫ: ⁊ poteſtatẽ. Et ꝙ hec vera ſint probatur ex teſtificatione ſcripturarũ. Et primo ſumi põt illud teſtimoniũ Numeri. xi. vbi narrat ꝙ cuꝫ populus iſrael eſſet in deſerto non contentus cibo celeſti ſcilicet manna quõ pluebat illis de⁹ de celo: deſiderans carnes ⁊ piſces cucumeres pepones cepe ⁊ allia: dominus pluit coturnices in caſtris eorum. Et cum adhuc carnes eẽnt in ore ipſorꝫ: ecce furor domini concitatus eſt in populũ: percuſſitqꝫ eũ plaga magna. ¶ Secundũ teſtimoniũ habetur Numeri. xiiij. Nam cu populus ille murmuraſſet cõtra dñm: dixit dñs ad Moyſen. Vſqꝫquo detrahet mihi populus iſte. Quouſqꝫ nõ credet mihi in omnibus ſignis que feci coram eis. Feriam ergo eos: atqꝫ conſumaꝫ peſtilentia. Quod factuꝫ fuiſſet: niſi Moyſes oraſſet ad dominũ, vt dimitteret eis. ¶ Tertiuꝫ teſtimoniũ habetur. Exodi. xij. vbi narratur ꝙ nocte media percuſſit dñs egyptum plaga magna: ⁊ interfecit omne primogenitũ in terra egypti: a primogenito Pharaonis qui ſedebat in ſolio vſqꝫ ad primogenitũ captiue: que erat i carcere: ⁊ omne primogenitũ iumentorum. Surrexitqꝫ Pharao nocte ⁊ omnes ſerui ei⁹: omneſqꝫ egyptij: ⁊ ortus eſt clamor magnus. Neqꝫ em̃ erat domus in qua non iaceret mortuus. ¶ Quartum teſtimoniũ eſt in Leuit. xxvi. c. vbi dñs. d. Si nolueritis recipere diſciplinam: ſed ambulaueritis ex aduerſo mihi: ego quoqꝫ contra vos aduerſus incedã: ⁊ percutiam vos ſepties ꝓpter peccata veſtra: inducamqꝫ ſup vos gladiũ vltorem federis mei. Cũqꝫ fugeritis in vrbes: mittã peſtilentiã in medio veſtri. ¶ Quintũ teſtimoniũ eſt vlt. c. ſcdi li. Reg. ⁊ i. Paral. xxi. vbi leg ꝙ percuſſit dñs peſtilentia iſrael a Dan vſqꝫ ad Berſabee. ⁊ mortui ſunt ex pplo. lxx. milia virorum. ¶ Sextũ teſtimoniũ capit ex comminatione quã fecit dñs per Ezech. vij. c. Ira mea (inqt) ſup vniuerſuꝫ populũ. Gladius foris: peſtis ⁊ fames intrinſecus. Qui in agro eſt: morte morietur: ⁊ q̃ in ciuitate ſunt peſtilentia ⁊ fame deuorabunt. ¶ Septimũ teſtimoniũ capitur a Iuſtiniano in auct. vt nõ luxurient contra natũ. vbi ait. Propter iſta duo. ſ. ꝓp blaſphemiã ⁊ peccatũ contra naturã fames peſtilentie ⁊ terremotus fiunt. Idem ſimiliter in glo. xxxij. q. vij. c. flagitia. ¶ Octauũ teſtimoniũ eſt in hiſtoria eccleſiaſtica. In qua narrat ꝙ Maximian⁹ imperator ductus diabolico ſpũ: fecit cõponere carmina blaſphemijs plena contra Ihm xpm ⁊ ſanctos: eaqꝫ ſcribi mãdauit in tabulis. Iuſſitqꝫ per ſingulas vrbes ⁊ villas ⁊ agros deferri: faciebatqꝫ ea cantari. Altiſſimus aũt tantũ ſcelus multum remanere noluit: ſed tanto rigore in populũ blaſphemũ peſtilentiã miſit: vt cõmedẽdo ⁊ bibendo ſola ſternuatione morerent. Ipſe aũt Maximianus dolore graui percuſſus ſpm̃ exhalauit. ¶ Nonũ teſtimoniũ eſt in legenda ſanctorũ in vita beati Gregorij in tractatu de letanijs. Vbi refert ꝙ propter comeſſationes ⁊ luxurias romanorꝫ: cõmotus eſt deus contra eos peſtilentiamqꝫ magnã in illos miſit: quã inguines vocant. ſ. languinaglia. Seua eniꝫ fuit eo ꝙ homines in via in menſa in colloquio moriebant ſubito. Itẽ cuꝫ aliqs ſternutabat exhalabat ſpm̃. Et cũ alijs aliquẽ ſternutantem audiebat ſtatim accurrẽs dicebat. Deus

te adiuuet. Vñ vſqꝫ nũc hec cõſuetudo obſeruatur. Rurſus cũ aliquis velle ſe oſcitare ſentiebat cõtinuo ſignũ crucis in os imprimere feſtinabat. Cum ergo hec peſtis romã vaſtaret: btũs Greg. proceſſionẽ cũ letanijs. per ciuitatis circulũ quodã paſcali tempe fieri ordinauit: in qua imago beate virginis (q̃ adhuc eſt rome in ſctã Maria ara celi: quã beatus Lucas pinxiſſe dicit) ante proceſſionem portari fecit reuerenter. Et ecce tota aeris infectio imagini ſctẽ cedebat: ac ſi imaginẽ ipſam fugeret: ⁊ ipam ferre non poſſet. Sicqꝫ poſt imaginẽ mira ſerenitas: ⁊ aeris puritas remanebat. Tunc in aere iuxta imaginẽ audite ſunt voces angelorꝫ cantantiũ ⁊ dicẽtiũ. Regina celi letare. ⁊c̃. Statim aũt btũs Grego. adiunxit. Ora pro nobis deũ alľa. Tunc btũs Grego. vidit ſupra caſtrũ crentij angelum dñi qui gladiũ cruentatũ detergẽs in vaginã cõuertebat. Ex quo intellexit ꝙ peſtis illa ceſſaret. ſicut factũ eſt. Vñ caſtrũ illud vocatũ eſt poſteã caſtrũ ſancti ãgeli. Ex hoc igitur patet ꝙ propter pctã hominũ deus punit eos morte. Qð vtiqꝫ factũ conſpicimus temporibus iſtis: in quibus ad tantã dementiaꝫ venerunt ppli: ꝙ credunt hmõi peſtilentiam veniſſe ꝓpter bona opera. O hũana dementia. Nunqd ſunt falſa tot exempla ſcripturarꝫ: vt velit deus oppugnare humanũ genus abſqꝫ culpa. Quinimo (vt dixi: ⁊ iterũ dicã) mors iſta peſtilentialis eſt enſis diuine iuſticie: quo trãſfodiunt viſcera iniquorꝫ: q̃ nolũt aliquando mudũ perire. De iuſtis et ſi ipi pcutiant nõ obſtat: q: dicit ps. Precioſa in conſpectu dñi mors ſanctorꝫ eius. ¶ Tertia ferocitas mortis eſt contra totũ mundũ. Nã de ipſa ⁊ de eius potentia ſcripture multe loquunt. Vñ. ij. Regũ. xiiij. c. Omnes morimur, ⁊ quaſi aque dilabimur in terrã. Que vba notãt. xiij. q. ij. c. i eccľiaſtico. Et ps. Quis eſt homo qui viuet ⁊ nõ videbit mortẽ. Eccľi. xl. Omnia q̃ de terra ſunt in terrã cõuertent. Et Seneca ad Lucillũ. Eo ibis quo omnes eunt. Quid tibi noui eſt: ad hanc legẽ natus es. Hoc pri tuo accidit, hoc matri: hoc maiorib⁹. hoc oibus ante te. Et Hiero. ad Heliodorꝫ ſic ait. Xerxes ille rex potẽtiſſim⁹ q̃ ſubuertit mõtes: proſtrauit maria: cũ de ſublimi loco infinitã hoim multitudinẽ ⁊ inumerabilẽ vidiſſet exercitũ: fleuiſſe dr̃ eo ꝙ poſt centũ annos nullus eorꝫ quos cernebat ſuꝑuictur⁹ eẽt. O ſi poſſem⁹ in taleꝫ aſcẽdere ſpeculã de q̃ vniuerſaꝫ terrã ſub noſtris pedib⁹ cerneremꝰ: iã tibi oñderẽ totius mũdi ruinas ⁊ gẽtes gẽtib⁹ ⁊ regnis regna colliſa: alios torqri: alios necari: alios abſorberi fluctibus: alios ad ſeruitutẽ trahi: hic nuptias: hic planctũ: illos naſci: iſtos mori: alios affluere diuitijs: alios mendicare: ⁊ non ſolũ Xerxis exercitũ: ſ; totius mundi hoies (q̃ nũc viuũt) in ſpacio breui morituros. Vincit ſermo rei magnitudine: ⁊ minus eſt omne qð dicit. Redeamus ergo ad nos, ⁊ quaſi e celo deſcẽdẽtes paulliſper nr̃a videamus. Sentiſne obſecro te qñ infãs: qñ puer. qñ ſenex fact⁹ ſis. Quotidie morimur: quotidie cõmutamur, ⁊ tñ eternos nos eſſe credim⁹. hec ille. Quid igit ẽ hoim vita: niſi quidã curſus ad mortẽ. O humana miſeria: q̃d verius vnicuiqꝫ dici poteſt ꝙ morte morieris. Hinc Iob. xiiij. c. dicit. Homo natus de muliere breui viuens tẽpore repletur multis miſerijs. De hoc Seneca ad Lucillũ. Quotidie morimur: quotidie diminuit aliqua pars vite: ⁊ tũc quoqꝫ dum creſcimus vita decreſcit. Infantiã amiſim⁹: demum pueriaam: demum adoleſcentiam: vſqꝫ ad extremuꝫ quicquid tranſit temporis perit. Et iterum ad eundem dicit. Corpora noſtra rapiuntur fluminuꝫ more. Quicquid vides cum tempore currit. Nihil ex his que videmus manet. Hec ille. Et Ouidius ait. Tempora labuntur tacitiſqꝫ ſeneſcimus annis. Et Auguſtinus. xiij. de ciuitate dei. ca. x. Ex quo enim quiſꝙ in iſto corpore moriturus eſſe ceperit: nunꝙ in eo non agitur niſi vt mors veniat. Hoc enim agit ei⁹ mutabilitas toto tempore vite huius: ſi tamen vita dicenda eſt: vt veniatur in mortem. Nemo quippe eſt qui non ei poſt annũ ſit ꝙ ante annũ fuit: ⁊ cras ꝙ hodie: ⁊ hodie ꝙ heri: ⁊ paulopoſt ꝙ nũc: ⁊ nunc ꝙ paulo ante morti propinqor quoniã q̃cquid temporis viuitur: de ſpacio viuendi demit: ⁊ quotidie fit minus: minuſqꝫ quod reſtat: vt omnino nihil ſit aliud temp⁹ vite huius ꝙ curſus ad mortẽ. Et infra. Qui ergo vſqꝫ ad mortem productiora ſpacia tẽporis agit: nõ lenti⁹ pergit: ſed plus itineris cõficit. hec ille. Omnibus ergo breuis eſt vita: mors aũt vicina. Vnde ſapiens eccľi. xiiij. c. Memor eſto qm̃ mors nõ tardat. Verba iſta multũ põderãda ſũt. ſ. Mors nõ tardat. g̃ eſt i ianuis. Mors nõ tardat: g̃ timeam⁹. mors ñ tardat: g̃ bñ faciam⁹. O dilectores mũdi. o terrenorꝫ amatores: mors nõ tardat. O peccatores mors non tardat. Agite penitentiam: vt vos non inueniat dormientes. O durum verbum, o veriſſimum verbum Mors

non tardat. Hoc vtiq̃ omnes cogitare debe⸗
rent, quia vtile eſt contra tumoꝛem ſuperbie.
Hoc etiam patere poteſt exemplo valde no⸗
tando. Nam legitur in legenda ſanctoꝛum in
vita Barlaã quam ſcripſit Joannes Dama⸗
ſcenus: ꝙ rex quidam fuit in india chꝛiſtia⸗
noꝛum valde perſecutoꝛ: qui filium ſuum no
mine Joſaphat in palacio quodam includi: ⁊
educari fecit: timens ne chꝛiſtianus efficere⸗
tur. Qui ad etatem adultam perueniens ad
mirans cur pater eius ſic incluſiſſet: vni ex ſer
uis ſuis dixit ſe ꝓpter hoc in magna eſſe me⸗
ſticia. Quod pater audiens et dolens equos
idoneos ſibi parari fecit: choꝛos plaudētes
ante eum mittens: ⁊ ne aliquod fedum ſibi oc
curreret pꝛohibuit. Pꝛedicto igitur iuuene ta
liter pꝛocedente: quadam vice vnus lepꝛoſus
⁊ vnus cecus ſibi obuiauerunt. Quos ille vi⸗
dens ⁊ ſtupēs quid ſint ⁊ quomodo ſic eſſent
inquiſiuit. Tunc miniſtri ei dixerunt. Paſſio
nes iſte ſunt que hominibus accidūt. Jlle au⸗
tem dixit. Omnibus hominibus hec ne con
tingere ſolent? Negantibus autem illis: reſpō
dit. Nouī ſūt igif̃ q̃ hec pati debeant: an ſic in
differenter veniunt? At illi. Quis hominum
futura ſcire poteſt? Ualde ergo anxius eſſe ce
pit pꝛo inconſuetudine rei. Alia autem vice
quendam ſenem valde rugatam habentem
faciem: ⁊ doꝛſum incuruatum ⁊ cadentibus
dentibus balbucienter loquentem inuenit.
Stupefactus autem valde diſcere voluit viſi
onis miraculum. Et cum didiciſſet ⁊ ſe ſene⸗
ſcere ⁊ moꝛi debere; in multa deſolatione po⸗
ſitus: non amplius poterat conſolari. Nec mi
rum eſt: quia nihil moꝛte hoꝛribilius eſſe po⸗
teſt. Jpſa eſt enim que tantos viros rapuit
de mundo: ⁊ nulla potentia ſibi reſiſtere po⸗
tuit; nec poteſt nec poterit: nec dignitas: nec
magnificentia: nec facundia. O moꝛs deuo⸗
ratrix omniū quid dicam? Audite obſecro: o
infelices moꝛtales. Nam ſi ipſa viderit ali⸗
quem cum multa familia ac comitiua magna
nunquid fugiet ab eo? Minime. Omnes ad
moꝛtem tendimus. Omnes moꝛimur. Om⸗
nes ad moꝛtem currimus. Omnibus moꝛs
eſt vicina. Non parcit pulchꝛis: non potenti⸗
bus: non ſcientibus. O inſipientes peccato⸗
res: reſpicite vbi ſunt milia milium qui fuerūt
in mundo. Omnes moꝛtui ſunt. Adam pater
generis humani moꝛtuus eſt. Eua vxoꝛ eius
moꝛtua eſt. Gigantes qui fuerunt tempoꝛe
Noe. Jlli viri famoſi ⁊ animoſi qui edificaue
runt turrim babylonis vbi ſunt? Omnes moꝛ⸗
tui ſunt. Belus filius Nemroth rex babylonie
quem quidam Saturnū eſſe exiſtimant: qui
intrauit aſiam ⁊ per vim obtinuit eam moꝛ⸗
tuus eſt. Frater ei⁹ minoꝛ qui regnauit poſt
eum ⁊ aſiam totam obtinuit: ac babyloniā re
bellantem cepit, cum de turri babel, i. baby⸗
lonie fuiſſet percuſſus moꝛtuus eſt. Reges
egypti, ſ. Feſtus ſol Coſmoſius amenophis:
om̄es moꝛtui ſunt. Reges perſarum. reges
athenienſiū. reges europe. Cramas Amphi⸗
tryon Erichthonius Theſeus Meneſteus
Demophon: omnes moꝛtui ſunt. Alexander
magnus: om̄eſq̃ eius barones moꝛtui ſunt.
Reges Juda Joſaphat Joꝛam Ozias Joa⸗
than Joas zacharias Achaz Manaſſes. om
nes moꝛtui ſunt. Reges troie: rex Pꝛiamus
Troilus Helenus Paris Phebus Hectoꝛ.
Jlli viri potentes: qui fuerūt in obſidiōe Tro
ie Agamēnon: Menelaus Achilles Ulixes ⁊
reliqui: omnes moꝛtui ſunt. Jlla ſtrenuiſſima
domina Panteſilea regina Amazonū puella
rum: que venit in adiutoꝛium Troie cum ſuis
puellis. Reges latinoꝛum. Saturnus qui ve
nit in italiam: vbi nunc roma eſt in ſiluis in⸗
ueniēs homines ſicut beſtie viuentes mādu⸗
cantes glandes: ⁊ habitantes in criptis ⁊ ca⸗
ſellis ex frōdibus coopertis: docuitq̃ eos ter
reas domos edificare: laboꝛare terras: vine
as plātare: ſicut homines viuere: ⁊ his ſimi⸗
lia docuit: ⁊ pꝛo his omnibus pꝛinceps eoꝛū
ac deus nominatus eſt. Qui timens filiū ſuū
conſtruxit ciuitatē ſaturninam que Sutrium
dicif̃. Quid dicemus de multis hominibus
pꝛobis romanoꝛū: quos omnes moꝛs ferociſ
ſima pꝛoſtrauit? Heu miſera humana vita.
Moꝛs em̄ deuoꝛauit om̄s hos. Quid de Ro
mulo ⁊ Remulo: qui fuerūt fratres gemelli: q̃
a lupa nutriti ſunt: qui etiā romam conſtru⸗
xerūt. Theodoſius imperatoꝛ optimus xpia⸗
noꝛū, de quo Ambꝛoſius fecit mirabiles lau⸗
des qui expulit Arrianos. Archadius Hono
rius. Karolus magnus: qui totā terrā occu⸗
patam a ſaracenis recuperauit oꝛientis ⁊ oc
cidentis. Fredericus pꝛimus qui multa euer
tit: ⁊ multa alia fecit. tñ eūdo in ſubſidiū terre
ſancte in quodā flumine ſuffocatus eſt. Fre⸗
dericus ſecundus armoꝝ ſtrenuus: linguarū
peritus, luxurioſus: cū multis pontificib⁹ ha⸗
buit bellū: pꝛecipue cum Gregoꝛio: moꝛtuus
eſt veneno. Rodulphus. Albert⁹ dux auſtrie.
Henric⁹ ſextus p floꝛētinos venenat⁹: ⁊ alij
impatoꝛes romāi cū nobilib⁹ plimis. ⁊ pplo
multo moꝛtui ſūt. Nō potuerīt romani nec eo

rum reges aliqua via mūdi moꝛtē euadere.
Ubi pꝛimi⁹ imperatoꝛ Julius ceſar? Octauia⸗
nus: Tiberi⁹: Cayus: Nero: Claudi⁹: Ueſpa⸗
ſianus: Titus: Domician⁹: Adrian⁹: Theodo
ſius: Cirillus magnus. Omnes moꝛtui ſunt.
Ubi ſunt illi viri doctiſſimi atq̃ phi Ubi eſt
Plato? Ubi Ariſtoteles? Ubi Socrates? Ubi
Pythagoꝛas? Ubi Demoſthenes? Ubi Se⸗
neca? Ubi tot poete? Ubi Homerus? vbi Me
nander? Ubi Uirgili⁹? Ubi Terenti⁹? Ubi lu⸗
can⁹? Ubi Ouidi⁹? Ubi ſūt oꝛatoꝛes: ⁊ rheto
res? Ubi Titus Liuius? Ubi Tullius? Ubi do
ctoꝛes medicine: Galienus et Hypocrates?
Ubi Auicēna: aut alij? Nūq̃d medicina ſana⸗
uit eos: aut eos liberauit a moꝛte? Ubi impe⸗
ratoꝛes? Ubi reges? Ubi pncipes? Ubi duces
comites: barones: marchiones: regine pnci⸗
piſſe ⁊ multe alie domine nobiles? Ubi tot iu⸗
uenes ⁊ iuuencule? Ubi tot qui in hoc mūdo
floꝛuerūt? O vita miſera, o vita caduca: o vi⸗
ta labilis, o vita fallax. o vita vmbꝛatica. Om
nes moꝛtui ſunt: ⁊ reducti ſunt in monumētis
⁊ coꝛrupti. Hinc hugo. li. i. de aīa. d. Dic mihi
Ubi ſunt amatoꝛes mūdi: qui ante pauca tē⸗
poꝛa nobiſcū fuerūt? Nihil ex his manſit niſi
cineres ⁊ vermes. Attende diligēter q̃d ſunt
⁊ quid fuerunt. Hoies fuerūt ſicut tu. Come⸗
derunt ⁊ biberūt: riſerunt: duxerunt in bonis
dies ſuos: in puncto aūt ad inferna deſcende
runt. Hic caro eoꝛū vermib⁹: illic aūt anime
eoꝛū ignibus deputanf̃: donec rurſus infelici
collegio colligati: ſempiternis inuoluanf̃ in⸗
cendijs: qui ſocij fuerūt in vitijs. Una eni pe⸗
na implicat quos vn⁹ amoꝛ in crimine ligat.
Quid ꝓfuit illis inanis gloꝛia: breuis leticia
mūdi potentia: carnis voluptas: falſe diuitie:
magna familia? Ubi riſus? vbi iocus? vbi ſal⸗
tus? vbi iactantia? vbi arrogātia? De tāta le⸗
ticia quāta triſticia: poſt tantā voluptatē: tan
ta grauis miſeria. De illa exultatiōe ceciderūt
in magnā ruinā: ⁊ in magna toꝛmēta. Qd il⸗
lis accidit: tibi quoq̃ accidere pōt: q2 homo
es. humus de humo: limus de limo. De terra
es ⁊ de terra venis. ⁊ in terrā reuerteris: qm̄
veniet dies vltima que ſubito veniet: ⁊ foꝛſi⸗
tan hodie erit. hec ille. Colligimus ergo ex di
ctis vnūquēq̃ moꝛtē expectare debere. Nec
confidendū eſt in hui⁹ vite bꝛeuitate: q2 ſe no
bis aliquādo pꝛebet cecā ⁊ nō videntē. Dein
dē iaculo ſuo nos ferociter vulnerat. Uñ qui⸗
dam Eſculanus poeta vulgaris dicit. O yme
ſperanza del coꝛe inimica. Che falli el tempo
cum le tue vedute. Perche te monſtri coſi dol
ce amica? O imperatoꝛes qui eſtis in hoc mū
do O reges. o pncipes: o tyranni: o duces: o
barones: o marchiones: o iuuenes: o ſenes: o
diuites: o pauperes: o ſani: o infirmi. O vos
omnes qui aſtatis dico vobis: q2 moꝛiemini
Benefacite: q2 hinc ad paucos annos: etiam
vos ſtabitis in ſepulcro: ⁊ non poteritis reſi⸗
ſtere furoꝛi potentiſſime moꝛtis.

De moꝛtis dubietate. Caplm̄ II

Secundū myſteriū contemplandū eſt
de moꝛtis dubietate. Timendum eſt
vnicuiq̃ eo ꝙ cum moꝛs certiſſima ſit
omnibus, tñ multa ſunt de ea dubia: que ſunt
valde periculoſa. De q̃b⁹ tria poſſunt notari.

Pꝛimum eſt circa tempus.
Secundum circa locum.
Tertium circa modum.

Pꝛimū eſt circa tempus: q2 nullus eſt qui
ſciat qñ ſit moꝛiturus. Jgnoꝛant hoc vtiq̃ ſe⸗
nes pueri infantes iuuenes adoleſcētes: nec
reperif̃ aliquis qui poſſit dicere qñ moꝛietur
nec in hoc cōfidere ꝙ vſq̃ ad tale temp⁹ non
moꝛief̃. Ex his inquit ſapiēs, Eccl's. ix. c. Ne
ſcit homo finē ſuū: ſed ſicut capiunf̃ piſces ha
mo: ⁊ aues laqueo cōpꝛehendūf̃: ſic capienf̃
iniqui in tēpoꝛe malo. Tempus malū pꝛo ini
quis dicif̃ temp⁹ moꝛtis: in quo artantur vie
impioꝛū: qui equidē cū ſibi longam vitā: quā
nolunt firmiter cōſiderare ⁊ ponderare: pꝛo⸗
mittunt: decipiunf̃. Quanti eni laboꝛauerunt
ꝓ mūdo ſperantes ibi recipere fructū laboꝛū
ſuoꝛū: ⁊ perierūt ante temp⁹ qd̄ ſibi pꝛomiſe⸗
rant? Quis pōt eos numerare? Nōne Sēna⸗
cherib ⁊ ſui pꝛeualere ⁊ obtinere hierl'm credi
derunt: ⁊ de exercitu eoꝝ. clxxxv. milia in vna
nocte ab angelo ſunt interēpti? iiij. Reg. xix.
ca. Et ſic cum illud ſperaſſent fuerunt decepti.
Quid de alijs dicā? Refert Auguſti. in li. v. de
ciui. dei. c. xxiij. ꝙ cū Radagayſus rex gotho
rum cū maxima comitiua iam in vrbis vici⸗
nia conſtitutus: romanis ceruicib⁹ imineret:
vna die tanta celeritate victus eſt. vt ne vno
quidam nō dicam extincto ſed vulnerato ro⸗
manoꝛū: multo amplius q̄ centū milium pꝛo
ſterneref̃ eius exercitus: atq̃ ipſe cum filijs
mox captus ⁊ pena debita necatus. Jn bello
ingens fuit hec ſtrages ſubſecuta. Sed nō ſic
de alijs qui moꝛtis pericula fugiunt. Audias
obſecro: quia moꝛs vbiq̃ pugnat: non ſolum
in bello: ſed etiam in domo in menſa: in lecto:
⁊ vbicūq̃ locoꝝ. Propterea Seneca ad Luci
cillum dicit. Omnis dies ⁊ omnis hoꝛa: q̃ ni
hil ſum⁹ oſtendit: ⁊ aliquo argumento recenti

admonet fragilitatis oblitos: cum eterna me-
ditantes reſpicere cogat ad mortē. Quid ſibi
illud pncipium velit queris. Senitionē Cor-
nelium equitē romanorum ſplendidū ⁊ offi-
cioſum noueras: ⁊ tenui principio ſe ipſe pro
moueret: ⁊ iam illi decliuis erat curſus ad ce-
tera. Facilius enim decreſcit dignitas ꝙ̄ inci
pit. Pecuniam quoqꝫ ceptam eſſe paupertate
plurium amorem habet dum ex illa ereptat.
Hic etiā Senitio diuitijs iminebat: ad quas
illum due res ducebant efficaciſſime: ⁊ querē
di ⁊ cuſtodiendi ſcientia: quarū vel altera lo-
cupletē facere potuiſſet. Hic homo ſūme fru
galitatis non minus patrimonij ꝙ̄ corpis di
ligens: cū me ex cōſuetudine mane vidiſſet:
cum per totam diē amico grauiter affecto ⁊
ſine ſpe iacenti vſqꝫ in noctē aſſediſſet: cū hi-
laris cenaſſet: genere valitudinis pcipiti arre
ptus anguinia glandula vix cōpreſſum arta-
tis faucibus ſpm̄ traxit in lucē. hec ille. Tem-
poribus aūt iſtis multa iuuenum turba mor-
tua eſt ex peſte: que valde italiam noſtrā oc-
cupauit: precipue in ciuitate Ferrarienſi āno
M.cccc.lxiij. mortui ſunt in quattuor menſi
bus nouē milia hominū: adeo ꝙ ciuitas erat
vacua: quia vt ait Eſculanus: Ogni creato ſe
corrumpe in tempo. Paſſano li acti humani
come fumi Chi ne va tardo: ⁊ chi ne va per-
tempo. Et ideo clamo. Vigilate vigilate: quia
neſcitis diem neqꝫ horā mortis. O mortales
fatui ⁊ inſenſati: in quo cōfiditis? O iuuenes
ſtulti vigilate: quia ſpes veſtra ſepiſſime falli
tur. Unde Tullius in libro de ſenectute ait.
Fruſtra ſperat adoleſcēs ſe diu victurū. Quid
enī ſtultius ꝙ̄ incerta ꝓ certis habere? Quo-
niam etiam illa etas multo plures ꝙ̄ ſenectꝰ
mortis habet caſus. Facilius enim adoloſcen
tes in morbos incidūt: grauius egrotant: triſ-
tius curantur. hec ille. Et Seneca. Iuuenes
mortē habēt a tergo: ſenes aūt ante. O quot
ſunt qui multa diſponūt in tribꝰ vel in quat-
tuor annis ſe facturos: qui ante annū morien-
tur? Quot edificant domos: ⁊ in eis nō habi-
tabunt? Quot plantant vineas ⁊ vinū nō bi-
bent? Quot lucrantur pecunias: ⁊ alij expen-
dent illas? Quot cogitant facere magna: ⁊ in
breui finem reddituri: coram iuſto deo cū do
lore maximo preſentabūt? O infelix humana
conditio: omnibꝰ dicendū eſt. vigilate quia ne
ſcitis diem neqꝫ horam mortis. Secundū
dubium mortis eſt circa locum. Neſcit etiam
miſer homo in quo loco mors ſit eum inuaſu-
ra. Vidimus nanqꝫ varios varie mortuos.
Magnū inter anguſtias mortis reputat ſo-
lacium: cum quis in domo parentū vel dome
ſticorum in lectulo decubans nature debitum
ſoluit. ſed homo nullus hoc firmiter ⁊ certum
tenere poteſt. Et huius rei vidimus tam luci-
da exempla ⁊ experimēta: vt non niſi flendaꝫ
putare valeamus humanā vitam. Alios vi-
dimus ſuſpenſos in patibulo: alios cōbuſtos
⁊ cōfixos palo: alios ſubmerſos in aqua: ali-
os morte ſubitanea extinctos: alios trūcatis
capitibus vitam finire: alios varijs caſibus
⁊ innumeris vt ita dicam extremam clauſiſſe
horam. Et omnes tales fruſtrati ſunt a voto
ſuo: quibꝰ aliud ꝙ̄ ſperabant euenit. Quid er-
go aliud faciemꝰ niſi timere: exemplo aliorū?
Unde quidā aiebat. Felix quem faciunt alie-
na pericula cautum. Fac etiam tu illud quod
Seneca ad Lucillū ſcribit. Incertum eſt quo
loco mors te expectet. Tu itaqꝫ eam in omni
loco expecta. Et idem ad eundem. Erras ſi in
nauigatione tantū exiſtimas munitum eſſe.
A morte vita deducit. In omni loco eque in-
teruallum eſt. Non vbi mors ſe prope oſtēdit
vbiqꝫ tamen prope eſt. hec ille. Et tn̄ locus du
bius ē mortis oībus hoībus mūdi. Tertiū
dubium mortis eſt circa modū: qꝛ nullus ſcit
quomō bene vel male. Et tamē nihil eſt tam
neceſſariū vnicuiqꝫ ꝙ̄ bene mori. Ut autem
quis moriatur bene: neceſſe eſt vt bene viuat
quia vix de mille milibꝰ male viuentibꝰ vnus
bene moritur: ſicut etiam de mille bene viuen
tibus vix male morit vnus: quia Auguſtinꝰ
dicit. Impoſſibile eſt male viuere: ⁊ bn̄ mori:
⁊ econuerſo. Magnopere quippe hoc timere
deberēt illi quibus vita eſt lubrica ⁊ diſſoluta
Talibus nāqꝫ in extremo cōſtitutis horridꝰ
timor ⁊ tremor accedit. Hic exemplū de illo
domino qui tres amicos habebat: de quibus
duos dilexit: tertiū vero nūꝙ̄ dilexit. Cū au-
tem a principe eſſet vocatus: ille timens ne
aliquid mali vellet ſibi inferri: iuit ad amicos
⁊ dixit primo amico. Amice dn̄s miſit pro me
vt ſtatim vadam ad eum. Rogo te vt venias
mecum: qꝛ ſecurior ero. Ille autē dixit. nolo:
quia nō poſſum. Sufficit ꝙ dum meū ſteti-
ſti fui amicus tuus: ⁊ tibi ſeruiui. Nunc autē
vadas: quia nolo venire. Secundū autē mi-
nus ꝙ̄ primum diligebat. Et hic vadit ad eū
Amice. Hic vt ſupra de primo. Ille vero re-
ſpondit. Ego nolo venire ad eum: tamen ego
veniam vſqꝫ ad ianuam: ⁊ ibi te dimittam.
Tertium vero minime dilexerat: tamen iuit
ad eum ⁊ dixit. Amice ego nunꝙ̄ te dilexi: ta-

men rogo ꝙ digneris mecum venire ad prin
cipem: quia miſit pro me. Ille vero reſpondit.
Doleo ꝙ non me plus dilexeris ⁊ pluris pre-
cij feceris: tamen vadas quocunqꝫ volueris:
ego ſequar te. Nota ꝙ primus amicus ſunt
diuitie: quas prepoſuit parentibus ⁊ amicis
Secundus amicus eſt vxor quā minus dile-
xit: illa vero reſpondit. Et vſqꝫ ad ſepulcrum
te ſociabo. Tertiꝰ amicus ſunt virtutes: quas
nūꝙ̄ apud ſe habuit nec dilexit: tamē ille pau
ce quas dilexit, ipſum ſequentur. Amplia mo-
do tuo. Ideo hoc Innocentius conſiderans
⁊ videns conditionē humanam labilem dixit
Valete amici mei et pro me orate. Iter enim
extraneum pergo: quod nunꝙ̄ ambulaui. ad
regionem longinquam: quam nunꝙ̄ vidi: et
ad ſeculum alterum animarum vnde nullus
reuerſus eſt: ad manſiones metuendas: vbi
nullus mihi compatietur: ⁊ ad iudicium ter-
ribile vbi neſcio ꝙd mihi cōtingat. Ecce que-
ro adiutorium: ⁊ non eſt qui me eripiat: que-
ro qui me ſociet: ⁊ nullus mihi compatit. De
his enim tribus loquitur Bernardus dicens
Certus es o homo quia morieris: ſed omni
no incertus: vbi quomō ⁊ quando. Ubi ſcili-
cet an ibi an alibi in terra vel in mari. Quo-
modo an in ſtatu penitentie: an in ſtatu cul-
pe: morte ſubitanea vel naturali ſeu violenta
Quando ſcilicet in hieme vel in eſtate: iuuen
tute vel in ſenectute: hodie vel cras. O ꝙ̄ du-
ra erit memoria actionum malarum. O pec-
catores excecati. o iniqui ⁊ ſcelerati audiatis
ꝙd dicit ille doctor vulgaris Petrarcha. Paſ
ſano voſtri triumphi ⁊ voſtre pompe. Paſſe-
no li ſtati: paſſeno ſignorie. Ogni coſſa mor-
tale tempo interrumpe. Hec ille. Seruemus
ergo regulam Pauli. ad Gal. vi. ca. Dū tem
pus habemꝰ operemur bonū. Veniet nanqꝫ
nox ſcilicet mors quando nemo poterit nec
bene nec male operari.

De mortis crudelitate. Capitulum. III

Tertium myſterium contemplandum
eſt de mortis crudelitate. Expoliat enī
mors crudeliter mundi amatores tri
bus bonis.

Primum bonum eſt gloria huius mundi:
ſiue pompa.

Secundum bonum eſt rerum temporaliū
abundantia.

Tertium bonum eſt corporis voluptas.

Primū ergo bonū quo mors ſpoliat ama
tores mundi: eſt mūdana gloria vel pompa:
in quibus multi ponūt ſpem ſuā. Cū autē iſti
in extrema neceſſitate: vel in extrema hora la
borant: percipere poſſunt ꝙ̄ verum ſit illud
Eſaie. xl. c. Omnis caro fenū: ⁊ omnis gloria
eius quaſi flos agri. Exiccatū eſt fenum ⁊ ce-
cidit flos. Et Iacobus. i. c. Exortus eſt ſol cū
ardore: ⁊ areſecit fenum: ⁊ flos eius decidit ⁊
decor vultus eiꝰ deperijt. Quid enī portant
de gloria ſua principes ⁊ barones: ⁊ alij huiꝰ
mundi principatus habētes? Quid de hono-
re quē eis homines inferebāt? Quid de comi
tiua baronum? Quid de timore quē eis ſerui
⁊ ſubditi habuerūt? Omnia derelinquunt in
morte. Idcirco legit de Alexādro magno: ꝙ
cum mortuus eſſet venerunt ſeptem philoſo
phi ad plorandū eum. Et vnus illorū dixit. O
Alexāder: heri dominabaris toti mūdo: ⁊ ho-
die mors tibi domiat. Secūdus dixit. O Ale
xander: heri nō ſufficiebat tibi totus mūdus:
hodie ſufficiunt tibi due vlne terre. Tertiꝰ di-
xit. O Aleander: heri habebas comitiuā tot
dominorū regum principum ducum ⁊ famu
lorū: ⁊ hodie ſolus iaces in ſepulcro. Quartꝰ
dixit. O Alexander: heri vocē tuā omnes ti
mebant: hodie te nullus mortuū timet. Quin
tus dixit. O Alexander: heri vocem tuā om-
nes audiebant: hodie morte deuictus iaces
in ſepulcro ⁊ non vales loqui. Sextus dixit.
O Alexander: heri tot regna habebas in tua
poteſtate: hodie te tenet mors in ſua. Septi
mus dixit. O Alexander heri comedebas tot
cibaria delicata: hodie factus es eſca vermiū
⁊ cibus. Ecce ergo ꝙ̄ crudelis eſt mors: ꝙ̄ di
ra. Omnes dominos qui fuerunt expoliauit
⁊ omnes qui ſunt: ⁊ qui erunt expoliabuntur
vana gloria. Unde conſiderans hoc Augu-
ſtinus dicit. O vita fallax ⁊ vmbratica plena
laqueis multis. Nūc gaudeo ſepe triſtor: nūc
vigeo ſepe infirmor: nunc viuo ſtatim mori-
or: nunc felix appareo ſtatim miſer videor:
nunc rideo ſtatim fleo. ſicqꝫ omnia mutabi-
litate ſubiacent: vt nihil vna hora vno ſtatu
permaneat. Hinc timor: hinc tremor: hinc fa
mes: hinc ſitis: hinc calor: hinc frigus: hinc la
bor: hinc dolor exuperat. Importuna enim
mors mille modis homines quotidie rapit.
Hunc nanqꝫ febribus: illum opprimit dolo-
re: hunc conſumit fame: et ſiti illum extinguit
hunc mors ſuffocat aquis: illū perimit flam
mis: hunc interimit laqueo: iſtum dentibꝰ be
ſtiarū: hunc trucidat ferro: illū veneno corrū-
pit. Et ſic mors miſera tot mōis vitā finire cō
pellit. Et nūc ſup hec oīa magna ē miſeria eiꝰ

quia cum nihil ſit moꝛte certius nihil tñ hoꝛa moꝛtis incertius. Ignoꝛatq; homo finē ſuū: ⁊ cum ſtare ſe putat perit ſpes eiꝰ: ⁊ neſcit vbi quō ⁊ quādo: ⁊ tñ certus eſt ꝙ eū moꝛi opoꝛtet. Secundū bonuꝫ quo moꝛs dira priuat amatoꝛes mūdi: eſt rerum tempoꝛaliū abundantia. Nihil enī de ſuis diuitijs repoꝛtāt diuites: ſed oīa remanēt domus. ſ. poſſeſſiones denarij aurū argentuꝫ indumēta varia ⁊ oēs theſauri. iuxta illud Job. xxvij. Diues cū doꝛmierit nihil ſecuꝫ afferet: aperiet oculos ſuos ⁊ nihil inueniet. Et ps. ait. Doꝛmierunt ſomnū ſuum: ⁊ nihil inuenerūt oēs viri diuitiarū in manibꝰ ſuis. Hoc intelligens Saladinus magnꝰ inter ſaracenos. rex multoꝝ regnoꝛuꝫ appꝛopinquās moꝛti ſudariū quo poſt moꝛtem induēdus erat ſibi poꝛtari fecit: demū per ciuitatē ipſum oſtendendo oībus clamari fecit. Tantū poꝛtat de rebus ſuis rex Saladinꝰ potentiſſimꝰ ⁊ magnus. Tertiū bonuꝫ quo moꝛs priuat amatoꝛes mundi eſt coꝛpis voluptas. In moꝛte nāq; deficiunt delectoſe veſtes: inſtrumentoꝝ melodie: picture in pānis ⁊ i camerie: cibaria delicata: acciptres canes ⁊ alia huiuſmodi que faciūt ad coꝛpis delectationē: imo exanime ipſum coꝛpus cadauer faciunt. Eius oculi nō videbūt lumen: facies efficietur pallida: manꝰ nihil amplius poterunt tangere: pedes nō poterūt ambulare: lingua non poterit loqui: labia nō poterunt moueri: aures nihil audiēt. O moꝛs crudelis: o moꝛs dira. O moꝛs amara: ꝙ amaruꝫ eſt iudicium tuū. Sed ve illis qui nimis tenuerūt coꝛpus delicate. Quidnā facient contra moꝛtē? Heu moꝛs miſera ꝙ miſeros facis mūdanos ⁊ terrenos. Quod hoc ſit veruꝫ patet ex dicto Diogenis: qui de ceſare ait. Intuitus ſum vt viderem cadauer ceſaris liuido coloꝛe coloꝛatum: putredine circūdatū: aluum eius diruptum: ⁊ vermiū cateruas ꝑ illud diſcurrentes: duo famelici angues paſcebāt in foueis oculoꝝ: crines nō adherebāt capiti: dentes patebant labijs conſumptis. ⁊ dixi. Ubi eſt ceſar choꝛus puellarū: magnitudo diuitiarū: caterua baronum acies militū? Ubi ſunt canes venantes: equi veloces: aues rapaces: thalamus depictus: lectus eburneus. atrium aureū? Ubi ſūt veſtimenta mutatoꝛia: cibaria diuerſa: canticum lire: oꝛganoꝛum ſonitus: odoꝛ aromaticus? Te verebant hominees: timebant principes: colebant vrbes. Ubi eſt tanta potentia: tantaq; pꝛeclara magnificentia magnifica? Et reſpondit mihi. Hec oīa defecerūt in me: quādo defecit ſpūs meus: ⁊ reliquerūt me in hoc miſero ſepulcro circundatum putredine carnis mee. Audiant ergo vniuerſi moꝛtales quia in hoc mūdo nihil eſt bonum: niſi deū timere ⁊ in eo totam ſpem ſuā ponere: in quo ſūt theſauri abſcōditi. Quid igꝛ ꝓſūt o frater diuitie? Quid vana glia? Quid leticia mūdi: cū nō liberēt: nec defendere poſſint a moꝛte: nec ab eius furoꝛe. Ecce enī qui ſedebat heri glorioſus: modo cōſumit vermibus in ſepulcro. Cur ergo ſuperbis vermis ⁊ cinis: quia puluis es: ⁊ in puluerē reuerteris. Ergo anima reuertere ad dominū deum tuū: ⁊ cōſidera quia in hoc mūdo miſero: nulla eſt vera ſalus: nulla requies: nulla ſpes. In ipſo ergo deo omnē felicitatem tuam pone: ⁊ ei mūdo puro coꝛde ac coꝛpoꝛe ſeruire ſtude: vt euadere poſſis moꝛtem ſempiternam: ac acquirere gloꝛiā eternam: ad quam ieſus chꝛiſtus nos eternaliter perducat: qui eſt benedictus in ſecula ſeculoꝛum. Amen.

De catenis pctoꝝ Sermo. XIIII

Idi angelū deſcen

V dentē de celo: habētē clauē abyſſi: ⁊ catenam magnaꝫ in manu ſua. Apoc. xx. Infirmitates curande dilectiſſimi in xpo ieſu: nō aliter curāt: niſi ꝑ medicinas eis cōtrarias: vt puta infirmitates calide per medicinas frigidas. ⁊ ecōuerſo. Et hoc cōfirmat ariſto. ij. ethi. di. Medicine hñt fieri ꝑ cōtraria. Et. viij. Cōtraria cōtrarijs curantur. Quare antiquꝰ ille ſerpēs: generis hūani inimicus: videns hoīem illuc poſſe conſcendere per humilitatē: vnde ipſe per ſupbiā coꝛruerat: cōfirmatus in dei odio ⁊ noſtri inuidia: ſemꝑ querit nos pcipitare: ⁊ ad baratruꝫ vbi ipſe eſt deducere per frequētationē pctōꝛum moꝛtaliū. Et quia ſcit nos per penitentiaꝫ in hac vita poſſe reſurgere: conat multis mōis in ipſis nos ligare ne reſurgamꝰ: vt i his moriēdo eternaliter peamꝰ. Propter hoc dic thema noſtrū: videlicet. Uidi angelū. i. diaboluꝫ deſcendentē de celo. i. per ſupbiā cadētē habētem claueꝫ abyſſi: ⁊ catenā magnaꝫ in manu ſua. i. ligamenta ad ligandū aīas ne vere peniteāt: ſed eternaliter pereant. Que volentes diſſoluere: ⁊ de aiabꝰ noſtris extirpare: vt poſſimus penitere: neceſſe eſt malleos foꝛtes habere: qui ipſas catenas dirūpāt: ligamētaq; diſſoluāt. Sed qꝛ oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt: videamꝰ pꝛimo catenam ⁊ ligamēta: que ſingillatim per medicamēta contraria diſſoluemꝰ. Ex ſcriptura enī ſacra vt ꝑcipere potui: catena iſta magna habet noueꝫ nodos: quos neceſſe ē ſoluere ⁊ totalit deſtruere: vt a peccatis noſipſos ſoluamꝰ: videlicꝫ.

Prima dicitur infidelitas.
Secunda deſperabilitas.
Tertia dicitur hoꝛribilitas.
Quarta dicitur difficultas.
Quinta dicitur exemplaritas.
Sexta dicitur delectabilitas.
Septima dicitur timiditas.
Octaua dicitur pꝛeſumptuoſitas.
Nona dr longanimitas.

P Rima ergo catena magna ⁊ terribilis eſt infidelitas. Mirari enī ſoleo tantam diuerſitatē hominū tam diuerſimode operantiū. Quidaꝫ enī bene: quidā melius: quidā vero optime. quidaꝫ male: aliq peius: nō nulli peſſime operantur. Sed finaliter inuenio ꝙ iſta diuerſitas non cauſatur niſi ex defectu aut a diuerſitate fidei. Et ꝙuis dicant oēs ſe credere (non tñ oēs illa que credunt) conſiderāt ⁊ inueſtigāt. Qō autē hoc ſit verum pꝛobatur.

Primo per rationem.
Secundo ꝑ auctoꝛitatem.
Tertio per exemplum.

